Dela comp. de ihs de Seuy

L^do Armallones



Preclarissimi Sacre Theologie Doctoris. F. Jo. de Bassolis Minorite in Tertiū sentētiarū Opus/non minus vtile q̄ ingeniosum/Impensis non minimis/Curaqʒ/ꝛ emendatione non mediocri/ad debite integritatis sanitatem reuocatum/Ac marginalibus adnotamentis/Claro quoqʒ contentorum Indice recenter illustratum/Opera deniqʒ/ꝛ arte impressionis mirifica elaboratum.

Feliciter adest.



Venale habetur in vico d'ni Jacobi sub Beati Claudij intersignio Apud PARISIOS.

ORONTIVS FINE DELPHINAS AD REVErendũ Patrẽ, & Magistrũ nostrũ, Fratrẽ Thomã Verrier, Sacrę paginę ꝓfessorẽ, ac interpretẽ ꝓfundissimũ. Epigrãma.

SAcra Panomphęum tali gemebunda tonantem,
Et superas adiit Pagina sacra domos:
O pater humanas cogor delinquere sedes,
Rarus Parisia fautor in vrbe meus.
Huic rerum genitor: Meritum tibi filia mittam
Fautorem, Redeas, tecta priora pete.
Tum pater elegit (rebus modo rite peractis)
Vnum ex Francisci relligione virum.
Qui sermone potens, & puro dogmate, Gentes
Cędibus eximeret, criminibusq; malis.
Solus es o Thoma doctorum stella refulgens,
Qui possis alacri fata referre tuba.
Ergo deus rutilo te vnum demisit ab axe,
Ne sortem gemeret Pagina diua suam.
Tuq; Minoritę conuentus fama Minoris
Bassoli excipias aurea scripta. Vale.

Idem Orontius Fine, Ad suum patronũ, & amicũ M. Ioannẽ Surdum, Flexanũ, Andegauẽsem, Medicę artis studiosissimum, & doctissimum. Hexastichon.

NOn semper Medicas inuisit Dęlius artes:
Exercens forti pinea tela manu.
Tu quoq; Ioannes Phebeę maximus artis
Professor, mecum dogmata sacra lege.
Quęq; relegisti nondum correcta, Videto
Splendida pumicibus tersa, notata, meis.

Idem Orontius Fine, Ad suũ M. Ioannẽ Fosserium.

EMula subdoluit Ciceronis Gręcia famam:
Turba ꝙ huic hęrbam Gręca subacta daret.
Non minus Italiam (cum iam tua scripta videret)
Fletibus assiduis intumuisse ferunt.
Ipsa pari luctu mœrebit Gręcia Gręcis
Si modo te studijs inuigilare putet.
Perge, Matiscensis florescens gloria terrę:
Finęum redamet Fosserianus amor.

Io. Fosserij ad Orontium suum Responsio.

Multa (nec agnosco) nobis Finæe reponis,
Sed tua furtiuus pectora fallit amor.

FINIS.

REVERENDO PATRI FRATRI IOANNI HVRAVLT MAVRINIACENSI ANTISTITI/ ET RELIGIOSO/ ET OPTIMO/ ORONTIVS FINE DELPHINAS/ FOELICITATEM PERPETVAM.

OPINATI SVNT PLERIQ VEDERE literaria olim benemeriti (Pręsul dignissime) a magnis/ aut doctissimis viris maximã inuehi posse auctoritatem: aut eis obseruãtiam ipsorum explicatiorem fieri: aut denique quicquam expeditius adsequi (quod maxime studiosis negociosum esse solet) si illis literarios labores (quas vigilãtias adpellamus) vel quid eorum simile destinarent. Eam ob rem quum nobis illius profundissimi Theologi. F. Ioannis de Bassolis Minoritę ingeniosa/ & sanequã fructuosa in Tertium sententiarum opera/ per quosdam: & pręcipue F. Thomã Verrier/ inter minoritas Theologos nõ minimũ (qui huiusce exequutiõis primus motor extitit) oblata fuere: Hac videlicet intentione vt ipa opera viseremus/ & visa diligenter a mendis (si quę essent) succosiora in margine adnotando: purgaremus: vt tandem sic emendata: & purę integritati restituta fœliciter prodirent in lucem: Illud mox (licet onus nostris viribus longe impar sumpserimus) adiplere haud recusauimus. Ne candidi lectores (Theologi potissimũ) tali: ac tanto munere nostra incuria: nostra ve inaudatia defraudarẽtur. Quãtum igitur in his edẽdis elaborauerimus (quum quicquid superest ocij: illud omne adcõmodauerimus) tuo: ac cęterorum iudicio (re ipsa testãte) submittimus. Verũtamen noluimus p̄fata opera in lucẽ venire: nisi tuum quoqꝫ nomen aliquã eorum partẽ sibi vendicaret. Hunc propterea Tertiũ (tanq̃ prioribus excellentiorem) tuę obseruãdę paternitati (vt optime merẽti) deditũ voluimus. Vt illum tua auctoritate studentes magis existimẽt: Et tu amorem nostrum singularem: obseruantiamqꝫ perpendas. Nichil enim inter omnia quę in animo sunt mihi plus obuiam venit: & mentem sępenumero sollicitam vehementius angit: quam tibi: ac tuo perhumano fratri Domino Roberto Hurault: viro quidem singulari: & bonis literis suapte natura deditissimo: necnon & cęteris tuis omnibus (qui de me quotidie bene meriti sunt) gratificari: & meam obseruantiam fieri explicatiorem. Futurum igitur scias quod si hos labores nostros tibi placuisse/ gratosqꝫ fuisse intellexerimus: Curabimus nostris lucubrationibus: præclaris illis antiquorum sapientum operibus: & huic nostrę ætati ignotis: Immo etiam proprijs (dummodo nobis illud suppetat ocium: quo (vt studiosi) indige

re videmur) nomē tuum: ac tuorum illustrādo perpetuare. Vt tu cum illis multis annis, etiā post funera, viuere possis. Vale religionis exemplar rarissimum. Parisijs Idibus Februarij Anno Christi gentium redemptoris. Sesquimillesimo decimo septimo.

Ioannis Fosserij Matiscēsis, Dn̄o Magistro
Orōtio Fine Delphinati, Mathematices, ac
Medicinę professori solertissimo, Carmen.

QVantum pęonię Thesides virbius arti
Debuit, attonitis excruciatus equis:
Hoc tibi, vel maius doctor Bassol' (orōti)
Debet: Orontea iam reuocatus ope.
Sic tua solemni resonans pręconia cantu
Scotica supposito carmine secta refert.
Bassolum erexit memorandus Orontius, arte
Dedalus: & verę nobilitatis apex.

Idem Ioannes Fosserius Magistro Nicolao Paruo Belosanensi, suo.

Parue decus nostrum, si quando negocia linquas
Delphica: vel ceptum musa remittat opus:
En Bassolus adest: hunc amplexare: Poeta
Sorbonici tandem militis arma geret.

Nicolaus Paruus Belosanensis Ad eundem
Magistrum Orontium Fine Delphinatem,
OCTOSTICHON.

DElabi supero Bassolus ab axe volebat,
Vt tibi cū merito munus honore daret.
Sed nō posse ratus dignas psoluere grates
Destitit, hęc scribens disticha bina tibi:
Nescit quo certet Bassolus munere tecum:
Perpetuum confers: tale referre nequit.
Vt breuis est auri: sic gemmę labitur vsus:
Occurrit dignum te nihil: ergo Vale.

Idem Nicolaus Paruus suo Magistro Ioanni Fosserio Matiscensi.

Si meus ortygiam Phoebus quandoq; reuisat:
Bassolo inuigilem france poeta mones.
Qui satur es phœbo monitis insiste beatis:
Nūc mihi plus helicon plusquoq; musa placet.

FINIS.

Index Operis

¶ Index omnium in hoc opere cōtētorū studiose collectus.

¶ Distin. Prime.

Questio prima. Utrum Incarnatio diuine persone ad redemptionē hūani generꝫ fuerit possibilis.

¶ Primo inquiritur ad euidentiā questionis quomō in creaturis differunt suppositum ⁊ natura. Et an suppositum vltra naturam addat aliquid positiuum.

¶ Secundo de possibilitate incarnationis/ ⁊ q̄ntū ad diuinum suppositū vt efficiens ⁊ causans ipaꝫ vnionem nature assumpte et vt terminans ipsam vnionem. Et omnia diffuse.

Questio secūda. Utrum per scripturam canonicam a iudeis receptam possit efficaciter ꝓbari ꝯ eos messiā aduenisse de facto.

¶ Primo premittūtur quedā preambula ad qōnē necessaria. Et ad euidētiam terminorum eius.

¶ Secūdo queritur an probari possit de persona xp̄i vel messye ꝙ sit verus deus ⁊ verus homo.

¶ Tertio an ꝓbari possit ꝙ iā de facto aduenerit

¶ Quarto ponuntur instantie ⁊ soluuntur.

Questio tertia. Utrum vna persona diuina possit incarnari sine alia.

¶ Primo inquiritur vtrū quelibet trium personarum potuerit incarnari.

¶ Secundo vtrum vna sine alia.

¶ Tertio dato ꝙ ita fuerit factum vtrum essentia in persona incarnata sit ratio terminādi vnionem nature assumpte vel relatio ipsa.

Questio quarta Utrum plures ꝑsone diuine possint vel potuerint simul eandem numero materiam assumere.

¶ Primo ostenditur propositum.

¶ Secūdo vtrū aliqua vna persona possit plures simul naturas assumere/ siue eiusdem rationis/ siue alterius ⁊ alterius.

¶ Tertio R̄ndetur ad rationes si q̄ sunt ꝯ dicta.

Questio quinta. Utrū aliqua diuina ꝑsona fuisset incarnata si hō nō peccasset

¶ Primo ponitur opinio ꝙ nō cum suis motiuis

¶ Secūdo ponitur alia opinio cōtraria respondēdo ad questionem ⁊ arguēdo cōtra primam.

¶ Tertio respondetur ad motiua opinionis.

Questio sexta. Utrum repugnet supposito creato ꝙ sustentet vel suppositet alienam naturam creatam in seipso.

¶ Primo ostenditur de proposito quomodo sic/ ⁊ quomodo non.

¶ Secūdo vtrum suppositum creatum possit sustentare plures naturas.

¶ Tertio vtrū plura supposita creata possint eandem numero naturam sustentare.

¶ Distin. Secunde.

Questio prima. Utrum verbum potuerit assumere naturam irrationalem.

¶ Primo ponitur vna opinio de questione cum motiuis suis.

¶ Secundo ponitur alia que tenetur et arguitur contra primam.

¶ Tertio respondetur ad motiua aliorum.

Questio secunda. Utrum deus potuit assumere naturā rōnalem non fruentē

¶ Primo ponitur opinio negatiua de questione cum motiuis eius.

¶ Secundo ponitur alia affirmatiua r̄ndendo ad questionem ⁊ arguendo contra primam ⁊ soluendo motiua eius.

¶ Tertio queritur an deus possit assumere naturam rationalem nō gratā loquendo de gratia gratum faciente. ⁊ ponitur ꝙ sic.

Questio tertia. Utrum tota natura humana primo fuerit assumpta a verbo. vel eius partes prius.

¶ Primo ponitur vna opinio cum suis motiuis/ ⁊ modo dicendi.

¶ Scd̄o ponitur alia arguendo cōtra primamm. Et ponitur alius modus dicendi.

¶ Tertio respondetur ad rationes aliorum.

Questio quarta. Utrū organisatio vel formatio carnis xp̄i precesserint incarnationem verbi.

¶ Prīo ꝑmittūr aliq̄ cōcurrētia ad īcarnatōem.

¶ Scd̄o ostēditur an oīa ista fuerint simul ꝭm durationem/ ⁊ quis ordo ipoꝝ ꝭm naturam.

¶ Tertio mouētur instantie ⁊ soluuntur.

¶ Distin. tertie.

Questio prima. Utrum btā virgo ꝯtraxerit peccatum originale.

¶ Primo distinguitur de conceptione ⁊ adplicatur ad propositum.

¶ Secūdo ponitur opinio ꝙ btā virgo nō cōtraxit (sicut decuit) pctm̄ originale cum suis motiuis

¶ Tertio instatꝛ ꝯtra eandem opinionē ⁊ soluitur

Questio secūda. Utrū supposito ꝙ btā virgo ꝯtraxisset pctm̄ originale fuisset ī pctō per solum instans tempus vel per tempus.

¶ Primo ponitur vna opinio cum suis motiuis.

¶ Secūdo arguitur contra eam: ⁊ soluitur.

¶ Tertio ponitur alia opinio.

¶ Quarto ponuntur instantie ⁊ soluuntur.

¶ Distin. quarte.

Questio Utrū btā virgo fuerit vera mater naturalis ipsius xp̄i.

¶ Primo ostenditꝛ an btā virgo fuerit cooperata actiue spirituisancto ad gn̄ationem xp̄i tp̄alem.

¶ Scd̄o an sit vera mater xp̄i naturalis ⁊ q̄uo.

¶ Tertio an meruerit esse mater xp̄i.

¶ Ultimo ad rationes.

¶ Distin. quīte.

Questio Utrum natura diuīa assumpserit naturam humanam in xp̄o.

¶ Primo ostenditur de proposito.

¶ Secūdo an persona diuina assumpserit hominem vel personam diuinam.

¶ Tertio an natura humana prius potuit personari q̄ꝫ assumeretur.

¶ Distin. sexte.

Questio Utrum in xp̄o sint plura esse.

¶ Primo ad euidentiam questio-

nis ostenditur diffuse ⁊ cum multis opinionibus / Utrum in creatura differant essentia / ⁊ esse actualis existentie.

¶ Secundo ponitur vna opinio de questione cum suis motiuis.

¶ Tertio ponitur alia arguendo contra primam ⁊ respondetur ad motiua eius.

¶ Distin. vij.

Questio Utrum ex vi vnionis nature hũane ad verbum ista sit vera deꝰ ẽ hõ

¶ Primo ostenditur an ista sit vera ⁊ quomodo.

¶ Secũdo an hec sit vera deus est factus homo.

¶ Tertio an ecõuerso homo sit factus deus.

¶ Distin. viij.

Questio prima. Utrum in eodem supposito vel subiecto possint esse plures relationes reales eiusdem rationis.

¶ Primo ostenditur vtrũ in eodem supposito vel subiecto creato possint fundari super idem fundamentum plures relationes eiusdem rõnis.

¶ Secundo vtrũ hoc sit possibile ꝙ vnum suppositum referatur sm diuersa fundamenta pluribus relationibus eiusdem rationis.

¶ Tertio vtrum in pluribus suppositis vel subiectis possit esse vnica relatio numero ad aliqd vnum extremum vel ad plura.

¶ Quarto vtrum in diuersis suppositis sm idem fundamentum possit esse vnica relatio indistincta ad eundem terminum.

Questio 2a. Utrũ ĩ xp̄o sint plures filiationes reales ad patrem ⁊ matrem.

¶ Primo ponitur vna opinio de questiõe cũ suis motiuis ⁊ modo dicendi.

¶ Secũdo ponitur alia respondendo ad questionem ⁊ arguitur ꝯ primam. Et declaratur positio.

¶ Ultimo respondetur ad motiua p̄me opinionis

Distin. ix.

Questio Utrum xp̄o tm̃ sm naturam diuinam sit latria exhibenda.

¶ Primo ostenditur quid sit latria.

¶ Secundo an sit virtus: ⁊ qualis virtus. Et similiter de dulia.

¶ Tertio quibus vel cui debeant latria vel dulia exhiberi.

¶ Ultimo quomodo debeant exhiberi. Ex quibus apparet propositum.

¶ Distin. x.

Questio Utrum Christus sit filius dei adoptiuus.

¶ Primo ostenditur an xp̄us homo sit predestinatus ⁊ per quem modum.

¶ Secundo ostenditur an sit filius dei adoptiuus ponendo duas opiniones.

¶ Ultimo ad rationes.

¶ Distin. xj.

Questio Utrum ista sit concedenda xp̄s est creatura.

¶ Primo ostenditur an xp̄us sit creatura.

¶ Secundo an christus incepit esse.

¶ Tertio an xp̄us sm ꝙ homo sit creatura.

¶ Distin. xij.

Questio Utrum xp̄us potuit peccare.

¶ Primo ostenditur an hoc fuit possibile loquẽdo sine implicatione ꝯtradictionis.

¶ Secũdo an de facto sm ordinationẽ diuine voluntatis quam tenemus de ip̄o.

¶ Distin. xiij.

Questio Utrum in aĩa xp̄i sit vel fuerit aliqua gratia habitualis creata ĩformans ipsam.

¶ Primo ostenditur de proposito ꝙ sic.

¶ Secũdo inquiritur an illa fuerit summa gratia possibilis / ⁊ per consequens an finita vel infinita

¶ Tertio an sine illa potuit habere aĩa xp̄i summum actum fruitionis.

¶ Distin. xiiii.

Questio p̄ia. Utrũ in anima xp̄i necesse sit aliquem habitum vel speciem necessariam ad actum visionis beatifice.

¶ Primo inquiritur de questione proposita diffuse q̄ꝫtum ad visionem intellectus.

¶ Scḋo correspõdẽter q̄ꝫtũ ad fruitionẽ affectus

¶ Tertio an aĩa xp̄i habeat in se perfectissimam fruitionem vel visionem.

Questio secunda. Utrum anima xp̄i eodem actu quo videt verbũ videat ĩ actu ⁊ distincte omnia que videt verbum.

¶ Primo ostenditur ꝙ anima xp̄i videat verbum beatifice sm aliquam rationem obiectiuam finitã vel infinitam.

¶ Secundo ponuntur opiniones de questione cũ suis motiuis ⁊ modo dicendi.

¶ Tertio ponitur alia respondendo ad questionẽ Et ad motiua aliorum.

Questio tertia Utrum christus habuit perfectã noticiam ⁊ distinctam omnium rerũ in ꝓprio genere.

¶ Primo ad euidẽtiam questionis querit. Utrum scientia rei vel noticia in ꝓprio genere dicat in aĩa christi aliquid absolutum vel essentialiter relatiuũ ad obiectum.

¶ Secundo ponitur vna opinio de questione. Et arguitur contra eam soluendo motiua eius.

¶ Ultimo dicitur aliter ad questionem.

¶ Distin. xv.

Questio Utrum in anima xp̄i tempore passiõis fuerit vere tristicia aliqua sm portionem superiorem nõ obstante summa leticia fruitionis.

¶ Primo inquiritur vtrum duo contraria possint quacũqꝫ virtute stare simul in eodem subiecto.

¶ Secundo ponitur vnus modus dicẽdi de q̄stione. Et arguitur contra ipsum.

¶ Tertio ponitur alius ⁊ declaratur.

¶ Distin. xvj.

Questio Utrum Christus habuit necessitatem moriendi.

¶ Primo ostenditur quid de proposito.

¶ Secundo Utrum in potestate Christi fuerit mori vel non mori inflictis sibi doloribus quos in

paſſione ſuſtinuit.
¶ Tertio vtrum mors eius fuerit naturalis vel violenta.

Diſtin.xvij.

Queſtio Utrum in Chriſto ſint vel fuerint plures voluntates.
¶ Primo oſtenditur ꝙ ſic.
¶ Secundo an in xp̃o fuerint plures appetitus ſenſitiui.
¶ Tertio an omnis voluntas xp̃i ſemper fuerit impleta. Et omnis oratio exaudita.

¶ Diſtin.xviij.

Queſtio Utrum xp̃us potuit aliquid mereri ab inſtanti ſue conceptionis.
¶ Primo oſtẽditur quid de propoſito diffuſe.
¶ Secundo an meruit aliquid de facto.
¶ Tertio quid meruit.
¶ Quarto quo actu meruit vel merere potuit.

¶ Diſtin.xix.

Queſtio Utrum xp̃s meruit omnibus hominibus gratiam ⁊ gloriam.
¶ Primo ponitur vna opinio de queſtione ⁊ arguitur contra eam.
¶ Secundo reſpondetur aliter ad queſtionem.
¶ Tertio inſtatur ⁊ ſoluitur.

¶ Diſtin.xx.

Queſtio Utrum neceſſe fuerit genus hũanuꝫ reparari per paſſionem xp̃i.
¶ Primo oſtenditur an fuit neceſſarium genꝰ humanum redimi vel reparari.
¶ Secundo an per viam ſatiſſactionis.
¶ Tertio an ſatiſfactio debuit neceſſario fieri a deo vel homine.
¶ Ultimo an talis ſatiſfactio puta per mortẽ fuerit neceſſaria.

¶ Diſtin.xxj.

Queſtio Utrum corpus xp̃i fuerit idem numero mortuũ qd prius fuerat viuũ.
¶ Primo oſtenditur propoſitum.
¶ Secundo inquiritur vtrum corpꝰ xp̃i fuiſſet putrefactum ſi reſurrectio non fuiſſet accelerata. Et dato ꝙ non. Utrum nouo vel antiquo miraculo fuiſſet preſeruatum.

¶ Diſtin.xxij.

Queſtio. Utrum Chriſtus in triduo mortis fuerit homo.
¶ Primo inquiritur ad euidẽtiã queſtionis vtrũ materia ſit de q̇ditate ſpeciei ſubſtãtie naturalis.
¶ Secundo ponuntur alique opiniões de queſtione cum motiuis earum.
¶ Tertio reſpondetur aliter ad queſtiõem ꝙ xp̃s non fuit homo in triduo.
¶ Ultimo reſpõdetur ad motiua aliorum

¶ Diſtin.xxiij.

Queſtio Utrum ad actum credendi ea que ſunt fidei ſit habitus fidei infuſꝰ neceſſarius.
¶ Primo oſtẽditur an ſit ponendus in nobis habitus fidei infuſus.
¶ Secundo an cum eodem ſit ponendus habitus fidei adquiſitus.
¶ Tertio an fides infuſa ⁊ adquiſita ſint in intellectu. ſicut in ſubiecto.

¶ Diſtin.xxiiij.

Queſtio Utrum deus ſit obiectuꝫ fidei ſm ꝓpriam rationem deitatis.
¶ Primo ĩquiritur de obiecto fidei per ſe primo ⁊ de obiectis ſecũdarijs ⁊ de ratione formali obiecti per ſe primi.
¶ Secundo an fides ſit vnus habitꝰ reſpectu omnium ſuorum obiectorum.
¶ Tertio an ſit meritorium credere per fidem obiectis talibus excedentibus facultatem naturalẽ.

¶ Diſtin.xxv.

Queſtio An pro omni tempore fuerit neceſſarium ad ſalutẽ cuilibeꝫ adulto credere explicite ⁊ diſtincte illa que credũt modo ⁊ tenent xp̃iani per fidem.
¶ Primo oſtẽditur ꝙ fides habitualis infuſa ſẽper fuit neceſſaria ad ſalutem in quocunqꝫ. Non ſic autem de adquiſita.
¶ Secundo an pro omni ſtatu ⁊ lege fuerit neceſſarium credere illa que credit eccleſia.
¶ Tertio an fuerit neceſſarium cuilibꝫ credere ea explicite ⁊ diſtincte.

¶ Diſtin.xxvj.

Queſtio Utrum ſpes ſit virtus theologica diſtincta a fide ⁊ caritate.
¶ Primo oſtenditur quid ſit virtus theologica/ ⁊ quot ſunt tales. Et per cõſequens patet de ſpe.
¶ Secundo queritur in qua potentia ſit ſpes tanꝗ in ſubiecto.
¶ Tertio de actu eius ⁊ obiecto an deſiderare ſit actus eius.

¶ Diſtin.xxvij.

Queſtio Utrum creatura rationalis vel actualis ex puris naturalibꝰ poſſit diligere deum ſuper ſe ⁊ ſuper omnia.
¶ Primo inquiritur hoc de creatura pro ſtatu nature integre.
¶ Secundo pro ſtatu nature lapſe.
¶ Tertio oſtenditur an caritas ſit habitus neceſſarius ad actum diligendi deum ſuper omnia. et ſi facit aliquid ad talem actum.

Diſtin.xxviij.xxix.⁊ xxx.

Queſtio Utrum ſolus deus ſit obiectuꝫ caritatis.
¶ Primo inquiritur vtrum deus ſit per ſe primũ obiectum caritatis ⁊ ſub qua ratione.
¶ Secundo de obiectis ſecundarijs ex parte perſone diligentis.
¶ Tertio ex parte aliorum a diligente vel caritatem habente.
¶ Ultimo ad rationes.

¶ Diſtin.xxxi.

Queſtio Utrum ſola caritas inter ꝟtutes infuſas maneat, in patria.

¶ Primo ostenditur an habitus fidei ⁊ spei in patria possit manere.
¶ Secundo de actibus earũdem.
¶ Tertio an sola caritas maneat de facto/et quomodo/⁊ ad quid.
¶ Ultimo ad rationes.

¶ Distin. xxxij.

Questio Utrum deus diligat omnia equaliter ex caritate.
¶ Primo ostenditur ꝙ deus ab eterno omnia diligit/⁊ quo modo.
¶ Secundo ꝙ equaliter omnia diligit aliquo modo/⁊ aliquo modo non.
¶ Tertio an omĩa dilecta a deo sint bona quia dilecta ab ipso vel econuerso sint dilecta quia bona.

¶ Distin. xxxiij.

Questio prima. Utrũ virtutes morales sint in appetitu sensitiuo vel in volũtate sicut in subiecto.
¶ Primo ponuntur aliqui modi dicẽdi de q̃stione cum suis motiuis.
¶ Secundo arguitur cõtra eos ⁊ ponit̃ alius modus dicendi/⁊ declaratur.
¶ Tertio soluitur ad motiua aliorum.

Questio secunda. Utrũ omnes virtutes preter theologicas insint homini a natura vel ex adquisitione.
¶ Primo ostẽditur propositum/⁊ modus quomodo insint virtutes explicatur.
¶ Secundo an in adquisitione virtutum moraliũ principalius se habeat intellectus vel voluntas.
¶ Tertio an cum virtutibus adquisitis necesse sit ponere correspondentes infusas.

Questio tertia. Utrum oẽs virtutes morales ꝯsistant in medio circa passiões
¶ Primo inquiritur vtrum omnes consistant circa passiones moderandas.
¶ Secundo vtrum omnes consistant in medio vel non ⁊ quomodo.
¶ Tertio quale sit illud medium.

¶ Distin. xxxiiij.

Questio vtrum virtutes/dona/beatitudies ⁊ fructus sint idem habitus per essentiam differentes.
¶ Primo q̃tuz ad virtutes dona ⁊ beatitudines ponuntur due opiniones de questione/et arguitur contra eas.
¶ Secundo ponuntur alie/⁊ declarãtur. Et simul dicitur aliquid de fructibus.
¶ Tertio instatur contra predicta ⁊ soluitur.

¶ Distin. xxxv.

Questio Utrum vita contẽplatiua pro statu presentis vite sit nobilior ⁊ perfectior ⁊ maioris meriti q̃ꝫ vita actiua.
¶ Primo ponit̃ vna opinio de questione cuz suis motiuis.
¶ Secundo ponitur alia respondendo ad questionem. Et arguendo contra primam.
¶ Tertio soluuntur motiua prime opinionis.

¶ Distin. xxxvj.

Questio Utrum virtutes sint adinuicez cõnexe.
¶ Primo inquiritur vtrum omnes virtutes morales sint adinuicem necessario connexe.
¶ Secũdo vtrum respectu omnium sufficiat ponere vnam prudentiam in intellectu/ vel oporteat ponere plures.
¶ Tertio vtrum virtutes morales sint necessario cõnexe cum prudentia ⁊ econuerso.

¶ Distin. xxxvii.

Questio Utrum precepta decalogi sint dispensabilia.
¶ Primo ostenditur que ⁊ quot sunt precepta decalogi.
¶ Secundo inquiritur an sint de iure nature.
¶ Tertio vtrum sint dispensabilia vel non.

¶ Distin. xxxviij.

Questio Utrum omne mendacium sit mortale peccatum.
¶ Primo ostenditur ꝙ omne mẽdacium ẽ pctm̃.
¶ Secundo an omne mẽdacium sit mortale pctm̃
¶ Tertio an habitus mentiendi pertineat ad inintellectum vel voluntatem.

¶ Distin. xxxix.

Questio Utrum licitum sit iurare. ¶ Primo inquiritur an sit licituz iurare ⁊ quomodo.
¶ Secundo per quid est iurandum.
¶ Tertio vtrum omne iuramentum promissoriuz obliget ad seruandum.

¶ Distin. xl.

Questio Utrum lex noua in mẽte hominis sit habitus vel actus vel obiectum vel aliquid aliud a predictis.
¶ Primo inquiritur ĩ generali que sit ratio legis ⁊ quid sit lex/⁊ ad quam potentiam pertineant Et ex hoc patet de lege noua.
¶ Secundo ostenditur vtrum lex noua sit grauior ad obseruandum q̃ꝫ fuerit lex antiqua ⁊ ostenditur ꝙ lex noua xp̃i leuior est Ipse enim est cuius iugũ suaue est ⁊ onus eius leue q̃ est deus benedictus, in secula seculorum. A M E N.

¶ Explicit index questionũ et articulorum huius operis super tertium sententiarum.

¶ Sequitur prefatio

Fratris Joannis de Bassolis Minorite: Sacre Theologie professoris Plani: et explorat[o]ris profundissimi. In Tertiū Sententiarū. Collatio.

Ipse est caput corporis ecclesie qui est principium primogenitꝰ ex mortuis ad Collocenses primo capitulo. Dicebatur in principio sententiarum prosequendo illud thema principium verborum tuorum veritas ꝙ veritas theologica que quasi tota conflatur in quattuor libris sententiarum circa quattuor versatur principaliter que in libris predictis ꝑtractantur. Primum namqꝫ est dignitas diuini generis. Secundum est nouitas diuini operis Tertium caritas diuini federis. Quartum est bonitas diuini muneris. Prima duo pertinēt ad primum et secundum. Alia vero duo ad tertium et quartum.

Collo. I.

Veritas theologica.

¶ Expeditis igit̃ primis duobus primo et secūdo. Restat dicendum de tertio in hoc tertio libro puta de nouitate diuini federis qđ habuit ad genus humanum in sua incarnatione benedicta.

¶ Hoc autem fedus diuine miseratiōis exp̄mit Apostolus in verbis preassumptis quando dicit de christo verbo incarnato dei filio ꝙ ipse est caput corporis ecclesie: qui est principium primogenitus ex mortuis. Naꝫ secundum hoc dicit istud verbum ꝙ est caput ecclesie nosqꝫ membra eius mediator dei et hominū homo christus iesus. ¶ In verbis ergo predictis dico ꝙ Apostolus describit christum verbuꝫ dei pro nobis incarnatum. Primo q̃ꝫtum ad gradum eminentie principalis cum dicitur. Ipse est caput. Secundo q̃ꝫtum ad nexum amicitie fraternalis vel liberalis cum dicitur corporis ecclesie. Tertio q̃ꝫtum ad actum vel modum influentie virtualis qui est principium. Quarto q̃ꝫtum ad fructum patientie triumphalis: quia primogenitus ex mortuis.

I. ad thimo. 2.

¶ Describit ergo primo suam presidētiam principalē. secundo suam liberalem ⁊ fraternalem amicitiā. tertio suam virtualem influentiam ⁊ quarto suā triūphalem patientiam. Primū probatꝰ capitis dignitas. Secundum corporis vnitas. Tertium virtus principij. Quartū fructus supplicij mortalis supple: quia primogenitus ex mortuis.

¶ Dico ergo primo ꝙ christꝰ iesus mediator dei et hominum in hoc verbo describitur q̃ꝫtum ad eminētiam principalem. Nam ipse est caput. Sicut eñ caput ceteris membris preeminet et superius situatur. Sic christus omni creature supereminet et ipsi principatur. Ipse est enim caput aureum multofortius q̃ꝫ ille Nabugodonosor. Ipse est illud caput de quo scriptum est. Lapidem quem reprobauerūt edificantes hic factus est in caput anguli. A domino factum est istud ⁊ est mirabile in oculis nostris. ps. 117.

¶ Ubi notantur quattuor que probant ipsius christi principalem eminentiam. Primum est misteriū expressiuum vel signatiuum. Secundum est officiū excessiuum. Tertium subsidium promotiuum. Et quartum prodigium instructiuum. ¶ Ostenditur ergo christi preeminentia ex misterio probatiuo: qr dicitur. Lapis quem reprobauerunt edificantes. Secundo ex officio excessiuo: quia factus est in caput anguli. Tertio ex subsidio ꝓmotiuo: quia a domino factum est istud. Quarto ex prodigio dignatiuo quia est mirabile in oculis nostris. ¶ Dicitur ergo primo lapis non quicunqꝫ lapis sed ipse est lapis ille de quo dictū est ꝙ abscisus est lapis de mōte trinitatis sine manibus humane virtutis vel potestatis qui confregit statuam ⁊c. Ipse est lapis ille de quo dicitur. Ecce ponam in syon lapidem electum preciosum ⁊ omnis qui crediderit in eum nō confundetur. Ipse est lapis ille queꝫ erexit Jacob in titulum fundens oleum desuper. Lapis etiam et ille super caput cherubin de quo dicitur ꝙ super caput cherubin est lapis saphirus. Iste est ille lapis primarius eductus a deo de vtero virginali. Educet inquit lapidem primarium ⁊ exequabit gratiaꝫ gratie eius. ¶ Sed istum lapidem misterialem nescientes virtutem eius reprobauerunt edificantes synagoge principes et doctores qui eum edificare debuerunt et sic ab edificio corporis ecclesie defecerunt tanq̃ꝫ illi qui erant per istum lapidem cōquassandi cadendo super eos et qui fuit eis lapis offensionis et petra scandali. propter quod etiam dicebat eis predictum verbum ⁊c̃. De hoc lapide nos admonet Apostolus petrus. Ad quem inquit accedentes lapidem viuum ab hominibus quidem reprobatum a deo christo electum ⁊ honorificatum: ⁊c̃. Lapis namqꝫ viuus est iste. Nam iste est lapis quo deiectus est gigas ille Golias princeps mortis quo infixo in fronte eius cecidit mortuus super terraꝫ est lapis electus et a deo honorificatus quia est lapis solidus lapis politus ⁊ lapis insculptus: diuinitas enim in ipso sculpta est in materia nostre humanitatis. ¶ Secundo probatur eius presidentia vel preeminentia ex officio excessiuo: quia constitutus est in caput anguli. Ecclesia namqꝫ quasi quidam angulus in quo secundum duas lineas rectas concurrerunt a principio iudei et gentiles ad christum conuersi. In caput ergo huius anguli factus est christus tanq̃ꝫ pastor et princeps ecclesie in quo iudei et gentiles quasi ediuerso parietes vnirētur. Unde lapis angularis discrete nominatur sicut de ipso canit ecclesia. Angularis fundamentum lapis Christus missus est qui compage parietis in vtroqꝫ nectitur ⁊ cetera. Et ipso summo

xpi p̄eminentia.

danie. 2.

I. petri. 2

gene. 28.

zacha. 4.

I. pe. 2.

angulari lapide christo iesu ⁊ cetera propter quod
sibi dicitur. Cōstituet te dominus deus tuus in ca
put et non in caudam et eris supra et non subter et
ipsemet de seipso dicit. Constituet me inquit in ca
put gentium. Factus est ergo in caput sed in ca-
put anguli: quia ex ipso angulus et ex ipso paxil-
lus et ex ipso arcus prelij. Ex ipso angulus secre-
torum ex ipso paxillus infirmorum: et ex ipso ar-
cus prelij robustorum. Iste est angulus legis chri
stiane cuius misteria abscondita sunt ab oculis
aliorum: de quo dictum est ꝙ melius est sedere in
angulo dogmatis q̄ȝ cum muliere litigiosa cū qua-
cunqȝ alia secta vel doctrina et in domo communi.
¶ Tertio probatur eius preeminentia ex subsidio
promotiuo a quo promotus est christus in tantā di
gnitatē. A domino factum est istud. A quo eñ po-
tuisset hoc fieri nisi a dño a deo patre ⁊ beata trini
tate: a nullo ꝑpter qđ dicit dñs pater dño meo filio
suo. Sede a dextris meis ⁊c̄. Sicut Apostolus ad
ad eph. 1. Ephesios. 1. Operatus est in christo suscitans euȝ
a mortuis ⁊ cōstituēs ad dexterā suā in celestib⁹ su
pra omnē principatū ⁊ potestatē et dominationē ⁊
virtutē ⁊ omne qđ nominaṫ non solū in hoc seculo
sed etiā in futuro. A dño ergo summe scientie sum
me potētie summe iusticie summe clemētie: hoc est
bonū subsidium. Videamus hoc verbū qđ factū est
Luc. 2. qđ fecit dñs ⁊ ostendit nobis. ¶ Quarto ostendiṫ
eius preeminētia ex prodigio: q̄ȝ mirabile ī oculis
nostris. Nōne in christo sunt mirabilia in oculis fi
delium? Nōne ipse est totus mirabilis ⁊ facies ei⁹
plena est gratiarū? Quis sufficit cogitare ista mi-
rabilia quis ea valeat explicare? Nonne mirabile
est ꝙ de isto facto conuenerunt ⁊ deus ⁊ homo ma
ter ⁊ virgo ꝙ de ipso cōuenerūt fides ⁊ ratio: ꝙ su
premū vniatur infimo immēsuȝ minimo? ꝙ eternū
vltimo vt sit simul christus alpha ⁊ o. Istud est mi-
rabile excedēs facultatem ingenij philosophorum
immo ⁊ oīm theologorū mirabile qđ multi nō pos-
sunt credere cū narratur eis ⁊ tñ mirabile est ī ocu
lis nostris qui fideles sumus. Reuela ergo de⁹ ocu
los meos ⁊ ꝯsiderabo mirabilia tu es eñ qui facis
mirabilia solus. propter qđ optime dicebat ille ce-
cus illuminatus de christo. In hoc mirabile est: q̄ȝ
nescitis vnde sit ⁊ aperuit michi oculos. Mirabile
est ꝙ ignorāt iudei ⁊ alij infideles xp̄m mirabilem
qui aperit et prompt⁹ est aperire oculos cuiuslibet
cōuersi ad ipsum tanq̄ȝ caput regitiuum oculorum
mētis nostre. ¶ Diciṫ ḡ primo ipse est caput. Ca-
put inq̄ȝ tyara pontificali decoratū. Pones tyarā
in capite aaron caput corona imperiali venustatū.
Posuisti in capite eius coronā de lapide precioso.
In capite eius corona stellarū duodecim. Caput
gratia spirituali impinguatū ⁊ consecratū: q̄ȝ bene
dictio eius qui apparuit in rubo suꝑ caput vel ver
ticē nazarei eius: vel īpinguasti in oleo caput meū.
Caput etiā de torrēte hoc mūdiali sublevatū ⁊ ele
uatū. De torrente in via bibit propterea exaltauit
caput. Hec de primo principali.

¶ Sequitur scđm principale in quo xp̄s
describiṫ q̄ȝtum ad nexum
amicitie fraternalis vel specialis cum dr̄ corporis
ecclesie. Est eñ nexus hui⁹ corporis. Nā sicut ī ca
pite cōnectuntur mēbra ⁊ ab ipso cōtineṫ corpus:
ad eph. 1. sic recte corpus ecclesie in xp̄o ⁊ a christo ꝑpter qđ
de ipso dicit apostolus ad Ephesios. 1. ꝙ deus de-
dit ipsum caput suꝑ oēm ecclesiā que est corpus ei⁹
Et ad Collocenses. 2. subdit. Ex quo totū corpus ad col. 2.
per nexus ⁊ coniunctiones subministratū ⁊ cōstru-
ctum crescit in augmētum dei. ¶ Ubi tanguntur xp̄i erga
quatuor que ostendūt vel probant nexum sue ami- nos ami-
citie fraternalis liberalis quam habet ad nos ex citia.
sua incarnatione: habet enim ad nos amicitiam et
in nobis complacētiam tanq̄ȝ noster superior: quia
ipsum dedit deus caput supra omnem ecclesiam: q̄ȝ
nobis proximior cognatione quia ecclesia est corp⁹
eius quia nobis intimior affectione ex quo totum
corpus per nexus ⁊ iuncturas ⁊ cōiunctiones sub-
ministratum ⁊ constructum crescit in augmentum
dei ⁊c̄. Quarto quia nobis fecundior donatione:
quia ecclesia crescit in ipso in augmentum dei. Est
ergo nobis prelatione superior ⁊ nō prelatus equi
uocus vel analogus sicut prius ante suam incarna
tionem sed prelatus vniuoc⁹ de gente nostra et de
fratrib⁹ nostris suscitatus vniuoce homo nobiscū
non tantum deus ⁊ cōmunis prelatus supra omnē
ecclesiam id est supra totam ecclesiam fidelium suo
rū quorū cunqȝ. Caput te ꝯstitui in tribubus israel
in tribubus israel factus es de quibus diciṫ ꝙ Sa-
lomon benedixit omni ecclesie israel et significat
christum vere pacificum qui toti ecclesie israel fide
lium tanq̄ȝ prelatus benedicit. ¶ Secūdo dico ꝙ
probatur eius amicitia quia est nobis cognatione
proximior: quia nos sumus corpus eius et vnū cor
pus in ipso prius enim non attinebat nobis corpo-
raliter sed in ista incarnatione benedicta factus est
de cognatione nostra. Caro eñ et frater noster est.
Est ergo ecclesia corpus eius: quia corpus cōstitu
tuȝ ex membris eius fidelibus suis corpus inq̄ȝ ab
ipso vegetatum augmentatum ab ipso / gubernatū
ab ipso: et ab ipso congregatum de quo corpore di
cebat apostol⁹. Adimpleo ea que desunt passionū Apl̄us.
christi in carne mea pro corpore eius qđ est ecclesia
ad Ephe. 5. Mēbra sumus corporis eius de carne ad ephe-
eius ⁊ de ossibus eius. ¶ Tertio probatur ei⁹ ami sios. 5.
citia quia nobis intimior affectiōe q̄ȝ corpus istud
ab ipso vel per ipsum per nexus et coniunctiones
subministratur. Ipse eñ intimus nexus huius cor
poris: quia in funiculis Adam ⁊ in vinculis carita
tis traxit ⁊ trahit ⁊ vnit membra huius corporis.
propter nimiam caritatē suam qua dilexit nos de⁹
Datus est ergo nobis membruȝ huius corporis in
vinculum inglutiuum ⁊ in nodulum amoris indis-
solubilem. propter qđ dicit Apostolus ad Ephe- ad ephe
sios quarto. Veritatem facientes crescamus in il- sios. 4.
lo per omnia qui est caput christus ex quo totū cor
pus comparatum ⁊ connexum per omnem iunctu-
ram subministrationis ſm operationem in mensu-
ram vniuscuiusqȝ membri augmentum facit in edi
ficationē sui in caritate. ¶ Quarto probatur eius
complacentia et amicitia ad nos: quia nobis fecun
dior donatione crescimus enim in augmentum dei
Nam ante incarnationem non habundabant dona
virtutum et etiam gratiarum sicut post. Erant eñ
ante incarnationē dona ista modica et rara: sed mo
do sunt augmentata et intensiue et extensiue: quia
magna et multa. Unde datus est nobis in cumulū
et vasculum et loculum omnium gratiarum in aug
mētum dei ⁊ ad hoc potest accipi medietas vltima
auctoritatis premisse resecando eam a tertio mem
bro. Ipse est eñ in quo omnis edificatio cōstructa

crescit in tēplum sanctū in domo: qꝛ dictū est ꝙ dabit capiti tuo augmenta gratiarum.

Influentia ꝟtualis xpi.

¶ Sequitur tertiū principale in quo christus filius dei pro nobis incarnatus describitur ꝗtum ad actū influētie virtualis. qꝛ est principiū. Principium enim reale ꝛ causale habet influere suo principiamēto sicut christus. aut verbū dei incarnatū est principium reale ꝛ causale nostrū et corporis ecclesie ꝗtum ad totale esse ꝛ fabricaꝫ eius ꝛ non solū ecclesie sed totius creature propter qđ dicebat sibi pater in psal. Tecū principiū in die virtutis tue in splendoribus sanctorū ex vtero ante luciferū genui te. ¶ Ubi tangūtur quatuor cōia q̄ habet cū patre eterno ratiōe quorū potest nobis influere virtualiter sicut ꝛ ipse pater ꝛ sicut caput influit mēbris. habet enī cū patre eandē potestatem. Tecū principiū in die virtutis tue ad influendū nobis efficaciā in exercēdo. ¶ Secūdo habet cū patre eandē claritatem ꝛ veritatem. In splendoribus sanctorū ad influendū refulgētiam vel sapientiā in sentiendo. ¶ Tertio habet cū patre eandē quidditatē vel entitatem. Ex vtero genui te id est de mea substātia ad influendū permanētiaꝫ in subsistēdo. ¶ Quarto habet cū patre eandē primitateꝫ/ ante luciferū ad influendū cōfidētiam de consequēdo vel excellētiam in extollendo. ¶ De primo nota ꝙ bene dicit. Tecū principium qꝛ pater et fili⁹ simul sunt vnū ꝛ idem principiū et respectu spiritus sancti ꝛ respectu creature sed in die virtutis tue: qꝛ eadē est virtus vtriusqꝫ ꝛ ita sicut pater in die virtutis sue: qꝛ in sua eternitate genuit filiū ita i die virtutis filij. Ipse enim christus est dei patris virtus. Nos predicamus xp̄m dei virtutē propter qđ sibi cōuenit esse principiū sicut ipse dicit. Jo. 8. Si nō credideritis qꝛ ego sum moriemini i peccato vestro dicebāt ꝗ ei tu quis es. Dicit eis Jesus principiuꝫ qui ꝛ loquor eis principiū christe principiū. ¶ De scđo dico ꝙ habet cū patre eādē claritatē que quidem claritas est splendor ꝛ gloria sanctoruꝫ in quo splēdere videt omnia ꝛ ipsum sicuti est. Unde ꝛ diuine tres ꝑsone sunt quasi tres radij vel splēdores vel potius splendor triplex ꝓpter qđ de christo dicit ꝙ est splendor glorie ꝛ figura substātie dei. Unde ꝛ sibi dictū est ꝙ ambulabunt gentes in lumine tuo ꝛ reges in splendore ortus tui. ¶ De tertio dico ꝙ habet cū patre eandē entitatē vel essentiaꝫ: qꝛ de sua substātia impartita indiuisa ꝛ vnica genuit eū deus pater sicut dictū est in primo: sed eundē genuit mater ex vtero suo ꝓpter qđ dicit paꝛ. Si ego qui generationē ceteris tribuo ipse sterilis ero quasi diceret nō: sed sicut dicit scriptura. Ex vtero tuo ipsum habebis heredē. Ideo ergo in te ꝯfirmatus sum ex vtero pōt dicere quilibet nostrū: qꝛ ipse dat nobis permanētiam essendi. ¶ De quarto dico ꝙ habet cū patre eandē primitatē: qꝛ ante luciferū et primogenita ante omnē creaturā qꝛ anteqꝫ quicqꝫ faceret a pricipio ꝛc̄. Unde ꝛ lucifero improperat. Quomodo cecidisti de celo lucifer qui mane oriebaris. Non sic sperantes in christo cadēt/ non. sꝫ cū se cōsumptos putauerint orientur vt lucifer. Nunquid ꝗ dicit christus. Producis luciferū in tēpore suo: quasi diceret nō: sed ego producā: ꝛ ideo oportet ꝙ sint ante luciferū. ¶ Hec de tertio in quo notatur eius influentia virtualis cū dicit ꝙ est principiū ꝛ vere est principiū logicū in dirigēdo ꝑncipiū phisicū in producēdo principiū practicū in operando principiū speculatiuum in illustrando ꝛc̄. ꝓpter quod tangitur sua influentia virtualis.

Patientia xpi.

¶ Sequitur quartū vbi describit ꝗtum ad fructū sue patientie triūphalis quā habuit pro nobis substinēs patiēter mortē pro nobis i cruce propter qđ recte dr̄ primogenitus ex mortuis. Primogenitus ex mortuis vocat recte christus: qꝛ ipse est cui⁹ merito alij ex mortuis suscitantur. Propter qđ de ipso dicit Apostolus Jo. Apo. 1. ca. Qui est testis fidelis primogenitus mortuorū ꝛ princeps regum terre qui dilexit nos ꝛ lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo ꝛ fecit nos regnū ꝛ sacerdotes deo ꝛ patri. ¶ Ubi describitur quadruplex fructus patientie triumphalis christi ꝓpter quā dicit primogenitus ex mortuis. ¶ Primus fructus est confirmatio credētorum: qꝛ ipse est testis fidelis eoruꝫ q̄ debemus tenere per fidē. Unde ꝛ fidelitas sui testimonij patuit qꝛ ad cōfirmandū testimoniū noue legir mortuus est ꝛ passus. Testimoniuꝫ ꝗ dn̄i fidele sapientiā prestans paruulis. Testimonia ꝗ tua domine iesu christe credibilia facta nimis: qꝛ fuerunt testimonia figurarū signaculis designata ꝓphetarū oraculis nunciata ꝛ proclamata gratiarū miraculis comprobata. ¶ Tertius fructus est suscitatio defunctorū: qꝛ per mortē suā cōuiuificauit nos deo: sed nō curo modo sed accipio aliū qui fuit subiugatio omni mūdanorum ꝛ principiū terrenorum Princeps regū terre. Per mortē enī suam meruit christus sibi mundanū imperium ꝛ omne terrenum dominiū subiugari ꝛ ecclesie christi sicut ad litterā fuit factū tempore Siluestri pape ꝛ ideo terribilis est qui aufert spiritū principum terribilis apud reges terre. ¶ Tertius fructus fuit ꝛ est expiatio delictorū ꝛ peccatorum. Qui dilexit nos ꝛ lauit nos a pctīs nostris in sanguine suo. O quale lauachruꝫ in lixiuio sanguinis xp̄i quē effundit in nos habunde dilexit nos. Non enī taliter fecit omni nationi: qꝛ nationi angelorum non fecit sic. Noluit eos redimere sanguine suo precioso. Hec fuit probatica piscina extra hierusalē in quā quicunqꝫ ingrederetur saluus fieret a quacūqꝫ detineretur infirmitate habēs quinqꝫ porticus quinqꝫ vulnerū christi notabilium quibus effluxit ille sanguis christi benedict⁹. Unde ꝛ oēs christiani lauarunt stolas suas ꝛ dealbauerūt eas in sanguine agni. Agni inqꝫ incontaminati ꝛ immaculati christi iesu. ¶ Quartus fructus est ꝯsequutio eternorū vel premiorꝫ ꝛ fecit nos regnū ꝛ sacerdotes. Sicut enī christus est rex ꝛ sacerdos sic merito sue triumphalis patientie facit fideles suos reges in celesti regno ꝛ sacerdotes in celesti tēplo ipsis dr̄. Uos estis genus electū nō abiectū regale sacerdotiū non seruile gens sancta nō feda populus adquisitionis nō perditionis sicut ante passioneꝫ christi. Ut virtutes annūcietis eius q̄ de tenebris peccatorum vocauit vos in admirabile lumen eternorum. s. gaudiorū ꝛ premiorū. Ideo in fine illius auctoritatis Apocalipsis. 1. subiūgit ipsi gloria ꝛ imperium in secula seculorum. Amen.

Apoca. 1.

Fructus patiētie xp̄i multiplex.

¶ Distinctionis Prime Libri Tertij Sententiarum.

¶ Questio Prima.

Circa primā distin
ctionē huius Tertij Sētētia=
rū. Quero primo vtrū incar=
natio diuīe ꝑsone ad redēptio
nē humani generis fuerit pos
sibilis. ¶ Videtur ꝙ nō. Pri
mo sic. Illud qd̓ est alteri vni=
bile est sibi cōponibile vel sal=
tem alicui probatio qꝛ ipsum est in potētia vel ad il
lud cui vnitur vel ad vnionē ipsaꝫ ⁊ ꝑ ꝯn̄s est muta
bile de nō vniri ad vniri vel ecōuerso. Sed diuina ꝑ
sona est simplicissima non cōposita nec cōpossibilis
⁊ simpliciter īmutabilis sicut dictū est ī ꝓmo: ꝗ ⁊c.
¶ Secundo sic. Impossibile est ꝙ illa que diffe=
rūt plusq̃ꝫ genere sint idē numero vel supposito per
se vno. Quecūqꝫ eñ sunt idē numero vel supposi=
5. meta. to per se vno sunt vnū genere ⁊ specie. 5. meta. Sed
diuina ꝑsona ⁊ natura humana differūt plusq̃ꝫ ge=
nere qꝛ in infinitū nullā ꝓportionē habētes ⁊ sicut
corporale ⁊ incorporale q̄ differūt plusq̃ꝫ gn̄e. 5. me
tha: ꝗ ⁊c. ¶ Tertio sic. Natura humana ⁊ persona
sunt idē penitus extra intellectū nec possunt differ
re. Si eñ differrēt oporteret ꝙ ꝑsonalitas nature
adderet sup ipsam vel substātiam vel accidēs. Nō
primū patet: qꝛ nec materiaꝫ nec formā nec cōposi=
tū. Nec accidens qꝛ substātia non ꝑsonatur per ac=
cidēs sicut nec subsistit per accidēs: sed magis ecō=
uerso. Sed ꝑsona humana non est vnibilis persone
diuine nec assumptibilis ab ipsa ad vnitatē suppo=
siti sui vel ꝑsone: qꝛ multiplicaretur cōtradictio ꝙ
scꝫ essent vnū suppositū ⁊ ꝙ non vnū sed duo: ergo
nec natura est vnibilis. ¶ Quarto sic. In quocūqꝫ
supposito natura substātialis subsistit ipsa dat illi
supposito est simpliciter qd̓ est esse substantiale pri
mū. Probatio qꝛ cū ipsa non sit accidēs nō potest
subsistere in aliquo inherendo sibi ⁊ dando sibi esse
scd̓m quid ⁊ secundarium sed substātiat ipm̄ dans
sibi quidditatiue esse primū simpliciter. Sed natu=
ra humana nō potest esse tale dare diuino supposi=
to: quia necessario presupponit ipsum in suo esse si=
cut depēdēs essentialiter ab eo: ergo nō potest sub
sistere in diuino supposito: ⁊ per cōsequēs incarna
tio diuine persone quam ponit fides nō est nec fuit
possibilis.

¶ **Contra** qd̓ factuꝫ est non est impossibile
nec fuit: immo magis possibile.
Sed incarnatio diuine persone facta est. Johannis
Joan. I. primo. Verbum caro factum est ⁊ habitauit in no=
bis: ⁊c.

¶ In ista questiōe sic ꝓcedā.

¶ Primo ad euidētiaꝫ possibilitatis ipsius incar
nationis inquirā vnū preambulum necessariū / scili
cet quomodo in creaturis differunt suppositū ⁊ na
tura ⁊ an suppositū addat aliquid sup naturā sub=
stātialem cuius est. ¶ Scd̓o inquirā de possibilita
te incarnationis. ¶ Tertio de facto incarnatiōis.
Vtrū ostendi possit ꝑ scripturas a iudeis receptas
Suppo= messiā christū deū esse ⁊ ipsum in preterito iā incar
situ an su natū fuisse. ¶ Vltimo ad rationes principales.

p naturā
substātia
lez aliqd
addat.

¶ Quātum ad primū articu/

lū est vna ꝯclusio in qua multi ꝯueniūt. s. ꝙ supposi
tū qd̓ dicit aliquid ꝑ se subsistens in natura substā=
tiali ⁊ habēs naturā talem ⁊ hāc addit sup naturā
hāc aliquid reale positiuum differens extra intelle
ctum a natura ipsa. ¶ Ad hoc adducūtur multe ra
tiones. Prima est hec. Si natura ⁊ suppositū non
differrent realiter ita ꝙ suppositū nichil reale posi=
tiuū adderet sup naturā. Sequeret̄ ꝙ sicut verbuꝫ
assumpsit naturā ita ⁊ suppositū humanū. Sed hoc
est falsum ⁊ impossibile qꝛ suppositū cū sit incōmu=
nicabile ⁊ vt qd̓ ⁊ vt quo impossibile est ꝙ sit vnibi
le: ꝗ ⁊c. ¶ Scd̓a ratio est hec. Illud qd̓ dicit perfe=
ctionē simpliciter ſm̄ rationē propriā dicit aliquid
reale positiuum ſm̄ ipsam. Sed suppositū est huius
modi. Unde suppositū qꝛ perfectiōis est ꝙ aliquid
subsistat in seipso ⁊ ꝑ seipm̄ nō depēdēdo ad aliud
sicut imꝑfectionis est ꝙ aliquid nō subsistat in seip
so sed depēdeat ad aliud. Patet de accidēte: ꝗ ⁊c.
¶ Tertia ratio est quasi ꝯfirmatio hui⁹ qꝛ ꝑsona=
ri ꝑsonalitate ꝓpria excludit imꝑfectionē depēdē=
di ad extrinsecū suppositū. Sed nichil excludit ꝑfe
ctionē nisi ꝑfectū ⁊ aliquid positiuū vt videt̄. Pro
pter hoc eñ ponit̄ ꝙ indiuiduatio nature est ꝑ ali=
quid positiuum: qꝛ ꝑ indiuiduationē excludit̄ imꝑ=
fectio a natura. s. diuisibilitas ⁊ diuidi ergo sic hic.
¶ Quarta ratio aut suppositū addit aliquid posi=
tiuum sup naturā aut nō sed negationē tm̄. Si pri
mo modo habet̄ propositū. Si scd̓o modo dicat̄ cō
tra primo qꝛ nulla negatio est primo incōmunicabi
lis hoc est ꝓpter incōmunicabilitatē alicuius posi
tiui. Unde nec aliqua negatio ꝓpria est alicui nisi
propter aliquā affirmationeꝫ ad quā reducit̄. Sed
personalis ꝓprietas vł suppositiua qua formaliter
constituit̄ suppositū est primo incōmunicabilis: qꝛ
est ratio cōstituendi incōmunicabile puta supposi=
tū vel ꝑsonā: ꝗ ipsa est aliquid positiuū ⁊ non nega
tio ⁊ illud positiuū oportet ꝙ suppositū vel ꝑsona
addat sup naturā vt videt̄. ¶ Et cōfirmat̄ qꝛ hoc
videmus in diuino supposito ꝙ incōmunicabilitas
nō conuenit supposito nisi ꝑ aliqd positiuum qd̓ est
ipsa relatio cōstitutiua suppositi distincta formali
ter a natura. ¶ Secundo quia si suppositum addit
solam negationē super naturam tunc omnia suppo
sita creata erunt formaliter negatiua qd̓ est incon=
ueniens: quia suppositū substantie est maxime ens
⁊ substātia ī predicamētis. ¶ Tertio qꝛ nullū sup=
positum erit per se vnum. Nam ex positiuo ⁊ nega
tione non fit aliquid per se vnū nichilominus q̃ꝫ ex
aliquibus positiuis puta ex substantia ⁊ accidente
quia plus distant affirmatio ⁊ negatio q̃ꝫ substātia
⁊ accidens. Hoc autem est falsum ⁊ contra philoso
phum. 7. metha. vbi vult ꝙ suppositum substantie 7. meta.
est per se vnum ⁊ per se terminans generationem:
quare ⁊c. ¶ Quinta ratio talis differentia penes
modum significandi non impedit ꝑ̄dicationē idēti
cam: licet bene impediat ꝑ̄dicationem formalem.
Si ergo natura et suppositum sic sunt idem ꝙ non
differunt nisi secundum modum significandi ⁊ nō
per aliqua realia positiua: sequitur ꝙ natura per
identitatem possit predicari de supposito dicendo
homo est humanitas. Hoc autem est falsum: ꝗ ⁊c.
Hoc enim solum habet locum in diuinis. ¶ Sex=
ta ratio. Suppositi est agere et per consequēs sup=
positum per se et intrinsece includit omnia necessa
ria ad agendum. Sed nature non est agere: vt pa=
tet. Actiones enim sunt suppositorum primo me=
ta: ꝗ ⁊c. ¶ Septīa ratio. In solo deo idē est hn̄s ⁊

id qꝺ habetur. In creatura autē nō: qꝛ non est summe simplex sicut deꝰ. Sed suppositū in creatura est habēs ⁊ natura id qꝺ habetur: ergo differūt realiter ⁊ positiue. ¶ Ultima ratio est ꝙ nō magis determinatur natura ex se ad suppositalitatē ꝙ̃ ad indiuiduationē. Patet: immo minꝰ qꝛ natura creata potest stare sine ꝓpria suppositalitate: nō autē sine ꝓpria singularitate. Sed ad singularitatem determinatur per aliquid positiuum reale super additū nature vt dictum est in scḋo: ergo multo fortius ad ꝑsonalitatem vel suppositalitatem.

Supposi tū creatū qd addit ¶ Dicūt ergo ꝙ suppositū creatū addit aliquid positiuū reale super naturā hanc ⁊ singularē per quā est formaliter suppositū vel subsistens per se ⁊ incōmunicabile. Sed in exprimēdo illud variant: qꝛ quidā dicūt ꝙ illud est esse actualis existētie qꝺ differt s̄m eos in creatura ab ipsa essentia re vel intētione saltē ⁊ videtur eis ꝙ per se actuale suppositū sit formaliter suppositū. Tū qꝛ esse est vltima actualitas ꝑtinēs ad genus substātie data sibi ab agēte. Tum qꝛ idē videt in substātia subsistere ꝑ se ⁊ existere supposito autem suppositum per subsistere: ergo ⁊c.

¶ Alii ponūt ꝙ illud additū per qꝺ suppositū est suppositū est quidā modus realis cōtrahens naturā ⁊ conueniens sibi s̄m ꝙ substat ꝓprietatibus accidētalibus que sunt suppositi ⁊ ipsum natura cōtrahit ⁊ habet ex illis proprietatibus. Dicūt tñ ꝙ talis modus nō est alia res a natura ipsa nec est alia substātia: qꝛ nec materia alia nec forma nec cōpositū nec est aliquod accidens: qꝛ tūc suppositū non diceret aliquid vnū per se in gñe ꝑdicabili per se de seipso. Ita ꝙ eadē res accepta s̄m se preter illū modū dicit natura sed cū illo modo accepta dicitur suppositū. ¶ Et ꝙ hoc sit possibile declarāt in materia de qua dicūt ꝙ habet quēdam modū ꝙ̃titatiuum sibi cōsubstātialē derelictū ex ꝙ̃titate quo quidē modo formaliter est extensa alia extensione ab illa que est ꝙ̃titas ipsa: et habet partes s̄m seipsam extēsas alia extēsione correspōdentes partibus ꝙ̃titatis ⁊ ille modus non est res alia a materia sed est sibi consubstātialis ⁊ intimus licet extra intellectū distīgatur ab ea tanꝙ̃ modus ⁊ sit in materia derelictus ex ꝙ̃titate s̄m quā materia quāta plus dicit ⁊ significat ꝙ̃ materia tantum. Sic in ꝓposito vt dicunt ꝙ suppositū plus dicit ꝙ̃ natura qꝛ dicit modū illū cū natura ⁊ vltra naturā per quam est formaliter suppositum.

¶ Sed iste rationes parum valent ad ꝓpositū declarandum. Si enī prima ratio esset bona per ipaz probaretur ꝙ natura hūana posset assumi sine sua singularitate ad singularitatez diuine psone vel nature quia natura humana prior est in esse specifico ꝗ̄ sit indiuidua. Nam indiuiduatio fit per aliquid superadditum nature ꝛ p̄us intelligitur ipa vt specifica ꝗ̄ indiuidua ergo pōt assumi sine sua singularitate non sequitur. Similiter etiā sequeretur ꝙ deus posset facere naturam generis sine omni specie ꝛ naturam speciei sine omni indiuiduo est quia genus est prius natura ꝗ̄ species ꝛ species ꝗ̄ indiuiduum nec ꝯuertitur ꝯn̄a inter ea. Non ergo pōt deus facere quodcūꝗ prius natura sine posteriori nisi sit tale ꝙ sit essentialiter distinctum ab ipo ita deberēt ꝓbare ꝙ hec natura singularis sit p̄or natura ꝓprio supposito suo sic ꝙ sint separabilia ꝛ vnū possit manere sine alio qḋ nō ꝓbant. ¶ Scḋa ratio non valet accipiendo eam sicut sonat ꝛ iacet. Nam sicut natura vni⁹ generis nō potest esse natura alterius. Ita nec potest habere ꝓpriū modum vniuocū illius generis qꝛ sicut substātie ꝛ accidēti sicut dixi in p̄mo nihil est vniuocum. Ita nullus modus vniuocus. Preterea etiam sequeretur ꝙ substantia posset inherere sicut accidens potest subsistere. Quādo dicit ꝙ accidēs separatum habet moduz substātie. Dico ꝙ falsum est qꝛ modus subsistendi substantie est nō inherere alteri nec actualiter nec aptitudinaliter nec possibiliter nō sic autē accidēs quātūcunꝗ separatum qꝛ inheret aptitudinaliter saltem. Unde accidēs in sacramēto separatum nec habet rationem suppositi nec modum substantie. ¶ Qꝫ aūt nō sit suppositū nec hēat modū substātie quātum ad hoc pꝫ. Tū qꝛ natura accidētis nō subsistit vltimate in tali accidēte separato sed cum inclinatione aptitudinali ad extrinsecum suppositum puta ad suppositum substātie. Tum qꝛ singulare accidētis separatū esset vere suppositū. Tunc cum suppositum alicuius nature ꝓpriū sibi adeqꝫtur. Ita ꝙ ꝗ̄tum nata est supponitari naturaliter tantum etiam illud natum est naturaliter supponitare ꝛ ecōuerso. opꝫ ꝙ excludat a natura quācunꝗ inclinationem naturalem siue actualē siue aptitudinalem ad extrinsecum suppositū ꝛ sic natura accidentis separati non inclinaretur aptitudinaliter ad aliquam substātiam vel ad suppositū eius quod est falsum. Tum qꝛ si accidēs separatum esset suppositum sequeretur ꝙ aliqua natura magis naturaliter subsisteret in alieno supposito ꝗ̄ in ꝓprio qꝛ accidens magis nāl'r est in subiecto ꝗ̄ separatuz a subiecto imo separatū a subiecto nō ē nisi supnāliter hoc aūt est impossibile qꝛ ꝓprium suppositū cuiuslibet nature est sibi ꝯnaturale. Tum qꝛ etiaz sequeretur ꝙ aliqua natura supnaturalit' subsisteret i supposito ꝓprio sicut natura accidētis in accidēte separato ꝛ naturaliter in supposito alieno. Puta in supposito substātie qn̄ inesset sibi quod videtur impossibile licet possibile sit aliquam naturā naturaliter subsistere in supposito ꝓprio ꝛ supernaturalit' in alieno vt patet de natura humana que potest naturaliter esse in ꝓprio supposito ꝛ supernaturalit' in alieno puta in verbo. Unū dico ꝙ natura humana non potest habere modum ꝓpriū nec vniuocū accidentis nec ecōuerso. Ad cōfirmationē de differētia substātiali q̄ p̄dicatur in quale. Dico ꝙ modus predicādi nō est vniuocus modo accidētis/ qꝛ predicatur in quale substātiale nō aūt accidentale. ¶ Tertia etiā ratio nihil valet. Primo qꝛ minor cōuenietia ꝛ maior recessus ab vniuocatione nō ē ratio quare magis aliqua vniātur vel faciant vnuz Patet qꝛ due aque que sunt eiusdē speciei magis possunt facere per se puta vnam aquā ꝗ̄ substātia ꝛ accidēs que nō vniuocātur in aliquo. Similiter etiam materia ꝛ forma que sunt eiusdē generis substantie magis faciunt vnū ꝗ̄ substātia ꝛ accidens que sunt alteri⁹ ꝛ alterius generis qꝛ illa faciūt vnū per se ꝛ ista nō. Est ergo in ratione fallacia s̄m nō causam vt causam ꝛ ideo nō concludit ꝙ natura diuina ꝛ humana sint vnibiles saltem non ꝯcludit ꝙ tali vnione sint vnibiles. ¶ Quarta ratio est tota parabolica ꝛ ꝯtinet plura falsa. Primo qꝛ licet natura ꝛ suppositum aliquo modo equiuoco valde vel analogo sic se habeant sicut materia ꝛ forma nō tn̄ sunt materia ꝛ forma nec oportet ꝯsequēter arguere de ipis sicut de materia ꝛ forma. Alioquin arguetur ꝙ sicut materia informatur a forā sic suppositū a nat̄a ꝛ multa alia absurda ꝯcluderētur. Preterea etiam quādo dicit ꝙ est dare formam excedētem suam materiam sicut animam. Ista excedētia nō facit ad ꝓpositum qꝛ sic nō excedit ꝙ possit aliā informare sicut deceret. Similiter etiā qn̄ dicit ꝙ in celo est materia adequata forme ꝛ ecōuerso falsum est sicut ꝓbaui in scḋo. Ubi dixi ꝙ in celo non est materia. Similiter ꝙ applicando vocat materiam suppositum respectu naturarū quaꝝ est pars Et similiter animam vocat naturā ꝛ corpus suum suppositum. Patet ꝙ nihil est. Nec enim aīa nec materia habēt rōnem suppositi vel nature supponitabilis respectu illorum quibus comparant ista. Similiter etiā ꝙ dicitur vltimo ꝙ natura humana ex diuino munere excedit suppositum suum ita ꝙ potest subsistere in alio Dico ꝙ est petere p̄ncipiū. Ipsi enim dn̄t ꝓbare hoc ꝙ nō repugnat sibi hoc conferri vt subsistat in extrinseco supposito ꝛ ipsi hoc assumunt.

¶ Adduco igitur alias rationes. ¶ Prima est ista. Illud ē ponēdum possibile vel ꝯpossibile cuius nō apparet ratio ꝙ sit impossibile vel incompossibile alioquin poneretur aliquid vel negaretur aliquid sine ratione qḋ est incōueniēs apud sequētes rōnē Sed nulla ratio impossibilitatis vel incōpossibilitatis apparet inter naturam humanam ꝛ vnionem ypostaticam sui ad verbum quod patet ex rationibus terminorum. Ratio nature humane plana est.

Alie rōnes ꝙ vnio ex parte nature hūane vel' create ē possibilis.

Ratio vero pꝛedicte vnionis dicta est supꝛa ꝙ est respectus quidaꝫ extrinsecus nature cōicabilis ad aliquid incōmunicabile substētans ip̄am. Nature inq̄ꝫ cōmunicabilis alicui alterius nature sicut aliquid quo id aliud dicatur ⁊ possit dici tale ⁊ tanq̄ꝫ quiditas supposito nō sicut foꝛma materie vel vniuersale particulari vel singulari. Hoc aūt nullam videtur ꝯtradictionem implicare nec repugnātiaꝫ ad naturam humanam. Bene eñ ꝯtradictionē implicaret ꝙ in ꝓpꝛio supposito subsisteret etiam cū hoc simul ⁊ semel in extrinseco supposito verbi: sꝫ ꝙ nō subsistēs in ꝓpꝛio supposito subsistat in alio nulla est ꝯtradictio. Similiter etiā ꝙ diuinuꝫ suppositum sit suppositum nature diuine ꝑ se ⁊ intrīsece ⁊ suppositum alteri⁹ nature nō ꝑ se nec intrinsece. Nec tanq̄ꝫ nature dātis simpl'r esse p̄muꝫ nulla ꝯtradictio videtur. quare ⁊c. ¶ Secūda rō est ista Non magis termiatur necessario substātialis natura creata manēs eadem ad ꝓpꝛium suppositum vel subsistēdū in ꝓpꝛio supposito q̄ꝫ accidēs ad suppositū nature extrinsece. Sicut enim substātialis natura suppositabilis supposito ꝓpꝛio ita etiam accidentalis natura supposito alieno vel nature alieue sed accidēti manēti nō repugnat non suppositari in actu supposito alieno substātie qꝛ ibi non repugnat separari igitur nature hūane nō repugnat non suppositari supposito ꝓpꝛio. Sed si nō suppositatur supposito ꝓpꝛio ⁊ maneat oꝫ ꝙ alieno. Nā inter affirmationem ⁊ negationem dependētia ad extrinsecum suppositum nō est medium. ergo ⁊c.

¶ Tertia ratio est ista verbum sicut dictum est in p̄cedētibus vt incōicabile est pōt termiare aliquā dependētiam ⁊ nō nisi dependētiam nature vt cōmunicabilis sibi sicut est ꝓbatum ⁊ nō dependētiā ꝓpꝛie nature ergo extrinsece igitur extrinsece nature puta humane non repugnat sic dependere vel vniri. ¶ Quarta ratio. Natura que ē in potentia obediētiali nō habet repugnantiam ad aliquid qꝺ nō implicat cōtradicoionem fieri in ip̄a. Sꝫ ad oē tale potest deduci saltem virtute diuina. Sed natura humana ē huiusmodi ⁊ nō īplicat ꝯtradictionē fieri talem vnionem in ip̄a qꝛ negatio p̄posita sibi inest ꝯtingenter. ergo ⁊c. ¶ Mꝫ aūt natura creata sit neutra ⁊ indifferens ad ꝓpꝛiam suppositalitatem vel negationeꝫ illius. Patet de natura huius aque que ē aqua ⁊ suppositūꝫ quādo distincta ē si autem vniatur alteri aque iam non est suppositū ¶ Quita ratio qꝛ sicut diuina natura nō adequatꝛ vni supposito suo in suppositari. Ita videtꝛ ꝙ vnicum suum suppositum puta verbum nō adequatur sibi in suppositare ergo potest aliam suppositare.

Summa ¶ Sic igitur dico ꝙ ex ꝑte nature humane vel create talis vnio est possibilis ¶ Sed contra hoc sunt due

Instātie ꝯ ꝑdicta

instantie. ¶ Pꝛima est qꝛ omnis actio termniatur ad aliquid absolutum. Si ꝰ circa naturam sit actio diuina in assumendo ip̄am oꝫ dare aliquid absolutum de nouo adquisitum in natura. Sed hoc ē falsum qꝛ natura assumpta a verbo posset deponi sine coꝛruptione cuiuscūq̄ꝫ absoluti vt videtur. Similiter etiam illud absolutum nō ꝑtineret ad vnitateꝫ nature humane qꝛ totum quicq̄d est de vnitate nature humane est in natura nō assumpta. ergo nihil faceret ad vnionem vel assumptionem nature hūane. quare ⁊c. ¶ Secūda instantia qꝛ in quolibet dependēte ad aliud est aliqua ratio dependētie vl' dependēdi. Alioquin nō dependeret. Patet in dependentia causati ad causam ⁊ in qualibet alia ⁊ ita si natura humana in xp̄o dependet ad verbum necessario habet aliquam rationem dependendi sibi intrinsecam. Sed hoc est falsum qꝛ cū sit eiusdem rationis omnino cū natura soꝛtis nō hꝫ aliquam rationem dependedi sicut nec natura soꝛtis ⁊ ita non depēdet sicut nec natura soꝛtis. Nature enim eiusdem rationis cōpetit vel nō ꝯuenit similis ratio dependendi ad eundem terminum natum terminare dependentiam sicut etiam omnibus albis cōuenit referri relatione similitudinis ad illud album excepto illo eodem albo quod non potest referri ad seipsum. quare ⁊c.

¶ Ad pꝛimum Dico ꝙ maioꝛ est falsa. Non enim opoꝛtet oēm actionem terminari ad aliquid absolutum in passo vel receptiuo sed ad respectuꝫ extrinsecū pōt actio terminari sicut motus terminatur ad vbi ⁊ sic etiaꝫ dico ꝙ actio diuina terminatur ad istum respectū vnionis in natura ⁊ si natura deponeretꝛ solum coꝛrumperetur vel cessaret esse talis vnio ꝑ decisioneꝫ conseruationis diuine nullo absoluto coꝛrupto. Soluuntur instātie ꝑdicte.

¶ Ad secundum dico ꝙ in quolibet dependēte in actu est aliqua ratio foꝛmalis dependētie qua foꝛmaliter dependet: ⁊ aliqua rō fundamētalis super quam fundatur talis dependētia: sed dico ꝙ nō oꝫ de omni dependentia si adquiratur de nouo ꝙ ratio fundamētalis eius de nouo adq̄ratur. Nec opꝫ ꝙ si dependentia ipsa in vno adquiratur ꝙ in alio fundamento eiusdem rationis adquiratur p̄cipue quādo illa dependētia est respectus extrinsec⁹ sicut in ꝓposito. Unde dico ꝙ in natura humana in xp̄o est ratio foꝛmalis dependentie qua foꝛmaliter ⁊ actu dependet ad verbum nō autē in natura mea vel licet in natura mea sit similis ratio fundamētalis dependentie q̄ posset causari in natura mea vel tua si deus vellet eam cāre. Sed si dependentia ista esset sic intrinseca ⁊ cōsubstātialis nature sicut depēdētia causati ad causam pꝛimam vel creature ad deum bene opoꝛteret hoc ꝙ sicut natura illa dependet ad verbum in xp̄o. Ita etiā ⁊ mea cum sit eiusdem rationis dependeret non est autem sic. iō ⁊c. Unde et nature mee si assumeretur modo a verbo non adderetur aliqua noua ratio fundamētalis dependendi ad verbum sed tantum causaretur in ip̄a respectus dependētie sicut est in aliȷ̄s respectibus extrinsecis. Patet de accidente separato si vniretur subiecto nihil nouum absolutum causaretur in ip̄o quod esset ratio fundamētalis illius dependētie sed ip̄a natura sua quā p̄us habuit separatum existens esset sibi ratio fundamētalis dependēdi et solum causaretur in ip̄o respectus vnionis ad subiectum. Hoc de secūdo articulo questionis.

¶ De tertio articulo supposito nihil dicam modo quia est nimis longus sed infra de hoc faciam vnā questionem specialem.

¶ Ad pꝛimum pꝛincipale dico ꝙ nō omne vnibile alteri est cōponibile sibi vel alteri nisi sit vnibile vt actus vel potentia respectu alicuius. Suppositum aūt diuinum licet sit vnibile nature humane ⁊ ecōuerso Neutrum tamē comparatur alteri sicut actus ꝑfectiuus ad potentiam.

Nec est etiam aliqua relatio realis suppositi diuini ad naturam extrinsecam cui vnitur sed tm̄ respectus rationis licet nature humane bene sit relatio realis ad verbū cum qua relatiōe ip̄a componitur sicut subiectum cū accidēte. ¶ Ex quo patz ꝙ per vnionem istam de nouo non ꝯcluditur aliqua mutabilitas vel īnouatio in diuino supposito sed tantum in natura assumpta que notatur vel saltim recipit talem respectum realem de nouo. ¶ Ad secūdum dico ꝙ maior est falsa. Planū est enim ꝙ corpus humanum ⁊ anima intellectiua que differunt plusꝙ̄ genere sicut corruptibile ⁊ īcorruptibile eo modo quo accipiūtur differentia plusꝙ̄ genere in quarto metaphi. ꝯstituunt vnū numero vel supposito nō tamen simplex diuisio ⁊ sic indiuisibile sicut alterum ipsorum. Unde dico ꝙ natura diuina vel persona ⁊ natura humana nō obstante ꝙ sic distinguātur plusꝙ̄ genere sicut corruptibile ⁊ incorruptibile possunt cōstituere vnum supposito vel concurrere in eodem supposito nō tamē ꝑ informationem sicut anima ⁊ corpus sed ẜm vnionē p̄dictam. Quādo dicis ꝙ que sunt vnum numero vel supposito sunt eiusdez generis ⁊ speciei. Dico ꝙ non opz hoc esse verum vniuersaliter nec de genere predicabili metaphisico vel logico nec de genere phisico sicut patet qꝛ accidens ⁊ subiectum sunt vnum subiecto ⁊ supposito ⁊ tamen nō sunt eiusdē generis predicabilis ⁊ corpus ⁊ anima ⁊ non sunt eiusdem generis phisici. ¶ Ad philosophū dico ꝙ vnum nūero qd̄ vocat Aristoteles indiuiduū per se alicuius generis est vnum specie ⁊ vnū genere: qꝛ vnum īdiuiduum nō potest ꝯtineri nisi sub vna specie ⁊ vno genere generalissimo vel in eodē ordine ⁊ istud nō spectat ad propositū vt patz. Nā licet indiuiduum vel singulare alicuius generis sit vnum genere vel specie pōt tamē ꝯcurrere in eodē supposito cū aliquo alio quod nō est eiusdem generis cum ip̄o sicut patet de hac natura humana in xp̄o ⁊ de hac albedine in subiecto. ¶ Ad confirmationem qn̄ dicit ꝙ nullam habēt ꝓportionez sicut nec finitum ⁊ infinitum. Dico ꝙ non habēt ꝓportionem ꝯmēsurationis ſʒ habitudinis p̄dicte potētialis fundari in natura humana ad diuinū suppositum ⁊ p̄terea diceretur ꝙ suppositum etiā diuinum vnde suppositum ⁊ tale non est formaliter in infinitum sicut nec ꝓprietas personalis. ¶ Ad tertium dico ꝙ licet ꝓprium suppositum humane nature nihil positiuum reale addat sup hanc naturā ꝙ tamē nō sunt idem penitus extra intellectum sed suppositum addit super naturam illas negatiōes extra intellectū quas non facit intellectus. Sicut nec intellectus facit cecitatem que non est nisi negatio visus in oculo ⁊ qꝛ vna illarum negat vnionem dependētie ad extrinsecum suppositum seu dependētiam que est vnio. Ideo impossibile est ꝙ suppositū creatum manēs suppositū assumatur qꝛ in hoc ꝯtradictio implicatur manifesta. Sed possibile est ꝙ natura assumat nec hoc impedit aliqua ꝯtradictio sicut patet ex p̄dictis. ¶ Ad vltimuz dico ꝙ natura quelibet substantialis dat illi supposito cui inititur esse substantiale sic ꝙ ip̄a vel per vnionem vel per identitatem ip̄m est tale aliquo modo. Natura ergo humana vt quo verbum est homo nō ꝑ idētitatem sed ꝑ vnionem natura ergo humana vt quo verbum habz aliquod esse substātiale vt esse hominē. Sed hoc non esse primariuz diuini suppositi. Nec opz ꝙ natura substātialis det primū esse substantiale supposito cui īnititur nisi illud sit suppositum proprium ⁊ ita nō oportet ꝙ hūana natura substātiet diuinū suppositum sed potest depēdere essentialiter ad ipsuz ⁊ ip̄m p̄supponere sicut patz. q̄re ⁊c. ¶ Dices quō per istam vnionem habet esse verbum tale puta eē hominem? Aut eīn hoc est ꝑ se aut per accidens. Non ꝑ se vt videtur qꝛ nō primo modo nec aliquo alio modo dicēdi ꝑ se sicut patet. Nec etiam ꝑ accidens qꝛ natura humana nō est accidēs. ergo ⁊c. Preterea accidens vt natura cōmunicabilis nō p̄dicatur de subiecto nisi qꝛ inheret sibi. Sed natura humana nō inheret ergo ⁊c. Dico ad hoc ꝙ ista natura nō predicatur in cōcreto de verbo per se aliquo modo dicēdi per se. Nec etiā per accidēs de mōis illis de quibus Aristoteles loquitur. Sed dico ꝙ aliquo modo ꝑ se qꝛ nō ꝑ accidēs eo modo quo accidens de subiecto licet aliquo modo etiam ꝑ accidens forte qꝛ nō p̄dicatur sicut aliquid de suo conceptu quiditatiuo nec ecōuerso nec ip̄m quo modo aūt hec p̄dicatio sit vera magis patebit īfra in illa questione que fiet vtruz ista predicatio sit vera deꝰ est homo qꝛ nō est ad presens discutiendum de hoc causa breuitatis.

Unū numero qd

¶ Distinctionis Prime. Questio Secunda.

SEcundo quero. Utrum per scripturā canonicaz a Judeis receptā possit efficaciter ꝓbari personā diuinam fuisse incarnataz ⁊ messyam promissum a lege ⁊ ꝓphetis aduenisse de facto. ¶ Uidetur ꝙ non. Primo qꝛ si potuisset hoc ꝓbari vel posset non est verisimile quin iudei periti in scriptura veteris testamenti ꝯuerterētur ad xp̄m. Sed planum est ꝙ sunt multi tales qui non cōuertūtur. ergo ⁊c. ¶ Secūdo sic ysaye 2º. dicitur de aduentu messye ẜm expositores. Erit in nouissimis diebus p̄paratus mons domus dn̄i in vertice mōtiuz ⁊ fluent ad eum oēs gentes. Et sequitur. Et ꝯflabunt gladios suos in vomeres ⁊ lanceas suas ī falces nō leuabit gens cōtra gentem gladiū nec exercebuntur vltra ad prelium. Sed Jesus nazarenus non fuit in nouissimis diebus qꝛ post ip̄m multa tēpora fluxerunt nec mons domus domini q̄ ē mons syon fuit adhuc positus in vertice trium montium scilicet montis Thabor ⁊ Synay ⁊ montem Carmeli qui ad locum hierusalē sunt a dn̄o transferendi. Nec ad montem Syon fluxerunt oēs gentes qꝛ non omnes crediderūt adhuc in Jesum nazarenū/ nec adhuc credunt. Similiter etiā post tempꝰ iesu nazareni gens leuauit cōtra gentē gladium ⁊ fuit exercitium ad p̄lium grauissimum qꝛ in Judea fuerunt bella atrocissima tempore Titi ⁊ Uaspasiani ergo non fuit vere xp̄us vel messyas. ¶ Tertio sic ysaye. xj. dicitur de aduētu messye ẜm oēs. Egredietur virga de radice Jesse. Et sequitur ibidem. Habitabit lupus cū agno ⁊ pardus cū edo accubabit. Et sequitur. Delectabitur infans ab vbere super foramina aspidis ⁊ in cauerna reguli qui oblactatus fuerit mittet manum suam. Sed ista nōduz

ysaye 2º

ysaye. 11.

sunt impleta. Nondum enim animalia silvestria sunt
domestica nec habitant pacifice cum domesticis. Si
militer etiam patz q animalia venenosa adhuc no
cent pueris et infantibus et hoibus nec possunt se
cure ludere cum eis. ergo et sic non venit xpus.
Deutrono. 3°. ¶ Quarto sic. qr Deutronomij tertio dicitur sic.
Si ad cardines celi fueris dissipatus inde retrahet
te dominus deus tuus et assumet atq introducet in
terram quam possederunt patres tui et hoc sm ex
positores intelligitur esse vel fore in adventu mes
sye. Sed hoc nō est impletum qr Judei per totum
mundū sunt dispersi et non sunt cōgregati ergo nō
venit xpus nec messyas. ¶ Si dicatur q hoc fuit
impletum in reductione de captiuitate babilonica
Eze. 39. Contra hoc arguūt p illud Ezechielis. 39. Sciēt
q ego dominus eorum eo q trāstulerim eos in na
tiones et cōgregauerim eos sup terrā et nō dereliq
rim quēquam ex eis ibi. Multi autē derelicti sunt
de captiuitate Babilonica et Assyriorū qr non oēs
reuersi sunt. ergo tunc non fuit impletum qđ pre
dictum est.

¶ **Contra** quia multi litterati et doctores eorum peritissimi in lege et scri
ptura pceperūt xpm aduenisse et scripturas de ipo
esse impletas et sic a tpe xpi aliqui et ad ipz sicut ad
messyam verum deum et verum hominē sunt cōuer
si. Patet de Natanaele Nichodemo et Gamaliele
et apostolo Paulo et Josepho quātum ad dictum
suum sicut allegabitur infra. Vñ et Johānis. 12. di
Jo. 12. citur q de principibus multi ceciderūt in eum sed
pter phariseos nō cōfitebātur ne de synagoga ex
pellerētur. Et dicebantur tunc principes sacerdo
tes et legis doctores ergo videtur rationabile q p
bari possit per scripturam eorū xpm messyam verū
deum et verum hominem aduenisse.

¶ In ista questione sic proce/

dam. ¶ Primo pmittam aliqua ad euidētiā que
stionis vel terminorum. ¶ Secūdo qr questio im
plicat duo. Unū de persona xpi vel messye an pos
sit probari q sit deus et homo. Et aliud de tempo
re an scilicet possit probari aduenisse de facto inq
ram primum istorum. ¶ Tertio inquiram de scđo
¶ Quarto mouebo aliquas instantias iudeorum
contra dicta et soluam. ¶ Quinto et vltimo respō
debo ad rationes contrarias pncipales.

¶ Quantum ad primū intel/

ligendum est primo que sunt scripture recepte a iu
Scripture a iudeis recepte. deis et dico q libri canonici veteris testamenti re
cipiuntur ab eis tanq deo inspirāte scripti et sunt
in vniuerso. xxij. sm antiquam cōputationez scđm
numerum literarum sui alphabeti et. 24. sm mo
dernam et nouam cōputationem. Et qr lamentatio
nes Hieremie et lib. Ruth ponūtur modo pro duo
bus libris a libris Hieremie et iudicium separatis
de istis libris quinq dicuntur legales scilicet quin
q libri Moysi et sunt in primo ordine apđ iudeos
sicut et apud nos. ¶ Alij dicūtur prophetales sci
licet Josue Judicum Samuel primus et secūdus
regum Malachim tertius et quartus regum ysai
as Hieremias Ezechiel libri. 12. prophetarum et
isti sunt in secūdo ordine. ¶ Reliqui libri dicūtur
agyographi idest scripture sancte vel sanctorum et
sunt isti libri psalmorum. Parabole Salomonis.
Job. Ecclesiastes catica. Ruth lamētatiōes. Hie
remie. Hester. Daniel. Esdras. Paralipomenon.
et isti sunt in tertio ordine. ¶ Secundo dico q isti
libri sunt apud eos multipliciter conscripti. Uno
modo pure hebrayce sicut primo traditi sunt scili
cet sermone hebrayco. Alio modo hebrayce sz nō
pure videlicet sermone caldaico scz litteris hebrai
cis quia caldaicum et hebraicum sunt ydiomata p
pinqua eundem numerum litterarum habētia que
littere quāuis discrepent in figura tamē conueni
unt in sono et vtute vt dicit Hieronymus i sermōe ga Hiero.
leaco et ideo vnum ydioma potest faciliter scribi p
litteras alterius. Hoc igit mō plures scripserūt ve Jona.
tus testamētum et maxime Jonathan filius Oziel
cuius scriptura est ita autentiqua apud hebreos q
nullus ausus fuerit sibi contradicere propter quod
in libris notabilibus iudeorum ponitur hebraicuz
purum in vna colūna et caldaicum scriptum ab illo
Jonathan litteris hebraicis in altera et vtuntur iu
dei isto caldaico quasi pro expositione quia aliqua
que erant multum obscura in hebraico puro clarius
ponuntur et quasi exponuntur in illo caldaico vt in
fra patebit magis et ideo illa translatio necessaria
est ad disputandum cum iudeis in multis passibus
Similiter etiā translatio 70. īterptuz hētur apud
eos saltē apud aliquos studiosos. Illi enim septua
ginta īterpretes fuerūt electi de toto populo israel
tanq excellentissimi et litteratissimi et periti in lin
gua hebraica greca secūdum Josephum duodeci 70. īterpretes.
mo libro antiquitatuz. Ipsi autem non semp trās
tulerunt de hebreo in grecū verbum in verbo sz fre
quenter sensum ex sensu mutātes aliqua vel ocultā
tes ex industria que possent esse causa erroris Tho
lomeo regi. Hanc autem translationē non possunt
ipi negare et dato q nusq apud eos haberetur tā
q factum sapientissimorum virorum suorum. Un
de et studiosi iudeorum voluerunt i pam habere qr
ipsam scripserunt sapientiores et meliores de toto
populo illo et in tanto numero existentes et ideo de
illa possumus nos iuuare ad probadum aliquid cō
tra ipsos. Scriptura ista non differt a canonicis
scripturis nisi sicut lex data verbo a lege data ī scri
pto qr ista fuit reuelata Moysi a deo sicut illa que
sunt scripta in libris Moysi. Sed tunc Moyses
non scripsit ea que continētur in Thalamud et hoc
potuit esse duplici de causa vt pote qr non erat ne
cessarium vt populus sciret talia sicut erat necessa
rium de legis preceptis vel quia talia erant magis
in secreto habenda. Moyses tamē tradidit ea Jo
sue et alijs senoribus verbo sicut habuerat a domi
no et illi alijs posterioribus eodē modo: et sic cōnter
quousq scripta sunt talia per doctores ne caderēt
in obliuionem. ¶ Quarto dico q dicta doctorum
hebreorum qui glosauerunt vetus testamētū sunt
autentiqua apud eos multomagis q apud nos di
cta Hieronymi vel Augustini et aliorum doctorū
catholicorum et hoc potissime pter illđ quod scri
bitur deutrono. 17. Non declinabis a verbis eorū
ad dexteraz sicut ad sinistram. Ubi loquitur scrip Deu. 17
tura de sacerdotibus et doctoribus ad quos preci
pit scriptura in dubijs recurrere et eorum sentētiā
indiscusse tenere: licet autem huius scripture sicut
Thalamud et glose eorum doctorum et huiusmodi
pro magna parte sint false tamē per eas possumus
contra eos efficaciter arguere sicut et ipsi facerent

contra nos ex euāgelio ⁊ scripturis apostolorum ⁊ huiusmodi licet reputēt huiusmodi scripturas esse falsas. ¶ Ultimum dictū p̄mittēdum est quia in questione propositū est an possint per p̄dictas scripturas a iudeis receptas illa que implicātur in q̄one efficaciter ꝓbari cōtra iudeos distingue de ꝓbatione efficaci. Uno em̄ modo potest accipi efficacia probationis talis ⁊ tanta ꝙ nō possit euitari sine cōtradictione vel euidenti negatiōe scripture ⁊ sic non videtur adhuc probatum ꝑ dictas scripturas illud qđ in questione queritur. Cuius ratio est q: misterium incarnationis xp̄i expressius ponitur secundum omnes in nouo testamēto ꝙ̄ in scriptura veteris testamenti ⁊ tamen heretici multi totum nouum testamentum recipiunt ⁊ pro suis erroribus ip̄m exponunt. Aliqui tamen ipsorū negāt diuinitatem in xp̄o sicut Arrius ⁊ aliqui veram humanitatem sicut Manicheus qui dicit ipsuꝫ habere carnem fantasticam ad quod sequitur ip̄m non esse verum hominem quia causatio vera est de veritate hominis vel humane nature. vij. metaphisice. Similiter etiam Arrius dicit nō habere animā sed verbum supplere locum anime quod tamē verbum posuit creaturam. Similiter apollinaris dicit ip̄m non habere animam intellectiuam licet assumpserit sensitiuam ⁊ ad dictuꝫ vtriusq̄ sequitur Christum nō esse verum hominem cū ab anima intellectiua sicut ab vltima forma partiali accipiatur veritas humane nature. Si igitur predicti heretici pro se exponebāt scripturam noui testamēti multomagis iudei possunt pro se exponere scripturam veteris testamenti. ¶ Alio modo potest efficacia probationis accipi per scripturam sic ꝙ licet scriptura posset aliter exponi aliquo modo saltē ad euadendum absq̄ cōtradictione manifesta: tamē simpliciter loquendo non potest alio modo rationabiliter exponi quin semper magis appareat expositō fidei catholice rōnabilior ⁊ hoc modo puto esse loquendum ꝓsequēdo questionem de probatiōe efficaci sicut etiā dictū fuit in primo ꝙ per scripturas ab eis receptas potest efficaciter ꝓbari ꝯtra ip̄os trinitas personarum in deo quam ip̄i negant fortissime. Sicut ⁊ ipsam negauit Sabelius heretic⁹ vt in eodem primo dicebatur. Hoc de primo articulo principali.

Margin (left): Efficacia ꝓbationis. — Heretici

¶ Quantum ad secūdum articulum

Dico ꝙ efficaciter probari potest per scripturas a iudeis receptas ꝙ xp̄us ⁊ messyas ꝓmissus in lege ⁊ ꝓphetis sit verus deus ⁊ verus homo ¶ Ad hoc autem probandum adducuntur plures auctoritates. Prima est Hieremie. 33. vbi dicitur sic. Ecce dies veniunt dicit domin⁹ ⁊ suscitabo dauid germen iustum. Et q: secūdum omnes ista auctoritas exponitur de aduētu messye patet per istam auctoritatem xp̄i humanitas sequitur in eadem serie textus ⁊ de eadem persona. Et hoc est nomē qđ vocabunt eum dominus iustus noster Per qđ habetur ipsius xp̄i vera diuinitas quia vbi habemus dominus in hebraico habetur nomen domini tetragramaton quod quidem nomē est ꝓprissimum inter omnia nomina diuina ⁊ ꝓpter hoc de nullo dicitur nisi de deo vero. Hoc dicit exp̄sse Rabi Moyses in libro directionis perplexorum dicens ꝙ oīa nomina diuina deriuata sunt ab operibus diuinis preter nomen domini tetragramaton quod est appropriatum altissimo creatori q: secūdū ip̄m significat diuinam essentiam cū proprietatibus suis intrinsecis. ¶ Cetera autem nomina imposita sunt ab operibus diuinis sicut patet de hoc nomie Heloij / ⁊ Adonay que inter cetera videntur magis ꝓpria ⁊ tamē hoc nomē el vel eloy imponitur ad significādum deum ex generali prouidētia propter hoc etiā cōmunicatur alijs. Unde iudices ⁊ sapiētes ⁊ diuina sciētia p̄diti aliquādo nominanꝫ eloy in sacra scriptura ꝫm ꝙ dicitur in psalmo. Ego dixi dij estis. ⁊c. In hebrayco ponitur eloym ⁊ consimilia habētur in pluribus locis. Similiter de hoc nomine Adonay quod imponitur ab vniuersali p̄sidentia ⁊ ideo bene dicitur in scriptura de sapientibus ⁊ potentibus ⁊ regibus. Non sic autē de nomine domini tetragramaton quod significat diuinam essentiam nudam ⁊ purā absq̄ respectu ad extra vt dicit doctor predictus ⁊ ideo nō est cōmunicabile alteri: ⁊ ideo cum ipse xp̄us nominetur hoc nomine vt patet per auctoritatem p̄allegatam Hieremie. 33. Patet ꝙ xp̄us est vere deus. Hanc etiaꝫ auctoritatem tractat vel allegat Augustinus. 18. de ciuitate. cap. 54. Similiter illam Baruth. Hic est deus noster. ⁊c. Posthec in terris visus est. ⁊c. ¶ Sed ad istam auctoritatem respondetur primo ꝙ nomen domini tetragramaton nō dicitur de deo tantūmodo: sed etiā de alijs. Patet in plurib⁹ locis scripture Ezechielis vltimo de illa ciuitate que ibi describitur. Nomen ciuitatis dominus ibidem ⁊ in hebraico ponitur nomē dn̄i tetragramaton. Itē Genesis. 22. Uocauit Abraham nomen loci illius Dn̄s videt: ⁊ ibi similiter vbi habem⁹ dn̄s ponitur nomen dn̄i tetragramaton. Item Judicū. 6. Edificauit ergo ibi Gedeon altare dn̄o vocauitq̄ illud dn̄i pax. Hebreus dicit dn̄s pax: ⁊ habetur ibi nomen domini tetragramaton. Itē Exodi. 17. Edificauit Moyses altare ⁊ vocauit nomen eius dn̄s exaltatio mea ⁊ est ibi nomen domini tetragramaton vbi habemus dn̄s. ¶ Scđo respondetur ad p̄dictam auctoritatem corrūpendo veram literā dicendo ꝙ sic est in hebraico Hieremie. 33. Et hoc ē nomē ꝙ vocabunt eū dominus iustus noster. Ita ꝙ nomen domini tetragramaton loco cuius ponitur in trāslatione nostra Dominus vt dictum est non refertur ad messyam filium Dauid: sed ad deū verum qui vocabit ipsum ad liberationem populi sui quādo sibi placuerit. ¶ Tertio respōdetur ab aliquibus dicentibus ꝙ per hoc non habetur ꝙ messyas sit deus q: non dicitur ꝙ debeat esse deus sed ꝙ vocabitur deus. ¶ Sꝫ dico ꝙ solutio prima nō est bona q: nomen domini tetragramaton nulli p̄dictorum cōmunicatur de quibus in ip̄a obijcitur sed nominatur quodlibet predictorum a quodam effectu dei qui deus solus nominatur ⁊ hoc nō est incōueniēs sicut aliquis homo bene vocatur a deo datus vel deus dedit vel huiusmodi non tamen vocatur deus absolute ⁊ patet discurrēdo per omnia q̄ ad oppositum adducūtur. Nam Ezechielis vltimo non dicitur nomē ciuitatis dominus vel tetragramaton sed dicitur ibi dominus ibidē. i. denominari debet a diuina inhabitatione ⁊ patꝫ per translationem caldaicā que sic habet nomē ciuitatis expo nēt a die qua fecit dominus descēdere diuinitateꝫ suā ibidē. Similiter Genesis. 22. nō dicitur vocauit

Margin (left): Hie. 33. — Rabi Moyses

Margin (right): Varia xp̄i noīa — Psal. — barruth. — Eze. vlt. — Gen. 22 — Judi. 6. — Exo. 17 — Hie. 33. — Eze. vl. — Gen. 22.

Abraham nomen loci illius dominus absolute sed
dominus videt q2 ille locus denominatus est a di=
uina visione q2 vidit ibi humilitatem τ afflictionē
ipsius ysaac liberans eum a morte et arietem loco
illius ponēs vel q2 abraham vidit ibi in spiritu tē=
plum edificādum per Salomonem in quo deus vi
surus erat preces populi τ oblationes: τ hoc patet
Gen. 22. per caldaicum vbi dicitur Adorauit ibi Abrahaz
τ ait coram domino hic erunt colentes generatio=
Exo. 17 nes. Similiť Exodi. 17. Moyses non vocauit illd
altare nomīe domini tetragramaton absolute sed
vocauit illud dominus exaltatio mea a quodā effe
ctu diuino quia dominus liberauerat populum de
manu Amaleth ad preces Moysi sicut patet ibidē
Judicū sexto. Similiter Judicū sexto. Gedeon nō vocauit alta=
re illud nomīe domini tetragramaton absolute sed
a quodam effectu dei: τ ideo vocauit illud domini
pax vel dominus pax q2 dominus promiserat sibi
pacem ab inimicis ꝑsequentibus τ de facto com=
pleuit τ hoc patet per translationem caldaicam.
Edificauit ibi Gedeon altare domino et seruiuit
super illud domino qui fecit ei pacem. Ex quibus
patet ꝙ prima solutio non est bona.

¶ **Contra** secundam solutionem nō potest
arguī nisi ostendo ꝙ iudei cor=
rumpūt literam vt negēt xp̄i diuinitatem. Hoc au
tem optime posset fieri ex antiquis biblijs que non
essent corrupte in passu isto τ in alijs in quibus fit
mētio de diuinitate Christi si possent haberi τ hoc
modo illi qui precesserunt nos in hoc passu τ consi=
milibus contra eos arguebāt τ a fide dignis ratio
ne scientie τ vite affirmātibus etiam iuramēto ha=
betur ꝙ sic viderant in antiquis biblijs sicut habz
translatio Hieronimi superius īducta. Si autem
non possint haberi biblie antique non corrupte re
Translatio Bi. 70. iter. currendum est ad alias trāslationes quas iudei ra
tionabiliter non possunt negare. Et primo ad trās
lationem. 70. interpretū que sic habet sicut trāsla=
tio Hieronimi vt patet per officiū ecclesiasticū qd
de illa translatiōe assumptum est. In quo quidem
officio sic ponitur. In diebus illis saluabitur iuda
τ israel habitabit confidenter τ hoc est nomē quod
vocabunt eum dn̄s iustus noster. Ex quo patet ꝙ
nomē domini tetragramaton refertur ad ip̄m xp̄z.
¶ Si autem q̄ratur quare. 70. interpretes sic trās
tulerunt cū ip̄i quātum poterāt occultarent diuini
tatem xp̄i Tholomeo regi ne rex Tholomeus cre=
deret eos adorare duplicem diuinitatez sicut dicit
Hieronimus in prologo super penthatheucum et
in pluribus alijs locis. ¶ Dicendum est ad hoc ꝙ
septuaginta īterpretes in hoc loco sufficiēter ope
ruerunt diuinitatē xp̄i quia trāsferendo de hebrai
co in grecum potuerunt ponere nomen domini te=
tragramaton: sed loco illius posuerūt nomē cōmu
ne Kyrios quod in greco sonat idē ꝙ domin9 apd
nos. Et hoc nomē indifferenter potest dici de deo
seu de quolibet magno principe vel magnate τ eo=
dem modo Hieronimus trāsferēdo de hebraico in
latinum quia nō habent nomē proprium correspō
dēs nomini domini tetragramaton. Ideo loco ei9
posuit hoc nomē cōmune dominus quod indifferē
ter dicitur de deo τ quolibet homine magno pro=
pter qd auctoritas predicta. Hieremie. 33. non ē ef
ficax ad probandum diuinitatem Christi secūduz
translationem Hieronimi: sed solum ex hebraica
veritate secundum quem modum ego processi.
¶ Secūdo vt pateat falsitas iudeorum recurren= Translatio biblie caldaica
dum est ad translationem caldaicam que est auten
tiqua apud eos vt supradictuz est in qua dicitur sic
Ecce dies veniētes dicit dominus τ statuā Dauid
messyam iustum vbi habemus germen iustum. Ex
quo patet ꝙ hec auctoritas intelligitur de xp̄o ad
literam. Et sequitur. Et hoc est nomen quod ipsi
appellabunt eum dominus iustus noster. Et hiere
mie. 33. translatio caldaica. Et hoc est nomē quod
ipsi dicent ei dominus iust9 noster τ ibi ponitur no
men domini tetragramaton ibi ponitur hoc nomē
dominus. Ex quo patet ꝙ in hebraica veritate nō
est vocabit sed vocabunt τ sic nomen domini tetra
gramaton refertur ad messyam / quo nomine dicit
Hieremias ip̄m appellandum ap̄lis sibi subditis.

¶ **Contra tertiā** solutionē patet ꝙ nō
valet quia si ista noīa
tio vel vocatio vera est sequitur ꝙ ip̄e sit deus re si
cut τ nomine. Sic autem est in ꝓposito quia ibidē
premittitur de ip̄o sic nominato. Ecce dies veniūt
dicit dominus τ suscitabo Dauid germen iustuz τ
regnabit rex τ sapiēs erit τ faciet iudiciū τ iusticiā
in terra. Hoc autem esset falsum si nomē diuinita=
tis ꝓprium sibi vsurparet τ in illo nomīe vocari se
permitteret nisi secūdum veritatē de9 esset. ¶ Itē
licet iudei expectāt messyam purum hominem ven
turum tamen expectāt eum sicut ꝓphetam sanctis=
simum τ sanctiorem Moyse. Hoc autem esset im=
possibile vel falsum si permitteret se vocari nomine
domini tetragramaton nisi sic esset secūduz verita
tem īmo videretur incurrere peccatum blaphemie
τ sic patet ꝙ tertia solutio nulla est τ ꝙ stat prima
auctoritas principalis.

¶ **Secūda prin**cipalis auctoritas ad ꝓ
bandum xp̄m deum eē
verum τ hominē verum accipitur ysaye nono vbi ysaye. 9.
dicitur sic. Paruulus natus est nobis τ filius da=
tus est nobis τ factus est principatus super hume=
rum eius τ vocabitur nomen eius admirabilis cō=
siliarius deus fortis pater futuri seculi prīceps pa
cis. Per hoc enim ꝙ hic dicitur Paruul9 natus ē
nobis. τc. ostenditur ipsius xp̄i vera humanitas.
Per hoc autem ꝙ subditur τ vocabitur nomē ei9
admirabilis deus fortis. patet ipsius vera diuini=
tas. ¶ Sed ad hanc auctoritatem respondent he=
brei ꝙ in hebreo non habetur vocabitur sed voca=
bit. τ sic illud quod īmediate sequitur quod expri=
mit diuinitatem non refertur ad paruulum natum
sed ad deū nominātem ip̄m τ nomen pueri ponitur
in fine auctoritatis cū dicitur princeps pacis. Ita
ꝙ scd̄m eos nō est ibi princeps sed principē in actō Hebreo interp̄tatio.
τ hoc de facili possunt dicere ꝙ nomina apud eos
sunt indeclinabilia τ ideo eodē modo scribitur no=
minatiuus τ accusatiuus. Est igitur sensus aucto
ritatis secūdum eos talis paruulus natus ē nobis
τc̄. Et vocabit ille qui est admirabilis consiliarius
deus fortis pater futuri seculi nomē eius id est no
men paruuli nati principem pacis τ ideo dicūt vl=
tra ꝙ ista auctoritas intelligenda est de Ezechia
rege Juda sub quo dedit deus pacem populo in=
terfecto exercitu Supernacherib regis Assyrio=
rum ab angelo diuinitus misso vt habetur quar=
to regum. 19. Vel si dicatur ꝙ de Christo debeat
intelligi per hoc non probatur eius diuinitas.

Sens⁹ verus ꝑee. aucto. ¶ Sed quia sic respondentes corrūpunt textum.
Ideo hic recurrēdum est ad alias translationes si-
cut in alia auctoritate fuit dictum et primo. patet
hoc falsum ꝑ translationem. 70. interpretum que
hic habet vocabitur sicut ⁊ translatio Hieronymi
⁊ ꝙ nomina exprimētia diuinitatem xp̄i velauerūt
in sua translatione ratiōe predicta in prima aucto-
ritate ⁊ ideo sic transtulerunt. Puer natus est no-
bis ⁊ filius datus est nobis cuius imperium super
humerum eius / ⁊ vocabitur nomen eius magni cō
silij angelus. Et ideo modo isto in officio misse re-
citatur in natiuitate domini qꝛ officium ecclesiasti
cum in hijs que accipiuntur de veteri testamēto se
quitur trāslationem. 70. interpretum vt in plurib⁹
Per hanc autē translationē patet ꝙ in hebraico
non est vocabit sed vocabitur ⁊ per ꝯsequēs ꝙ ista
nomina admirabilis deus fortis. ⁊c. que sunt expri
mentia diuinitatem referunt ad puerum natū sicut
⁊ illud quod istis nominib⁹ correspondet in transla
tione. 70. interp̄tum scilicet magni ꝯsilij angelus
quod idē significat implicite ⁊ velate sicut illa no-
mina significant explicite ⁊ etiam manifeste: quia
maximum secretum ⁊ consilium diuinū fuit incar-
nationis diuine misterium anteꝙ in effectu cōple-
retur. Patet etiā per hanc translationē nō potest
intelligi de Ezechia rege Iuda: quia ista nomina
diuinitatem exprimentia scꝫ admirabilis. ⁊c. non
possunt ei cōuenire ⁊ ꝑ ꝯsequēs ꝙ in fine auctorita
tis nō habetur in hebraico principē pacis in accu
satiuo: sed princeps pacis qꝛ sicut dictum est in au
ctoritate p̄mittitur vocabitur ⁊ nō vocabit ⁊ ꝑ cō-
sequens si in fine auctoritatis poneretur principē
pacis in accusatiuo nihil esset dictu vt patet de se.
Item quod dicunt istā pacē debere intelligi de pa
ce que fuit sub Ezechia īterfecto exercitu Sēnna-
cherib. Patet falsum per sequētem textum qꝛ īme
diate subditur in auctoritate ysaie p̄dicta. Multi-
plicabitur eius imperium ⁊ pacis non erit finis qꝛ
illa pax q̄ fuit sub Ezechia fuit satis breuis vt pa-
Translatio caldaica. tet inspicienti. 4. regum. ¶ Iterum predicta res-
ponsio iudeorum patet falsa per trāslationem cal-
daicam que sic habet. Infans datus est nobis ⁊ fi-
lius datus est nobis ⁊ recipiet suꝑ se legem ad ser-
uandum eam ⁊ vocabitur nomē eius de ante mira-
bilis ꝯsilio deus fortis permanēs in secula seculoꝝ
messyas in cuius dieb⁹ pax multiplicabitur. Per
hoc enim ꝙ dicitur hic messyas. Patet ꝙ hec au-
ctoritas nō est intelligenda de Ezechia sed de xp̄o
Per hoc autem ꝙ hic dicitur ⁊ vocabitur de ante
mirabilis consilio deus fortis. patet ꝙ nomina di-
uinitatē exprimentia referuntur ad Christū. Ita
ꝙ ip̄e est vere deus ꝙ autē interponitur hic ista de
mōstratio de ante q̄ nō est in hebraico hoc est ad de
notādum ꝙ nomē Christi prius vocatum est a deo
⁊ etiam ab angelo ꝙꝫ temporaliter nasceretur sicut
habetur Luce secundo ⁊ Mathei primo. ¶ Qui
autem in hac translatione caldaica dicitur et reci-
piet super se legem ad seruādum eam loco cuius in
hebraico ⁊ in translatione Hieronymi habet. Et
factus est principatus super humerum eius. Hoc
est ad denotandum ꝙ Christus erat impleturus le
gem ⁊ seruaturus ꝫm ꝙ ip̄e dicit expresse Mathei
quinto. Non veni soluere legem sed adimplere.
Iudeoꝝ falsitas. ¶ Item notandum est ꝙ per vnum aliud apparet
falsitas iudeorum. Nam in predicta auctoritate
ysaie vbi dicitur de Christo Multiplicabitur eius
imperiū in hebraico ponitur lemarbe quod sonat
in latino ad multiplicandum ⁊ scribitur hec dictio
hebraica sicut hic litera mē clausa ponitur ī medio
dictionis quod est contra naturam huius littere ⁊
vsus scribendi secūdum modum hebraicum qꝛ nusꝙ
alibi ponitur nisi in fine dictionis sic clausa secū
dum ꝙ tangit Hieronymus in prologo galeato. Quinqꝫ lr̄e dupli ces heb.
Ubi dicit ꝙ apud hebreos sunt quinqꝫ littere du-
plices quia per eas aliter scribūt fines dictionum
⁊ aliter media ⁊ principia. Et de istis quinqꝫ litte-
ris vna ē litera men. Una est men aperta alia clau
sa ⁊ men clausa semꝑ ponitur in fine dictionis men
aperta in principio vel medio. Hic autem vt predi
ctum est ponitur men clausa in medio dictionis ad
denotandum ꝙ Christus de quo loquitur prophe
ta erat nasciturus de virgine clausa ⁊ preter modū
nature ⁊ ꝙ misterium incarnationis erat clausū ⁊
secretum. Sicut enim poeta per figuras grāmati-
cales significabāt aliquid subtiliter intelligentib⁹
sic prophete per talem modum scribendi insolitū
misteria oculta aliquando designabant / ⁊ hoc mō
Moyses significauit pluralitatem personarum in
vnitate diuine essentie cōiungendo hoc nomen he-
loym cum verbo singularis numeri vt dictum est
in primo.

¶ Tertia auctoritas ad ꝓbandum incarnationē

Michee quinto. diuīe persone accipitur Michee quinto. Et tu be-
thleem effrata paruulus es in milibus iuda. Ex te
enim mihi egredietur qui sit dominator in israel et
egressus eius ab initio a dieb⁹ eternitatis. Quod
autem hec auctoritas intelligat de Christo ad lite
ram patet ex translatione caldaica que sic habet.
Ex te mihi egredietur messyas vbi nos habemus
Ex te mihi egredietur qui sit dominator. Per hūc
autem exitum de Bethleem manifeste ostenditur
ipsius Christi humanitas qui secūdum carnem na
tus est de semine Dauid qui fuit de bethleem vt ha
betur primo regū. 16. ꝓpter ꝙ scribe iudeorum et Priore.
periti in lege responderūt interrogati ab Herode
de loco natiuitatis xp̄i ꝙ nasceretur in bethleē ⁊
confirmauerūt dictum suum per hac auctoritatem
Michee quinto. vt patet Math. 2. Hanc auctori-
tatem adducit August. xviij. de ciuitate. ca. 30. vi- August.
de ibi ⁊ scd̄o ponit canticum Abacuth. ⁊ cōcludit
illam auctoritatem. Ego autem in domino gaude
bo ⁊ exultabo in deo Iesu meo. Per exitum eius
a diebus eternitatis exprimitur natiuitas ei⁹ eter-
na qua semper nascitur a patre ⁊ semper natus est.
¶ Sed ad hoc dupliciter respondetur. Primo ꝙ
per hoc nō intelligitur eternitas xp̄i secūdum diui
nitatem sed p̄uisio vel predestinatio eterna sue na-
tiuitatis in humana natura tantum. ¶ Aliter res-
pondetur qꝛ secūdum aliquos iudeorū. 7. res fue
runt create ante mundum a deo scꝫ lex / penitētia /
iehēna / domus sanctuarij / thronus glorie / ort⁹ vo-
luptatis. Plantauerat autē domin⁹ deus paradi-
sum voluptatis a principio id est ante mundū per
duo milia annoꝝ ⁊ hoc mō etiā exponūt qđ hic dr̄.
Et egressus ei⁹ ab initio. ⁊c. qꝛ nomen messye fuit Improbāt solu. prece.
creatū ante mundū mō p̄dicto. ¶ Sed prima rn̄sio
pꝫ ꝙ nō valet qꝛ eternitas talis p̄uisionis est oib⁹
cōis qꝛ oīa ꝙtūcūqꝫ minima sūt a deo et̄nalr̄ p̄uisa
⁊ preordinata ⁊ ita si hoc modo intelligeretur pre

dicta auctoritas per ipam nō exprimeretur aliqua
specialitas in xp̄o respectu aliorum electorū. Pro
pheta autem intendit per ipsam exprimere pre-
eminentiam xp̄i ꝛ excellentiam vt patet intuenti.
¶ Secunda responsio friuola est ꝛ truphatoria.
Lex enim non videtur creari nisi in aliquo intelle-
ctu angelico scilicet vel humano ꝛ tamen nullū in-
tellectum creatum ponunt ante mūdum. Similiter
etiam penitētia nō fuit nec videtur fuisse ante pec-
catum. ¶ Itez ita debent dicere de celo ꝛ terra ꝙ
fuerunt creata ante mundum sicut de orto volup-
tatis quia dicitur ꝙ in principio creauit deus celū
ꝛ terram sicut ꝙ plantauerat paradisum volupta-
tis a principio ꝛc̄. Preterea thronus glorie nō vi
detur nisi celum. Similiter etiam locus iehēne non
videtur nisi terra. Preterea de noīe messye quero
quid est creatum vel substātia vel accidēs creatuz.
Si substātia tūc idem est ꝙ messyas ꝛ fuit per duo
milia annorum ante mundum. Si accidens non vi
detur probabile ꝙ deꝰ creauerit sic vnum accidēs
sine subiecto ante mundum. quare ꝛc.

¶ Quarta auctoritas ad pbādū cōclusionē

Cantico predictam habetur canticoruz quarto. Egredimi-
rum. 4. ni filie syon ꝛ videte regem Salomonem in diade-
mate quo coronauit eum mater sua ſm omnes do-
ctores hebreorum vbiq̃ in libro canticorum poni-
tur nomen Salomonis sub illo nomine intelligen-
dus est ip̄e deus qui est magnus Salomon id est
pacificus qui facit pacem ꝛ concordiam in creatu
ris per connexionē partium vniuersi sicut dicitur
Job. xxv. Qui facit concordiam in sublimibus
Job. 25. suis. Unde dicunt ꝙ in toto libro illo agitur de do
ꝛ synagoga sub nomine Salomonis ꝛ nomine spō
se sue seu amice sicut doctores catholici dicūt ꝙ in
eodem libro sub predictis nominibus agitur de cō
iunctione xp̄i ꝛ ecclesie. ¶ Hoc supposito arguit
ad propositū qꝛ in predicta auctoritate dicitur de
matre Salomonis ꝙ coronauit eum. Si igitur no
mine Salomonis intelligitur. Deus etiam secun-
dum sensum literalem vt dicunt ergo oportet cōce-
dere ꝙ deus habeat matrem. Hoc autem est īpos-
sibile secundū naturam diuinam vel angelicam er-
go ponendum est hoc secūdum humanam que sola
inter alias naturas per generationē possibiles vi-
detur cōuenientior ꝛ congrua ergo est verus deus ꝛ
homo ip̄e xp̄us. ¶ Sed ad hoc respondetur ab ali
quibus iudeis dicentibus ꝙ deus qui est magnus
Salomon/ vocat in illo libro ecclesiam israel aliqñ
matrem aliquādo filiam aliquādo sponsam ad ostē
dendum magnum amorem quem habuit ad ipsam.
¶ Sed cōtra hoc videtur qꝛ vnus passus obscu-
rus sacre scripture non debet exponi nisi per aliuz
clariorem eiusdem scripture. Nusq̃ autem alibi in
scriptura veteris testamenti simile scilicet ꝙ deus
vocet ecclesiam israel matrem: sed bene ꝙ vocat eā
sponsam in eodem libro canticorum. Hanc aucto-
ritatem adducit Augustinus. 18. de ciuitate capi-
tulo. 36. ꝛ Hieremie secūdo. Recordatus sum tui
miserans adolescentiam tuam ꝛ caritatem despon
Hier. 2. sationis tue. Aliquando filiam sicut Hieremie. 31.
Usq̃quo delicijs dissolueris filia vaga. Aliquādo
eiusd. 31. sororem vt in eodem libro canticorum. Soror mea
sponsa. Item mater habet rationē principij respe-
ctu filij. Hoc autem nullo modo potest intelligi de

ecclesia israel respectu dei ꝛ sic videtur ꝙ predicta
responsio non sit rationabilis.

¶ Ultima auctoritas ad hoc accipitur

zacha. nono. exulta sa
tis filia syon Jubila filia hierusalem Ecce rex tuꝰ Zacha.
veniet tibi iustus ꝛ saluator ip̄e pauper ꝛ ascendēs 9.
super asinam. Scd̄m doctores hebreorum. ¶ Ista
auctoritas nō potest intelligi ad literā nisi de mes-
sya. Per hoc aūt ꝙ dicitur hic pauper ꝛ ascendēs
super asinaz ostēditur eius humanitas in qua sicut
pauper inter homines ꝯuersatus est. Per hoc aūt
ꝙ dicitur rex iustus ꝛ saluator ostenditur in eo na-
tura excellentior per quam possit saluare ꝛ regene
rare qꝛ pauper secūdum ꝙ huiusmodi est impotēs
ad talia ꝛ ideo fuit simul in vnum diues ꝛ pauper.
Diues in natura diuina/ pauper in humana. Et ꝙ
sic debeat intelligi predicta auctoritas zacharie.
Patet per glosam hebraicam apud eos autenticā
super illud canticorum primo. Exultabimus ꝛ le-
tabimur in te glosa in te sancto ꝛ benedicto deo.
¶ Simile enim est hoc cuidam regine cuiꝰ maritꝰ
ꝛ filij ꝛ generi transierāt mare. Postea per magnū
tempus dictum est ei Uenerūt generi tui. Respon
dit Quid ad me letētur filie mee. Dictū est ei vene
rūt filij tui. Rn̄dit letent nurꝰ mee. Qñ aūt dictū
est ei venit vir tuꝰ. Dixit hec est pfecta leticia mea.
Sic factū est vt eēnt pphete dicentes ad hierusalē
Filij tui de longe veniēt. Respondit. Quid ad me
letentur filie iude. Sed cuz dictum est ei zacharie
nono. Ecce rex tuus venit. ꝛc. tūc fuit leticia per-
fecta. Unde ibidez premittitur. Exulta satis filia
syon Jubila filia hierusalem. ¶ Ex ista glosa ptz
ꝙ zacharias propheta loquitur de aduentu dei ad
filios israel. Si igitur auctoritas secūdum eos in-
telligitur de messya qui in eadem etiam auctorita-
te dicitur venire in pauptate ꝯcludit ꝙ ipse sit deꝰ
ꝛ homo sicut deductum est supra. ¶ Nota ad hoc
probandū versus Sibille. 18. de ciuitate ca. xxiij. Uersꝰ sy
Uide ibi. Sed de ipsis iudei non curarent. Et hec bille. 18.
de secundo articulo. de ciui.

¶ Quantum ad tertium ar-

ticulum dico similiter ꝙ potest probari efficaciter De tpe i
ꝙ tempus incarnationis diuine sit preteritum. carnatio
¶ Ad hoc autem induco primo prophetiā patri- nis xp̄i.
arche Jacob Genesis. 49. Non auferet sceptruz
de Juda nec dux de femore eius donec veniat qui iacob ge
mittendus est ꝛ ipse erit expectatio gētium. Sed ne. 49.
modo ablatum est regnum ꝛ dn̄atio a iudeis a tem
pore Herodis ascalonite sub quo natus est Jesus
ergo ab illo tēpore incarnata est diuina persona et
venit messyas vel xp̄us. Hāc auctoritatez allegat
Augustinus de xp̄o. 18. de ciuitate cap. 6. Agens
ibi de benedictione Jude a Jacob. ¶ Ad hoc au
tem respōdetur dupliciter. Primo sic ꝙ ista aucto
ritas nō intelligitur de xp̄o ad literā: sed de Nabu
god. rege babilonis qui missus est ex ordinatiōe di
uina contra hierusalē ppter peccata populi vt ha
betur quarto regū. 24. ex tūc defecit regnū iudeo- 4. regū.
rum quia cepit Sedechiam regem ꝛ excecauit ꝛ fi
lios eius occidit vt habetur ibidem. xxv. capitulo.
Nec postea aliquis de stirpe eius regnauit. ¶ Ali
ter soluitur dicēdo ꝙ illa auctoritas intelligit de
Roboā filio Salomōis a quo recesserūt decē tribꝰ
ꝛ adheserūt hieroboā filio nabath vt hꝫ. 3. regū. 12.

Sic igitur exponũt predictam auctoritatem. Non auferetur sceptrum de iuda. ⁊c. Donec veniat Sylo quia vbi Hieronymus transtulit qui mittendus est. hebraica veritas habet Sylo et est nemen loci vt dicũt quia in loco venit Roboam vt constitueretur rex super israel ⁊ in illo loco recessit ab eo populus israel ⁊ ꝯstituerũt super se regnĩ Hieroboã qui erat de alia tribu: scilicet de tribu Effraym et sic ablatum fuit tunc sceptrum Israel de Iuda. Verũtamen quia ip̃i Roboam remãserunt due tribus ideo sequitur ẜm hebraicam veritatem. Et aggregabuntur ei gentes vbi Hieronymus transtulit ⁊ ip̃e erit expectatio gentium. ¶ Sed cõtra primam solutionez patet ꝙ est falsa quia post captiuitatem babilonicam habuerunt iudei duces ⁊ principes sicut patet de zorobabel Hesdra Neemici ⁊ Machabeis habuerunt etiaz reges qꝛ Iohannes hircanus Symonis machabei filius imposuit sibi dyadema regni ⁊ ex tunc regnauerunt filiĩ eiꝰ vsqꝫ ad Herodem qui fuit alienigena a gente iudeoruz ⁊ ideo vsqꝫ ad tempus illud non fuit amotũ omnino dominium iudeorum. Nota de hoc Augustinũ 18. de ciuitate capitulo quadragesimoquinto circa finẽ quo modo scilicet Herodes alienigena regnauit in iudea. ¶ Si autem dicatur ꝙ a tempore Nabugodonosoris fuit amotũ a tribu iuda de q̃ amotione loquitur prophetia predicta: quia illi qui regnauerunt postea fuerunt de alia tribu quia de tribu sacerdotali scilicet Machabei. Non valet hoc dictum quia zorobabel qui post captiuitatem Babilonicam fuit dux eorum fuit de tribu iuda vt patet expresse ex textu scripture in pluribus locis. Similiter Machabei qꝛ tribus sacerdotalis ⁊ regia fuerunt commixte. Et ideo si machabei fuerũt de tribu sacerdotali sequitur ꝙ fuerunt de regia. ¶ Contra secundam responsionem dico ꝙ patet falsa per textum tertio regum. 12. qꝛ ibi dicitur ꝙ ille locus vbi Roboam a populo fuit derelictꝰ vocatur Sichen ⁊ est locus bene remotus ab illo loco qui vocatur Sylo. ¶ Item contra vtrãqꝫ respõsionem ⁊ consimiles Patet ꝙ sunt false per translationem Caldaicam quia vbi Hieronymus trãstulit donec veniat qui mittendus est hebraica veritas habet donec veniat Sylo. Caldaicum habꝫ donec veniat messias quia illud quod erat obscurum per hoc voluit declarare. Et sic patet ꝙ predicta auctoritas non potest intelligi de Nabugodonosor neqꝫ de Roboam nec de aliquo alio q̃ꝫ de xp̃o. ¶ Quod autem sequitur in hebraico. Et aggregabuntur ei gentes sic est intelligendum quia ĩ aduentu xp̃i Iudei ꝓ maiore parte obscurati sunt in sua infidelitate: ⁊ gentiles qui nomine gentium designantur aggregati sunt Christo fidem eius deuote suscipientes secundum ꝙ dicit apostolus ad Romanos vndecimo. Cecitas ex parte cecidit in Israel donec plenitudo gentium intraret. hoc habetur. 15. de ciuitate capitulo vigesimoquinto vide ibi. ¶ Quod autem a tempore Herodis ablatum sit sceptrum a iudeis. Patet quia ipse fuit primus alienigena qui regnauit in iudea. Patet enĩ eius fuit ydumeus. Iste enim Herodes auxilio romanorum fretus debellauit antigenum regem iudeorum qui descenderat a Machabeis et omnem prolem regiam occidit et libros de genealogia regum combussit ne in posteruz deprehenderẽtur ipse ⁊ filiĳ alienigeni esse a regno Dauid. Interfecit etiam doctores legis qui docebant in populo Deutron. decimoseptimo. De medio fratrum tuorum pones super te regem vt sic auferret iudeis omnez viam recuperandi regnum quod etiam patet per effectum quia ab illo tempore fluxerunt plures q̃ꝫ mille tricẽti anni ⁊ adhuc iudei ab illo speptro magis remoti sunt ⁊ longinqui q̃ꝫ a principio. Cum igitur ablatio sceptri fuerit eis signum predictum de aduentu christi patet ꝙ xp̃us iam aduenit.

Marginal notes (left column): Ↄ predictas solutiones. — Vid au. 18. de ci. ca. 45. — Ad Ro. 11. — De iudorum sceptro eis a tp̃e herodis ablato.

Marginal note (right column): Deu. 17.

¶ Scd̃a auctoritas ad hoc

accipitur Aggei secundo Hec dicit dominus exercituum. Adhuc vnum modicum: ⁊ ego mouebo celum ⁊ terram mare et aridam ⁊ mouebo omnes gentes ⁊ veniet desideratus cunctis gentibus seq̃tur magna erit gloria domus istius nouissime magis q̃ꝫ prime dicit dominus exercituum secundum omnes expositores hebreorum. Iste desideratus ẽ rex messyas siue Christus. ¶ Hanc auctoritatem allegat Augustinus. 18. de ciuitate capitulo. 35. dicens ꝙ in parte fuit completa: ⁊ est in aduentu Christi vel post sicut exponit ibi. Adhuc vnũ modicum. ⁊c. Sed expectatur implenduz illud et veniet desideratus cunctis gentibus de vltimo aduẽtu non de primo quia prius in eum crediderunt q̃ꝫ desiderauerint ipsum esse venturum: et illud fuit post primum aduentum. Sed capitulo quadragesimoquinto videtur eam allegare de primo aduentu Christi. Unde allegat alium textum. lxx. interpretum. scilicet verificatum in primo aduentu de electis hominibus qui venerunt ad Christum per fidem licet postea capitulo 48. resumat hoc ⁊ exponat intelligendum esse de tempore noui testamẽti in secundo aduẽtu Christi quando dedicabitur. ¶ Tunc arguo primo per illud ꝙ adhuc vnuz modicum ⁊ subditur de Aduentu Christi. Et veniet desideratus cunctis gentibus Aggeus enim propheta dixit hoc verbũ secundo anno Darij regis persarum. Ab illo tempore vsqꝫ nunc fluxerunt anni. 155. anni secundum computationem iudeorum ⁊ plures adhuc secunduz cõputationẽ nostram scꝫ 170. ad minus talis autem numerus annorum nõ dicitur in scriptura modicum. Cum ergo propheta dicit restare modicum tempus vsqꝫ ad aduentũ desiderati. Patet ꝙ tempus sui aduentus est pretertium. ¶ Sed ad hoc dicunt aliqui sic ꝙ tantum tempus bene dicitur in scriptura modicuz sicut in p̃s. 82. dicitur mille anni ante oculos tuos tanq̃ꝫ dies hesterna que preterijt. Sed ista responsio non valet quia si tempꝰ totũ cõpaꝛ eternitati. Pꝫ modicum est ⁊ sic loquitur auctoritas psal. quia diuina cogitatio que per oculos intelligitur eterna est Sed si referatur tempus mille annorum ad expectationem populi sic rationabiliter loquendo non potest dici modicum sed magnum. Unde ⁊ Baruch sexto tempus captiuitatis babilonice predicitur longum quod tamen fuit modicum respectiue. ¶ Item probo propositum per illđ quod in auctoritate subditur. Veniet desideratus cunctis gentibus ⁊ explebo domũ istã gloria. Et loquitur ꝓpheta de domo dñi edificata a iudeis post reditũ captiuitatis babilonice ergo stãte illa domo venit Christus qui propheta dicit illaz replendam esse gloria ⁊ per aduentum desiderati cunctis gentibus.

Marginal notes (right column): aggei. 2. — 18. de ci. ca. 35. — psal. 82.

Domus autem illa destructa est per Titum ⁊ Vaspasianum. 42. anno post passionem domini. ergo ⁊c. ¶ Item per illud quod sequitur in auctoritate Magna erit gloria domus istius magis q̄ prime.

18. de ci. Augustinus videtur sentire. 18. de ciuitate capitulo. 45. ꝙ ita maior gloria domus nouissime accipienda est de ecclesia xp̄i edificata ex lapidibus viuis hominibus que per illam figurabatur non autem de illa corporali. Unde ⁊ tractat ibi quo modo illa corporalis secūda quasi nullius momēti fuit respectu prime ⁊ quo modo fuit conculcata ⁊ dehonorata per Romanos per Alexandrum ⁊ per Anthiocum sicut dicitur hic satis cito post hoc etiam resumit breuiter postea capitulo. 48. vide ibi. Et constat ꝙ loquitur de domo eadem supradicta ad cuius edificationem inducebat populum ⁊ predixit maiorem gloriam huius domus q̄ prime edificate per Salomonem. Hoc autem non potest intelligi propter maiores vel honores seu cultum diuinum vel edificationes qꝛ status populi in illo tempore erat quasi nullus respectu illiꝰ status qui fuit sub Salomone ꝓpter quod dicitur Hesdre quinto ꝙ sacerdotes qui viderant primaȝ domū lachrimabantur aliis exultantibus in dedicatione domꝰ secūde quia nullius momēti erat respectu alteriꝰ ⁊ ideo non potest intelligi maior gloria eius nisi per aduentum ipsius desiderati cunctis gētibus qui eā glorificauit presentia sua quādo in ea fuit a matre oblatus secūdum ꝙ predixerat Malachyas propheta tertio capitulo.

Malachias. 3. cap. Statim veniet ad templum sanctum suum dominator quem vos queritis ⁊ angelus testamenti quem vos vultis. Ipsam etiā domum honorauit quando ibi fequēter docuit ⁊ predicauit. ¶ Sed ad hoc respondent aliqui ꝙ maior fuit gloria secūde domus q̄ prime in annis qꝛ plus durauit. Sed hoc non valet quia licet verum sit ꝙ plus durauerit hoc tamen non fuit ad eius gloriaȝ sed magis ad ignominiam quia pluribus temporibus fuit conculcata ⁊ dehonorata: qꝛ Anthiocus Epyphanes posuit ibi abhominādum ydolum et fecit ibi prostibula mulierum sicut habetur primo Machabeorum ⁊ secūdo. Sed qꝛ illum librum nō recipiunt iudei: ideo potest dici hoc quod dicitur Danielis octauo ⁊ hoc etiaȝ dicit Josephus libro Antiquitatum duodecimo. ¶ Similiter quando ciuitas Hierosolomitana fuit capta per Pompeium imperatorem romaum ⁊ iterum alias per Herodem Ascolonitam ⁊ vltimo quādo destructa fuit per Tytum ⁊ Vaspasianum omnibus istis temporibus fuit illa domus derelicta ⁊ ꝯculcata. ¶ Itē ista maioritas durationis nō videtur esse alicuius glorie notabilis alias enim diceretur lapis maioris glorie ⁊ honoris q̄ homo qꝛ est maioris durationis. ¶ Item si computemus durationeȝ domꝰ secunde secūdum computationeȝ iudeorum qui dicunt eam durasse tātum. 420. annis habemꝰ ꝙ prima domus plus durauit quia plures anni fluxerūt a quarto anno regni Salomonis in quo fundata ē domus prima vsq̧ ad quadragesimūprimū annum regni Sedechie in quo destructa est quia fluxerūt anni. 427. secūdum ꝙ potest computari per tempora regum intermediorum inspiciendo tertium ⁊ quartum regum. Perfecta autem fuit vndecimo anno regni Salomonis ⁊ fuit perfecta. 423. ānis ⁊ sic durauit plus q̄ secunda si accipiatur duratio secunde domus secūdum computationem iudeoꝝ. Licet autem secunda domus plus durauerit vt supra dictum est. tamen ista obiectio est efficax contra iudeos quia procedit ex suppositione computationis eorum. ¶ Patet igitur ꝙ tempus aduentus Christi est preteritum ex predicta auctoritate Aggei.

Bonum dubium.

¶ **Sed in predicta auctorita**/te restat ostendere quod videtur dubiuȝ quo modo in aduentu desiderati cunctis gentibus sit impletū cum dicitur adhuc vnum modicum ⁊ ego mouebo celum ⁊ terram. Et est dicendum ad hoc ꝙ celum in aduentu xp̄i motum est accipiendo motum pro qualibet innouatione vel mutatione quia nouitas magna in celo apparuit: qꝛ in natiuitate xp̄i noua stella visa est propter quod reges venerunt ad ip̄ȝ adorandum. ¶ Item circa illud tempus scilȝ tempore Herodis sub quo natus est xp̄us in iudea de qua maxime loquitur propheta fuit maximus motus terre in tantum ꝙ gentes propinque credebāt in iudea nullum hominem remansisse vt dicit Josephus primo libro de iudaico bello. ¶ Ex quo probabiliter arguitur aliqua notabilis cōiunctio planetarum tunc fuisse seu constellationem ex quibus solent talia accidere. ¶ Quod etiaȝ mote fuerint tunc omnes gentes. Patet ꝙ īminēte xp̄i natiuitate precepit Cesar Augustus vniuersum orbem describi ⁊ omnes gentes tributarias Romanoruȝ se profiteri ⁊ propter hoc singuli ibant ad loca vnde erant oriundi ad predicta facienduȝ propter qđ etiam Joseph ascendit de Galilea in Bethleeȝ vt ibi profiteretur cum Maria sibi diponsata vxore pregnante vt habetur Luce secundo. Tunc temporis etiam facta est magna commotio in iudea qꝛ quidā nomine Judas natione Galileus publice asserebat ꝙ nō licere Judeis recognoscebaȝ dominū preter deum ⁊ multi iudei sequuti sunt ipsum ⁊ postea interfecti sunt ab exercitu Romanorum secundum Josephum secundo libro antiquitatum ⁊ idē habetur Actuum quinto. Ante hos dies extitit iudas Galileus. ⁊c. ¶ De commotione autem maris non oportet exemplum ponere quia frequenter solet accidere.

Dani. 9.

¶ **Tertia auctoritas ꝙ tempꝰ** aduentus messye sit completum habetur Danielis nono. vbi angelus Gabriel instruit eum de tempore aduentꝰ xp̄i dicētis. 70. ebdomades. Abbreuiate sunt super populum tuum ⁊ super vrbem tuā sanctam vt consūmetur preuaricatio ⁊ finem accipiat peccatum ⁊ deleatur iniquitas ⁊ adducatur iusticia sempiterna ⁊ impleatur visio ⁊ prophetia et vnguatur sanctus sanctorum. ¶ Ad intellectum huius prephetie. ¶ Primo Videndum est quo modo accipiatur hic ebdomas vł ebdomada quod idem est Secundo ad propositum.

Ebdomada q̄t modis accipitur.

¶ Dico autem ꝙ in sacra scriptura accipitur ebdomada vno modo pro tempore septem dierum. ⁊ hoc modo accipitur communiter. ¶ Hoc etiam modo loquitur scriptura de ebdomada. Leuitici vigesimotertio. Ubi scriptura dicit. quod septem ebdomade sunt accipiende a festo pasche que faciunt quadragintanouem dies ⁊ in quinquagesima die celebrādum est festuȝ penthecostes. ¶ Alio mō accipitur

ebdomada pro tempore septem annorum que faciunt annos. 49. et hoc modo scriptura loquitur de ebdomada leuitici. 25. Ubi dicitur Numerabitis septem ebdomades annoruz que faciūt. 49. annos et quiquagesimus annus imediate sequens dicitur iubileus qui apud iudeos erat annus remissionis vt ibidem dicitur. Nec inuenitur ebdomada accipi pluribus modis in scripturis. Hic aūt non potest accipi ebdomas vel ebdomada dierum quia tota prophetia Danielis fuisset completa infra annū et dimidium ergo per locum a diuisione oportet quod accipiatur pro ebdomada annoruz et in hoc omnes expositores cōueniunt catholici et hebrei. Sed differunt in hoc quod aliqui catholici vt Beda et sequaces sui dicūt quod isti anni intelligendi sunt anni lunares qui sunt breuiores annis solaribus. xi. diebus. Motus autem fuit ad hoc dicendum ex duobus. Primo ex textu quia dicuntur ebdomades abbreuiate et sicut dictum ē anni lunares sunt breuiores solaribus et per ꝯsequēs ebdomades annorum lunarium sunt breuiores. Secūdo quia angelus loquebatur Danieli qui erat hebreus hebrei autem computabant per annos lunares vt dicit Beda et ideo angelus posuit numerum annorum p̄dictorum per ebdomades annorum lunarium. ¶ Sed salua Bede reuerentia hoc non videtur esse verum quia in hebraico non ponitur abbreuiate pro vt sonat in detruncationem seu diminutionem: sed in hebraico ponitur p̄cise et notat temporis determinationem id est non plus nec minus simpliciter. ¶ Secūduz videtur falsum. Si enim iudei computarēt sm annos lunares ita quod haberent annū breuiorem etiaz vndecim diebus quam annus solaris quo vtimur cum secundum legem teneantur p̄mo mense cuiuslibet anni sui facere pascha et die determinata scz die quintadecima scilicet die quintadecima primi mensis. Sequeretur quod pascha Iudeorum huius anni anticiparet pascha anni precedentis. xi. diebus et eodē modo pascha anni sequētis precederet per viginti duos dies et sic ꝯsequēter anticipando temp⁹ quolibet anno per videcim dies sequitur quod ip̄i celebrarent pascha suum ex obligatione p̄cepti infra breue tempus in quolibet mense totius anni quod apparet imediate falsum ex vsu eorum quia semper faciunt pasca eodem tempore et ideo patet quod computant per annos solares sicut et nos. Licet enim incipiant menses a lunationibus tamen tertius annus apud eos habet. 13. lunationes ita quod per embolismos faciunt extrationem temporis et sic computant per annos solares sicut et nos. Dato tamen quod computarent per annos lunares nihilomin⁹ haberetur ꝓpositum nostrum vt videbitur. ¶ Secūdo videndum est quot annos continēt ebdomades predicte et patet quod si multiplicentur. 70. per septē resultant. 490. anni per ebdomades. 70. vel ex ebdomadibus. 70. ¶ Tertio videndum est a quo termino incipiat computatio istarum ebdomadarum. Et dicūt aliqui iudei quod incipit ab vndecimo anno regni Sedechie quādo destructum est primū templum. ¶ Alij dicunt quod incipit in primo anno darij medij quia illo tempore dicit angel⁹ ista Danieli. ¶ Alij autem dicunt quod incipit computatio a reditu captiuitatis sub zorobabel duce anno secundo Cyri regis persarum. ¶ Alij autem dicūt quod ista computatio incipit a vicesimo anno regni

Leui. 25. — Beda. — Contra bedam — Inceptō ebdomo.

Artharcersis quādo missus est Neemias ad reedificandum ciuitatem Hierusalem quod ego magis puto et hoc potest patere ex textu Danielis nono. vbi dicit angelus Danieli. Scito ergo et animaduerte ab exitu vt reedificetur Hierusalem. etc. Et tunc incipit angelus computare ebdomades cōsequenter vt patet in textu: tunc autez exijt sermo de reedificatione Hierusalem. Cyrus enim prius dederat licentiam de reedificatione templi tantum. ¶ Ad propositum dico quod quecūqz istarum opinionum sit vera habetur sufficienter propositum scilicet quod tempus aduentus xp̄i sit preteritum. Quod patet quia angelus determinate. 490. annos vsquequo impleatur visio et prophetia et vnguat sanctus sanctorum id est xp̄us. Sed qualitercūqz accipiantur anni lunares vel solares et vbicunqz incipiatur computatio secundum predicta quia inferius non potest accipi quam vigesimo anno artharcersis totum tamen tempus preteritum est iam diu est et hoc sufficit ad propositum nostrum. ¶ Sed ad istam auctoritatem respondet Rabi Salomon dicens quod 70. ebdomades non continent tempus precisum vsqz ad xp̄i aduentum et passionis sue misterium vt predictum est: sed continent tempus precisum a destructione primi templi vsqz ad destructionem secundi per Tytum et Uaspasianum et exponit sic p̄dictam auctoritatem. 70. ebdomades abbreuiate sunt super populum tuum super vrbem tuam. Antequam veniat perfecta captiuitas ipsorum per romanos comburentes ciuitatem et templum eiicientes populum iudaicum vt consūmetur preuaricatio id est vt desistant a preuaricationibus castigati per predictam captiuitatez et sic deleatur iniquitas eorū substinendo captiuitatem et miseriam pro pena et adducatur iusticia sempiterna id est vt in eternū iustificentur substinendo talem penam et miseriam pro peccatis eorum et impleatur visio et prophetia id est visiones de xp̄o promisse per prophetas et vngatur sanctus sanctorum id est archa domini et vasa sanctuarij que reprobantur per messyam in fine huius captiuitatis iudeorum venturum sicut dicit ¶ Sed quātum debeat durare ista captiuitas nō dicitur et per consequēs tempus determinatum ad uentus ipsius xp̄i hic nō diffinitur. ¶ Contra istā solutionem dico quod expositio ista falsa est et extorta Hoc patet primo per litteram precedentem. Ubi dicitur quod angelus gabriel venit propter orationez Danielis orantis pro liberatione populi ad declarandum exauditionem sue petitionis et ideo non solum denunciat eius liberationem a captiuitate babilonica sed etiam perfectam liberationem fiendā per xp̄z de qua Daniel principaliter orabat et ideo dicere quod angelus venerit ad denunciandum perfectam captiuitatem populi sui et nullus tempus certum liberationis fiende per xp̄m est valde absurdū et precedenti litere contrarium quia angelus non venisset ad consolationem Danielis: sed magis ad eius desolationem. ¶ Item quod dicit Iudeos desistere a preuaricationibus per captiuitatem. Hoc est falsum quia inter omnes multum vacant sortilegijs et augurijs que maxime prohibentur in lege eorum sicut testimonium perhibent illi qui nouerunt benefacta eorum. ¶ Item quod dicit impleri visiones prophetarum per merita ipsorum est contra illud quod dicitur Deutronomi nono.

Daniel .9. — Resolutio ꝓpositi. — Rabi salomon. — Contra solutionem Rabi Salomonis.

Scito ꝙ nõ ꝓpter iusticias tuas dñs deus tu⁹ de-
derit tibi terram hanc ⁊c. ⁊ multominus ꝓpter iu-
sticias eorum implẽda est ꝓmissio de xp̄o vt pꝫ et
ysa. 8. maxime qꝛ de eo scribitur ysayie. 8. Et erit ad la-
pidem offensiõis ⁊ petram scãdali duabus israel ⁊
in laqueum ⁊ ruinã habitãtibus hierusalẽ. Item
quod dicit ꝙ per vnctionẽ sancti sanctorũ intelligi
tur vnctio arche ⁊ sanctuarij que restituẽtur p mes
Hiere. 3. siam. Hoc est ꝯtra illd quod dicit Hieremie tertio
Cũqꝫ multiplicati fueritis ⁊ creueritis in terrã in
diebus illis dicit dñs nõ dicẽt vltra archa testamẽ
ti domini neqꝫ ascendet super cor neqꝫ recordabũt
illius nec visitabũtur nec fiet vltra qꝛ cerimonie ve
teris testamẽti omnino cessauerũt post passionem
xp̄i diuulgationem euangelij. Pluribus etiã mo-
dis argumẽtari potest cõtra expositionẽ istaꝫ sicut
patet magis super Danielem.

¶ Vltimo ꝓbatur ex scriptu-
ra canonica tempus aduentus christi esse preteri-
Danie. 3. tum per illud Danielis tertio. vbi dicitur ꝙ Na-
bugodo. vidit statuam magnã. Huius autẽ statue
caput erat ex auro optimo pectus ⁊ brachia de ar-
gento porro venter ⁊ femora ex ere. Tibie autem
ferree. ⁊c. Et sequitur Abscisus est lapis de mon-
te sine manibus ⁊ percussit statuam in pedib⁹ eius
ferreis ⁊ fictilibus ⁊ cõminuit omnia. ¶ Per hãc
Interp̄tatio statue a Nabugo. vise. autem statuam designãtur quattuor magna regna
sibi in orbe succedentia sicut ⁊ ip̄emet Daniel ex-
posuit diuinitus inspiratus. Primum regnum est
caldeorum quod signatur per caput aureum vt ibi
dem dicitur. Secundum est regnũ persaꝝ qđ signa
tur per argentũ quod subiecit sibi regnum caldeo-
rum. Tertium regnum grecorum seu Alexãdri qđ
signatur per es ⁊ subiecit sibi regnum persarum.
¶ Quartum est regnũ Romanorum qđ signatur
per ferrum ⁊ subiecit sibi regnum grecorum ⁊ alia
regna mũdi sicut ferrũ domat omnia. Per lapideꝫ
autem abscisuꝫ de monte sine manibus designatur
ip̄e xp̄us siue regnum eius cui subijciẽdũ p̄dicitur
regnũ Roma. Et ĩ hac expositiõe oẽs expositores
tã hebraici ꝙ̃ catholici ꝯueniũt. Ex hijs arguo qꝛ
in predicta ꝓphetia p̄dicitur quod ille cui subijciẽ
dum erat regnum Romanorũ est ip̄e xp̄us. ¶ Cũ
ergo hoc sit impletuꝫ tẽpore Cõstãtini ⁊ Siluestri
pape quo tempore romanum imperium per veram
fidem subiectuꝫ est Iesu filio marie. Patet ꝙ ip̄e
est ꝟe xp̄s ⁊ ꝙ messyas aduenerit. ¶ Post aucto-
ysayas. ritates canonicas adduco contra iudeos aliqua di
cta autentica apud eos quia sunt dicta doctorum
ipsorum. Primum est glose super illud ysaie. An-
tequam parturiret peperit. glosa hebraica dicit ꝙ
antequã natus fuisset ille qui in seruituteꝫ redegit
Vltimus natus fuit redemptor ergo ante natiuita
tem Titi qui ciuitatem destruxit ⁊ populum capti
uauit ⁊ per venditionem in seruitutem exposuit in
tantum ꝙ dabantur triginta pro nummo argẽteo
Hugo vt dicit Hugo Flo. fuit natiuitas xp̄i. Hoc idem
Floren. patet per translationem caldaicam ibideꝫ. Adhuc
non erit ei veniens angustia redimetur ⁊ adhuc nõ
veniet ei tremor cum doloribus propter partum re
uelabitur rex messias. Dolor enim ⁊ angustia par-
tus exprimunt maximam calamitatem quam susti-
nuerunt in obsidione Titi ⁊ Vaspasiani. ergo an-
te obsidionem illam venit xp̄us: ⁊ hoc multi conce
dunt inter eos ꝙ ipse xp̄us natus sit in die destru-
ctionis templi: sed cum ab illo tempore fluxerit tã-
tum tẽpus vltra mille annos satis queritur ab eis
vbi sit ip̄e per tantum tempus ⁊ quid facit. ¶ Et varietas
dicunt aliqui ꝙ ipse est inter angelos viuens sicut opini. de
Moyses vixit. 40. diebus cum domino in monte xp̄o.
⁊ expectat preceptum domini de apparendo.
¶ Alij dicũt ꝙ est vltra montes caspios. ¶ Alij
ꝙ vadit per mundum sicut pauper ⁊ contemptibi-
lis ⁊ leprosus ⁊ humiliatus propter peccata popu
li iuxta illud ysaie. 53. Et nos reputauim⁹ eum qua ysaie. 53.
si leprosum quousqꝫ appareat ex precepto dei ad li
berationem populi. ¶ Talis autem varietas eoꝝ
bene ostendit eorum falsitatem. Et ideo dimitto
hoc nisi quãtum ad hoc ꝙ verum est tempus xp̄i iã
aduenisse. ¶ Item per quandam traditionem au-
tentiquam apud eos que ponitur in quodam libro
eorum antiquo qui dicitur liber Iudicũ ordinario
rum. Traditum est a domo Helye id est a discipu- Li. iudi-
lis per sex milia annorum erit mundus duo milia cũ ordia
vanitatis duo milia legis duo messye. ¶ Circa riorum.
quod nota ꝙ hebrei dicũt hoc dictum fuisse a filio
mulieris Sareptane quem suscitauit Helyas qui
habuit postea speciem prophetie ⁊ prophetauit de
duratione mundi scilicet ꝙ duraret sex milibus an
norum. Duo autem milia vanitatis dicuntur duo
milia peccatorum qꝛ a p̄ncipio mundi vsqꝫ aduoca
tionem Abrahe defluxit mundus per luxuriam pri
mo vsqꝫ ad Noe. Postea per ydolatriam vsqꝫ ad
Abraham qui primo ausus est publice cõfiteri no-
men vnius dei vel vnum deum creatorem celi ⁊ ter
re secundum Iosephum primo libro antiquitatuꝫ
⁊ illud tempus durauit circa duo milia annorum
fuerunt enim vltra. 23. Ab illo autem tempore vo
cationis Abrahe vsqꝫ ad natiuitatem xp̄i fluxerũt
duo milia annorum nisi ꝙ deficiũt. 28. qui possunt
suppleri per. xxiij. qui fuerunt residui de vltra duo
prima milia ⁊ per quinqꝫ quibus latuit xp̄us ĩ egy-
pto ⁊ sic dicatur totum legis predictum vsqꝫ ad re-
uersionem xp̄i de Egypto ⁊ habemus duo alia mi-
lia. ¶ Sed vtrum dies messye vel xp̄i debeant du-
rare duobus milibus annorum non intromitto me
Hoc sufficit mihi contra eos ꝙ cum iam quattuor
milia annorum a creatione mundi preterita ꝙ mes
syas iam venit ⁊ dies eius iam venerunt a mille an
nis ⁊ vltra quia iam quinqꝫ milia annorum transie-
runt ⁊ vltra a creatione mundi etiam secũdum cõ-
putationem eorum quare ⁊c. ¶ Hoc dicit expres-
se Iosephus maximus hystoriographus eorum se Ioseph⁹
cundo libro antiquitatum perhibens testimonium historio-
xp̄o dicens sic describendo tempora Thyberij Ce graphus
saris. Fuit hijsdem temporibus Iesus vir si tamẽ
virum nominare fas est. Erat enim mirabiliũ ope-
rum effector ⁊ doctor eoꝝ hoĩm qui libenter ea que
vera sunt audiunt ⁊ multos quidem iudeorum mul
tos etiam ex gentibus sibi adiunxit xp̄us hic erat
hunc accusatione primorum nostre gentis viro-
rum cum Pylatus in cruce agendum esse decreuis
set non deseruerunt hij qui ab initio eum dilexe-
rant apparuit enim eis iterum visus secundum ꝙ
diuinitus inspirati prophete vel hec vel alia de eo
innumera miracula futura eẽ predixerant. ¶ Vl-
timo arguo contra eos per rationes probabiles in
telligẽtibus scripturam. ¶ Primo quia considerã
do ꝓcessum veteris testamẽti apparet ꝙ filij israel

q̃diu seruierunt dño fuerũt in statu prosperitatis
⁊ si aliquãdo sunt captiuitati ⁊ afflicti hoc fuit pro
pter peccata eorũ. Modo ita est ꝙ ante captiuita-
tem babilonicã fuerunt ydolatre pessimi ⁊ occiso-
res prophetarũ in tm̃ ꝙ repleuerũt hierusalem san
guine prophetaruz vsq; ad os vt dr quarto regũ et
multa alia mala fecerunt propter que sunt captiua
ti in babilonẽ ⁊ tamen illa captiuitas non durauit
nisi per septuaginta annos. Cum igitur captiuitas
in qua sunt modo durauerit per mille ducentos an
nos ⁊ amplius oportet ꝙ ipsa sit propter pctm̃ gra
uissimũ aliquod ẜm correspondẽtiam pene. Nõ ap
paret autem aliud nisi ꝙ christum Messiamverum
a lege ⁊ prophetis promissum negantes ⁊ ꝑsequen
tes crudeliter occiderunt: quia post reditũ captiui-
tatis babilonice nõ leguntur ydolatrasse nec ꝓphe
tas occidisse nec tot ⁊ tanta crimina cõmisisse sicut
prius ⁊ hocvidetur sentire Rabi Moyses in libro
Raby moyses. Judicum vbi dicit Jesus nazarenus visus est esse
Messias ⁊ interfectus est per domuz iudicij ⁊ ipse
fuit causa ⁊ promeruit vt destrueretur israel in gla
dio. ¶ Secũdo arguo sic. Doctrina cõfirmata per
opera miraculosa que sunt soliꝰ dei opera ⁊ doctri
na vera q2 deus nõ est testis falsus. Hoc modo etiã
declarata sunt esse vera que dicta sunt per Moysẽ
et Josue ⁊ prophetas. Sed doctrina xp̃i ⁊ catholi
ca que dicit xp̃m aduenisse est huiusmodi. Patuit
supra per Josephum ⁊ patet: q2 christus mortuum
suscitauit cecũ illuminauit ⁊ sic de alijs. Hoc etiã
dicitur in quodã libello eorũ autẽtiquo qui intitu-
latur de generatiõe Jesu nazareni ꝙ leprosum mũ
dauit ⁊ claudum ex vtero matris stare fecit ⁊ mor-
tuum suscitauit ⁊ multa alia ergo doctrina estvera
et per consequẽs christus iam venit. Nec valet qd
dicitur in eodem libello ꝙ Jesus nazarenus talia
faciebat in virtute nominis dñi tetragramaton: q2
sciebat ipsum pronunciare. Jnuenit em̃ in templo
lapidẽ super quem steterat archa dñi antiquitus in
quo erat insculptum istud nomen expositũ. Vocat
autem expositio istius nominis descriptio ⁊ deter-
minatio quomodo debeat pronunciari. Non valet
hoc dico primo q2 nomen dñi tetragramaton cũ sit
nomen sanctissimũ ẜm eos non potest habere virtu
tem ad faciendũ aliquid cõtrarium nouum diuino
puta ad testificanduz falsitatem per aliquod opus.
¶ Secũdo quia nomen aliquod non habet virtu-
tem faciendi miracula. Sed deus ad inuocationez
sue virtutis ⁊ nominis facit miracula ⁊ non est te-
stis falsus: g̃ ⁊c. sicut prius. ¶ Ultimo sic ꝯtra eos
arguo quando scriptura sacra denũciat aliquid fu-
turum ⁊ determinat tẽpus modũ ⁊ locum si omnia
ista ꝯcurrant in vnũ manifeste patet ꝙ illud qd fue
rat predictũ est adimpletũ. Sic est in proposito de
aduẽtu christi ⁊ ortu: q2 determinauit tẽpus. Non
Genesis 49. auferetur sceptrum de iuda ⁊c̃. Gene. 49. Deter-
minauit locũ nascendi Michee. 5. Et tu bethleem
Michee quinto. terra iuda ⁊c̃. vel bethleem effrata. Determinauit
modũ sue conuersationis in paupertate. zacha. 9.
zacha. 9. Rex tuus venit tibi iustus ⁊ saluator ⁊ ip̃e pauper
Similiter modũ moriendi in humilitate ⁊ patiẽtia
mortis ysaie habet. Sicut ouis ad occisionẽ ducet
hec autem omnia manifeste sunt impleta in Jesu:
igitur rationabiliter probari potest ⁊ concedẽdum
est ex scripturis ꝙ ipse fuit vere Messias ⁊ ꝙ xp̃s
aduenerit. Et hec de tertio articulo principali.

¶ Quãtum ad quartum.

Restat ponere aliquas instãtias iudeorum ⁊ ad eas re
spondere. Probant enim ꝙ Messias non venerit.
¶ Primo sic. zacha. 6. dicitur de aduẽtu Messie. zach. 6.
Ecce vir oriens nomen eius: q2 in translatione cal
daica habetur Messias nomẽ eius ⁊ sequitur. Et
edificabit tẽplum dño. Jesus autem nazarenus nõ
edificauit aliquod tẽplum ergo ⁊c. ¶ Secundo sic
Hiere. 23. Ecce dies veniunt dicit dñs: ⁊ suscitabo Hiere. 23.
dauid germẽ iustum ⁊ intelligitur de aduẽtu Mes
sie ad litteram sicut dictum est supra. Et subdit ibi
dem. Jn diebus illis saluabitur Juda ⁊ Jsrael ha
bitabit confidẽter. Sed nũq̃ tot miserie acciderũt
filijs israel sicut a tẽpore Jesu nazareni g̃ ⁊c̃. sicut
patet in destructione ciuitatis ⁊ templi: ergo ⁊c̃.
¶ Tertio sic. Danielis. 7. Aspiciebam in visu no Danielis. 7.
ctis ⁊ ecce filius hominis veniebat. Et ẜm omnes
expositores loquitur de aduẽtu christi. Jesus autẽ
nazarenus nõ venit in nubibus celi: g̃ ⁊c. ¶ Quar
to sic. ysaie. 3. Erit lux lune sicut lux solis septen- ysaie. 3.
trionaliter sicut lux. 7. dierꝝ ĩ die q̃ alligauerit dñs
vulnus ppl̃i sui ⁊ percussurã plage eius sanauerit.
Cum igitur aduẽtus christi expectetur ad salutem
populi ⁊ non sint predicta facta circa corpora cele-
stia tempore Jesu nazareni sequitur ꝙ non fuerit
christus. ¶ Quinto sic. ysaie. 53. dicitur de Mes- ysaie. 53.
sia vel christo ꝙ videbit semen longeuum. Et psal.
88. dicitur. Ponam in seculum seculi semen eius. psal. 88.
Sed Jesus nazarenus non habuit filios: ergo ⁊c̃.
¶ Ultimo sic ⁊ est quasi idem cũ primo. Ezechiel Ezechielis. 40.
40. Describitur quoddã templum magnũ ⁊ mira-
bile edificandũ ẜm eos in terra in aduentu Messie
Sed hoc nondũ est factum ergo ⁊c.

¶ Ad primum istorum

dico ꝙ ista auctoritas
intelligitur de tẽplo secũdo edificato ꝑ zorobabel:
vt dicit Raby salomon doctor hebreorum: et ideo
ex hoc non habẽt cõtra nos argumẽtuz. Dato etiã
ꝙ intelligatur de christo ad litterã dicendũ ꝙ ipse
edificauit tẽplum de lapidibus viuis ⁊ spirituali-
bus de ipsis fidelibus ⁊ talis edificatio quia est per
fectissima debebatur christo. Unde super illud Ge
nesis. 24. Non est hic aliud nisi domus dei ⁊c̃. Et
dicit glosa hebraica ꝙ patriarcha Jacob vidit do
mũ dei edificandam in terris ⁊ domũ dei edifican-
dam in celis ad quẽ domus edificanda in terris cõ
parata nichil est. Unde dicit. Non est hic aliud ni-
si domus dei ⁊ porta celi. ¶ Ad secundũ ꝙ iam tẽ-
pore destructionis ciuitatꝫ ⁊ templi nõ erant filij is
rael ⁊ iuda: sed erant auersi a deo quia christum ne
gauerant ⁊ occiderant propter qd et illã miseriam
meruerant: ⁊ ideo ex illa miseria magis cõcluditur
propositum. Sed filij veri israel ⁊ iuda christũ con
fitentes ⁊ qui christũ receperant saluati sunt ꝑ ip̃m
non solum spiritualiter sed etiã corporaliter quia si
cut dicitur in ecclesiastica hystoria imminente de-
structione ciuitatis Hierosolomitane per Tytũ et
Vaspasianum. Admoniti sunt fideles qui erant in
Judea per angelum vt transirent in regnum regis
Agrippe qui erat cõfederatus romanis. Aliter po
test dici ad auctoritatem Hieremie ꝙ illi perfecte
sunt saluati qui sunt in regno xp̃i in gloria celesti
per ip̃m ⁊ illi habitant confidenter. ¶ Ad tertiuz
dico ꝙ auctoritas Danielis de aduẽtu xp̃i secũdo

ad iudicium.s. vnde ibidem sequitur. Et iudiciū sedet et libri aperti sunt. Judei autē excecati nesciūt hūc aduētum secūdum a primo distinguere: ⁊ ideo errāt in pluribus locis et multipliciter quia aliqui eorum putant ⁊ expectāt christum venturū in tāta virtute ⁊ gloria vt possit sibi statim omnia terrena subijcere ⁊ regnū ipsorum restituere. Unde ⁊ discipuli petebant a christo. Domine si in tēpore hoc restitues regnum israel. ¶ Alij vero propter scripturas que manifeste loquūtur. De christi humilitate et passione et propter alias que loquuntur de eius eminētia ⁊ potestate expectāt duos messias. Unū qui dicitur filius Joseph ⁊ iste passurus est ⁊ occidēdus. Alium vero qui dr̄ filius Dauid qui Messiam filiū Joseph suscitabit ⁊ regnū israel restaurabit que dicta sunt friuola vt patet. Et patet de vltimo qr̄ licet plures dicti sint vel Messie vel vncti qđ idē est per participationē sicut Dauid ⁊ Saul tamen ad salutē populi non expectatur nisi vnus. Preterea dictum q̄tū habet de apparētia impletum est in Jesu nazareno qui dicebatur filius Joseph ⁊ erat filius Dauid s̄m carnē vt patet ex predictis. ¶ Ad quartū dicendū ꝙ auctoritas ysaie de sole ⁊ luna intelligitur compleri in aduētu secūdo christi ad iudicium. Tunc em̄ sanabitur ꝑfecte vulnus populi sui: ideo ⁊c̄. ¶ Ad quintum dico ꝙ christus habuit filios spirituales quales decebant eum non s̄m generationē carnalem ⁊ virilē. Unde
gene.21. super illud Genesis.21. Jn Jsaac vocabitur tibi semē glosa hebraica. Omnis qui cōfessus fuerit duo secula vocabitur tibi semen. Uocantur hic duo secula tēpus legis ⁊ tēpus christi. ¶ Ad vltimū dico ꝙ scriptura loquitur sub methaphora de domo celesti de qua supra dictum est et hoc patet ꝑ illud qđ in fine ezechielis cōcludit̄ ⁊ nomen ciuitatis ex illa die dn̄s ibidē ⁊ per multa alia que ponunt̄ ibidem in littera: qr̄ ibi describitur fluuius habens ligna pomifera ex vtraq; parte facientia fructus per mēses singulos / ⁊ hn̄tia folia nunq̄ defluētia q̄ nullo mō vidētur beatificari ad literā. Hoc etiā p3
Raby salomon. per dictū Rabi salomonis doctoris hebraici dicēt; ꝙ de hierusalē superna loquute sunt scripture in fine Ezechielis. Hec de quarto articulo questionis.

¶ Ad primum principale argumētum dicendū ꝙ multi literati inter iudeos ꝑceperūt Messiam aduenisse ⁊ ꝙ ipse fuit Jesus nazarenus sicut dictū est supra de nachaele de Nicodemo de Gamaliele de Paulo de Apollo de Josepho ⁊ idē potest dici de alijs multis tn̄ multi auertuntur a fide propter timorem penurie tēporalis: qr̄ semper fuerunt cupidi ⁊ timēt esse pauperes ⁊ in lege eorum frequēter promittitur habundātia temporalium. Alia causa est qr̄ a cunabulis nutriūtur in odio christi ⁊ legis christiane ⁊ quotidie maledicunt christicolis in synagogis. Jlla autem ad que sunt homines assueti ex pueritia sunt quasi in naturam versa ⁊ auertunt iudicium intellectus a veritate contraria. Alia causa est propter difficultatē ⁊ arduitatem eorum que proponuntur in fide nostra credēda sicut est trinitas personarū in natura diuina ⁊ dualitas naturarū diuine sc3 ⁊ humane in vna persona christi ⁊ propter sacramētum eucharistie que nullo modo possunt credere. Unde ⁊ ipsi reputant nos colere tres deos. Et in sacramēto eucharistie reputant nos pessime ydolatrare sicut expertum est ab illis qui frequēter de istis contulerūt cū illis. Et ideo a fide auertuntur ⁊ frequēter conuersi de ipsis ad vomitū reuertuntur.

(Margin: Nota rōtiões cur multi a fide auertantur.)

¶ Ad scđm dico ꝙ dies messye vel christi dicuntur dies nouissimi ī scriptura q̄uis s̄m hebreos debeant durare saltē ꝑ duo milia annorum. Et non solum dies messye dicuntur nouissimi in scriptura sed etiam aliqui dies ꝓcedētes eos patet Gene.49. vbi patriarcha Jacob dicit filijs suis. Congregamini vt anunciē vobis que ventura sunt in diebus nouissimis ⁊ ibidē denunciat non solum de aduentu christi sed etiam de multis alijs que īpleta sunt tēpore regū. Jsrael ⁊ Judicum vt patet ex litera etiā s̄m doctores hebreorū. gen̄.49

¶ De eleuatione mōtis syon super om̄es coles. Dico ꝙ non est intelligēda ad literā s̄m eleuationem localem sed s̄m nobilitatem ⁊ appreciationē sicut dicit Rabi salomon doctor eorū qr̄ magna signa debuerunt ibi fieri et mirabilia in aduentu christi per ipsū maiora q̄ in alijs collibus sicut fuit factum qr̄ ibi illuminauit cecum natum ⁊ curauit languidum in ꝓbatica piscina et multa alia ibi fecit ibidem etiam spiritum sanctum apostolis dedit quod fuit maximū mirabile vt homines simplices et ydiote haberent notitiam perfectam scripturarum ⁊ loquerentur omniū generibus linguarū. Si dicas ꝙ solutio ista accipitur ex euāgelio ⁊ ideo non valet. Dico ꝙ ad probandū aliquid ꝯ Judeos oportet vti scripturis apud eos autēticis sed respōdendo argumentis eorum non oportet. Preterea etiam non solum euangeliste scribunt christum fecisse miracula in hierusalem: sed etiam doctores hebreorum vt patuit ex predictis. (Margin: eleuatio montis syon.)

¶ De conuersione oīm ad christū. Dico ꝙ fit ibi distributio non pro singulis generū sed pro generib⁹ singulorum: quia ex omni gente ⁊ natione aliqui crediderunt in christum vt patet per diffusionē fidei in toto orbe. Aliter dici potest ꝙ oēs aliquādo accipitur in scriptura pro multis sicut patet.3.Regū.17. Dixit absalon ⁊ omnes viri israel melius est consilium chusi. ¶ Et certū est ꝙ nō erant ibi presentes omnes viri israel sed multi sic in proposito potest dici. (Margin: Conuersio oīū ad christum)

¶ De pace habenda in aduētu christi. Dicēdum ꝙ circa tēpora christi fuit pax diuturna ī orbe ⁊ maxime in iudea. Qđ patet qr̄ īminēte natiuitate christi paccatis omnibus regnis ⁊ sub imperio Romano redactis preceptū fuit a cesare Augusto vt describeretur vniuersus orbis ⁊ ab illo tēpore vsq; ad quadragesimū annū post passionē christi quando iudei inceperūt rebellare Romanis non legūtur aliqua bella notabilia fuisse in iudea nec iudeos vsos fuisse armis: quia terra custodiebatur a militibus Romanis: ⁊ ideo probabile est ꝙ tunc iudei ꝓpter diuturnitatē pacis instrumēta bellica mutauerūt in instrumēta agriculture apta sicut fit in terris in q̄bus est pax. Jdeo dicitur. Conflabunt ⁊c̄. ¶ Qđ autē subditur. Non leuabit gens contra gētem gladiū nec exercebūtur vltra ad prelium. Nō importat pacis eternitatem sed diuturnitatem. Nam vbi habemus vltra in hebraico ponitur aad que dictio nō significat eternitatē sicut patet in.4.Regū.6. Et vltra nō venerūt latrones cyrie in terrā israel q̄ tn̄ postea legūtur depredasse ⁊ inuasisse terram israel. Sic in proposito potest dici. (Margin: Pax in aduentu christi.)

¶ Ad tertiū de ysaia habitabit lupus cū agno ⁊c. Dico ad hoc ꝙ est ibi ad ysaiā.

loquutio metaphorica qꝛ hoies ibi nomiant nomi
geñ.49 nibus animalium. Simile habetur. Genesis.49.
vbi dicitur Beniamin lupus rapax ꝛc. ꝛ ibidē Ne
ptalim ceruus emissarius ꝛ ibidē Dan coluber in
via. Sic igitur dicēdum in proposito ꝙ iudei ꝛ gē-
tiles qui prius erant adinuicem nociui et odiosi pa
cifice simul habitabant conuersi ad fidem christi si-
cut dicitur actuum.4. Multitudinis credentium
erat cor vnum et anima vna ꝛc. ꝛ tantum ab illo tē
pore fuerunt aliqui gentiles ad fidem christi cōuer
si vt in eodem libro patet ꝛ eodem modo exponēdū
est qd sequitur de paruulis et animalibus veneno-
sis quia pueri id est simplices non leduntur ab illis
qui ante conuersionem ad fidem christi erant vene
no infidelitatis repleto. Qꝫ autem talis modus lo
quendi metaphoricus sit ibi patet per textū. Nam
in eodem capitulo ysaias vocat stirpē iesse virgam
Similiter ipsum christum vocat florem. Egredie-
tur inquit virga de radice iesse ꝛ flos de radice eiꝰ
ascēdet. Similiter ibidem subdit. Erit iusticia cin
gulum lumborum eius et fides cinctorium renium
eius ꝛ patet ꝙ ibi accipitur cingulum ꝛ cinctoriū
metaphorice hoc etiam patet per translationē cal-
daicam que sic habet. Exibit rex de filiis Isay et
Messias de filiis filiorum eius/sequitur ꝛ erūt iu-
sti circum circa ei et fideles adherētes ei vbi habe-
mus ꝛ erit iusticia cingulum lumborum eius et fi-
des cinctorium renium eius/sequitur. Et pax mul
tiplicabitur in diebus eius vbi habemus lupus ha
bitabit cum agno. ¶ Ex quo patet ꝙ ibi est loquu
tio metaphorica. Potest etiam dici ꝙ istud imple-
tum est ad litteram in fidelibus christi: qꝛ frequen-
ter inuenitur ꝙ fere māsuete facte sunt coram fide
libus christi earum deuorationi expositis. Simili-
ter bestie venenose non poterant eis nocere secūdū
ꝙ promiserat eis christus. Dedi vobis virtutē cal
candi super serpentes ꝛ scorpiones ꝛc. Et actuum
28. dicitur ꝙ Paulus a vipera percussus in nullo
Act.28. est lesus propter qd Barbari hoc vidētes dicebāt
ipsum esse deum. ¶ Ad vltimum dicēdum sicut tā
gebatur ꝙ illa prophetia. Deutro. fuit adimpleta
in reductione eorū de captiuitate babylonica. Sꝫ
contra hoc arguūt sicut arguebatur per illud Eze-
chie.59. Scient ꝙ ego dñs deus eorum ꝛc. Dicen-
Eze.39. dum ꝙ nulli fuerunt ibi derelicti qui voluissent re-
uerti: quia cyrus qui erat monarcha in omnibus il
lis regnis dedit licentiam generalē reuertendi om
nibus: immo etiam munera dedit reuertentibus vt
patet Esdre primo. Et ideo in hoc cōpletū est ver-
bum Ezechielis ꝛ ipsius Moysi: quia nullus dere
lictus est ibi qui voluit reuerti. Illi autem qui no-
luerunt facti sunt indigni diuino beneficio. ¶ Ali
ter potest dici ꝙ predicta congregatio intelligēda
est per fidem ꝛ caritatem que quidem congregatio
facta est per ipsum christū ſm ꝙ exponit Joannes
Jo.11. euangelista.11.c. Vbi dicitur ꝙ cayphas propheta
uit ꝙ Jesus moriturus esset pro gente ꝛ non solū
pro gente sed etiam vt filios dei qui erant dispersi
congregaret. Nullus autem extra hanc congrega-
tionem derelinquitur qui velit intrare qꝛ nulli clau
ditur gremium ecclesie. Sic ad istud.

¶ Distinctionis Prime.
Questio Tertia.

TErtio q̃ritur vtrum
vna persona diuina possit in-
carnari sine alia. ¶ Videtur
ꝙ non vna persona diuina nō
potest assumere naturā crea-
tam sine alia. Sed hoc est in-
carnari: ergo ꝛc. Probat ma
ior: quia assumere est agere et
operatio persone circa creaturam. Sed opera trini
tatis ad extra sunt indiuisa ſm Augustinū.4. de August.
trinitate.c.19. ꝫ ꝛc. ¶ Secundo sic. Persona non
potest incarnari vel vniri nature humane sine essen
tia quia sunt essentialiter idem: ꝫ etiam cū persona
sit essentialiter cū alia persona vna nō potest incar-
nari sine alia. ¶ Tertio sic. Quorum est vna subsi
stētia ad ipsa est vnio eadem vt ad subsistens. Sed
vnio nature ad suppositū extrinsecum est ad aliqd
subsistens. Cum ergo diuinorū suppositorum triū
sit vnica subsistentia videtur ꝙ omni sit terminare
vnionem talem ꝛ per consequens incarnari.

¶ **Contra** De solo filio dei dicitur ꝛ tenet
fides ꝙ est incarnatus. Verbū Joan.1.
caro factū est. Joannis.1. ergo vna persona potest
incarnari sine alia.

¶ In ista questiōe sic ꝓcedā.

¶ Primo inquiram vtrū quelibet trium persona
rum potuerit incarnari. ¶ Secundo inquirā dato
ꝙ sic. Vtrum vna sine alia. ¶ Tertio dato ꝙ sic ꝙ
ita factum sit. Inquiram vtrū essentialis proprie-
tas verbi sit ratio formalis terminandi vnionē na
ture assumpte ad ipsum in ista incarnatione.

¶ Quātum ad primū articu-

lum videret alicui ꝙ pater non potuerit incarnari Anq̃libꝫ
quia impossibile est ꝙ pater sit filius. Sed si incar- triū ꝑso.
naretur vel posset incarnari ipse posset esse filius: ꝛ potuerit
tūc in trinitate essent duo filii qd est impossibile: er incarna-
go ꝛc. Similiter potest argui de spiritu sancto. ri.
¶ Secundo sic. Incarnari est quoddā mitti. Sed
patri non cōuenit mitti sicut dictū est in ꝑmo: ꝫ ꝛc.
¶ Tertio sic. Illud qd ex sua proprietate est inna-
scibile non potest incarnari vel nasci in carne. Sed
pater est huiusmodi vt dictum est ī primo: ergo ꝛc.
Alias eñ sequeretur ꝙ esset genitus ꝛ ingenitus.
¶ Similiter etiā de spiritu sancto videtur ꝙ non
possit incarnari. ¶ Primo quia nō potest esse filiꝰ
sicut probatū est supra de patre. ¶ Secundo quia
hoc repugnat suo modo procedēdi qui est per mo-
dum amoris vel voluntatis: non autē per modum
nature. Procedit eñ non quomodo natus: sed quo
modo datus.5. de trinitate: ꝫ ꝛc. ¶ Tertio ex sua
proprietate dicit spiritus. Sed spiritus nō potest
esse corpus vel aliquid corporeum: ꝫ ꝛc.

¶ **Sed istis** nō obstantibus dico ꝙ nulli
persone diuine repugnat as-
sumere carnē vel naturam creatam sibi vnibilē ad
vnitatē suppositi. Ita ꝙ ꝛ pater ꝛ filius ꝛ spiritus
sanctus quilibet potuit incarnari loquēdo de potē
tia diuina absoluta. Et hoc patet per illas ratiōes
quibus probatū est in prima questione ꝙ incarna-
tio possibilis est ex parte diuini suppositi. Queli-
bet eñ persona est aliquid subsistens incōmunica-
bile simpliciter independens ꝛ per consequens po

tens terminare aliquā dependētiam: non autez nisi dependētiam vnionis nature vnibilis ad suppositū et subsistēs incōmunicabile sicut est deductum ibi: quare 7c. Et possunt accipi alie due rationes que ibidem ponuntur.

quō.3.p'so.īcarnarēt si hoc fieret. ¶ **Secundo** dico q̄ si diuine tres persone incarnarētur q̄ cuz quelibet habeat ꝓpriam rationē sue personalitatis 7 incommunicabilitatis quia propriam proprietatē personalem que esset ratio terminandi vnionē nature assumpte sicut dicetur in tertio articulo nō incarnarētur ꝭm eandem vnionem nec eiusdem rationis sꝫ alterius 7 alterius sicut ratiōes formales terminādi tales vniones essent alie 7 alie 7 alterius ratiōis 7 alteri⁹. Impossibile est eñ vt ad per se terminos alterius 7 alterius rationis sint respectus eiusdem rationis ꝑcipue de respectibus realibus vt dicet.

quare solus filius fuerit incarnat⁹. ¶ **Tertio** dico q̄ licet de potentia absoluta pater 7 spiritus sanctus potuerit incarnari sicut dictū est: tamen de potētia ordinata et de facto solus filius est incarnatus. Tum q2 magis conueniebat hoc vel congruebat personalitati eius puta filiationi. Tum quia magis cōueniebat suo modo procedendi per modum nature: ideo 7c.

¶ **Ad primum** contra hoc dico q̄ pater potuit īcarnari aliter q̄ de matre: quia potuit creare naturam et sibi vnire eam 7 ita non fuisset filius 7 similiter de spiritu sancto. Similiter etiā nullum est incōueniens q̄ aliq̄s istorum sit filius vel dicatur filius ꝭm humanā naturam sed q̄ ꝭm diuinā est impossibile. Tunc enim esset confusio personarū diuinarū: quare 7c. ¶ Ad scdm dico q̄ si pater incarnaret non mitteretur nec sua incarnatio esset missio sicut incarnatio filij vel
missio q̄d spiritussancti. Non enim esset manifestatio q̄ pater esset ab alio sicut etiā nec manifestatio patris in illa voce hic est filius meus dilectus potest dici missio eius. Dico ergo q̄ incarnatio in cōmuni 7 absolute accepta abstrahit a missione: quia nō dicit nisi vniri carni in vnitate suppositi. ¶ Ad tertium dico q̄ non est incōueniens patrem esse ingenitum et innascibilem ꝭm naturā diuinā 7 genitū vel nascibilem ꝭm naturā assumptam. Sicut etiaz deus vel filius dei erat mortalis ꝭm naturam assumptam et immortalis secundum naturam diuinam et multa alia talia.

¶ **Ad primū de spiritu** sancto q̄ non potest esse filius 7c. sicut dictū est de patre supra. ¶ Ad secundum dico q̄ non repugnat hoc modo suo procedendi. s. q̄ procedat quomodo natus ꝭm naturā assumptam licet repugnet hoc sibi in natura diuina etiā ꝭm ipsam sicut dictū est in primo. ¶ Ad tertiū dico q̄ non magis est spiritus q̄ pater vel fili⁹: quia deus spiritus est licet hoc nomen sibi appropríetur sicut patet in primo: 7 ita non plus repugnat sibi incarnari propter hoc q̄ alijs personis. Hec de primo articulo.

An vna ꝑsona potuit īcarnari sine alia. ¶ **Quantum ad secūdum ar/**ticulū. An scilicet vna ꝑsona potuit incarnari sine alia dicendum est omnino q̄ sit quocunq̄ sine alia. ¶ Ad hoc sunt rationes. Quecūq̄ suppositaliter distingūtur possunt distincte suppositare naturam vnibilem 7 ita vnum qđ non aliud vt videtur. Sed tres persone sunt huiusmodi vt patet ex primo: ergo 7c. ¶ Secūdo sic. Illa quorū quodlibet est simpliciter indepēdens propria indepēdentia 7 incommunicabile per se subsistēs possunt distincte vel nō simul terminare respectum vnionis ad ipsa scdm q̄ huiusmodi. Sed hoc non est nisi incarnari vnum sine alio vel distīcte ergo 7c. ¶ Tertia ratio est ista. Agens voluntarium cōtingēter potest causare in aliquo fundamēto aliquē respectum extrinsecum sine alio respectu essentialiter distincto. Sed respectus vnionis ex parte nature vel naturarum assumptibilium ad plures personas sunt essentialiter distincti 7 ab inuicem 7 a natura vel naturis ergo potest facere deus vnum sine alio 7 sic vna persona incarnabitur sine alia. ¶ Quinta ratio non est min⁹ sufficiēs. Vnū diuinum suppositū substētare naturam assumptibilē in seipso sine quocūq̄ alio q̄ suppositum creatum vt videtur. Sed suppositū creatū sic substentat naturā suam q̄ simul cū ipso nullum aliud. Patet ergo hoc potest quodlibet diuinū suppositum vt videtur. ¶ Dico igitur q̄ loquendo de vnione vel vnionibus nature vel naturarū assumptibilium ad diuinū suppositum quarum vnionum vel cuius vnionis est distincta ratio terminandi in hoc supposito 7 in illo vnū suppositum potest 7 potuit incarnari sine alio sicut de facto verū est de supposito verbi qđ est incarnatum 7 nō alia duo patris scilicet 7 spiritussancti. Hec de scdo articulo. Resolu.

¶ **Quantum ad tertium arti**culum. Dato q̄ vnū suppositum possit incarnari sine alio 7 q̄ vnū fuerit de facto incarnatū sicut verbum. An ratio terminādi vnionē nature assumpte ad ipm sit relatio vel essentia diuina in ipo. Dubiū est. ¶ Et dicūt aliqui q̄ essentia est ratio terminādi talem vnionē vel respectum 7 nō ipsa relatio vel proprietas filij sicut ratio formalis licet bene sicut causa sine qua non. Vnde dicunt q̄ essentia vt in filio est ratio terminādi talem vnionem. Qꝫ autē essentia sit ratio terminandi immediata et formalis. Tum quia ratio terminandi respectū non pōt poni nisi aliquid absolutum sicut nec ratio fundandi. Ad respectum eñ nō terminatur respectus nec est respectus: immo si ad respectum esset respectus esset processus in infinitū. Tum quia per rationē essentie natura creata est in potētia obedientiali respectu persone diuine vt assumatur. Tum q2 per rationē essentie verbum continet virtualiter vel eminēter perfectionē suppositi creati nō per relationē ipsam sicut dictū est supra. Tum q2 per rationē essentie verbū primo subsistit non autem per rationē proprietatis quia illa non dat verbo subsistentiam sed incōmunicabilitatē tantū: ꝟ 7c. Tum quia si cōueniret verbo ratione sue proprietatis incarnari vl' terminare talem vnionē. Sequeretur q̄ alia supposita non possent incarnari nec vnionē talem terminare quia nō habent proprietatē filij. hoc autez est falsum vt dictum est: ꝟ 7c. Tum q2 illud qđ est filio ratio referendi ad patrem nō est sibi ratio terminādi habitudinē aliquā nisi paternitatē vt videtur: q2 tunc eadē habitudo duabus opponeretur qđ est impossibile. Oportet eñ multiplicari habitudines secundū habitudines oppositas. Vnde 7 impossibile est q̄ in vno albo sit vna similitudo ad plura alba. Filiatio autē est in filio vt ratio referēdi ad patrē:

De essentiali proprietate verbi. 1. opinio.

ergo nō terminat nec eſt ratio terminādi niſi pater nitatem: non ergo predictā vnionē vt videtur. Dicunt tñ ꝙ eſſentia vt in filio vel vt ſubſtat ꝓprietati filij terminat iſtam vnionē. Ita ꝙ proprietas eſt quaſi cauſa ſine qua nō ⁊ annexa. ¶ Ex quo ſequitur ꝙ non oportet tres perſonas incarnari nec talē vnionē terminare licet eſſentia tribus perſonis ſit communis.

Alia opi. ¶ Alij dicunt aliter aliquo modo ſcꝫ ꝙ in natura humana aſſumpta a verbo duplex eſt vnio. Una que eſt prior vel prima et illa eſt ad naturā diuinā. Prius eñ natura vnitur nature ꝙ̃ natura ꝑſone ſicut prior eſt natura ꝙ̃ perſona. Et huius vnionis dicūt ꝙ eſſentia

Unio duplex. diuina eſt formalis ratio terminandi: qꝛ ſibi primo conuenit terminare depēdentiā nature humane eo ꝙ ſibi primo conuenit ſubſiſtere. Eſſentia enim eſt primū ſubſiſtens in diuinis ſicut dicunt: quare ⁊c̄. ¶ Alia eſt vnio poſterior ſaltem ratione vel conſideratione licet nō duratione que eſt nature ad ſuppoſitū vel perſonā ⁊ iſtius vnionis ratio terminandi oportet neceſſario ꝙ ſit ꝓprietas ꝑſonalis et nō eſſentia ipſa. Nā ſi ſtaretur in prima vnione natura eſſet vnita tribus ꝑſonis habētibus eandem eſſentiam ratione eiuſdē eſſentie. Secundo etiā quia illa vnio ſecūda eſt vnio ad ſuppoſitū: vt ſuppoſitū eſt ⁊ ſubſiſtēs incōmunicabiliter. Suppoſitū vero tale eſt per proprietatē relatiuam non autē per eſſentiam ꝫ ⁊c̄. ¶ Ex hoc concludūt ⁊ bene ꝙ̃tū ad hoc ꝙ oportet neceſſario ponere aliquā diſtinctionem ex natura rei inter ꝓprietatē ⁊ eſſentiam quecunqꝫ ſit illa ſiue modalis ſiue formalis. Alias eñ eſſet impoſſibile ꝙ proprietas eſſet ratio terminandi vnionē ⁊ non ipſa eſſentia ⁊ alias eſſet impoſſibile per conſequēs ꝙ vna perſona incarnaretur ⁊ nō alia qne ſunt falſa vt patet.

¶ Contra iſtas opiniones intēdo arguere ꝙ̃tuꝫ ad aliqua que dicuntur in

Ↄ.1.opi. ipſis. ¶ Et primo cōtra primā ſic. Quecunqꝫ ſunt idem totaliter extra intellectum ſi vnū eſt ratio formalis terminādi aliquē reſpectum realem et aliud. Probatio qꝛ talia nō poſſunt diſtingui niſi ſm rationē. Hec autem diſtinctio ſm rationem non ſufficit ad hoc ꝙ vnū terminet ⁊ aliud nō. Oportet eñ ꝙ relatio realis habeat rationē terminandi realem non rationis. Sed ſm eos relatio ⁊ eſſentia diuina ſunt idem penitus extra intellectū nec diſtingūtur niſi ſm rationē: ergo ſi proprietas nō eſt formalis ratio terminādi talem reſpectum nec eſſentia ⁊ ſi eſſentia eſt formalis ratio terminādi ⁊ proprietas cōſequenter. ¶ Scđo ſic. vnio nature humane ad verbū eſt vt ad incōmunicabile determinatū ſubſiſtēs ſed ꝙ ſit incōmunicabile ſubſiſtēs vtrūqꝫ conuenit ſibi per proprietatē ⁊ non per eſſentiam tanꝙ̃ ꝑ rationē formalem. De incōmunicabilitate patet. De ſubſiſtentia etiā patet loquēdo de illa que eſt ꝓpria verbo ⁊ nō eſt cōmunicabilis cuiuſmodi ſubſiſtentia eſſentie: ꝫ ⁊c̄. ¶ Tertio ſic. In quibuſcūqꝫ ſuppoſitis eſt aliqua ratio formalis eadeꝫ ſingulariter ratio dico terminādi aliquē reſpectū realeꝫ antecedētem ad illū reſpectum vel magis ad actionē per quā habetur talis reſpectus illa ſuppoſita vniformiter terminant eūdeꝫ reſpectū. Patet in diuinis et in creaturis. Nā qꝛ tribus diuinis ſuppoſitis antecedēter ad creationē habetur diuina eſſentia que eſt ratio terminādi reſpectuꝫ creature ad deū. Patet quia tria diuina ſuppoſita termināt illum reſpectum ⁊ creāt ⁊ ſimiliter duo ſuppoſita pater ⁊ filiꝰ ſpirant ſpiritū ſanctum ⁊ termināt reſpectū ſpirationis paſſiue vniformiter. Si ergo diuina eſſentia eſt ratio formalis terminandi reſpectuꝫ predictum vnionis cū ipſa eadem numero habeatur cū tribus diuinis ſuppoſitis ⁊ antecedēter ad ipſam vnioneꝫ ⁊ ad actionē cauſatiuam vnionis ſequiť ꝙ tria diuina ſuppoſita termināt iſtam vnionē ⁊ ſic ſunt tria incarnata qđ eſt falſum. Nec valet ſi dicas ꝙ nō: qꝛ eſſentia nō eſt ratio terminādi abſolute ſed vt in filio. ¶ Contra primo qꝛ ex hoc habetur ꝓpoſitum *Ↄ ſecūdā rationē.* qꝛ hoc nō addit aliquid reale vltra ꝓprietatē filij ⁊ ſic magis ipſa ꝓprietas eſt ratio formalis terminādi. ¶ Secūdo quia hoc nō euadit. Nam licet eſſentia non ſit ratio terminādi ipſi patri niſi vt eſt priꝰ: et in patre nec in filio niſi vt eſt filij et in filio: et ſic etiam de ſpiritu ſancto. Iſtud tamē non tollit quin trium ſit vna intellectio ⁊ quin quicquid vnus intelligit intelligat alius: ergo finaliter in propoſito: qꝛ oīm eſt vna ratio terminandi omnes terminabunt iſtam vnionē et ſic omnes erunt incarnati pater et filius ⁊ ſpiritusſanctus.

¶ Quarta ratio eſt iſta eſſentia diuina nō eſt ratio termi- *4. ratio.* nandi aliquē reſpectum in creatura niſi cauſati ad cauſam vel mēſurati ad mēſuram ⁊ arguentis ꝑfectionē ſimpliciter in ratione terminādi vt dictū eſt ſupra: ſꝫ reſpectus vnionis nature aſſumpte ad verbum nō eſt talis vt dictū eſt ſupra: ꝫ ⁊c̄. ¶ Contra *Ↄ tertiaꝫ rationē.* tertiam rationē inſtatur. Nam ſm doctorem illum qui ponit eā eſſentia diuīa eſt ratio terminādi fruitionē beatificam ſeu actū fruitionis beatifice tāꝙ̃ ratio formalis obiectiua ipſius ⁊ planū eſt ꝙ antecedēter conuenit tribus ꝑſonis ad actuꝫ fruitionis creature modo dicit ipſe in ꝓmo ſuo ꝙ creatura poteſt frui vna perſona diuina non fruendo alia ita ꝙ nō oportet ꝙ omnes tres perſone terminent iſtam fruitionem licet oēs tres antecedēter habeant eandem rationē terminandi cōmunē puta eſſentiā: ita diceretur in propoſito ꝙ nō oportet tres perſonas incarnari nec terminare predictam vnionē licet eſſentia ſit ratio terminandi.

¶ Reſpondetur ad hoc ꝙ nō eſt ſimile de vnione nature ad *Solutio precedē. inſtātie.* ſuppoſitum ⁊ de vnione fruitionis beatifice: vt ad obiectuꝫ qꝛ eſſentia diuina preciſe ſm ſe ⁊ in ratione eſſentie eſt obiectū ⁊ terminus qđ ⁊ quo fruitionis beatifice ⁊ accidit ſibi ſm ꝙ huiuſmodi vt ſit ī ſuppoſito aliquo. Unde ſi per impoſſibile eſſet ſeparata ab omnibus ſuis ſuppoſitis adhuc ſibi poſſet hoc cōuenire ꝙ eſſet obiectū qđ ⁊ quo fruitiōis et ideo poteſt videri clare et ipſa pōt creatura frui beatifice nō videndo aliquā perſonā vel nō fruendo aliqua perſona vel fruendo vna ꝑſona nō fruendo alia vt obiecto ſecūdario quicquid ſit de videndo licet eſſentia antecedēter ſit ī tribus ſuppoſitis quia hoc nō eſt per ſe: ſed per accidēs ꝙ̃tū ad hoc. Sed ſi ipſa ponatur ratio terminādi vnionē ypoſtaticā iam nō accideret ſibi: vt ſic eſſe in ſuppoſito ſed neceſſario per ſe eſſet in ſuppoſito antecedenter ad talem vnionē ⁊ non eſſet niſi terminus quo ſuppoſitū vero eſſet terminus qđ. Cum ergo equaliter ꝑ ſe antecedēter ſit in quolibet ſuppoſito ⁊ nō ſit magis

dare ratione͂ quare in vno supposito esset ratio ter-minandi ꝙ̃ in alio videtur adhuc ꝙ in tribus sup-positis esset ratio termina͂di ⁊ tria supposita termi narent ⁊ essent per consequens incarnata.

obiectio.

¶ **Sed adhuc** non videretur alicui ista solutio sufficere: qꝛ sicut accidit essentie diuine vt est obiectuꝫ fruitionis qđ et quo ꝙ sit ī aliquo supposito: ita etiā vt diceref ac cidit sibi: vt ratio termina͂di in vno supposito vnio ne͂ puta in ꝟbo qđ est terminus qđ: ꝙ ipsa sit ī alio vt sic: ⁊ ita nō plus oportet vnione͂ termiari nisi ad vnū suppositū qđ est verbum ꝙ̃ fruitione͂ ad nullū suppositū vel sic ad vnū ꝙ non ad aliud vt videf ꝙ̃ tūcunqꝫ essentia sit ratio termina͂di vnione͂ sicut et fruitione͂. ¶ Preterea licet per istā solutione͂ ꝙ̃tū est ex ipā posset haberi ꝙ essentia diuina posset ter minare fruitione͂ beatificam dato ꝙ nulla persona tn̄ si maior illa sit vera oportet ꝙ si essentia termīat primo ꝙ persona secūdario ⁊ pari ratione qua vna eade͂ ratione ⁊ alia sicut etiam arguit illa de termi natione vnionis: qꝛ essentia cōmunis est ⁊ nō minꝰ cōmunicatur tribus cū eo qđ sibi cōuenit: vt est qđ ⁊ quo ꝙ̃ vt est tm̄ quo. Sed tūc videf cōtra te quo-modo pōt esse actus beatificus aliquis intuitiuus vel fruitiuus essentie ⁊ nō persone: immo omnium personarū cuius oppositū dictū est in primo. Hoc em̄ non videtur possibile ꝺm maiorem predictā vel

Solutio

ratione͂ que tamen sustinetur. ¶ Ad qđ non appa-ret solutio nisi ꝙ non est simile de actu visionis vel fruitionis immane͂te ⁊ de vnione illa quasi trāseun te. Primi em̄ magis abstrahunt a cōditionibꝰ ob-iecti ⁊ ita non oportet que͂libet talem terminari ad omnia in obiecto beatifico sicut oportet vnione͂ ad personas tres si essentia esset ratio terminatiōis li-cet bene oporteat hoc de visione ⁊ fruitione q̄ poni tur modo ī beatis de facto ⁊ de qualibet eiusde͂ ra-tionis. ¶ Preterea etiā non videf verum loquen-do de fruitione beatifica que nunc est ꝙ essentia sit terminus qđ ⁊ quo quin suppositū sit terminus sal tem secūdarius. Suppositum enim diuinum diligi tur a beato ⁊ ipso fruitur licet ratiōe essentie vt ter mini quo quare ⁊c̄.

Argu. 1. Solutio

¶ **Ad primū** diceretur ꝙ ideo videretur posse dici ꝙ omnis actus et respectus cuius essentia diuina est ratio termina͂di et antecede͂ter habetur a tribus suppositis diuinis terminatur ad tria supposita diuina: ⁊ ideo omnis actus beatificus creature terminaf ad tria supposi ta vt videf si est idem actus quo attingitur essentia ⁊ suppositum sicut dictū est in primo ⁊ ita sequitur vltra in proposito ꝙ vnio esset ad tria supposita di uina: ⁊ sic iterum essent incarnata: quare ⁊c.

ꝯ secūdā opinione͂

¶ **Contra** secūdam opinione͂ primo cōtra illam vnione͂ ad naturā prioreꝫ vnione ad suppositūꝫ arguo: qꝛ si est illa prior vnio ad naturā ⁊ essentia sit ratio termina͂di sequitur ꝙ tria supposita sint incarnata sicut prius in illo prio ri quo prima vnio est ad essentiam. ¶ Secundo se-quitur ꝙ sunt ibi due incarnatiōes. Una nature et alia ⁊ persone ⁊ due vniones ex parte nature quod nō videf esse verū: qꝛ vnio ista nature ad verbū nō est nisi vt cōmunicabilis ad incōmunicabile subsi-stens ⁊ ad subsiste͂dum in ipso sed subsistere incom-municabiliter non cōuenit essentie diuine quia ipa est cōmunicabilis: ꝫ non est vnio nature ad naturā alia ab illa que est ad verbū vel personam. ¶ Pre terea quero vtrū deus possit facere priorem vnione͂ siue posteriori vel nō. Non potest dicere ꝙ nō: quia sunt essentialiter distincte: vt patet qꝛ sunt duo ac-cide͂tia nature ⁊ vnū est prius alio: ꝫ ⁊c̄. Tunc que ro ad quaꝫ vnitatem ista vnio terminatur. Non ad vnitate͂ persone quia non est ibi vnio ad personam ergo ad vnitate͂ nature: ꝫ natura diuina ⁊ humana vel sunt vna natura vel cōueniunt in vnā naturam qđ est falsum: quare ⁊c. ¶ Quātum ad scđm qđ di cit ꝙ vnio ad personā habet pro ratione termina͂di proprietate͂ personalem. Dico ꝙ verū dicit et non est ibi alia vnio nisi ad personā: ita ꝙ ambe nature in eande͂ personā conueniūt: ⁊ in ipsa supposita͂tur Una quide͂ sicut ī proprio supposito naturali sicut natura diuina ⁊ alia tanqꝫ in extrinseco non natu-rali sibi scilicet natura humana.

Ad scđꝫ argu.

¶ **Quātum ergo ad istum ar**ticulum videf michi dice͂dum ꝙ ratio terminandi vnione͂ nature humane ad verbū nō est essentia: sꝫ sua proprietas relatiua .s. filiatio qua est suppositū subsistens incōmunicabiliter sicut dictuꝫ est supra. Cum em̄ ista vnio sit ad personā vt persona est ⁊ vt natura personetur in ipsa innite͂do sibi ⁊ sit ad ꝑso nā determinatā verbi videtur ꝙ hoc cōueniat sibi ratione sue ꝓprietatis qua formalr̄ est talis ꝑsona.

ꝙ ꝓprietas relatiua est rōꝫ termina͂di vnione͂ nature assumpte.

¶ **Ad primū illorum** de prima opi-nione dico ꝙ respectus aliquis bene potest esse ratio terminandi alium respectum nō dico sibi oppositū vel mutuum sed aliū ⁊ hoc in proposito ꝑcipue qꝛ per istū respe ctum ꝑsona est formaliter indepe͂dens sicut dictum est supra. Quando dicis ꝙ non: quia respectus nō est ratio fundādi respectum. Dico ꝙ immo bene re spectus fundat respectū sicut respectus de quarto genere vel de aliꝭs predicame͂tis cū sint accidentia et creature bene fundāt respectū sui ad deū vel ad creatorem ⁊ respectū inherentie ad subiectū: quare ⁊c̄. Sicut etiā proportiones que sunt respectus be-ne fundāt proportionabilitate͂. Proportionabili-tas em̄ est similitudo proportionū. Nec obstat pro cessus in infinitū sicut alias poterit declarari: Non em̄ fundat respectū eiusdem rationis. ¶ Ad secun dum dico ꝙ non arguit nisi per ratione͂ essentie vel alicuius essentialis potest deus causare talem vnio nem vel respectū: sed nō concludit ꝙ per essentiam vel aliquid essentiale terminet ipsum sicut dictū est in prima questione. ¶ Per idem ad tertiū est dice͂ dū. ¶ Ad quartū dico ꝙ vnio est nature primo ad subsistens nō quodcūqꝫ: sed incōmunicabile qđ est persona. Essentia aute͂ licet sit primū subsistens in diuinis nō tn̄ est incōmunicabilis. ideo dico ꝙ non est ratio termina͂di sed proprietas. Quando dicis ꝙ proprietas nichil prestat supposito nisi incōmu-nicabilitate͂ ⁊ per ꝯn̄s nō subsiste͂tiam. Dico ꝙ im-mo taleꝫ puta incōmunicabilitate͂. Quodlibet em̄ positiuum in diuinis ex se subsiste͂s est. ¶ Ad quin tū dico ꝙ nulli alteri supposito potest conuenire ꝙ terminet vnione͂ illam eande͂ numero quā terminat verbū nec aliquā eiusdem rationis sicut etiā dictū est in corpore questiōis. licet em̄ alia supposita pos sint terminare per suas ꝓprietates alias vniones: nō tame͂ istam nec aliquā eiusdem rationis. ¶ Ad sextū dico ꝙ filiatio est ratio in filio refere͂di ipsuꝫ

ad argume͂ta prime opi.

ad patrem: nõ autem ad creaturam vel naturã assumptam: qꝛ ad ipsam nõ refertur realiter: sed magis ecõuerso natura assumpta ad ipsum ⁊ dico ꝙ filiatio potest esse ratio terminãdi talem respectũ eadem relatio existẽs qua refertur ad patrem qꝺ esset impossibile si poneret̃ verbũ referri ad naturam assumptã: ⁊ est relatio mutua vniõis sicut est relatio similitudinis: de qua ponit̃ exemplũ in arguendo. ¶ Ad illa que adducũtur pro primo mẽbro secunde opinionis apparet ex predictis.

ad argumẽta pn cipalia.

¶ Ad primuȝ principale dico

ꝙ assumere vno modo dicit̃ effectiue vł causaliter et sic vna diuina ꝑsona non potest sibi assumere naturã vel alteri sine alijs: quia nõ põt causare vnionem sine alia eo ꝙ est ipsis cõmunis ratio causandi Alio modo potest accipi terminatiue ⁊ est ad se: vt ad terminũ vnionis ⁊ sic idem est qꝺ incarnari ⁊ sic dico ꝙ vna potest assumere sine alia. Nec oppositũ probat argumẽtum. ¶ Ad secũdum dico ꝙ nõ est simile de essentia ⁊ persona et de ꝑsona et persona. Nam essentia ⁊ persona sunt idẽ supposito: ⁊ ideo oportet ꝙ cui vnitur persona ꝙ etiã essentia. Sed persona ⁊ ꝑsona non sic sunt idem supposito: et ita aliquid potest vniri ꝑsone in supposito qꝺ nõ alteri persone. ¶ Ad tertium dico ꝙ trium suppositorũ diuinorum est vna subsistẽtia cõmunicabilis puta essentia ⁊ tres incõmunicabiles per tres ꝓprietates quibus distingũtur: ideo potest natura vniri vni dato ꝙ non alteri nõ sic est de vnione personarum adinuicẽ per gratiam: qꝛ cũ illa sit ḃm rationẽ causalitatis gratie vel acceptationis persone et ratio causalitatis vel acceptationis sit communis et aliquid essentiale vna sine alia vniri non potest ⁊c.

¶ Distinctionis Prime.
Questio Quarta.

QUarto q̄ro vtruȝ

plures persone diuine possint vel potuerint eandẽ naturam singularẽ assumere. ¶ Videtur ꝙ nõ. Primo sic. Aliqua persona diuina non potest simul duas naturas assumere: ḡ nec aliqua vna natura põt simul a pluribus ꝑsonis assumi cõsequẽtia videtur plana qꝛ sicut se habet vna persona ad plures naturas sic vna natura ad plures personas. Sed antecedẽs probatur: quia sicut duo accidẽtia eiusdem rationis nõ possunt simul esse in eodẽ subiecto: vt dicitur. 5. metha. ita vt videtur due nature eiusdẽ rationis nõ possunt simul esse in eodẽ supposito ⁊ natura assumpta aliquo modo habet rationẽ accidentis. ¶ Secũdo sic. Pluripicatis suppositis creatis plurificatur necessario natura creata in ipsis: ergo multo fortiꝰ plurificatis suppositis increatis: vt videtur. Sed hoc posito patet ꝙ plures ꝑsone nõ possunt eandẽ numero naturã assumere. ¶ Tertio sic Si plures ꝑsone assumerẽt vnã humanitatẽ quero an essent vnus homo aut plures homines. Nõ posset dici ꝙ vnus homo: qꝛ nõ essent vnũ suppositum sed plura. Nec plures quia non haberẽt nisi vnam humanitatem igitur nullo modo: quare ⁊c̃.

5. meta.

¶ Contra

vnica natura singularis est ĩ potẽtia obedientiali equaliter respectu cuiuslibet persone vt assumat̃ ab ea. Cũ igitur potẽtia vnius persone nõ impediatur per actũ alterius videtur ꝙ etiam stante actuali vnione nature assumpte ad verbum possint eandem naturam alie persone assumere.

¶ In ista questiõe sic ꝓcedã.

¶ Primo inquirã vtrũ plures persone diuine possint eandẽ numero naturã assumere. ¶ Scꝺo vtrũ aliqua vna persona possit plures naturas siue eiusdem rationis siue alterius assumere. ¶ Tertio respondebo ad rationes.

¶ Quãtum ad primũ primo

An plẽs ꝑsone diuine eandẽ nũero naturam assumere pos.

ponã vnã opinionẽ scꝺo aliam tertio aliã ⁊ respondebo ad motiua illaruȝ. ¶ Est ergo prima opinio multorum ꝙ plures diuine ꝑsone non possunt nec potuerũt simul assumere eandẽ numero naturam ⁊ per consequẽs ꝙ stante actuali vnione nature humane ad verbũ non posset pater vel spiritussanctꝰ eã sibi assumere. ¶ Ad hoc adducũtur multe rationes. ¶ Prĩa est ista. Illud qꝺ cõuenit nature diuine rõne sue ĩfinitatꝫ ⁊ illimitatiõis nõ põt attribui nature create nec aliquo modo cõuenire. Sed hoc est subsistere in pluribus suppositis eadem numero ⁊ singularis ḡ ⁊c̃. ¶ Secundo sic. Si natura creata potest subsistere in pluribus suppositis sequitur ꝙ in infinitis sicut arguitur. 4. phisicoꝝ si duo corpora possunt esse in eodem loco pari ratione infinita. Sed hoc est falsum: qꝛ tunc essent infinita: ḡ ⁊c̃. ¶ Tertia ratio. Nõ minus perfecte suppositatur natura creata in supposito diuino vnico ꝗ in supposito ꝓprio. Patet qꝛ nõ minus diuinũ suppositũ sufficiens est: immo vt videt̃ suppositat ipsaȝ ꝗtum est suppositabilis: sed suppositũ propriũ sic sustentat vel suppositat naturã creatam ꝙ stante illa suppositatione impossibile est ꝙ alteri supposito ĩnitatur vel ꝙ ab alio assumatur ḡ ⁊c̃. ¶ Quarta ratio. Omnis assumptio terminat̃ ad aliquã vnitatẽ. Sed assumptio eiusdẽ nature a pluribus personis nõ potest terminari ad aliquã vnitatẽ puta nec ad vnitatẽ nature patet nec ad vnitatẽ ꝑsone: ḡ ⁊c. ¶ Quinta ratio. Si vna natura humana assumeretur a patre ⁊ filio. Sequeret̃ ꝙ iste homo esset pater eternus ⁊ esset filius eternus ⁊ sic sequit̃ cõclusio ꝑ sillogismũ expositorium ꝙ pater eternus esset filius eternus: ⁊ sic esset cõfusio diuinarũ ꝑsonarũ. ¶ Et ꝯfirmat̃ qꝛ seq̄ret̃ vltra. Iste hõ genuit filiũ dei. Iste hõ est filius dei: ḡ filiꝰ dei genuit filiũ dei. ¶ Sexta ratio que est difficilis. Si stante vnione nature humane ad verbũ potest assumi natura eadem a patre. Quero an illa vnio ad verbũ assumat̃ a patre vel nõ. Non potest dici ꝙ non: qꝛ assumpta natura assumitur quicquid est positiuum reale ĩ ipsa vt dictũ est supra. Si sic ergo natura vt suppositata ⁊ manẽs suppositata assumitur: ⁊ ita suppositum assumit̃ qꝺ est impossibile: qꝛ est incõmunicabilis ⁊ vt qꝺ ⁊ vt quo vt suppositata est: immo videt̃ sequi vnũ mirabiliꝰ. s. ꝙ natura manet vnita verbo ⁊ nõ suppositatur in ipso: sed in patre assumẽte ipsam cũ sua vnione ad verbũ. Cõfirmat̃ ista opinio per Anselmũ lib. 2. Cur deus homo. c. 9. vbi dicit plures ꝑsone eũdẽ hominẽ nequeunt assumere ad

Rationes ꝑrie opiniones.

4. phi. c. de vacuo

Nõ difficilis.

ansel. li. 2. cap. 9. cur deus homo.

Idē de incar. v̄bi. ca.3. Idē.c.7

vnitatem persone: sed in vna ꝑsona necesse est fieri vnionem. Et de incarnatione verbi.c.3.dicit ꝙ diuersas ꝑsonas vnā eandēqꝫ personam esse cuz vno eodēqꝫ homine nequit intelligi. Et de incarnatiōe verbi.c.7.dicit ꝙ incarnato deo sm̄ vnā personaz impossibile est sm̄ eandem naturam incarnari quālibet aliam personam quare ⁊c̄.

Opinio scđa q̄ est Anselmi

¶ Alia est opinio eiusdez doctoris ꝙ tres personas diuinas assumere eandē naturam potest intelligi dupliciter. Vno modo ꝙ essentia diuina sit īmediata ratio ⁊ formalis terminādi vnionez nature assumpte primo ad naturā ⁊ secūdario ad ꝑsonas. Alio modo ꝙ proprietas ꝑsonalis cuiuslibet persone sit ratio terminādi talem vnionē eo modo quo dictū est supra ꝙ īmediata ratio ⁊ formalis terminādi vnionē nature assumpte ad verbū. ¶ Primo modo dicit ꝙ possibile est tres ꝑsonas diuinas eā naturam numero assumere per rationem.s.cōmunis essentie ita ꝙ vnio nature sic assumpte primo terminaretur ad hūc deum: ⁊ consequēter ad personas tres ⁊ isto modo impossibile est ꝙ natura assumatur ab vna ꝑsona ⁊ nō ab alia sicut īpossibile est ꝙ causetur ab vna ⁊ nō ab alia: q2 ipsis est cōmunis ratio assumēdi seu termināndi vnionē puta essentia ⁊ antecedenter ad talem vnionē sicut etiam dictuz fuit supra in precedēti questione in vltimo articulo questionis: et isto modo assumeretur eque primo ad tres personas et eadē vnione tribus ꝑsonis vniretur. Non videt autē hoc esse īpossibile ꝙ essentia diuina cū sit primū subsistens possit esse ratio terminandi talem vnionē ad subsistens ⁊ sic per rationē essentie possint diuina supposita tria vnā naturam eādem assumere. ¶ Scđo modo dicit ꝙ impossibile est ꝙ tres persone diuine assumāt eandē naturā ⁊ īplicat hoc cōtradictionē manifestā. Nam sicut impossibile est ⁊ implicat cōtradictionē ꝙ eiusdē effectus sint plures cause simpliciter prime ⁊ totales in eodē genere cause. Nam ex hoc sequitur ꝙ nulla earū sit totalis: q2 effectus ab vna potest poni ⁊ manere alia circūscripta ⁊ sic quelibet earū est totalis ⁊ nō totalis Ita impossibile est ꝙ eiusdē nature depēdētis sint plures termini simpliciter primi ⁊ totales seu totaliter ⁊ ꝑfecte suā dependētiam termināntes: sic autē esset in proposito q2 cū quodlibet diuinū suppositū sit sufficiens ⁊ totale termināns dependētiam nature ad extrinsecū suppositum si quelibet terminare ꝑ suam ꝓprietatē sequitur ꝙ eiusdem depēdētis sint plura simpliciter indepēdentia ⁊ primo termināntia depēdentiam eius quod est impossibile: quare ⁊c̄.

3.ꝑso.diui.eandē naturā assumere dup.ītelligitur.

¶ Hoc videtur cōfirmare.2.quia licet non repugnet relationi cuilibet multiplicari in eodē fundamēto tamē relationi que est depēdentia essentialis repugnat sic multiplicari in eodē fundamēto. Cuz ergo depēdētia ista in natura assumpta sit essentialis nō minus q̄ depēdentia accidētis ad subiectuz que nō potest ī ipso multiplicari ad plura subiecta sequit̄ ꝙ nō possit multiplicari in natura assumpta sz oporteret necessario ꝙ ml'tiplicaret̄ si ad tria supposita diuina sm̄ proprietates ipsorū vt sm̄ rationes terminandi formales terminaretur: quare ⁊c̄.

Resolutio secunde opi.

¶ Dicit ergo ꝙ cū prior sit essentia et hic deus singularis subsistēs qđ est cōcretum eius q̄ suppositū ꝙ potest natura assumi ad ipsum sicut ad vnum primū terminū ⁊ vnione vnica primo cōsequēter autē ⁊ mediate potest sumi ad tria diuina supposita pluribus vnionibus nō primo: sed immediate ⁊ pluribus vnionibus primo est impossibile. ¶ De primo ponit exemplū. Si eñ vna superficies esset in tribus suppositis vel subiectis patet ꝙ albedo immediate vniretur superficiei ⁊ vna vnione vel inherētia primo cōsequēter autē ⁊ mediate vniretur illis tribus subiectis vel suppositis per ipsam suꝑficiē et impossibile esset ꝙ immediate ⁊ primo vniretur illis tribus suppositis vel subiectis. Et hoc modo intēdit Anselmus negare possibilitatē assumptionis eiusdē nature a tribus suppositis scꝫ immediate ⁊ primo: non autem primo modo scilicet mediate et non primo.

Opinio ꝓpria auctoris.

¶ Istas opiniones nō teneo: ⁊ ideo pono tertiā scilicet ꝙ loquēdo de potētia absoluta dei potest fieri ꝙ tres ꝑsone diuine assumant vnā ⁊ eandē naturā numero simul ⁊ immediate vnaqueqꝫ per suam formalem ꝓprietatē tanq̄ per rationē terminandi: et sic ꝙ natura illa habeat tres respect⁹ vel tres vniones ad tres ꝑsonas vnū per se ad quālibet earum: ⁊ hoc dico siue omnes ꝑsone simul accipiant illā naturam siue sic ꝙ vna ꝑsona prius assumpsit eā ⁊ postea stante illa vnione alie assumāt eandem naturā sicut si pater ⁊ spiritussanctus modo assumerēt humanaz naturam vnitam verbo in christo stante illa vnione ad verbū. Hoc autē ꝓbo per aliquas vias.

pria via seu.i.rō.

¶ Prima est hec. Natura vnibilis est assumptibilis a quolibet supposito diuino sicut dictū est supra Nam quodlibet suppositū incarnari potest. Aut ꝗ a tribus diuinis suppositis volentibus ipsam assumere potest simul accipi aut nō. Si sic habetur propositū. Si nō cōtra posita potētia ⁊ virtute actiua sufficiente ⁊ passiuo vel receptiuo aliquorum effectuum nō habētium formalem repugnātiam in susceptiuo possunt illi effectus poni pro tūc. Sed virtus diuina sufficiēs est in ꝓposito natura etiā creata vnibilis sufficienter est in potētia obediētiali respectu trium effectuū vel respectuuz ad tres vniones respectu trium ꝑsonarum ⁊ illi nō sunt formaliter incōpossibiles nec repugnātes q2 nullā oppositionem habēt adinuicem: ergo simul possunt poni: vt videtur.

2.ratio.

¶ Secundo sic. Non magis repugnāt duo respectus alterius rationis non oppositi circa aliquod subiectū susceptiuum eorum q̄ duo eiusdem rationis. Vnde licet a multis negetur cōpossibilitas duarū formarū eiusdem rationis circa idez subiectū: non tñ negatur cōpossibilitas duarum alterius rationis ⁊ alterius non oppositarū in susceptiuo vtriusqꝫ: sed due forme eiusdem rationis cōpossibiles sunt in eodez susceptiuo vtriusqꝫ: sz due forme eiusdem rationis cōpossibiles sunt in eodez susceptiuo sm̄ me ⁊ sm̄ aliquos eoꝝ sicut in eodem corpore duo vbi circūscriptiua ad diuersa loca. Et in eodē patre due paternitates ad duos filios. Et in eodē simili due similitudines ad duo similia: ergo in ꝓposito duo tales respectus in eadez natura qui sunt alterius ⁊ alterius rationis: q2 ad ꝑsonas alterius rationis nec sunt formaliter repugnantes vel oppositi sed possibiles: ⁊ ꝑ consequēs eadē natura simul assumi potest a trib⁹ suppositis.

3.ratio.

¶ Tertio sic. Sicut nō est impossibile aliquā vnā relationē numero inueniri in pluribus diuinis suppositis relatiuis ⁊ subsistere in ipsis ita nō videt̄ īpossibile

de natura aliqua creata absoluta vt videtur persō=
ne em̄ diuine licet in relationibus constitutiuis se
excludant sic ꝙ plures non possint cōuenire in ali=
qua vna tali tn̄ vt videtur in relationibus nō cōsti=
tutiuis siue aliqua sit realis siue rationis:nec etiaꝫ
in aliqua natura se excludūt: quin plures in aliqua
tali relatione vel natura possint cōmunicare: qꝛ nō
tollit̄ ex hoc determīatio ꝑsonalis earū. Sed sic est
ꝙ relatio vna inuenitur subsistere in pluribus diui
nis suppositis sicut patet de spiratione actiua ī pa
tre et filio:ergo videtur etiam ꝙ vna natura abso=
luta creata singularis existēs poterit in plurib⁹ di=
uinis suppositꝫ actu subsistere ita ꝙ determīatio ꝑ
sonarum nō plus tollit vnitatē nature talis ꝙ̄ illi⁹
rōnis. ¶ Quarto sic. Si repugnaret hoc aut hoc
4. ratio. repugnaret ex parte diuinarū ꝑsonarū aut ex par=
te nature assumpte. Nō ex parte diuinarū persona
rum patet. Nec ex parte nature assumpte. Proba
tio. Non em̄ sibi magis determinat veritatē suppo
siti extrīseci ꝙ̄ pluralitatē. Sed si vnitatem aliquā
suppositi sibi determinat illa nō videtur nisi vnitas
ꝓprij suppositi ꝛ sibi generalis:ꝙ sibi nō repugnat
multitudo extrinseci suppositi sicut nec vnitas: ita
ꝙ indifferenter potest subsistere in vno vel in mul=
tis. ¶ Confirmatur quia vnū accidens potest esse
5. ratio. in pluribus subiectis simul. ¶ Quinto probatur
hoc ab alijs:quia licet nature create simul assumi a
trib⁹ diuinis suppositis modo ꝑdicto repugnaret
sibi per vnā ꝛ eandē potētiam obedientialē:qꝛ vni
ca potētia obedientialis esset quasi repleta ꝛ tota=
liter terminata ꝑ vnā vnionē tn̄ sibi non repugnat
hoc ſm multas potētias qꝛ ꝑ vnā vnionē nō termi
natur nisi vna modo sicut in natura vnibili sunt plu
res potētie obedientiales respectu triplicis vnio=
nis ad tres ꝑsonas:qꝛ potētie in materia vel subie=
cto numerātur ſm multitudinē formarū alteri⁹ ra=
ꝯ ꝑcedē. rationeꝫ. tionis cuius sunt iste rationes:ꝙ ꝛc̄. ¶ Sed ista re
sponsio nō videtur michi bona:quia nō videtur ꝙ
in natura vnibili sit nisi vnicā numero potētia obe
dientialis ad istas vniones accipiendo potētiā pro
principio quo receptiuo. Nā sicut dixi in scdo nō vi
deo ꝙ tales potētie multiplicātur ī materia vł sub
iecto quēadmodū ꝛ forme. Vn̄ nō video ꝙ natura
vnibilis seipsa existēs in potētia obediētiali respe
ctu diuini agētis habeat nisi vnicā potentiā ad ta
lem vnionē. Et hoc nō obstāte dico ꝙ est vnibilis
pluribus ꝑsonis simul ꝛ in actu. Licet em̄ ipsa per
vnā vnionē terminetur ꝛ cōpleat̄ aliquo modo in=
tēsiue:qꝛ ꝑsona ipsa diuina nobilissime ꝛ ꝑfectissi=
me suppositat talē naturā assumptam ſm talē vnio
nem nō tamen terminatur ꝛ cōpletur extensiue per
vnionē vnam sed adhuc potest habere alias vnio=
nes ad alias personas:quare ꝛc̄.

6. ꝛ vltia via seu ratio. ¶ Vltimo probāt sic aliqui. Pri⁹ na=
tura vnibilis natu
ra est hec ꝛ singularis ꝙ̄ suppositata vel ꝙ̄ determi
netur ad suppositū ita ꝙ sibi accidit determīari ad
suppositū:ꝛ per ꝯn̄s sibi accidit vnitas vel plurali=
tas suppositi ita ꝙ potest manere hec et singularis
siue in vno supposito siue in pluribus suppositis:et
per consequēs potest assumi eadem numero a pluri
ꝯ sextam rationē. bus diuinis suppositis. ¶ Sed ista ratio etiā sicut
iacet parū valet:qꝛ si esset bona posset cōcludi ꝑ eaꝫ
ꝙ natura hec ꝛ singularis posset esse in plurib⁹ sup
positis proprijs eiusdē nature sicut in vno qđ est im

possibile simpliciter ꝙ nūeratis suppositis ꝓprijs
nature create necessario numeratur natura. nec est
possibile ꝙ eadē natura creata numero sit in pluri=
bus suppositis ꝓprijs ꝛ connaturalibus sibi. Hoc
enim argueret infinitatem ꝛ illimitationem in ipa
sicut ꝛ in natura diuina:si tamen hoc arguat infini
tatem in deo:ideo ꝛc̄.

¶ Dico igitur innitēdo primis quatuor ra=
tionibus ꝛ precipue:quia nulla con Resolu. huius. 3. opi.
tradictio apparet michi ꝙ absolute loquendo tres
diuine ꝑsone ad proprias personalitates suas tres
possent assumere eandē naturaꝫ numero scđm tres
vniones fundatas in natura illa alterius ꝛ alteri⁹
rationis respicientes tres proprietates diuinas ꝑ=
sonales sicut rationes formales terminādi. ¶ Se=
cundo dico ꝙ quia vniones iste nullam habēt neces
sariam cōnexionem adinuicem ꝙ vna potest esse vł
manere indifferēter sine alia vel cū alia vel omnes
simul. ¶ Ex quo concludo ꝙ stante vnione nature Correlarium.
humane ad verbuꝫ in christo pater ꝛ spiritussanct⁹
possent eādem numero naturam assumere vel alter
eorum. Similiter ipsa non stante sed in ipso verbo
derelinquēte naturam pater posset eā assumere vel
spiritussanctus. Nunꝙ̄ em̄ intendo negare diuinā
potentiam absolutam nisi videam contradictioneꝫ
manifestam implicari.

¶ Ex predictis concludo ꝙ vtraqꝫ opi=
nio premissa nō est vera
sed secūda specialiter est dubia ꝙ̄tum ad hoc ꝙ di= ꝯ. 2. opi.
cit ꝙ per rationem essentie vel mediāte essentia pos
sunt tres persone assumere eādem numero naturā.
Videtur em̄ ponere possibilem vnionem ad natu=
rā primo qđ videt̄ dubium:qꝛ vnio vel terminatur
ad vnitatē vel consistit in quadam vnitate primo.
Quero ergo quā vnitatē habet natura cuꝫ natura
cui vnitur primo nō vnitatem ꝑsone: qꝛ neutrū ha=
bet rationē persone. Nec est ꝑsona vt sic. Nec vni=
tatē nature:qꝛ nec fit eadē natura ex ambabus nec
vna fit alia:quare ꝛc̄. ¶ Preterea hic deus nō ha
bet rationē suppositi in diuinis:qꝛ est aliquid com
municabile in diuinis:habet tn̄ bene rationē singu
laris ꝛ ipsa singularitas est de suo cōceptu quiddi
tatiuo sicut dixi in primo. Si igit̄ ad hūc deū vł ad
deitatē accipit̄ primo natura nō assumit̄ nisi ad sin
gularitatē huius dei vel nature. Sed hoc est īpossi
bile qꝛ non potest perdere suā singularitatē ista na
tura assumpta ꝛ ita nō potest assumi ad aliā singu=
laritatē sicut nec posset assumi ad extrinsecā suppo
sitabilitatē nisi posset amittere ꝓpriā. ¶ Silr̄ etiā
sequeret̄ ꝙ ambarū naturarū eēt vna singularitas
qđ est īpossibile. ¶ Et ꝯfirmat̄ ꝑ Anselmū de īcar Ansel. de īcar. verbi. ca. 3.
natiōe ꝟbi. c. 3. Quippe de⁹ nō sic assumpsit hoīeꝫ
vt natura dei ꝛ hoīs sit vna ꝛ eadē. Hoc em̄ repu=
tat Anselmus nō solū ꝓ nō facto:sed etiā pro īpos
sibili:quare ꝛc̄. Quia tn̄ ista possent solui istud sub Quō ꝑdicta pn̄t solui.
dubio relinquat̄. Posset em̄ dici ad oīa ꝙ nō opor
tet dare vnitatē nature vel singularitatē adquisitā
per illam vnionem ꝛ aliā ab illa vnione. Sed inter
naturam assumētem ꝛ assumptā esset vnitas vnio=
nis ex parte nature vnite que subsisteret in natura
assumēte ꝑmo subsistētia cōmunicabili: secūdario
tamen subsistentia ꝑsone ꝛ incōīcabili ꝛ ita ꝙ̄tum
ad hoc posset predicta opinio sustineri. ¶ Sed ꝙ̄=
tū ad illud aliud quod dicit tres personas diuinas
nō posse īmediate per suas ꝓprietates personales

assumere eandem naturam simpliciter nego eam.
ad rõnes p̄me opi. ¶ Ad rationes prime opinionis. Ad p̄mã dico ꝙ nature diuine attribuitur ratione sue infinitatis ⁊ illimitationis ꝙ ipsa possit esse ⁊ sit eadẽ numero in trib⁹ suppositis sibi ꝓprijs ⁊ cõnaturalibus dans ipsis esse per verã idẽtitatem cũ ipsis ⁊ isto modo non ponit aliqua natura creata in numero eodem esse in pluribus suppositis. Sed dico ꝙ possibile est aliquã naturã creatam subsistere in plurib⁹ extrinsecis suppositis s̄m vnitatẽ vnionis ad quodlibet ipsorũ: q: hoc nõ ponit nisi plures respectus tales possibiles fundari simul in natura predicta qd̓ non videt̄ ĩpossibile nec aliquã contradictionẽ implicare sicut dictũ est supra. ¶ Ad secũdam dico ꝙ si supposita diuina possent esse infinita vna natura creata posset assumi ad infinita supposita. Nec sequeret̄ ꝙ eẽt infinita licet fundaret infinitas vniones in actu: quia nõ est maioris ꝑfectiõis fundare duas q̄ȝ vnã: sicut etiã si essent infinite albedines extra vnã illa fundaret ĩfinitas similitudines ad oẽs alias ⁊ nõ esset infinita intẽsiue ⁊ si essent infinita loca idem corpus posset fundare infinita vbi ad illa: quare ⁊c. ¶ Vel diceret̄ ꝙ nõ tenet cõsequentia: q: licet tres vniões ad tria supposita nõ ponãt nec arguãt infinitatẽ in natura tñ infinite arguerẽt. Et ideo nõ sequit̄. Natura potest esse in pluribus suppositis: ḡ in infinitꝫ.
ad dictũ 4. phisi. ¶ Similiter etiã de loco ⁊ corpore. 4. phisicorum Verũ est tamen ꝙ q̄ȝtum ad hoc tenet cõsequentia ꝙ nõ repugnaret naturã esse in infinitis suppositis ex incõpossibilitate vel formali repugnãtia p̄dictarũ vnionũ: q: sicut due nõ repugnãt ita nec tres nec quatuor ⁊c. Similiter etiã de corpore ⁊ locis. Sed aliunde repugnat scȝ vel propter finitatem nature vel suppositorum sicut ibi vel propter finitatẽ corporis vel locorum. ¶ Ad tertiũ dico ꝙ nõ est simile de supposito extrinseco ⁊ proprio respectu nature create: licet eñ diuinũ suppositum nõ minus sufficienter sustẽtet naturã assumptam q̄ȝ faceret suppositum ꝓprium: quia tñ aliter sustentatur in proprio supposito creato ⁊ aliter in extrinseco non valet argumentum. Nam in supposito ꝓprio suppositatur natura per negationẽ innitẽtie ad extrinsecũ suppositum sicut dictũ est supra: ⁊ ideo impossibile est ꝙ natura suppositata in ꝓprio supposito cũ hoc innitatur alteri supposito ꝓpter contradictionẽ manifestam. Sed in supposito diuino suppositat̄ natura assumpta per vnionẽ ad ipsum: ⁊ q: talis vnio nõ excludit aliam vnionẽ ad aliud suppositum sicut negatio prius excludebat affirmationẽ. Sed iste vniones sunt cõpossibiles vt dictũ est supra: ideo natura assumpta ab vno diuino supposito adhuc potest inniti alteri ⁊ assumi ab ipso. ¶ Ad quartũ dico ꝙ assumptio actio vel passio terminat̄ ad vnitatẽ aliquã puta in proposito ad vnitatẽ vnionis nature assumpte ad diuinũ suppositũ. Quãdo dicis vltra ꝙ illa assumptio eiusdem nature a tribus diuinis suppositis aut terminaretur ad vnitatẽ nature aut persone. Dico ꝙ terminaretur ad vnitatẽ cuiuslibet ꝑsone ad tres vnitates personales s̄m tres vniones ad tres personas nõ ad vnam tm̃: ita ꝙ diuine tres persone concurrerẽt in vnam ꝑsonam cũ natura assumpta. Hoc eñ est impossibile ⁊ inintelligibile sicut dicit Anselmus et bene quia implicat contradi-
Ansel. ctionem eo ꝙ persone diuine cum quelibet sit necesse esse in sua personalitate non possunt sibi inuicem cõmunicare in persona nec amittere proprias personalitates: quare ⁊c. ¶ Ad quintum dico ꝙ non est ibi bonus syllogismus expositorius: quia terminus medij puta iste homo nõ accipitur pro eodem supposito: immo pro diuersis. Nam in prima accipitur pro supposito patris dicẽdo iste homo est pater eternus. In secũda pro supposito filij ⁊ ita non sequitur conclusio pater eternus ⁊ filius etern⁹ sed variatur medium ⁊ fit fallacia accidẽtis arguendo ex quatuor terminis. Eodem modo ad cõfirmationem est dicẽdum. ¶ Ad sextum dicitur vno modo nota hãc solu.
probabiliter ꝙ si pater assumeret modo naturã humanam vnitam verbo stante prima vnione ad verbum ꝙ simul assumeret illam vnionẽ nature ad verbum nec propter hoc suppositum assumeretur: quia non assumeretur ipsum verbum qd̓ est ibi suppositum sed natura ipsa cum sua vnione ad verbum assumeretur nec etiã ꝑdet natura suppositari in verbo immo maneret suppositata ĩ verbo: quia manet vnio eius ad verbũ eadem que prius licet assumeretur per accidens ab ipso patre cũ natura assumpta Tu dicis natura suppositata manens suppositata est incõmunicabilis. Dico ꝙ verum est si supponitur proprio supposito. Proprium enim suppositũ creatum addit super naturam negationem innitentie ad quodlibet extrinsecum suppositum. Non sic autem vnio eius ad verbum sicut dictum est supra. Unde licet quodcũꝙ suppositum sit inassumptibile ⁊ similiter etiã natura manẽs in proprio supposito creato. Natura tamen suppositata in verbo assumptibilis est a patre ⁊ spiritu manẽte vnione ei⁹. ad verbum ⁊ suppositatione in verbo. ¶ Aliter respondetur et ꝓbabiliter ꝙ pater licet assumeret naturam vnitam verbo non tamen vnionem nature ad verbum. Unionis eñ non videtur alia vnio vel assumptio: alioquin esset processus in infinitum. Tu dicis assumpta natura assumitur oĩe positiuũ preinuentum in ipsa. Diceretur ꝙ verum est omne positiuum naturale ⁊ naturaliter sibi existens in ipsa vel omne positiuum aliud ab vnione ipsa quacũꝙ ad aliquid suppositum et ita non oportet de ista vnione ꝙ assumatur. ¶ Prima solutio melior est. ꝫ ꝓcedẽ. 2. solu.
Nam contra istam secundam videtur esse primo ꝙ cuicunꝙ innititur subiectum et accidens eius ⁊ ita sicut natura inniteretur patri ita et vnio ista nature ad verbum et ita sibi non repugnat assumi sicut nec nature. Secũdo quia non obstat ꝙ illa vnio naturaliter non sit in natura: sed supernataraliter: q: ab agente supernaturali. Nam gratia est in natura supernaturaliter: et tamen non repugnat sibi assumi. Similiter etiam nec isti vnioni nec obstat processus in infinitum: quia iste vniones non surgunt ex natura vel necessitate rei sed ex volũtate dei agẽtis circa naturam qui non cogitur ad processum in infinitũ in talibus: sed potest facere qd̓ placet sibi.

bona difficultas. ¶ Sed etiam tunc est difficultas: quia si pater potest assumere vnionem nature ad verbum: tunc potest dici vnitus verbo secũdum talem vnionem sicut et potest dici homo secundum naturam vnitatem et tunc pater et verbũ sunt vnũ suppositum quod est falsum. Dico ad hoc ꝙ formaliter ⁊ intrinsece pater non potest vniri nec dici vnitus ꝟbo: q: non potest ĩ se habere formal̓r respectũ

vnionis ad verbum: sed solum respectum filiationis habet ad ipsum ⁊ ita nō est nec potest esse idem suppositū cū ipso. Sed natura humana sic pōt vniri patri vel verbo. ¶ Sed quid de illa vnione. Dico ꝙ nō est incōueniens ꝙ pater ꝑ cōicationē ydiomatū dicat̄ vnitus verbo ꝭm illā vnionē nature ad verbū coassumptā nature sed nō formaliter ⁊ intrisece sicut natura ipsa: et tunc est sensus ꝙ pater est vnitꝰ verbo.i.cōicat in vna natura assumpta a verbo vel vnita verbo sed non sequit̄ ꝓpter hoc ꝙ pater sit verbū vel sit idem suppositū cū ỽbo. ¶ Aliter diceret̄ ꝙ pater ꝭm illā vnionē nullo modo diceret̄ vnitus verbo: qꝛ cū vnio importet relationē solū modo denominat illud qđ refert̄ ꝑ ipsā.s. naturā ipsam vnitā verbo: non autē patrē: qꝛ pater ꝑ ipsā nō pōt referri: ideo ⁊c̄. ¶ Sed quid si pater nō accipet naturā hūanā xp̄i eēt ne dicēdꝰ filiꝰ ỽgis sic xp̄s. Dico ꝙ posset dici filiꝰ ỽgis sic̄ xp̄s/ qꝛ cū filiatio sit respectꝰ itrisecꝰ ⁊ maneat i aliq̄ manēte fundamēto ⁊ t̄mio cū i p̄re subsisteret nat̄a hūana ꝭm quā fundamētal'r dr̄ xp̄s filiꝰ ỽginis ⁊ filius dei filius virginis pater diceret̄ vel posset dici ꝭm eādē naturā filius virginis: ⁊ puto ꝙ eadē filiatione vel relatione qua xp̄s dr̄ filius virginis: ⁊ qꝛ fundamētū idem ⁊ terminus idem vtrobiqꝫ. Et similiter puto esse dicēdum si pater ⁊ filiꝰ ⁊ spiritussanctus simul assumpsissent naturā humanā quādo solū verbum assumpsit. ¶ Dices contra. quia virgo nunq̄ genuit deum patrē nec modo generaret ipsum si assumeret naturam humanā christi: ergo nō esset mater eiꝰ. Dico ꝙ sicut patri potest cōmunicari natura propagata a virgine ita ⁊ filiatio respectu virginis: nec est ad hoc necessarius actus generandi sed sufficit vnio nature ꝓpagate aliquādo per actū generandi siue modo siue alias: ideo ⁊c̄. ¶ Ad septimū de Anselmo dico ꝙ Anselmus in duabus primis auctoritatibus nō plus intelligit nec intendit: nisi ꝙ impossibile est ꝙ tres ꝑsone diuine simul sint vna ꝑsona cū eodē hoīe assumpto ita ꝙ si est assumptio ad vnitatē ꝑsone tūc oportet ꝙ hoc sit ī vna ꝑsona tm̄: qꝛ impossibile est ꝯcurrere plures diuinas personas in vnā personā. Sed nō intendit Anselmus negare quin tres ꝑsone diuine possint eūdē hominē assumere ad tres ꝑsonalitates suas vnaqueqꝫ ad suā personalitatē ꝓpriam ⁊ distinctā. ¶ Ad vltimā vero auctoritatē eiꝰ de incarnatione verbi dico ꝙ illū librū scripsit vrbano pape cōtra quendam clericū de francia qui ponebat esse ipossibile ꝙ vna persona diuina incarnaretur sine alia ⁊ in eadē personalitate nisi ponerent̄ persone diuine diuerse res absolute. Et cōtra istū arguit Anselmus ⁊ dicit ꝙ si vna ꝑsona nō posset incarnari sine alia ⁊ in eadeꝫ ꝑsonalitate tūc sequeret̄ ꝙ plures ꝑsone essent vna ꝑsona ⁊ tūc vltra sequeret̄ sicut dicit ꝙ icarnato deo ꝭm vnā personāꝫ impossibile esse eū incarnari etiā ꝭm aliā personalitatem. Et ideo arguendo contra illum clericū dixit illud verbuꝫ ꝙ plures personas eundē hominē assumere esset impossibile si esset verū dictum illius. Non autē dicit hoc simpliciter et absolute sicut de sua intētione. Nō eīn negat quin plures persone eādem naturam simul possint assumere sub proprijs personalitatibus.

Difficultas bona

Ad Anselmum.

Ad eūdē Ansel.

ad dicta scđe opi.

¶ Ad motiua secūde opinionis quicquid de illo ꝑ primo dicto de assumptione mediata per rationem essentie: qꝛ illud reliqui sub dubio. ¶ Dico ad primū pro secūdo membro ꝙ licet eiusdē effectus non possint esse due cause totales simpliciter prime ī eodem ordine ⁊ ꝭm eandem habitudinē tn̄ non apparet repugnātia quin bene ꝭm aliam et aliā habitudinē et in alio ⁊ alio ordine saltem nō est demōstratum. Tu dicis tunc aliquid esset causa totalis alicuius qua circūscripta maneret ipsum. Dico ꝙ nō apparet hoc impossibile sed nō maneret depēdētia ad illā causam ⁊ ita esset causa totalis: nō quia oīs sed quia perfecta causa ita diceretur in proposito ꝙ eiusdē nature depēdētis ad extrinseca supposita possunt esse plura terminantia primo ꝭm diuersas habitudines ad illa plura supposita nec iplicat contradictionē vt videtur. ¶ Preterea diceret̄ ꝙ licet primū esset impossibile de causa ⁊ effectu tn̄ in proposito non valet ꝙ habitudo nature assūpte ad suppositū terminās non est hītudo cāti ad causam nec assumēdo naturā cāt naturā ꝑ se loquēdo qꝛ posset assumere naturā iā creatā sꝫ assumēdo naturā deꝰ causat respectum vnionis in natura: ⁊ tunc non habetur ꝙ idem effectus habeat plures primas causas sicut patet nec aliquid simile per illud qđ supra ponebatur. ¶ Ad cōfirmationē dico ꝙ non apparet demonstratio quare plures depēdentie essentiales eiusdem effectus ⁊ cōsubstantiales sibi non possint esse ad plures causas primas quaꝝ quelibet est necesse esse: ⁊ per consequēs neutra potest circūscribi ab effectu ⁊ ita nō valet maior in se. Ad minoreꝫ dico ꝙ depēdētia nature assumpte ad suppositūꝫ extrinsecū nō est sibi essentialis. Similiter etiā nec accidentis absoluti ad subiectū. Sed iste depēdētie sunt respectus accidētales extrinsecus aduenientes talibus naturis: ⁊ ideo quicquid sit de depēdentijs essentialibus ⁊ consubstātialibus ipsis depēdētibꝰ tn̄ de istis videtur possibile ex dicto primo eiꝰ ꝙ plures tales esse possint in eodē fundamento ad multos terminos eque primos sicut eiusdem nature assumpte ad plura diuina supposita ⁊ eiusdē accidētis absoluti ad plura subiecta immediata non video ꝙ hoc implicet cōtradictionem ⁊ quin possit fieri ỽtute diuina. Hec de primo articulo ꝑncipali

¶ Quātum ad secundum articulum videretur alicui ꝙ vna persona diuina nō possit plures naturas creatas assumere ⁊ videt̄ aliquibus per aliquas rationes. ¶ Prima est ista. Natura creata non habet aliquod esse in actu nisi in supposito et per suppositum quodcunqꝫ sit illud: quia tunc esset dare ydeam Platonis extra intellectum: ergo multiplicata natura multiplicatur suppositūꝫ: ergo impossibile est ꝙ due nature subsistāt in eodem supposito: quare ⁊c̄. ¶ Secunda ratio. Si suppositum diuinum posset plures naturas assumere eadem ratione infinitas: vt videtur. Sed non potest infinitas. Probatio: quia licet sit infinitum ratione essentie tamen non est infinitum ratione proprietatis que est sibi ratio formalis terminādi vnionem nature assumpte proprietas enim personalis in diuinis nec est finita nec infinita sicut dictum est in primo: ergo ⁊c̄. ¶ Tertia ratio: quia vl' suppositum sic assumēs plures naturas humanas esset vnus homo vel plures. Nō vnus qꝛ habet plures humanitates. Nec plures: qꝛ non esset nisi vnū suppositū nature hūane: ꝟ nullo mō ē hꝰ possibile.

Rōnes aliquoꝝ ꝙ vna ꝑsona diuina non possit plures naturas creatas assumere.

¶ Quarta ratio: q2 aut hoc esset ƀm plures vniones: aut ƀm vnā. Non ƀm vnā q2 nature vnite fundātes vnionem sunt diuerse. Relatio autē necessario numeratur ad numoratonē fundamēti. nec ƀm plures. Probatio: q2 cū natura assumpta supponitetur per vnionē ad suppositū si essent plures vnionesessent ibi plura supposita ꝛ sic nō assumerentur ad vnitatē suppositi qđ est incōueniens. ¶ Quinta ratio. Natura substātialis assumpta sic se habet aliquomodo ad suppositū assumēs ꝛ sustētās sicut accidēs ad subiectū. Sed duo accidentia precipue eiusdē rationis nō possunt esse in eodē subiecto. 5. 5. meta. metha. ergo nec due humane nature possunt sustētari eodem supposito vel assumi ab eo. ¶ Sexta ratio qua ratione diuinū suppositum posset assumere duas naturas diuersas pari ratione posset assumere eas in diuersis locis sicut vnā Parisius ꝛ aliam Rome. Sed hoc est impossibile: q2 tunc separata ꝛ distātia loca essent vnū ꝛ idem supposito qđ est falsum. ¶ Septima ratio. Si verbū posset assumere plures naturas pari ratione stante vnione ad naturam humanā que est modo sibi vnita posset assumere de nouo vnā aliam. Sed hoc nō videꝛ possibile q2 aut illa esset eiusdē rationis cū humana natura iā assumpta aut alterius ratiōis puta natura angelica vel brutalis. Non primo modo q2 licet sit possibile ꝙ aliquid sit homo: tn̄ non videꝛ possibile ꝙ sit bis homo vel pluries homo: sed semel tn̄. Nec secūdo modo q2 nō videꝛ ꝙ due create nature se compatianꝛ in eodē supposito ꝑcipue alterius ratiōis: q2 neutra potest illabi alteri sicut natura diuina pōt illabi nature create ꝛ ita vna nō potest esse alteri sufficienter intima ad hoc vt videꝛ. Similiter etiā de natura angelica videtur: q2 sicut impossibile est ꝙ ƀm naturā diuinam verbū sit ingenitum ꝛ genitū ita vt videtur ƀm naturā creatam. Si autē assumeret naturā angelicā cū humana quā habet esset ingenitum ꝛ genitū ƀm naturaꝫ creatā: q2 natura angelica nō potest haberi ꝑ generationem: quare ꝛc.

¶ **Istis nō obstantibus dico** ꝙ absolute loquendo de potētia dei possibile est ꝙ eadem ꝑsona diuina ꝛ vnica assumat plures naturas simul siue eiusdē ratiōis siue alterius ꝛ pari ratione ꝙ verbū stante vnione nature humane ad ipsum assumat aliā naturā vnibilem siue eiusdē rationis siue alterius. ¶ Ad hoc adduco ratiōes. Prima est: q2 duas naturas assumi ad vnū diuinū suppositum nichil aliud est ꝙ̄ duos respectus vnionis causari in illis duab⁹ vel pluribus naturis ad illud idē suppositū terminatos. Sed hoc nullā implicat cōtradictionē vt patet: ergo ꝛc. ¶ Secūda ratio non habēt maiorem repugnātiam simultatis in essendo duo tales respectus in pluribus naturis vnibilib⁹ ad ideꝫ suppositū ꝙ̄ duo in eadē natura ad diuersa vel plura supposita vt videꝛ. Sed nō est impossibile duo tales respectus simul fundari in eadem natura ad diuersas vel plures ꝑsonas vt visum est in articulo precedēti: ergo ꝛc. ¶ Tertio sic. Possibile est sicut dixi in scđo duo accidētia eiusdē rationis simul esse in eodē subiecto sicut dixi de luminib⁹ ꝛ planū est hoc de accidētibus alterius rōnis. Cū ergo aliqualiter sit simile hic ꝛ ibi videꝛ ꝙ sit possibile duas naturas siue eiusdē rōnis siue alteri⁹ subsistere in eodē supposito. ¶ Quarta ratio: q2 si hoc repugnaret nō esset nisi vel ex parte vnius suppositi vel ex parte pluriū naturarū. Non ex ꝑte primi q2 eidē termino nō repugnat terminare plures respectus ad ipsū siue eiusdē rōnis siue alterius vt pꝫ in multis exēplis. Nec ex ꝑte naturarū q2 pluribus naturis siue eiusdē rationis siue alteri⁹ nō repugnat referri ad eundem terminū pluribus respectibus siue eiusdeꝫ rationis siue alterius ꝛ alterius correspondenter.

Opinio auctoris cum suis ratiōib⁹.

¶ **Dico ergo** ꝙ idē suppositū diuinū pōt pluras naturas singulares assumere ꝛ sustētare sicut est ꝓbatū. ¶ Scđo dico ꝙ si substētaret plures eiusdē rōnis vniones illarū naturarū ad ipm̄ essent eiusdeꝫ rōnis. Sed si essent nature alteri⁹ ꝛ alteri⁹ rōnis. Dico ꝙ siꝉr vniones fūdate i ipsis naturis ꝛ diuersificarenꝛ isti respect⁹ ex suis fundamētꝫ. ¶ Tertio dico ꝙ nō video impossibilitatē quin diuinū suppositū possit assumere infinitas naturas singulares in actu siue eiusdē rōnis: sicut infinitas naturas humanas siue alterius ꝛ alterius ratiōis si sunt tales possibiles fieri in actu sicut dixi in primo. Nec obstat ꝙ ꝓprietas ꝑsonalis q̄ esset ratio terminādi nō est infinita sicut diceꝛ in solutiōe argumēti. ¶ Ex quo ꝯcludo ꝙ nichil valet ratio aliquoꝝ dicētiū ꝙ suppositalitas diuine ꝑsone est infinita pōt terminare plures vniones plurium naturarū nec exhauriꝛ ꝑ vnā q2 diuina suppositalitas q̄tum ad formale ipsi⁹ suppositi: vt supposito nō est infinita sicut nec personalis proprietas. Nec hoc requiritur sicut dicetur infra etiaꝫ ad hoc ꝙ terminet infinitas vniones.

Resolutio opi. auctoris

Correlarium.

¶ **Ad rationes** aliorū. Ad primā dico ꝙ natura nō hꝫ existere extra intellectū singulariter ꝑ suppositū sꝫ pri⁹ naturaꝉr est indiuidua ꝛ singularꝫ ꝙ̄ supponiteꝛ ꝛ pōt manere existēs hec ꝛ singulariter. Nō ꝑ suppositū: q2 si ꝑ aliqđ suppositū hoc maxīe videreꝛ de ꝓprio supposito quo tn̄ carere pōt sicut dixi supra. Nō ergo oportet multiplicata natura multiplicari suppositū sed vna natura substātialis licet nō possit esse vꝉ existere nisi in aliquo supposito plures tn̄ possunt i eodem supposito ꝛ assumi ab eodem. Accidit enim vnitas vel multitudo suppositi. ¶ Ad secundū dico ꝙ licet infinitas naturas possit vnū suppositū assumere simul ꝛ in actu si sint factibiles nō tn̄ oportet ꝙ proprietas ꝑsonalis que est ratio terminandi illas vniones sit ꝑfectio simpliciter nec infinita formaliter q2 talis vnio nō arguit in formali termino aliquā perfectionem sicut dixi supra. Et tunc dico vltra ꝙ nō est maioris perfectiōis terminare duas ꝙ̄ vnā nec tres ꝙ̄ duas ꝛ sic de infinitis. Unde nec oportet ꝙ sit perfectio nec ꝙ sit infinita sicut si eēt vna albedo qua ratione posset terminare duas similitudines aliquorum alborum sicut ratio formalis terminandi eadem ratione tres vel quattuor vel infinitas si infinita alba ponerētur eadem ꝛ finita et limitata existēs. ¶ Ad tertium dico ꝙ verbū posset dici plures homines vel duo homines si assumeret aliam naturam humanam cū illa quā habet modo et hoc propter pluralitatē naturarū non obstante vnitate suppositi sicut pater et filius et spūssanctus ꝓpter vnitatē nature diuine dicunꝛ vnus de⁹ nō obstāte trinitate suppositi. ¶ Dices si sunt duo hoīes: ergo duo habētes humanitatē: ergo duo q̄ ꝛ ꝑ ꝯn̄s duo supposita. Dico ꝙ non sequiꝛ sicut dictū est in primo distinctione. 12. quia substātiuum nō plurifi

ad argumēta aliorum.

catur ex sua forma plurificata et qꝛ forma subiecti plurificatur hic. s. humanitas ideo plurificātur homines. Sed adiectiuum magis plurificatur ex supposito vel suppositis plurificatis qꝛ significat in adiacētia ⁊ dependētia ad suppositū ideo quia hic est vnū suppositum non debet cōcedi ꝙ sint plures habētes humanitatē sed debet dici ꝙ est vnus habēs duas humanitates. ¶ Ad quartū dico ꝙ si eadem persona assumeret plures naturas hoc esset sm̄ plures vniones nec sequitur ꝙ essent ibi plura supposita sed plures nature in eodem suppositate ⁊ vnum suppositum plures naturas substētatas sm̄ plures vniones earū ad ipsum. ¶ Ad quintū dico ꝙ duo accidētia siue eiusdē rationis siue alterius possunt inesse eidem subiecto vel aliqua saltē: ideo ⁊c. Aliter diceretur ꝙ accidēs qꝛ inest subiecto magis intrinsece: qꝛ sm̄ formalem inherētiam magis habet vnitatē a subiecto vel subiecti ꝙ̄ natura assumpta respectu diuini suppositi. Ideo licet duo accidētia non possint esse in eodem subiecto tn̄ due nature in eodem supposito. De ista solutione nō curo. ¶ Ad sextum dico ꝙ diuinū suppositum posset assumere diuersas in diuersis locis ⁊ ille essent vnū supposito licet distantes loco ⁊ diuinū suppositum vnum ⁊ idem vtrūqꝫ substētaret. ¶ Ad vltimū dico ꝙ verbum posset assumere cū natura humana quā habet vnā aliā siue eiusdem rationis siue alterius: ⁊ tunc dico ꝙ esset bis homo si assumeret naturam aliam eiusdem rationis. Bis dico dualitate nature sicut ipse esset plures hoīes nec est inconueniēs. ¶ Ad illud de natura alterius rationis. Dico ꝙ nō oportet naturā creatam illabi alteri ad hoc: vt ad idem suppositū assumant̄. Sed si aliquis illapsus ad hoc requiritur de quo tn̄ infra videbitur sufficit ꝙ idez diuinū suppositū assumens eas vtrasqꝫ illabat̄ quare ⁊c. Similiter dico ad aliud ꝙ idē diuinū suppositum potest esse ingenitum sm̄ naturam angelicā et genitum sm̄ humanam non autem vtrūqꝫ sm̄ eandem. Hec de secūdo articulo.

ad ꝑncipalia argumēta.

¶ Ad primū principale patet

ex predictis ꝙ vna ꝑsona diuina potest plures naturas assumere: ⁊ ita in antecedēte accipit̄ falsum. ¶ Ad probationē de duobus accidētibus in eodē subiecto per. 5. metha. alias est respōsum. ¶ Ad secundū dico ꝙ plurificatis ꝓprijs suppositis naturarū creatarū plurificat̄ ⁊ ipse qꝛ sunt eis eedē et substātiant ea ⁊ nō possunt cōmunicari alteri supposito stāte suo ꝓprio. Sed sic non est de suppositis extrīsecis sicut dictū est supra. ¶ Ad vltimū dico ꝙ plures ꝑsone si assumerēt eandē humanitatē deberēt dici vnus homo nō obstante pluralitate suppositorū sicut etiam si vna assumeret plures humanitates diceretur plures homines non obstante vnitate suppositi vel persone sicut dictum est ⁊c.

¶ Distinctiōis Prime. Questio Quinta.

Mathe.

Quinto q̄ro vtruz

filius dei vel aliqua ꝑsona diuina fuisset īcarnata si homo nō peccasset. ¶ Videt̄ ꝙ nō ꝑmo ꝑ auctoritatē xp̄i ī Matheo. Venit filiꝰ hoīs q̄rere ⁊ saluū facere qđ perierat. Et alibi. Nō est opus medicꝰ valētibus sed male habētibus. Et sup primū verbum dicit Augusti. de verbis dn̄i sermone. 73. exponēs illud apl̄i. Si hō nō peccasset filiꝰ hoīs nō venisset et planū ꝙ loquit̄ de aduētu ī carnē: ḡ ⁊c. ¶ Scđo per apl̄m. 1. ad thimo. 1. Xp̄s iesus venit in hūc mūdū peccatores saluos facere. vbi dicit glosa Augustini. Nulla causa fuit veniendi xp̄o dn̄o nisi pctōres saluos facere tolle vulnera tolle morbos ⁊ nulla est causa medicine: ḡ filiꝰ dei nō fuisset incarnatꝰ si hō nō peccasset. ¶ Tertio sicut Apl̄s dicit ad hebreos. 2. ꝙ xp̄s cōicauit carni ⁊ sanguini vt ꝑ mortē destrueret eū q̇ habebat mortis iperiū. Sed hoc imperiū mortis non fuit nisi ꝑ pctm̄. Ad Ro. 5. per vnum hominem pctm̄ in hunc mundum intrauit: ⁊ per peccatum mors ⁊c.

August. — *1. ad thimo. 1.* — *glosa augustini.* — *ad heb. 2* — *ad ro. 5.*

¶ Contra

Si hō nō peccasset nichilominꝰ deꝰ fuisset bonꝰ nec minꝰ seip̄m diffudisset bonū em̄ est suipsius diffusiuum secūdū Dionysium de diui. nominibus. Sed tūc deꝰ maxime se diffudit quando incarnatus fuit: ergo ⁊c.

¶ In ista questiōe sic ꝓcedā.

¶ Primo ponā vnā opinionē aliquorum ⁊ motiua ipsorū. ¶ Scđo ponam opinionem contrariam arguendo contra eos. ¶ Tertio respondebo ad motiua eorum ⁊ ad rationes principales.

Prima opinio.

¶ Quātum ad primū.

est vna opinio q̄ dicit ꝙ filius dei nō fuisset incarnatus si hō nō peccasset et qꝛ istud per rationē inuestigari nō pōt: qꝛ ꝯtigēs est ⁊ depēdens ex voluntate diuina. ¶ Adducunt̄ multe auctoritates que vidētur hoc dicere expresse preter illas que adducte sunt in principio q̄stionis. ¶ Prima est Augustini sup illud Mathei. 1. Ipse em̄ saluū faciet populū suū a pctīs eorū vbi dicit ꝙ si homo nō peccasset virgo non peperisset: ḡ si hō nō peccasset filius dei nō fuisset icarnatꝰ. ¶ Scđa ē eiusdē Augu. sup Jo. 2. Ecce q̄uo amabat eū vbi dicit ꝙ si deꝰ pctōres nō amaret de celo ad terram nō descēderet. Sed iste nō est nisi descēsus incarnatiōis. ¶ Itē Augustinꝰ. 1. lib. de baptis. paruuloꝝ dicit. Apparet dn̄m nostrū iesum xp̄m nō ob aliud in carnē venisse ⁊ factū obediētē vsqꝫ ad mortē crucis nisi vt saluaret. ¶ Itē Ambrosiꝰ homelia de īcarnatiōe. Que erat inq̄t īcarnatiōis cā nisi vt caro q̄ peccauerat redimeret̄. ¶ Tertia ē eiusdē Augustini ī oratiōe quadā ad beatā virginē vbi dicit: vt quid em̄ nesciū peccati pro peccatoribꝰ pareres si deesset q̇ peccasset. Aut quid mater fieres saluatoris si nulla etiā esset indigētia salutis. ¶ Quarta Leonis pape in quodam sermone de penthe. Si homo ad ymaginem dei factus legem diuinam seruasset creator non fieret creatura. ¶ Quinta est Gregorij. Nichil nobis nasci ꝓfuit nisi redimi profuisset. Sed nō fuisset necessariuz redimi nisi homo peccasset. ¶ Sexta est Anselmi de cōceptu virginali. c. 13. vbi dicit ꝙ ideo deus homo factus est: qꝛ hō ad redimendū se nō sufficiebat. ¶ Septima est Damasceni libro. 3. ca. 12. vel secundū capitula lynconiensis cap. 18. vbi dicit ꝙ humanitas verbi dei: ideo facta est vt natura illa que victa fuerat vinceret seductorem. Sed si homo non peccasset natura humana victa non fuisset: ergo et cetera.

¶ Octaua ratio est. Alexandri super cantica vbi dicit quod nisi precessisset culpa non fuisset natura

August. — *Idem.* — *August. đ baptis. paruulorum.* — *Ambro.* — *August.* — *leo papa* — *Grego.* — *Ansel.* — *Damas.* — *Alexan.*

humana assumpta. Auctoritas est expressa.

rōnes p pma pce dēte opi.

¶ Adducuntur tamen ab aliquibus alique rationes. ¶ Prima est: quia si filius dei fuisset incarnatus et homo nō peccasset quero quare incarnatus fuisset ⁊ unitus nature humane: q: autē propter exaltationē et nobilitatem nature: ⁊ tunc multo fortius assumpsisset naturā angelicam q̄ est multo nobilior. Aut propter indigētiam: ⁊ tunc vel culpe qđ non est verum quia culpa nō fuisset vel glorificationis pfecte: qđ etiaꝫ nō est verū quia si homo nō peccasset quilibet homo fuisset pfecte beatus essentialiter ⁊ beatitudine essentiali que redūdasset in vires inferiores et sic etiā homo non solum essentialiter sed etiam accidētaliter fuisset beatus. Et ꝙ talis redūdantia sit

August.

possibilis patet per Augustinū ad dyopporū epm epistola. 38. in ordine epistolarū vbi dicit sic. Tantam virtutē dedit deus aīe vt eius perfecta beatitudo redūdet in vires inferiores: quare ⁊c. ¶ Secunda ratio est: quia si filius dei fuisset incarnatus et homo nō peccasset hoc videretur maxime ad cōplendum perfectionē vniuersi sicut ponūt alij. Sed hec nō cogit quia pari ratione concluderet ꝙ deus assumpsisset naturā angelicam: q: non minus pertinet hoc ad pfectionē vniuersi: ⁊ tn̄ hoc non conceditur: quare ⁊c. ¶ Tertia ratio: quia si hoc ponit nō ponitur nisi quia homo ex peccato suo videret commodum reportare scꝫ incarnationem dei que alias non fuisset. Sed nō est hoc incōueniens ꝙ scꝫ deus

Grego.

de malis permissis eliciat bona. Unde ⁊ Gregorius in prefatione cerei paschalis exclamat. O felix culpa que tm̄ meruit habere redēptorē: ⁊c. ¶ Quarta ratio: quia si hoc ponitur videret ponendū quia alias summa perfectio ī natura humana esset occasionata scꝫ vnio eius cū persona esset occasionata: quia peccatū fuisset occasio huius qđ non videtur verū: quia videtur per se intenta a creante naturā: hoc autē non mouet: quia nō est ista perfectio summa nature humane sic coniungi suo principio puta per vnionē ypostaticam: quia vnio ista nō ponit in natura nisi vnū respectū q̄ est multo innobilius ens et imperfectius q̄ꝫ formalis beatitudo humana vel actus beatificus qui dicit vltimā perfectionē ⁊ simpliciter perfectionem non autē ille respectus: ⁊c.

Summatio predictorum.

¶ Sic ergo dicūt ꝙ non vident rationē ⁊ cum hoc vident auctoritates sanctorū expressas ad oppositum quare filius dei incarnatus fuisset si homo non peccasset. Hec de primo articulo.

2. opi. pbabilior pcedēte.

¶ Quātum ad secundum articulum.

Est vna opinio alia probabilis que videtur michi ad presens ponēda sine preiudicio scꝫ ꝙ filius dei incarnatus fuisset si homo non peccasset. ¶ Ad hoc adduco primo aliquas auctoritates postea aliquas ratiōes. ¶ Prima auctoritas est Augustini. 1. de trini. c. 15. vbi dicit ꝙ christus sm formam serui assumptā est caput ecclesie hoc idem videtur dicere sup illud Jo. Ego sum vitis vera. Nā sm hoc dicit illud verbuꝫ ꝙ est caput ecclesie nosqꝫ mēbra eius mediator dei ⁊ hominū homo christus iesus. Nam subdit Augustinus. Unius quippe nature sunt vitis ⁊ palmites propter qđ cum deus esset cuius nature non sumus factus est homo vt illo esset vitis humana natura cuius ⁊ nos homines palmites esse possemus. Cū ergo christus sm Augustinum dicat. Ego sum vitis sm ꝙ ipse est caput ⁊ ipse sit vitis vel dicatur sm naturam humanam: q: vnius nature sunt vitis et palmites scilicet discipuli homines quibus loquebatur christus: patet ꝙ christus sm formam serui et naturam humanam est caput ecclesie. Sed si homo non peccasset nichilominus ecclesia hominum fidelium habuisset caput ergo christus vel filius dei incarnatus fuisset. ¶ Secunda auctoritas est Augustini. 3. de trinita. c. 14. vbi querit causam quare filius dei voluit incarnari et reddit eam scilicet vt ostenderet q̄ꝫti nos ponderaret. Sed planum est ꝙ si homo nō peccasset nō minus filius dei hoīem ponderasset ⁊ amasset ergo cum stet eadem causa stat idem effectus ꝙ verbum īcarnatū fuisset dato ꝙ homo nō peccasset. ¶ Tertia auctoritas est Anselmi cur deus homo. ca. 19. vbi querit quare homo fuit creatus vt sic posset beatificari sic potest ⁊ querit vtrum precisa ratio huius fuerit reparatio ruine angelorum et respōdet ꝙ nō et probat: quia tunc sicut homo non potest non gaudere de sua beatitudine ita non posset non gaudere de occasione scilicet de ruina angelorum qđ est falsum. Unde ⁊ subdit Anselmus. Quomodo inquit de tāto vitio qđ fuit in ruina angelorum posset homo beatus gaudere quasi diceret nullo mō. A simili arguo in proposito. Si auctoritas Anselmi valet in suo proposito quia si tota causa incarnationis diuine fuisset ruina hominis per peccatum reparāda per christum. Tunc sicut homo non potest non gaudere de diuina incarnatiōe: ita nec de occasione puta de peccato hominis. Hoc autem est falsum sicut ibi. ergo illa nō fuit causa. Sed videtur etiā ꝙ si homo nō peccasset filius dei incarnatus fuisset. ¶ Ad hoc etiam videtur esse Bernardus sup illud Jone scdo. Propter me orta est tēpestas hec in mari ⁊c. Ubi dicit ꝙ dyabolus vidit rationalem creaturaꝫ assumendam a diuino supposito in vnitate persone filij dei ⁊ inuidit homini ⁊ hec īuidia fuit causa eius ad tēptandum hominem vt homo demereretur talē assumptioneꝫ. Sed si incarnatio non fuisset nisi homine peccante tunc nō instigasset dyabolus hominem ad peccandum: quia per hoc magis promouisset eum ad bonum incarnationis q̄ꝫ impediuisset: ergo ⁊c.

Augu. 1. d tri. c. 15

August.

anselmus. cur deus hō. c. 19.

Bernar.

Ad aug.

¶ Ad istas auctoritates rñdetur.

¶ Ad primā ꝙ christus sm naturā serui nō est caput ecclesie proprie influēdo scꝫ sensuꝫ cognitionis et motum dilectionis. Sed isto modo est caput sm formam dei: tamen dicitur caput sm formā serui aliquo modo: q: sm eā est vnius nature cū mēbris ⁊ si homo non peccasset ecclesia tali capite nō indiguisset sed capite tantum primo modo. ¶ Ad secundam dicitur ꝙ Augustinus ibi supponit statū lapsus humani: et tūc hoc supposito dicit ꝙ verbum voluit incarnari vt ostēderet ꝙ nos ponderaret ⁊ amaret: q: tanti vt nos redimere vellet: et tūc nichil habetur. ¶ Ad tertiam argumentationem de Anselmo dicitur ꝙ argumentuꝫ Anselmi valet in suo pposito non autē in nostro. Nam Anselmus intendit ibi pbare ꝙ precisa ratio quare homo fuit creatus non fuit vt repararet ruinā angelorum vel suppleret: quia tunc verum esset ꝙ sicut de creatione sna ⁊ beatitndine non posset non gaudere sic de angelorm ruina. Sed non est sic in proposito:

Ad. 2. aucto. Augustini.

Ad Anselmum.

quia dato ꝙ homo nō peccasset nichilominꝰ ad perfectā gloriā assumptus fuisset: immo ad ꝑfectiorē ſm multos ꝙ̄ modo sit assumptꝰ vl' ꝙ̄ modo hoīes assumātur: ⁊ ideo bene potest homo de peccato nō gaudere dato ꝙ pctm̄ fuerit occasio incarnationis
Nota. diuine ⁊ patet ꝑ exemplū. Nā ⁊ Magdalena si ipa nō peccasset de pctō cōtritionē non habuisset. Nō tn̄ oportet ꝙ sicut Magdalena nō potest de cōtritione peccati nō gaudere ꝙ de pctō non possit non gaudere: q2 dato ꝙ non peccasset nichilominus ad gloriā assumpta fuisset. Sic ī ꝓposito. ¶ Ad quar
ad' aucto tam dr̄ ꝙ licet dyabolus cognouerit naturā huma
ri. Ber. nā esse vniendā verbo: non tn̄ vidit occasionē siue causam nec oīa contingētia in hoc facto: ⁊ ideo potuit decipi vt illud qd̄ fuit occasio īcarnatiōis acciperet pro īpedimēto ⁊ tēptaret hoīes ad peccādū.

ꝯ solu. 1. ¶ **Contra** solutionē prime auctoritatis vi
auctori. dere ꝙ nō est sufficiēs q2 ad caput ecclesie proprie acceptū non solū ꝑtinet influere illa: si tn̄ ad ipsum ꝑtinet sed etiā vnitas nature cū mēbris ſm ꝙ Augustinus ꝓsequit in verbis su
ꝯ. 2. solu. pradictis: quare ⁊c̄. ¶ Cōtra solutionē secūde auctoritatis dicēdū ꝙ siue Augustinus supponat statum nature lapse siue non tn̄ adducit rationē cōmunē statui nature lapse vel nō lapse: ⁊ ideo stat incarnatio natura lapsa vel nō lapsa: q2 stat ponderatio qua deus nos diligit ⁊ ponderat ⁊ magis nos dile
ꝯ solu. 3. xisset vel nō minus ꝙ̄ si homo nō cecidisset. ¶ Cō
aucto. tra solutionē tertie auctoritatis q2 si homo nō peccasset ſm eos homo qui est assumptus a verbo non fuit assumptus ad vnitatē diuini suppositi ⁊ sic nō fuisset dictus homo: igit cum de hoc nō posset non gaudere de eo ꝙ est nec alias gauisus fuisset. Videtur ꝙ nō posset non gaudere de casu hoīs vel pctō. ¶ Dicit ꝙ si homo non peccasset ille homo assumptus habuisset esse in ꝓprio supposito ⁊ fuisset perfecte beatus sicut ⁊ ceteri ⁊ posset per cōsequēs de pctō non gaudere. ¶ Sed adhuc cōtra hoc quia si homo non peccasset ille homo assumptus nunꝙ̄ ad tam intēsum gradū beatitudinis ꝑuenisset: ꝙ̄ sicut non posset nō gaudere de isto gradu beatitudinis ita nō posset nō gaudere de pctō ſm dicta eorum ⁊ sic argumētū Anselmi valet. Nā sicut Anselmus arguit de beatitudine simpliciter absolute ita pōt argui de gradu beatitudinis tāto ad quē peruenit homo assumptus ad quē tn̄ ſm positionē aliorū nō peruenisset nisi homo peccasset: q2 alias assumptus non fuisset.

ꝯ vltime ¶ **Contra** solutionē vltime auctoritatis:
aucto. so q2 nō videtur magna probabili
lutionē. tas dyabolū sic fuisse deceptū quin sicut videbat naturā humanā vniendā verbo vidisset etiā precisā rationē vel occasionē huius facti vel huiꝰ vnionis et ꝙ occasionē iudicaret impedimentum ⁊ ita sicut prius nō videtur multū probabile quin bene videret ꝙ dato ꝙ homo nō peccaret: nichilominus deꝰ incarnaretur ⁊ multomagis videt probabile ꝙ in alio deceptus fuerit scz ꝙ si homo peccaret deꝰ nō incarnaret propter demeritū hoīs in peccādo: ⁊ iō sequit idem ꝙ per illā auctoritatē prius arguebat.

rōnes ꝓ ¶ **Adduco aliquas rationes.**
ꝓceden. ¶ Prima est que mouet me ad istam positionē et
opi. est ista. Persona primo ⁊ principaliter predestinata fuisset si homo non peccasset. Probatio quia sicut dixi in primo prius fuerunt saluādi predestinati ꝙ̄ deus aliquod peccatum preuideret prius dico saltem ſm rationē. Sed christus deus verus et homo in vno supposito est ꝑsona prima predestinata. Unde ipse est primo ⁊ principaliter predestinatus sicut qui ad summā gloriā super omnes saluādos erat prouehēdus ⁊ caput omniū saluandorū: ergo christus deus verus ⁊ homo verus fuisset si homo nō peccasset. Unde magna videtur irreuerentia ꝙ predestinatio christi presupponat aliquē peccauisse vel peccare ꝙ̄ christus qui est caput ⁊ princeps electorum nō fuisset: ⁊ per consequens predestinatus nō esset nisi homo peccasset: quare ⁊c̄. ¶ Secunda Scđa rō
ratio. Si homo non peccasset nichilominus fuisset beatificabilis non solum ſm vires superiores: sed etiam ſm aliquas inferiores saltem. Sed homo nō fuisset beatificus in aliquo actu potētie inferioris nisi deus incarnatus fuisset. Probatio quia beatitudo non cōsistit in aliquo actu potentie nisi primo terminetur ad obiectum beatificū qd̄ est deꝰ. Modo planum est ꝙ nisi deꝰ incarnatus fuisset aliquis actus potentie sensitiue non potuisset primo terminari ad obiectū beatificum puta ad deum. Sed modo terminatur actus sensitiue ad deum ad christū qui est deus: quare ⁊c̄. ¶ Et hanc rationē videtur Expositio
confirmare expositio Augustini sup illud Jo. 1. In tio augu
greditur ⁊ egredietur ⁊ pascua inueniet: q2 ſm hu stini sup
manitatē ita ꝙ ſm diuinitatem ꝙ̄tum ad potētias Jo.
et vires superiores homo ingrediatur. Ad humanitatē vero ſm potentias inferiores quorum actus sunt nobilitatis sicut est visus precipue homo egrediatur et sic ſm vtrasꝙ vires homo beatificat. Et ista ratio congruentia est magis ꝙ̄ cogens ostēsio.
¶ Tertia ratio. Si Adam nō peccasset nichilomi 3. ratio.
nus predestinatus ⁊ saluatus fuisset: ꝙ̄ etiam christus homo dato ꝙ homo nō peccasset per locum a minori vt videtur quare ⁊c̄. ¶ Quarta ratio quia
alias Adam fuisset ⁊ pricipalius predestinatus ꝙ̄ 4.
christus: quia christus nō nisi propter reparationē Ade vt consequeretur effectum predestinationis: hoc autē est falsum et inconueniens magnū videre
tur quare ⁊c̄. ¶ Quinta ratio est ista. Si homo nō 5.
peccasset nichilominꝰ virgo fuisset mater dei. Sed hoc supposito deus fuisset incarnatus: ꝙ̄ ⁊c̄. Probatio maioris q2 si homo non peccasset adhuc beata virgo predestinata fuisset sicut dictū est de christo ⁊ in secundo gradu post christū. Sed nunꝙ̄ ad tantum gradum gratie vel glorie fuisset predestinata nisi preuisa foret mater dei: ergo ⁊c̄. Dices ergo preuisio maternitatis dei fuit ratio predestinationis. Dico ꝙ non intendo hoc dicere: sed siue preuisio ista fuerit ratio siue non siue precederet siue sequeretur predestinationem sufficit ꝙ circa eandem personam congruum sit concurrere tantam gratiā et gloriam et maternitatem dei: ergo ⁊c̄.

¶ **Dico igitur ꝙ videtur pos-** Resolu-
se dici ꝙ si homo non peccasset: deus tamen incar tio ꝙ deꝰ
natus fuisset loquendo de incarnatione absolute li si hō non
cet non ad hunc finem ꝙ pro hominibus redimen pec. fuis-
dis pateretur nec forte secundum omnem modum: set incar
secundum quem de facto est incarnatus sed sufficit natus.
michi ꝙ humanitati in vnitate suppositi fuisset vnitus: et sic per consequens incarnatus. Hec de secūdo articulo principali.

ad aucto ritates ꝑme opi. ¶ Quãtum ad tertium. Re/ stat respondere ad auctoritates ⁊ rationes aliorũ. Ad omnes auctoritates ⁊ cõsimiles si que inueniã tur respondeo vno verbo ꝙ si homo nõ peccasset fi lius dei nõ fuisset incarnatus ad redimẽdum ipsũ per suã benedictam passionẽ nec modis oĩbus qui- bus est incarnatus licet absolute loquẽdo fuisset in carnatus sicut supius est ꝓbatũ ⁊ hoc intẽdũt scti.

ad rõnes ꝑme opi. ad.1. ¶ Ad primã rationẽ dici potest ꝙ vt per fecte posset hominẽ glorifi- care nõ solum interius ſm intellectũ sed etiam ex- terius ſm sensum aliquẽ saltem nobiliorem cuius- modi est visus vt sicut homo vidẽdo deum intelle- ctualiter glorificatur interius ita etiã vidẽdo deũ sensibiliter glorificaretur exterius. Quãdo dicis ꝙ nõ qꝛ gloria vel beatitudo anime fuisset tãta ꝙ suf ficiẽter redũdasset in corpus dato ꝙ nõ fuisset de⁹ corporaliter visus. Dico ꝙ quomodocunqꝫ debeat illud intelligi scꝫ de redũdantia glorie anime ĩ cor- pus: qꝛ difficile est videre modũ huius redũdantie et quid est illud qđ redundat: nunqꝫ tñ ceteris pari- bus fuisset ita ꝑfecta gloria corporis si nõ videretur deus corporaliter sicut modo cũ videtur. Secus est bene de aliquibus sensibus quorum actus nõ sunt ita nobiles nec in materiales sicut visus cuiusmodi est gustus et potẽtia generatiua de quibus etiã nõ oportet ꝙ habeãt obiectum beatificũ. Ponũt eñ aliquã indignitatem vel in actu vel circa obiectũ. ¶ Dices christus quãdo conuertit se ad vidẽdum alios ⁊ non videt seipsum non minus est actualiter beatus qꝫ quãdo respicit seipm: ergo ista visio cor- poralis dei nichil facit ad beatitudinẽ accidẽtalẽ. Respondeo probabiliter põt dici ꝙ christus semp videt seipsum corporaliter qꝫtũcunqꝫ etiam cũ hoc videat alia vel videre possit ⁊ oportet dicere ſm p̄ dicta. Alioquin non esset semper eque beatus acci dentaliter.

Ad.2. ¶ Ad secundam rationẽ diceretur ꝙ de⁹ fuisset incarnatus ad cõplendum ꝑfectionem vniuersi qꝛ ad habẽdũ per- fectionẽ glorie in electis modo predicto. Nec sequi tur propter hoc ꝙ debuerit naturã angelicam assu mere qꝛ illa nõ potest esse obiectum alicuius sensus nec virium inferiorũ. ¶ Aliter etiam diceretur ꝙ ad cõplendum ꝑfectionem vniuersi que in hoc con- sistit ꝙ vltima creaturarũ que tamen cũ omni crea- tura aliquo modo cõmunicat scꝫ homo ſm Grego

Grego. rium sup illud predicate euangelium omni creatu- re vnitur suo principio deo ⁊ est deus ⁊ sic est circu lus ꝑfectus in quo principiũ ⁊ finis idem ⁊ omnis creatura aliquo modo deificata est in homine ipso. Nec oportet ꝓpter hoc ꝙ fortiori ratione assumatur angelus: qꝛ sic nõ cõmunicat cũ omi creatura sicut homo. Nec est vltima creatura sicut homo licet sit nobilior creatura qꝫ homo.

Ad.3. ¶ Ad tertiam rationẽ diceretur ꝙ illa est bona cõgruentia ne.s.sũ ma ꝑfectio hoĩs eẽt occasionata.s.beatitudo xp̄i q̄ est summa ꝑfectio formalis beatifica possibilis in homine. Silr etiã nec ꝑfectio hoĩs q̄ cõsistit ĩ vnio ne sui ad deũ esset occasionata: qꝛ ĩ hoc sicut p̄dictũ est cõsistit ꝑfectio toti⁹ creature ⁊ vniuersi quoquo modo licet eñ maior ꝑfectio sit actus btĩfic⁹ ĩ hoĩe assumpto sicut arguitur ⁊ bene de illo respectu vnio- nis tñ in hoc cõsistit ꝑfectio totius creature et vni- uersi q̄ non debuit esse occasionata ⁊ quasi casualis ex pctõ. Nec etiã ꝑfectio vel beatitudo xp̄i debuit esse occasionata vel casualis: immo nec alicui⁹ alte rius. Nã sicut dictũ est in scđo si homo nõ peccasset oẽs electi qui saluabuntur saluati fuissent.

¶ Ad quartam rationẽ qñ dr̄ ꝙ incar- natio dei si homo non peccasset poneretur ꝓpter hoc: qꝛ.s. alias homo vide retur reportare cõmodũ incarnationis ex pctõ suo. Ad.4.
¶ Dico ꝙ nõ ponitur ꝓpter hoc qꝛ nõ est ĩcõueniẽs ꝙ aliquis occasionaliter et ꝑ accidẽs ex pctõ suo ꝑ se tñ ex aliqua alia causa. Puta ex bonitate alteri⁹ vel huiusmodi reportet magnũ bonũ ⁊ hinc est etiã ꝙ exclamat Gregorius. O felix culpa q̄ tm̃ meruit exclama habere redẽptorẽ. Meruit inqꝫ nõ ꝑ se sed occasio- tio greg. naliter ⁊ ꝑ accidẽs: qꝛ fuit occasio. Redẽptorẽ dicit qꝛ si nõ fuisset culpa nunqꝫ fuisset redẽptor vel libe rator a culpa sicut p̄dictũ est: licet absolute loquen do deus fuisset incarnatus ⁊ homo ⁊ cõmunicasset bonitatẽ suã homini nõ minus qꝫ si homo non pec- casset ꝓpter ꝯgruẽtias p̄dictas. hec de tertio articlo

¶ Ad primũ principale et ad ad argu. principa lia. alia tria dico ꝙ possunt ille auctoritates exponi si- cut ille de corpore questiõis vide ibi quomodo ex- ponuntur in tertio articulo principali ⁊c.

¶ Distinctionis Prime.
Questio Sexta ⁊ Ultima.

SExto ⁊ vltimo q̄ Questio de suppo sito crea- to. ro vtrũ repugnet supposito creato ꝙ substẽtet naturam aliã in seipso. ¶ Uidetur ꝙ sic qꝛ suppositũ qđ continet vir tualiter seu eminẽter ꝑfectio nẽ alterius suppositi põt na- turã illi⁹ substẽtificare. Sed sic est de aliq̊ supposito crea- to respectu alteri⁹. puta de supposito angeli respe- ctu suppositorũ naturarũ inferiorũ: qꝛ est supioris nature supiora aũt in vniuerso cõtinẽt ĩferiora emi nẽter sicut ꝑfectius ꝯtinet imꝑfecti⁹ ꝫ ⁊c. ¶ Scđo sic. Independẽs ſm aliquã depẽdẽtiã põt aliquã ta lẽ depẽdentiã terminare vt videtur. Sed suppositum creatũ est indepẽdẽs depẽdentia nature supposita bilis ad extrinsecũ suppositũ: ꝫ põt aliquã talẽ de- pẽdentiã terminare sꝫ hoc nõ est nisi substẽtare na- turã alienã in seipso: ꝫ ⁊c. ¶ Tertio sic. Unio ali- quorũ inter se hꝫ fieri rõne alicui⁹ cõueniẽtie ⁊ pro portiõis eorũ. Sed maior est cõueniẽtia ⁊ ꝓportio suppositi creati ad naturã extrinsecã creatã qꝫ sup- positi ĩcreati ad naturã creatã ⁊ maior cõnaturalitas Cũ ꝫ suppositũ increatũ sit vnibile cũ natura crea ta ⁊ possit eã substẽtare. videtur etiam ꝙ possit eaꝫ suppositum creatum.

¶ Contra vna natura creata nõ põt esse in diuersis ꝑsonis creatis qꝛ multi plicatꝫ ꝑsonis vel suppositꝫ creatꝫ multiplicatur natura in ipsis vt dictũ est supra: ꝫ silr ecõuerso vna ꝑsona creata nõ põt esse duarũ naturarũ: ꝫ suppositũ vel ꝑsona creata alienã naturã substẽtare nõ possunt.

¶ In ista q̄stione sic ꝓcedã. Primo ĩquirã vtrũ suppositũ creatũ possit extri secã naturã substãtialẽ ⁊ suppositabilẽ supposito ꝑ

prio substẽtare vel suppositare ĩ seip̄o. ❡ Secũdo vtrũ vnũ suppositũ creatũ possit substẽtare plures naturas. ❡ Tertio vtrum plura supposita creata possint eandem naturaʒ numero substẽtare. ❡ Ultimo ad rationes principales.

Prima opi. huiꝰ articuli cum suis rõnibus

❡ **Quantum ad primum est** vna opinio ꝙ impossibile est ꝙ suppositum creatũ sustentet naturam alienam substãtialem ⁊ suppositabilem supposito proprio. Sed hoc soli diuĩo supposito est adtribuẽdum. ❡ Ad hoc multe ratiões adducũtur.

Prĩa rõ

Prima est ista que est difficilis. Unio nature vnibilis cõicabilis ad suppositũ cui vnitur vel cõmunicatur ẽ ad ipsum vt ad incõmunicabile subsistens ⁊ etiam terminatur ad aliquid positiuũ incõmunicabile quod est ratio terminãdi sicut dictum est supra de vnione nature humane ad verbũ Sed nullum suppositum creatum est subsistẽs per aliquid positiuum incõmunicabile ĩmo nihil est in ip̄o positiuum incõmunicabile sed addit solam negationem supra naturam que non potest esse ratio terminandi respectum realem. ergo ⁊c. Ita ꝙ sicut implicat cõtradictionem ponere respectuʒ sine termino ita implicat ꝯtradictionem ponere vnionem talem nature create ad suppositum creatũ.

Scđa rõ

❡ Secunda ratio est ista Suppositum ex se formaliter limitatum ad certum genus ⁊ certam speciem/ ⁊ indiuiduũ entis creati nõ potest in se substẽtare aliã naturam creatam vt videtur q2 iam nõ esset limitatum nec artatum ad certã speciem vel naturã specificam sed extenderetur ad aliã. Sed suppositum creatum est huiusmodi nec põt nõ esse tale ip̄o manente quacũqȝ virtute. Ita ꝙ personalitas nature create adequata ẽ sue nature ⁊ ecõuerso. quare ⁊c.

3. ratio.

❡ Tertia ratio Maior est intimatio ⁊ vnio perfectior qua suppositum vnitur nature suppositando ip̄am ꝙ̃ illa qua deus illabitur nature ƀm generalem illapsum. Probatio quia prima vnio facit predicari naturam ꝯcretiue acceptam de supposito et ecõuerso nõ autẽ predicta. Unde ꝓpter vnionem nature humane ad verbũ cõueniẽter dicitur ꝙ verbum vel deus est homo ⁊ ecõuerso. Sed suppositũ creatum non potest illabi nature extrinsece quod ẽ minus vt patet quacũqȝ virtute q2 hoc soli deo cõuenit ergo nec vniri eidem qđ est maius ⁊ illapsus maxime specialis.

4. ratio.

❡ Quarta ratio In creaturis non est vnio plurium naturarũ in eodem supposito vel subiecto nisi vna se habeat ad aliaʒ sicut actus vel potentia. Patet de substãtia ⁊ accidẽte. Sʒ natura substãtialis cõpleta ƀm genus speciẽ ⁊ indiuiduũ cuiusmodi est natura substãtialis suppositabil' supposito ꝓprio põt se hr̃e ad aliam substãtiã sicut actus ad potentiã. Nec ecõuerso vt pʒ ergo ⁊c.

5. ratio.

❡ Quinta ratio ad terminandũ dependẽtiam extrinsece nature ad suppositum nõ sufficit quecunqȝ independẽtia sed indepẽdẽtia simpliciter excludẽs omnem dependẽtiam. Unde ⁊ verbum diuinũ per illud per qđ terminat vnionem nature assumpte est simpliciter independẽs sicut dictum est supra. Sed nullum suppostiuʒ creatum est simpliciter indepẽs ĩmo simpliciter dependẽs sicut et effectꝰ dei ⁊ creatura ergo ⁊c.

6. ratio.

❡ Sexta ratio Suppositũ respectu cuius natura extrinseca creata non est in potentia obedientiali nec ip̄m continet ꝑfecte suppositũ illius nature non potest talem naturam extrinsecam assumere. Hoc patet q2 diuinũ suppositum eoipso ꝙ tale ẽ respectu nature create potest ip̄aʒ assumere. Sed suppositum creatum tale est ꝙ natura creata nõ est in potentia obediẽtiali respectu eius quia suppositum creatuʒ nõ agit suo imperio: ita ꝙ suũ agere sit suum velle nec etiam ꝯtinẽtur perfecte suppositum creatum vel ꝑfectio eius ab eo q2 tũc posset ipsum creare. ergo ⁊c.

Alia opinio ꝓbabilior.

❡ **Sed istis non** obstantibus aliter dici potest ꝙ supppositum creatum substẽtare extrinsecam naturam suppositabilem potest intelligi dupliciter. Uno modo effectiue causando scilicet vnionẽ nature extrinsece ad seip̄m. Alio modo potest hoc intelligi terminatiue terminãdo scilicet vnionem talem per quaʒ natura extrinseca sibi vniatur ⁊ in ip̄o substẽtetur.

Nota.

❡ Primo mõ dico ꝙ suppositum creatum nõ põt substẽtare naturam extrinsecã suppositabilẽ in ꝓprio supposito quicquid sit de natura accidentali q̃ nõ est suppositabilis ꝓprio supposito. ❡ Secũdo modo põt dici ꝙ potest substẽtare naturam creatã sic ꝙ terminaret talem vnionem causabilem in natura extrinseca a voluntate diuina ⁊ terminabileʒ ad ip̄am. ❡ Primũ ꝓbatur 4r. Primo quia suppositum creatum nõ cõtinet virtualiter ⁊ eminenter perfecte aliud suppositũ creatũ nec ꝑfectionem eius. Secũdo q2 natura creata suppositabilis proprio supposito nõ est nisi in potentia obedientiali vt vniatur extrinseco supposito non est enĩ in potẽtia naturali q2 tũc violenter subsisteret vel saltẽ nõ naturaliter in ꝓprio supposito quod est falsum. ❡ Tertio q2 sicut vnum suppositum creatum non potest facere naturã suã sine ꝓpria suppositatione quia naturaliter ab eodeʒ simul accipit naturam ⁊ suppositationem nec est in sua potestate ita etiam nec aliam naturam eiusdem rationis creatã potest facere sine ꝓpria suppositatione vt videtur. Nõ est enim minus naturaliter determinata alia ad ꝓp̄aʒ suppositationẽ ꝙ̃ sua. ❡ Quarto q2 qua ratione posset naturam aliã vnire sibiip̄i eadem ratione et alicui alteri. Hoc autem non videtur possibile q2 si posset vnire naturam aliã sibiip̄i ⁊ alteri eadeʒ ratione aliter posset vt videtur ⁊ ita per naturã posset fieri ꝙ eadem natura subsisteret in pluribꝰ suppositis quorum qđlibet assumeret eã alteri ⁊ posset etiam assumere sibiip̄i. ❡ Ultimo videtur q2 non ẽ minus determinata natura substãtialis creata ad subsistendum in ꝓprio supposito ⁊ nõ in alio ꝙ̃ natura accidẽtalis in extrinseco supposito ⁊ nõ separari ab illo. Sed per naturam fieri nõ potest ꝙ accidens nõ sit in subiecto vel sit separatum ab ipso ergo nec aliud ergo ⁊c.

ꝓbatio scđi.

❡ **Secundum** ꝓbatur etiã. Primo sic ab aliquibus Maius est terminare dependẽtiã causati ad causam ꝙ̃ nature ad suppositum q2 dependẽtia causati ad causam arguit in causa ꝑfectionem nõ autem vnio illa sed aliquod suppositum creatum puta angelus potest terminare primam q2 est causa multorũ effectuum ergo ⁊c. ❡ Secũdo q2 quãto suppostiuʒ est magis independẽs tanto magis potest terminare talẽ dependẽtiam vnionis ad ip̄m. Sed suppositum creatum est magis independẽs ꝙ̃ suppositum increatũ quia istud est absolutũ ⁊ illud respectiuũ. ergo ⁊c. ❡ Tertio q2 hoc nõ dicit perfectioneʒ simpliciter

nec arguit in supposito creato ⁊ ita non ponit ipm̃ extra limites creature. quare ⁊c.

Solutio p̃cedētiũ rationũ.

¶ Iste rationes non cõcludunt. Nam ad primam diceretur ꝙ angelus nõ potest terminare dependētiaꝫ alicuius substantie create vt causati ad causam qꝛ angeli nullam substantiam possunt causare sicut dictuꝫ est in secũdo ⁊ ita saltem de angelo nõ concludit. ¶ Ad secũdam diceretur sicut oĩno est dicendum ꝙ diuinum suppositum nõ obstãte ꝙ sit respectiuũ multo magis est independēs ꝙ̃ suppositum creatũ Nam illa relatio ꝑ quam cõstituitur diuinũ suppositum non solum nõ est dependētia imo excludit a diuino supposito omnem dependētiam: nõ sic autē suppositum creatum independēs est qualibet depēdentia vt pꝫ qꝛ creatum est non obstãte ꝙ sit suppositum absolutum. ¶ Ad tertiam etiã diceretur ꝙ licet terminare talem vnionē nõ ponat ꝑfectionem in supposito creato tamē sibi nõ potest cõuenire sicut nec inherere accidētis potest supposito cõuenire licet non poneret ꝑfectionem in ip̃o ĩmo magis imꝑfectionem: poneret enim ip̃m extra limites talis substãtie licet nõ faceret ip̃m esse deum.

Rões auctoris ꝓbabiliores.

¶ Adduco igitur alias ratiões. Prima est ista. Sicut se habet natura accidētis ad suppositari in supposito substãtie create extrinseco naturaliter sic videt̃ ꝙ se habeat natura substãtialis creata ad suppositari in supposto creato alieno siue extrinseco. Et hoc supernaturaliter vt videtur. Sicut enim se hꝫ hoc ad illd̓ naturaliter ita hoc ad illud supnaturaliter. Sꝫ natura accidētalis substētat̃ naturalr̃ ab extrinseco supposito substantie ꝙ̃ natura substãtialis creata supnaturaliter opante supernaturali potest substētari in extrinseco supposito creato. ergo ⁊c. ¶ Secũda ratio. Non magis determinatur natura substãtialis creata ad hoc suppositum quod ē suũ ꝙ̃ natura accidētalis ad hoc suũ subiectum absolutute loquēdo: qꝛ vtrũqꝫ ad vtrũqꝫ naturalit̃ determinat̃. Sed accidēs illud põt substentari in alio subiecto virtute diuina ꝙ̃ in isto quod est mõ suuꝫ virtute diuina p̃cipue accidēs nõ proprium sed separabile ergo similiter natura hec ĩ alio supposito creato igitur suppositum creatum potest talē vnionem nature ad ip̃m termĩare. ¶ Tertia rõ. Illico est ponēdum possibile vel cõpossibile cui non apparet aliqua ratio impossibilitatis vel incõpossibilitatis. Sꝫ nulla apparet ratio ĩpossibilitatis vel incõpossibitatis ꝙ in natura creata fundetur talis respectus vnionis ⁊ terminetur ad suppositũ creatum qꝛ nulla ꝯtradictio implicatur. ergo potest deus facere suppositum creatum talem vnionem termĩare ¶ Quarta rõ qꝛ duplex negatio quã addit creatũ suppositum supra naturam põt auferri a natura et natura separabilis est ab ip̃a virtute diuina. Ponamus ergo ꝙ deus tollat illam negationem nõ videtur probabile ꝙ ex hoc necessitetur ad assumendum illam naturam. Cum ergo nõ possit tolli illa negatio dependentie actualis ad extrinsecum nisi per positionē dependentie. Videtur ꝙ deus in tali natura possit causare depēdentiam vnionis ad suppositum creatum ergo ⁊ vnionem terminare.

Summatio auctoris circa p̃dicta.

¶ Dico ergo ꝓbabiliter s̃m premissas rationes ꝙ suppositum creatum potest naturam substãtialem alienam substentare nec est in hac aliqua repugnantia vt videtur. ¶ Scd̓o dico ꝙ ratio terminãdi vnionem talem nature extrinsece ad suppositum creatũ non posset dici illa negatio duplex per quam suppositum creatum est formaliter suppositum qꝛ negatio nõ est ratio terminãdi aliquem respectũ realem positiuuꝫ cuius est ista vnio sed aliq̃d positiuũ esset ratio terminãdi in supposito puta natura ip̃a singularis ip̃ius singulariter suppositum vero esset ip̃m vltimate terminãs: sicut etiam suo modo planum est ꝙ ratio formalis terminãdi respectum realem inherentie ad suppositum substãtie cui inhereret non est negatio illa suppositata sed ip̃a natura singularis ip̃ius suppositi est ratio terminãdi ⁊ ipsum suppositum est quod vltimate terminat inquãtum suppositum est. Unde hic est accipere duo puta ꝙ talis respectus terminatur ⁊ hoc est ꝑ rationē formalem positiuam ex parte terminãtis ⁊ qd̓ vltimate terminatur ⁊ istud nõ opꝫ ꝙ sit ꝑ aliquid positiuum sed per negationem: qꝛ hoc quod est vltiate nõ dicit vltra terminationē aliquid positiuũ sed tm̃ negationē vlterioris dependētie ad aliq̃d extrĩsecum ⁊ hoc potest cõuenire vel per negationē quã dicit suppositum scilicꝫ ꝙ vnio nature sibi vnite nõ terminetur vlterius ad aliquid: licet nõ possit sibi cõuenire ꝙ ad ip̃m terminetur qꝛ suppositũ habet per illam negationem formaliter ꝙ nulli alteri ĩnitatur nec per cõsequens illud quod innititur sibi. ¶ Tertio dico ex hoc ꝙ ista vnio bene terminatur ad incõmunicabile subsistens sicut etiam vnio ad diuinum suppositum ⁊ ꝙ̃tum ad hoc simile est. Sꝫ nihil incõmunicabile positiuũ est sibi ratio terminandi sicut in diuinis ⁊ quãtum ad hoc dissimile ē hinc ⁊ inde. ¶ Quarto dico ꝙ illa vnio nature ad suppositum creatum non esset eiusdem rationis cũ vnione ad verbum vel ad diuinum suppositum sed alterius sicut est terminus vel ratio formalis terminandi. ¶ Ex quo ptꝫ ꝙ nõ oportet ꝙ aliquid incõmunicabile positiuũ sit ratio terminandi eam sicut illam aliã. Hoc de positione articuli principal̃.

Nota hec.

Ad argumēta aliorum.

¶ Ad primum aliorum dico ꝙ ista vnio licꝫ sit ad incõmunicabile subsistēs nõ tamen sic sicut vnio nature humane ad diuinũ suppositum. Et ita nõ oportet ꝙ formalis ratio terminandi sit aliquid positiuum incõmunicabile sed sicut predictum est in corpore positionis. Unde istd̓ argumentum bene cõcludit ꝙ natura creata nõ potest vniri supposito creato eadem vnione qua vnit̃ natura humana verbo nec aliqua eiusdem rõnis sꝫ ꝙ simpliciter loquēdo nõ possit sibi ypostatice vniri non concludit. ¶ Ad scd̓m dico ꝙ suppositum creatum sic est limitatum ad certam naturam creatam ꝙ impossibile est in ip̃o subsistere aliam naturam tanꝙ̃ in ꝓprio supposito: sed bene possibile est hoc tanꝙ̃ in supposito alieno ⁊ extrinseco ⁊ tunc ĩ nullo illimitato ex hoc enim remanet in ꝓpria natura tanꝙ̃ suppposituꝫ eius ꝓprium cui illa natura dat esse substãtiale substētando ip̃m. Non sic autē extendit ad naturam illaꝫ que sibi ĩnititur sicut pꝫ ideo nõ valet. Unde ad hoc ꝙ suppposituꝫ aliquod substentet alienam naturã terminatiue nulla req̃ritur infinitas vel illiminatio in ip̃o nec etiam in diuino supposito sicut dictum est in supra. ¶ Ad tertium dico ꝙ licet sit perfectior vnio ꝙ̃tum ad p̃di-

cationem mutuam suppositi et nature substentate ꝙ vnio vel intimatio ꝺm illapsum nō tamē illapsꝰ ad istam vnionē reqritur nec etiā de supposito diuino ꝯcluditur illapsus in naturam assumptaꝫ ex ista vnione sed sufficit siue suppositū illabatur siue non ꝙ possit talem vnionē terminare īmoforte qꝺ plus est nec presentia suppositi substētantis requiritur ad naturam substētatam. Unde ⁊ vnum suppositum rome forte posset terminare vnionem talem alicuiꝰ nature existētis parrhisius ad ipꝫ tamē non curo de hoc. Nō opꝫ etiam dato ꝙ creatū suppositum non possit illabi nature create ꝙ nō possit talem vnionem eiꝰ terminare quia illabi arguit in illabente virtutem manutenētie ꝯseruantem illud cui illabitur. Unde ⁊ deus illabi dicitur ꝺm illū triplicem modum essendi in ipsis essentie p̄sentie ⁊ potentie cōseruātis qꝺ arguit (hoc supposito de deo) in deo perfectionē summā vel saltem que nō cōuenit creature. Sed istud terminare nō arguit perfectionem talem vt dictum est supra nec etiā in supposito diuino.

Unio in creaturꝫ pōt esse vnio. ¶ Ad quartum dico ꝙ in creaturis potest esse vnio nō per informationem cuiusmodi est vnio predicta ita ꝙ nec suppositum creatū substentans nec natura substētata erit actus vel potetia ⁊ tamē erunt vnum suppositū nec sicut etiā suo modo de diuino supposito ⁊ natura humana. Nec est simile de accidente ⁊ forma que vniūtur subiecto vel materie per informationem sicut pꝫ. ¶ Ad quintū dico ꝙ ad terminādū depēdētiā nature extrinsece ad suppositum sufficit ꝙ aliqd sit independens eo modo quo suppositum creatum est indepēdens. Nec requiritur ꝙ terminans sit simpliciter ⁊ omnino independēs. Unde licet suppositum diuinum per illud ꝑ quod terminat sit simpliciter independens nō tamē hoc est ꝑ se ⁊ ideo non opꝫ hoc eē in omni terminātē. Similiter etiā qꝛ vnio predicta nature create ad suppositum creatū non est eiusdeꝫ rationis cum illa ad suppositum increatū ⁊ ita non oportet ꝙ sicut ratio terminādi in supposito īcreato est ratio ꝙ ipm̄ sit independēs simpliciter ⁊ omni dependētia ꝙ etiam in supposito creato. ¶ Ad sextum dico ꝙ bene arguit ꝙ suppositum creatum non potest efficere illam vnionem nature create ad ipm̄ qꝛ non est in potentia obediētiali receptiua in ꝯparatione ad suppositum creatū quin tamē possit terminare illam vnioneꝫ nō ꝯcludit. Unde nec suppositum creatū per hoc termīat ꝙ natura creata est in potētia obediētiali respectu eius ⁊ hoc de primo articulo principali.

¶ **Quantum ad secūdum articulum** ⁊ tertium Remitto ad illa que dicta sunt ī precedenti tertia questione qꝛ eodeꝫ modo substentari potest ⁊ probari ꝙ suppositū creatum vnicum potest plures naturas substētare ⁊ plura supposita creata vnicam naturam creatam singularem: ⁊ iō nihil de istis articulis amplius est dicendum.

Ad argumēta pncipalia. ¶ **Ad primum principale dico** ꝙ verum ꝯcludit nō tamen bono medio qꝛ suppositum creatum siue cōtineat perfectioneꝫ alteriꝰ suppositi creati siue nō tamē hoc non est sibi ratio quare possit vnionem terminare eque eꝺ suppositū hominis potest terminare vnionē nature angelice ad ipm̄ sicut ecōuerso licet nō ꝯtineat perfectionem nature angelice. Tamē dico ꝙ nō perfecte cōtinet eo modo quo videtur ꝑ argumētum importari licet bene aliquo modo pro tāto qꝛ est nature excellentioris vel etiam melioris. ¶ Ad secūduꝫ argumētum licet possent dici multa circa ipm̄ tamen gratia cōclusionis concedo ipm̄ ꝙ independēs suppositum eo modo quo dicitur ibi potest dependentiam ad suppositationem terminare. ¶ Ad tertiū dico ꝙ licet argumētum cōcludat verū tamē ratio maioris vnionis nō est maior ꝯueniētia sed sicut dictum est supra. ¶ Ad illud in oppositū dico ꝙ vna natura creata potest esse in diuersis vel pluribus ꝑsonis extrinsecis sicut dictū est supra in tertia questione precedēte qꝛ pōt suppositari in pluribꝰ ꝑsonis extrinsecis. Non dico in pluribus ꝓpriis ⁊ intrinsecis. Et similiter dico ꝙ vna ꝑsona creata pōt substētare plures naturas creatas siue sic ꝙ vna sit sibi ꝓpria ⁊ intrinseca siue sic ꝙ ille plures sint extrinsece cum sua tamē intrinseca. ¶ Dices contra *obiectio* predicta ꝙ persona diuina habet singularem independentiam per suam ꝓprietatem personalem ergo videtur ꝙ habeat singularem modū terminādi aliquam dependētiam in creatura ⁊ illa dependentia nō videtur nisi nature assumptibilis ad extrinsecum suppositum ⁊ ꝑ ꝯsequēs suppositum creatum non potest talem dependētiam terminare nec naturam aliam creatam substātialem substētare. ¶ Dico ꝙ si argumētum istud aliquid cōcludit nō concludit nisi ꝙ suppositum creatum nō potest aliquā dependētiam eiusdem rationis nature vnibilis ad suppositum terminare cū illa quā terminat verbuꝫ Hoc etiā cōcludit de supposito patris ⁊ spūs sancti qꝛ nō habent illam independētiam quam habet verbum per suam ꝓprietatem personaleꝫ sed quin possit aliquam aliā alterius rationis terminare nō concludit sicut nec de supposito patris et spiritus sancti. Sic de isto.

¶ Distinctionis secūde libri tertij sentētiarū. Questio prima.

Circa secundā distinctionem quero primo vtrū verbum potuerit assumere naturam irrationalem. ¶ Videtur ꝙ nō qꝛ verbum nō potuit assumere naturā q̄ non potuit scire se esse assumptaꝫ vt videtur. Alioquin oportet dicere ꝙ nescit aliquis si ē assumptꝰ vel non a diuino supposito. Sed natura irrationalis nō potest se nosce esse assumptā ergo. ⁊c. ¶ Secundo sic verbū nō poterit assumere naturaꝫ repugnantem sue ꝑfectioni ⁊ dignitati secūdum quā cōsequeretur aliquam vilitatem. Sed natura irrationalis est huiusmodi. Indignū enim valde est ꝙ deꝰ sit vnus lapis vel vna vacca vel vnus buffo ⁊ huiusmodi. ergo ⁊c. ¶ Tertio sic. Illa natura nō est vnibilis verbo que nō est capax summe gratie quia *Aug. 13. de trini.* vnio ista beata summa gratia ē ꝺm Augustinū. 13. de trinitate. Sed illa natura irrationalis nō est capax summe gratie īmo nec gratie. ergo ⁊c.

¶ **Contra** Natura irrationalis nō minus est in potētia obediētiali ad suppositabilitatem extrinsecam virtute diuina consequendam quā natura rationalis. Sed illa est vnibi

lis verbo.ergo ⁊c.

¶ In ista questione sic proce/dam. Primo ponam vnā opinionem de questione cum suis motiuis. ¶ Secūdo ponam aliā quaꝫ in tendo tenere arguēdo cōtra primaꝫ. ¶ Tertio po naꝫ aliquos modos dicēdi sub illa qōne. ¶ Quar to respondebo ad motiua aliorū. ¶ Ultimo ad rationes principales.

An ꝟbū potuerit assumere nām irrōnalem.

¶ Quantum ad primum est vna opinio aliquorum ꝙ loquēdo etiam de potentia dei absoluta verbum nō potuit nec potest assumere naturam irrationalem ad vnitatem suppositi nō ex impotētia ipsius dei sed ex imperfectione talis nature cui repugnat assumi nec est vnibilis diuino supposito. ¶ Ad hoc adducūtur quattuor rōnes.

Rōnes pme opi.

Prima est ista. Illa natura nō est assumptibilis a diuino supposito que nō est personabilis qꝛ suppositum diuinum ⁊ psona idē sunt penitus extra ītellectum ⁊ quod suppositatur in ipō psonatur. Sed natura irratiōalis nō est psonabilis imo repugnat sibi esse personā vel psonari qꝛ psona est nature rationalis incōmunicabilis extrinseca vel indiuidua

Boeti⁹ ⁊ Ricar.

¶ Ad primũ principale Dico q̃ licet partes sint priores toto generatione nõ tamen opꝫ q̃ vnione vel assumptione ita q̃ pri⁹ vniãtur vel assumantur sicut etiã nõ opꝫ q̃ prius cõuenit eis passio totius q̃ toti sicut etiã nõ dicũtur põres generatiõe qꝛ prio generẽtur sed totũ cõpositũ septimo metaphi. sed qꝛ impfectiores in entitate ⁊ cause partiales ⁊ ita nõ opꝫ q̃ primo assumãtur sicut nec primo agãt vel q̃ primo operẽtur. ¶ Ad secũdum dico q̃ licet assumpto toto assumãtur partes eadem assumptione q̃ est primo toti⁹ ⁊ non ecõuerso qꝛ assumptis ptib⁹ suis ꝓpꝛijs assumptionibus vel vnionibus sicut fuit in triduo assumat̃ totũ nõ tñ opꝫ q̃ partes prius assumãtur rõne talis cõsequẽtie. Non eñ opꝫ q̃ oẽ prius ẽm talẽ ꝯñam sit prius ẽm vnionẽ vel naturã sicut qꝛ seq̃tur Ignis ergo calidũ nõ tamẽ ecõuerso calidũ ġ ignis ⁊ tamen nõ opꝫ q̃ calor sit prior igne sed ignis prior est suo calore: licet sequatur ignis est ergo calor est nõ tamẽ ecõuerso sic in ꝓposito. ¶ Ad tertiũ dico q̃ maior nõ est vera nisi eadem assumptiõe vel vniõe maneãt assumpta qua pri⁹ modo ptes licꝫ manerẽ assumpte in triduo nõ assumpto nõ tñ eadẽ assumptione qua totuꝫ ⁊ ip̃e prius cũ toto sed nouis vel alijs assumptiõib⁹ vel vnionibus sicut tactũ est supra ⁊ probabiliter põt dici ⁊ sic de isto.

¶ Distinctionis secunde. Questio Quarta ⁊ Ultima.

Quarto ⁊ vltimo Quero vtrũ Organizatio ⁊ formatio carnis xp̃i p̃cesserit incarnationẽ verbi. ¶ Videtur q̃ sic. ita q̃ nõ fuerint ista simul/ corpus vnde formatũ est corp⁹ vel caro xp̃i fuit anrarius ⁊ post formationẽ densius. Sed hoc nõ potest fieri sine motu locali. Motus aũt localis nõ potest eẽ in instãti. ergo nec ista formatio in instanti. Cum igitur fuerit in insta ptꝫ q̃ nõ simul fuerint ista. ¶ Secũdo sic. Corp⁹ illud vñ formatũ est corp⁹ xp̃i vel caro prius fuit figuratum vna figura ⁊ post formationẽ alia. Sed hoc nõ potuit eẽ sine mutatiõe qꝛ ẽm aliã figurã occupari oportet aliũ locum. ergo ⁊c. ¶ Tertio sic August. dicit ⁊ Mgr̃ ponit in lr̃a distinc. sequẽti tertia. ca. vltimo sup illud Jo. Soluite templũ hoc. ⁊c̃. q̃ numerus. xlvi. sex dierꝫ p̃fectiõi dñici corpis/ qꝛ dicunt philosophi q̃ tot diebus forma hũana corporis p̃ficitur. Sed incarnatio fuit in instanti ⁊ silr̃ aĩatio ġ nõ fuerũt ista simul cũ organizatione.

August.

¶ Contra Magister in lr̃a ca. vltimo hui⁹ distinctionis ⁊ in sequẽti distinctione. 3. ca. vltimo ⁊ allegat in hac distinctiõe Augustinũ de fide ad petrũ firmissime tene ⁊ nullaten⁹ dubites nõ carnẽ xp̃i sine diuinitate cõceptã in vtero virginis priusq̃ susciperetur a verbo. Sed ipsum verbũ in sue carnis assumptiõe ꝯceptũ ipamq̃ carnem verbi incarnatione ꝯceptã. Allegat etiã August. de trinitate ⁊ Gregoriũ in moralib⁹ vide ibi.

¶ In ista questione sic procedam. Primo p̃mittam aliqua ꝯcurrẽtia ad incarnationem verbi benedictam. ¶ Secundo in q̃ram Utrũ omnia ista simul fuerũt ẽm durationẽ ⁊ quis ordo istorum ẽm naturam. ¶ Tertio mouebo aliquas instantias et soluam. ¶ Ultimo ad rationes principales.

¶ Quantũ ad primũ dicitur q̃ quattuor cõcurrũt ad incarnationẽ. ¶ Primũ fuit trãslatio materie debite ad locum generatõis in vtero virginali. ¶ Scdꝫ fuit formatio corporis xp̃i vel carnis seu fabrice corporalis. ¶ Tertium fuit aĩatio seu aĩe ĩfusio. ¶ Quartũ vnio vel assũptio totius aĩati. In nobis eñ prio est motus localis nature ad locũ generationis in matre Puta ad matricẽ ⁊ ĩ matrice alteratio multe alteratiõis dispositiue ad formã corporis ⁊ diuersitatẽ organorũ vel membrorꝫ ⁊ iste alterationes sunt vel mot⁹ ⁊ tãdem ex parte corporis sequitur cõpleta organizatio ⁊ pfecta ⁊ vlterius infunditur aĩa a deo Ita q̃ organizatio dupliciter accipi potest. Uno mõ dispositiue ⁊ sic nõ est nisi dispositio ⁊ alteratio materie ẽm diuersas ptes suas aliter ⁊ aliter dispositas ad diuersa membra vel organa ⁊ est vere motus. Alio⁰ põt accipi cõpletiue ⁊ pfecte qñ habet̃ forma que dat subãliter esse carnis ⁊ ossis qꝛ illa est vnica forma mixtiõis p̃uia aĩe rõnali sicut dixi in scdo. ⁊ sic organizationẽ p̃cedit alteratio in nobis ⁊ organizatione cõpleta in nobis sequitur aĩatio. Accipiendo ġ indistincte organzationẽ seu corporis formationẽ numeraui quattuor p̃dicta ad incarnationem cõcurrentia. Et hec de prio articulo p̃cipali.

4. adverbi incarnationez ꝯcurrentia.

Organi. duplex.

¶ Quantum ad secũdum dico primo de origine nãli istorꝫ q̃ primũ locuꝫ tenet trãslatio materie ad locũ gñationi ꝯuenientẽ puta ad matricẽ virginis. Secũdo fuit formatio corporis xp̃i in matrice ⁊ organizatio ip̃a. Tertio fuit aĩatio vel aĩe infusio. Et sic tota natura perfecta. Quarto fuit vnio vel assumptio ⁊ iste ordo naturalis incipiẽdo ab vltimo. Nam cũ vnio nõ sit nisi respectus quidã fundatus in tota natura primo ⁊ immediate sicut dictũ est in qõne p̃cedẽte et resolutio vel respect⁹ necessario p̃supponat fundamẽtũ sicut naturalr̃ pri⁹ ip̃o precipue de respectu eẽntialr̃ distincto a fundamẽto ⁊ accidẽtali sibi sicut ẽ in ꝓposito. Patꝫ q̃ vnio ad diuinũ suppositũ p̃supponit totã naturam integrã ⁊ perfectã ⁊ per ꝯñs corporis aĩationẽ. Similiter etiã corporis aĩatio p̃supponit corporis formationẽ qꝛ act⁹ actiuorꝫ nõ sunt nisi in patiẽte disposito scdo de aĩa. Et ita quartuꝫ p̃supponit naturaliter tertiũ ⁊ tertium scdm. Silr̃ etiã scdm scꝫ carnis vel corporis formatio seu corporis organizatio p̃supponit primũ qꝛ fetus format̃ in matrice tanq̃ in loco naturali ad hoc deputato/ ⁊ ita si materia nõ est presens oꝫ eã primo ad locuꝫ illũ trãsferri ante corpis formationẽ. Añ dico saltẽ ordine nature Et sic pꝫ ordo nãlis istorꝫ quattuor.

Nãlis ordo ꝯcurrentiũ in incar. p̃bi.

Arist. 2. de aĩa.

¶ De simultate vel ordine duratiõis istorꝫ q̃tuor. Dico absolute q̃ ista oĩa fuerũt in eodẽ instãti durationis opante spũ sancto in vtero p̃ginis: ita q̃ trãslatio materie ad locũ ꝯuenientẽ ⁊ organizatio

Simultas vł duratio p̃dictorum.

pfecta q̄tū sufficit ad aīatione ꝛ aīatio ꝛ vnio to-
tius nature in eodē instanti durationis ꝛ simul sunt
pulchre rationes facta. ¶ Primo qꝛ hoc attestat̄ ꝟtuti diuine opanti
ibi mirabiliter. ¶ Scdo qꝛ nō appet rō nec ꝯgruē
tia q̄re duo prima fuerunt facta p tps. Puta mr̄ie
trāslatio ꝛ ipi⁹ dispō ad formā substātialē primam
donte eē corporeū qꝛ rōnabiliter pōt dici ꝙ nec ta-
lis trāslatio nec talis dispō que in nobis est altera-
tio fuerūt vere mot⁹ successiui sed instātanee muta
tiones vna ad locū alia ad formā licet nō sic in no-
bis qꝛ in nobis sunt ꝟe mutatiōes successiue ꝛ veri
motus ꝛ impossibile est eas fieri vel aliq̄s eiusdem
rōnis in instāti quacūq̃ ꝟtute sicut ꝛ motū verū vt
dictum est in primo ꝛ in secūdo.

Nota. hec. ¶ Nota hic ꝙ nō oꝫ dicere trāslationē ma-
terie ad matricē fuisse factā in istā
ti incarnationis sed ante potuit in tpe ꝛ nāliter fie
ri per ꝟginē nisi forte dicat̄ ꝙ in matrice nō ꝑerat
sufficiēs materia ad forōnē corporis ꝛ oportue
rit suppleri residuū per missionē instātaneaꝫ ꝟtute
spūs scti. ¶ Tertio pꝫ hoc spāliter de organizatō
ne ꝯpleta ꝙ simul duratiōe fuit cū aīatiōe ꝛ vniōe
ꝛ pari rōne aīatio cū vniōe qꝛ alias ꝟgo nō genuis-
set deū ꝛ hoiem. Nā organizatiōe cōpleta cessauit
actio virginis. Et similiter etiā aniatio si ꝑcessisset
duratione ipam vnionē idē seqtur. ¶ Quarto ēt
qꝛ ad hoc seqtur ꝙ natura hūana xp̄i aliq̄n fuisset
suppositata ꝓprio supposito qꝛ ex quo ponitur na-
tura subālis cōpleta ꝫm gen⁹ spēm ꝛ indiuiduū nō
vnita extrinseco supposito necessario ponit̄ vel re-
linquit̄ in ꝓprio supposito qꝛ ꝓpriū suppositū natu
re create dicit negationē actualis initētie vel depē
dentie illi⁹ nature ad extrinsecū suppositum vt pꝫ.
Hoc aūt nō est verū. Sicut enim natura humana
manēs in esse nūq̄ post vnionē fuit relicta ita nec
ante assumptionē fuit aliq̄n nō assumpta. ¶ Qui
to idē supposito fuit hō genitus vel cōcept⁹ ꝛ nat⁹
ꝛ augmētat⁹. Sed homo ille augmētat⁹ ꝛ nat⁹ est
ver⁹ deus ꝗ etiā cōcept⁹ est ver⁹ deus. Hoc ꝯfirma
tur auctoritate August. de trini. ꝛ ponit̄ in lr̄a di-
centis sic. Non aūt in vtero virginis prius caro su
scepta est ꝛ postmodū diuinitas venit in carnē: sed
mox vt verbū venit in vterū seruata vnitate ꝓprie
nature factū est caro ꝛ ꝑfect⁹ est hō in vnitate car-
Grego. nis ꝛ anime nat⁹. Hoc etiā dicit Grego. in mora-
libus. Angelo inqt annunciante ꝛ spū adueniente
mox verbū in vtero mox intra vterū ꝟbum caro.
Hec de secundo articulo principali.

Instātie circa ꝑdicta. ¶ Quantum ad tertium ar-
ticulū insto tripliciter. ¶ Primo sic. Impossibile
est aliqd trāsferri localiter nisi p motū localē vt vꝫ
qꝛ loci mutatio nō est nisi motus. Sed motus loca-
lis cū sit p eēntiā successiuū nō pōt esse in instāti ꝗ
illa trāslatio mr̄ie nō fuit in instāti aīatiōis ꝛ vnio
nis. ¶ Scdo sic substātia gn̄abilis nō hētur nisi p
gn̄atiōnē q̄ est termin⁹ vel mot⁹ nisi forte p creatio
nē p quē modū nō fuit natura hūana habita in xp̄o
Sed illum veꝝ motum opꝫ esse in tpe ꝛ nō pōt ha-
beri in instāti igr̄ natura hūana xp̄i nō fuit habita
in instāti. ¶ Tertio sic. ꝟgo mat̄ coopata ē aliqd
actiue vt vꝫ ad gn̄atiōnē filij vt dicetur infra ꝛ per
ꝯn̄s ad illā translationē manterie ꝛ organizationē
ꝛ dispōnē materie. Sed ipossibile ē ꝙ creatura co
operetur deo ad trāsferēdum corpus de loco ad lo
cum in instāti. Hoc eīn soli virtuti īfinite ꝯuenit.
Similiter ad disponēdū ꝫm qualitates ī qb⁹ est mo
tus in instāti pari rōne ꝗ illa nō fuerūt in instāti in
ꝯceptiōe xp̄i ꝛ p ꝯn̄s nō in istāti aīatiōis nec vniōis

¶ Ad ista respōdeo Ad primū ꝙ alt
qd trāsferri loca
Solu. instātiarū ꝑcedētiū liter de loco ad locū pōt fieri sine motu locali q̄ ve-
re sit mot⁹ ꝛ aliqd successiuū sed p mutatiōnē instan
taneā simplicē ꝛ indiuisibilē virtute diuina saltem
sicut fieret de corpore xp̄i in altari posito ꝙ nō re-
maneret in celo sicut posset deus facere. Tūc enim
de celo trāsferretur ad altare in instanti sic in ꝓpo-
sito. ¶ Aliter respondēt alij ꝙ motus localis per
id qd est virtute diuina pōt esse in instāti. Sꝫ istud
improbatū est in scdo. ¶ Ad scdm dico ꝙ substan
tia gn̄abilis virtute nature non habetur nisi p mo-
tum vel alteratiōnē ꝑuiam gn̄ationi ꝛ ipam gene
rationē que ē mutatio terminās illū motū quocun
q̄ modo. Sed virtute diuina pōt hr̄i similiter sic ꝙ
in eodē instāti sint due mutatiōes quaꝝ vna sit ꝑor
natura ꝛ dispositiua ad formā ꝛ alia sit generatio
ipa īductiua forme. ¶ Ad terium dico ꝙ si trās-
latio illa materie fuit in instanti et etiam alteratio
dispositiua ad formam incorpoream fuerunt in in-
stanti ipsius generationis ꝛ eductionis forme cor-
poree sicut puto ꝙ ad illas non fuit cooperata bea
ta virgo actiue nec oportet hoc sed deus immedia
te fecit eas. Sed supposito ꝙ cooperata fuerit a-
ctiue ad generationem de quo diceretur infra.
Dico ꝙ fuit cooperata ad eductionem instantane-
am forme substātialis corporee que educitur in in-
stanti etiam in alijs a parētib⁹ quoquo modo istud
sit intelligēduꝫ ꝛ ita nō tollitur ab ea ratio matris
vel parentibus imo vere genuit dominum nostruꝫ
Jesum Christum.

¶ Ad primum principale di-
Ad arg. ꝑncipa. co ꝙ motus rarefactiōis nec cōdensationis siue sit
localis siue nō: qꝛ planū est ꝙ p se primo non est lo
calis licet ipm frequēter cōcomitet̄ localis. Rarū
eīn ꝛ densum sunt qualitates nō potest esse nec fie
ri in instāti sed id ipsum qd fieret p motum fieret a
deo ꝛ posset fieri per simplicē mutatiōnē ꝛ instāta
neam sine motu. ¶ Per idē ad scdm de figuratio-
ne. ¶ Ad tertiū respondeo sicut Magister in lite-
ra ꝙ Augustinus nō intelligit organizatiōnē dn̄i
ci corporis fuisse factam. 46. diebus q̄tum ad il-
lud qd sufficiebat ad aīatiōnē. Sed illa facta est in
instāti sicut dictū est supra: sed hoc dicit Augusti-
nus pro tāto: qꝛ in illo instāti cōceptionis distictio
mēbroꝝ dn̄ici corpis a deo tenuis erat et parua vt
hūano sēsui vix posset subijci: sꝫ dieb⁹ illis. 46. qs
memorat Augustinus perfecta est magis ꝛ nota-
bilis sensui facta: quare ꝛc.

¶ Distinctionis tertie Libri Tertij
sententiarum. Questio Prima.

Circa distinctionē
tertiam. Quero vtrum beata
virgo cōtraxerit pctm̄ origi-
nale. ¶ Videt̄ ꝙ sic. Ad Ro
manos. 5º. Oēs in Adā pec-
Adro. 5. cauerūt. Sed hoc nō pōt itel-
ligi nisi de peccato originali ꝛ
btā ꝟgo fuit de numero oim

nec ip̄az alicubi excipit apl's ergo in adā peccauit.
August. ❡ Itē August. 2. de ciuitate dei ca. vi. Oēs ī pec-
catis mortui sunt vel q̄ ꝓpria volūtate ꝯxerūt sicut
alij peccatores pctō actuali vel qui originaliter a
primis parentibus ꝯtraxerūt. ❡ Item de fide ad
Petrū. Firmissime tene ⁊ nullatenus dubites oēz
qui per cōcubitū viri ⁊ mulieris cōcipitur impieta
ti subiectum. ❡ Itē rōne sic non dꝫ attribui matri
xp̄i illud qđ derogat singulari priuilegio xp̄i. Sed
hoc derogat priuilegio xp̄i ergo ⁊c. Probatur mi
August. nor per August. sup illud Iohā. Ecce agnus dei.
vbi dicit de xp̄o ꝙ solꝰ agnus qꝛ solus inocēs q̄re.
Glo. de. ⁊c. ❡ Itē glosator decretorum distinc. 3. ca. 1. Di-
cit ꝙ cōceptio v̄ginis gloriose nō est celebrāda: qꝛ
in peccato originali fuit cōcepta igitur.

August. ❡ Contra August. dicit de natura ⁊ gr̄a ꝙ
cum de pctis agitur nullā volo
habere de Maria q̄ōnē ergo videt̄ ꝙ nō contraxit
Ansel. originale. ❡ Itē Anselmus de ꝯceptu v̄ginali di-
cit. Nēpe decebat vt ꝯceptio illiꝰ hoīs de m̄re pu-
rissima fieret q̄ tanta puritate niteret quā neq̄ sub
deo maior intelligi. Sed si btā virgo ꝯtraxit origi
nale maior puritas potuit ītelligi scꝫ sub xp̄o quia
si nō ꝯtraxisset purior fuisset. ergo ⁊c. Similit̄ etiā
angeli boni nunq̄ȝ fuerūt in peccato ⁊ ita esset ma-
ior puritas sub deo. igitur ⁊c.

❡ In ista questione sic proce/

dam. ❡ Primo distinguā de cōceptione ⁊ aplica-
bo ad ꝓpositum. ❡ Scđo ponā vnam opinionē ⁊
eius motiua. ❡ Tertio ponā aliā quā intendo te-
nere. ❡ Quarto r̄ndebo ad rōes p̄ncipales ⁊ alioꝝ

❡ Quantū ad primū Dico ꝙ con-
ceptio alicu-
ius hoīs vel mulieris naturaliter ꝓpagate diuer-
simode accipitur. Uno mō ꝑ cōmixtione seminum
viri ⁊ mulieris qn̄ incipiūt agere mutuo ⁊ pati adi-
uicē. Alioº accipit̄ ꝑ totali forīatiōe ⁊ ꝓcessu orga-
nizationis corpis vsq̄ȝ ad aīationē vel aīe infusio-
nem. Tertioº accipit̄ ⁊ magis ꝓprie ꝑ aīatiōe ip̄a
⁊ instāti illo infusiōis aīe dr̄ fetus ⁊ tūc est ꝯceptio
qn̄ est anīa. ❡ Scđo dico ꝙ pctm̄ originale dupl'r
pctm̄ ori pōt accipi. Unoº forīaliter ꝑ carentiā iusticie đbite
gi. dupl'r ineē qua aīa forīal'r ⁊ denoīatiōe extrinseca dr̄ iusti
cia. Alioº pōt accipi radicaliter ⁊ quasi potētial'r:
⁊ dr̄ tūc aliq̄d quo posito fetꝰ pōt tunc ꝯhere pctm̄
originale q̄cq̄d sit illud p̄mū nō pōt nec ē nisi ī aīa
Scđm v̄o ponit̄ ex p̄te corpis sicut in fetu vel ꝓpa-
gatiōe nāli. ❡ Ad ꝓpositū q̄ntū ad materiā subie-
ctā spectat. Dico ꝙ intētio ē loq̄ de ꝯceptiōe v̄gīs
accipiēdo ꝯceptionē Tertioº ⁊ accipiēdo pcm̄ ori
gīale prīoº. Certū ē ei ꝙ an̄ īfusionē aīe nō potuit
ꝯhere pctm̄ origīale prīoº. s. actu ⁊ forīal'r acceptū.
Nā peccatū originale nō est forīal'r nisi in aīa sicut
nec illa iusticia originalis correspondēter.

1. opi. de ❡ Quantū ad scđz articulum ē vna
ꝯcep. vir opinio multoꝝ
gīs Ma. solēniū doctoꝝ ꝙ btā v̄go ꝯxit pctm̄ origīale. Ad
hoc adducūtur auc̄tes ⁊ rōnes. ❡ Prīa auctori-
tas ē apl'i ad Roma. 5. q̄ allegata ē ante oppositū.
Ad ro. 5. ❡ Scđa ē August. ꝯtra Iulianū vbi dicit. Immu
August. nis a pctō nemo cernit̄ nisi xp̄s q̄ nō hūit in carne
legē sp̄ūi repugnātē. ❡ Tertia auctoritas ē eiusđ
sup Gene. ad lr̄az Ubi dicit ꝙ xp̄s iō originale nō
ꝯtraxit qꝛ sic in ea. s. v̄gīe gloriosa ꝯceptꝰ fuit nō vt

corpꝰ seīe si igr̄ rō est bona seq̄tur ꝙ v̄go ꝯxit qꝛ ꝑ
cōmixtionē seminū ꝯcepta fuit. Itē eodē libro dic̄
ꝙ leui ⁊ Maria in lūbis deciatꝰ fuit ꝗ Maria ita
ꝯtraxit originale sicut leui. ❡ Quarta auctoritas August.
est eiusđ in ꝓnosticō. ca. 2. Ubi dicit Scđm apl'm
oēs in Adā peccauerūt ita ꝙ dn̄s Iesus natꝰ ē sine
seīe ⁊ addit oēs excepto xp̄o origīale ꝯxerunt. Et
Ratio eiꝰ est qꝛ oīs carnal'r nascēs nā est filiꝰ ire ⁊
hoc nō est nisi ꝑ pctm̄ origīale forīal'r ꝯctū ꝗ ⁊c. Et
de baptismo ꝑuuloꝝ eanđ sn̄iam hꝫ. ❡ Quīta au-
ctoritas ē. b. Hiero. sup illđ p̄s. De manu canis vni Hiero.
cā meā dicit ꝙ sola aīa xp̄i fuit sine pctō ❡ Sexta
auctoritas ē Leonis pape in q̊dā s̄mone de natiui Leo pa.
tate dn̄i vbi dicit ꝙ sicut xp̄s nullū a reatu liberꝝ re
ꝑit ita liberādis oībꝰ venit. ❡ Ultīa auc̄. est. b. an Ansel.
selmi. 2. lib. cur deꝰ hō ca. 6. vbi dicit de v̄gīe ꝙ ca
ro eiꝰ in iniq̄tatibꝰ cōcepta fuit ⁊ in pctō ꝯcepit eaꝫ
m̄r eiꝰ. Dices ꝙ nō ē dictū eiꝰ sꝫ discipuli sui. Satꝭ
vr̄ eē de intētiōe eiꝰ alibi de ꝯceptu v̄giali ca. 4º.
vbi dicit De xp̄o n̄re intētōi nō repugnat vt massa
corpis xp̄i sine pctō fuerit q̄uis de massa peccatri
ce fuerit igr̄ massa v̄gīs peccatrix fuit. hoc dicit ex
p̄sse Berna. ī epl'a ad lugdunēses q̄ ē in ordīe epl'a
rū. 163. vbi arguit sic btā v̄go nō potuit p̄ꝰ eē san- Bernar.
cta q̄ȝ eē Sꝫ aīa rōnalis ē eođ instāti in q̊ creat̄ cor
pori infūditur ⁊ macula origīali īficit̄ ⁊ ī eođ istā
ti nō stāt simł gr̄a ⁊ pctm̄ ꝗ saltē ꝓ prīo īstāti pctm̄
origīale ꝯxit nec in illo sctīficari sꝫ post bn̄. Et di-
cit ibiđ ꝙ ꝯcepº eiꝰ nō ē celebranda. verꝝ est tn̄ ꝙ ar
gumētū suū nō ꝯcludit. Tn̄ planū ē ꝙ ē intētio eiꝰ
Ur̄ igr̄ s̄m p̄dictas auc̄tes ꝙ btā v̄go pctm̄ origia
le ꝯxit. ❡ Adducūtur ēt ad hoc aliq̄ rōnes ꝓbabi Rōes. 1.
les ❡ Prīa ē ista. nō ē rōnabile attribuere m̄ri dei opi. q. b.
⁊ creature qđ eēt attribuēdū đo si ꝯcipet̄ vł gn̄aret̄ v̄go fuit
ab hoīe. Sꝫ possibile fuit absolute ⁊ ē ꝙ ꝑsona di- ꝯcepta ī
uina assumpsisset nām v̄tute seīs v̄ilis ꝓpagatū ita pctō ori
ꝙ v̄e fuisset filiꝰ viri gn̄antis sicut v̄bū suoº ē filiꝰ ginali.
m̄ris ⁊ tūc nō ꝯxisset originale dato ꝙ sicut nāliter
ꝓpagatus fuisset igitur nō vr̄ tm̄ p̄uilegiū posse at
tribui m̄ri dei vel creature pure saltē nō ē cōgruū.
Nec valet dicere ꝙ nō ē tm̄ p̄uilegiū hic sic̄ ibi qꝛ
si deꝰ fuisset a viro genitꝰ verꝝ est ꝙ pctm̄ nō ꝯxisset
sed nec potuisset nō sic de v̄gine qꝛ nō video quare
deus nō potuisset ꝯxisse origīale s̄m nām talem sic
carnaliter ꝓpagatū sic̄ dictū est supra đ pctō actua
li. ❡ Cōfirmatur rō qꝛ in instāti infusiōis aīe ī cor
pore potuit assumi nā v̄ginis a diuio supposito qꝛ
hoc nullā īplicat ꝯdictionē ⁊ ibi factum fuisset ali
quid natꝰ q̄ȝ mō scilicet vt esset deus vel dea ⁊ vide
tur ꝙ deuenisset ꝙ mater deificata deū genuisset vt
videtur ita bene ⁊ meliꝰ sicut ꝙ ab originali p̄ẜua-
ta. ꝗ ⁊c. ❡ Scđa ratio non est probabile vel con-
gruum ponere ꝙ aliquis eximatur a redemptione
facta per Christum ⁊ quātum ad deletionem culpe August.
⁊ quantum ad apertionem ianue Probatur ꝑ Au
gustinum de ꝑfectione iusticie q̄ dicit aliquē fuisse
vel esse cuius nō sit necessaria Christi redēptio di
cit cōtra scripturā que dicit ꝙ oes in Adam pecca
uerunt. Et cōtra sententiam saluatoris qui dicit.
Non egent qui sani sunt medico sꝫ qui male habēt
Et nō veni vocare iustos sed peccatores. Sed qui
dicit beatam virginem nō ꝯtraxisse originale dicit
eam excipi a redemptione Christi ⁊ quātum ad de
letionem culpe patet qꝛ culpam nō habuit ⁊ quātū
ad apertionem celestis ianue cōsequenter: quia ia-

nua celestis nõ clauditur nisi propter culpam q̃ iest vel infuit quia clauditur in penam ergo ꝛc. Dices ꝙ non excipitur per hoc a redemptiõe facta ꝑ chri stum quia multo perfectius fuit redempta ꝙ̃ alij. Nam merito passionis Christi fuit a peccato preseruata ꝛ nõ solũ purgata sicut alij. Similiter etiã dices ꝙ quãtum ad ianue apertionem quia merito passionis Christi secũdum diuinam ordinationez fuit sibi aperta ita ꝙ q̃tũcunq̃ caruisset peccato si bi mortua fuisset ante passionem Christi nõ intras set nec inuenisset ianuam apertam sicut nec alij pa tres sancti qui sine peccato originali decesserunt ꝛ tamen ad limbum descenderunt. Diceretur ꝙ licet ita possit dici tamen videtur conuenientius dicere nisi peccatum ꝛ seruitutem eius incurrisset nõ fuit redempta. Ex quo enim seruitutem non habuisset de qua seruitute fuisset redempta. Preterea de ap tione ianue quia sicut dictuz est supra propter hoc passio Christi fuit apertiua ianue: quia satisfacti ua pro peccato. ita ꝙ si fuisset aliquis qui peccatũ nunq̃ contraxisset ꝛ ante passionem ꝛ mortem chri sti mortu⁹ fuisset ianua vt videtur fuisset sibi aperta ꝛ sic reddit idem quod prius. scilicet ꝙ cum per mortem Christi ianua fuerit aperta omnibus oẽs peccatum contraxerunt preter Christum qui aperuit eis ꝛ omnibus propter peccatum fuit clausa. ❡ Tertia ratio quia nõ est probabile ꝙ pene infli cte pro peccato fuerint in beata virgine ꝛ non fuerit peccatum in ea. Pene enim in ea non fuerũt assumpte sicut in Christo vt patet. Si dicas ꝙ dere licte sunt in ea ad exercitium virtutis ꝛ meritum. Contra si ista cõclusio est bona quare in statu inno centie nõ fuerit congruum illas penas esse. Videtur ergo ꝙ beata virgo cum fuerit propagata secũ dum legem nature ab Adam ꝛ quantum ad hoc fi lia ade ꝙ ipsa peccauit in Adam ꝛ incurrit secun dum legem punitiuam peccati ade que talis erat ꝙ ex demerito ade quicũq̃ vel quecunq̃ propagaretur ab ipo modo naturali priuaretur iusticia debi ta ꝛ sic peccatum incurreret. ꝛ hec de secũdo articu lo principali.

2a opi. d cõcep. b. Marie v̄gis quaz auctor i[n]sequitur

❡ **Quantum ad tertium ar**ticulum videtur mihi dicẽdum ꝙ deus potuit ꝛ de cuit hoc fieri ꝙ ipe preseruaret virginem matrem suam dulcissimã ne peccatum originale cõtraheret in sua cõceptione tertio modo dicta ita ꝙ de facto beata v̄go originale nõ ꝯtraxit. Qꝫ aũt deus hoc potuerit facere patet qꝛ sicut nõ iplicat ꝯtradictio nem aĩam virgis eẽ sine pctõ originali pro aliquo instanti post suã infusionẽ ita nec in instãti sue crea tionis vel infusionis. Cũ ergo deus possit eẽ illud extra se quod nõ implicat ꝯtradictionem de⁹ eã po tuit p̃seruare a pctõ originali ne ipa ꝯtraheret illd ergo ꝛc. Sed ꝙ decuit ꝓbatur primo sic. Decuit vt xp̃s merito sue passiõis future pfectissime mediaret int̃ deũ ꝛ suam matrẽ qꝛ int̃ ꝓximiores sibi ꝓsonas mediare nõ poterat. Sed xp̃s nõ mediasset pfectis sime it̃ eos nisi mr̃ez a pctõ originali p̃seruasset. nã pfecti⁹ est mediare oĩo a culpa p̃seruare ꝙ̃ dimit tere labi in culpam ꝛ postea purgare. Et est exẽplũ Anselmi ad hoc si aliqs ꝓpter offensam patris pu nit filios exilio ꝛ nascatur fili⁹ cui⁹ seruitiũ magis placet regi ꝙ̃ exiliũ ꝛ remittat sibi exiliũ nõ pfecte recõciliat̃ sibi qꝛ nõ remittit sibi offensam ſ; manet

Exẽplũ anselmi.

inimicus. Sed si esset aliqs q̃ mediaret iter regẽ ꝛ vnum aliũ nasciturũ intm̃ ꝙ rex nec imputaret sibi offensam nec indiceret exilium sed liberaret eũ ille pfecte mediaret. Sic putandũ est in ꝓposito ꝙ xp̃s perfecte mediauit inter pr̃em ꝛ mr̃em intm̃ ꝙ nũq̃ deus pater fuit offensus mr̃i. Durũ eñ vr̃ michi ꝙ pater vel fili⁹ dei fuerit aliquãdo offensus mr̃i dei. ❡ Scđa ratio pfectissimus mediator nõ solũ liberat a pena minori sed a maxima pena ꝯgruũ ẽ ergo ꝙ p̃buet. Si pctm̃ ẽ maxĩa pena qꝛ p̃uat bonũ iusti cie quod est maximũ. ❡ Tertia rõ Christ⁹ fuit ita pfectus mediator ꝓ mr̃e sua ꝙ ipsa tenebat̃ sibi in summo pacto amoris. Sed non fuisset sic obligata ad diligendũ ipm̃ in tãto gradu. Si pmisisset eã ca dere in pctm̃ ꝛ postea purgasset eã. Ponit̃ exẽplũ. Sicut aliqs magis p̃seruaret a luto aliquẽ. Si ipſ; p̃buaret ne caderet ꝙ̃ si postea ipm̃ pmissũ cadere i lutũ erigeret ꝫ ꝛc. ❡ Quarta rõ de⁹ nõ pmittit ali qđ malũ euenire nisi ex eo ꝯsequat̃ mai⁹ bonũ igit̃ si dimisisset mr̃em suã originale pctm̃ cõtrahere vt postea purgaret̃ ꝑ gr̃aꝫ mai⁹ bonũ videret̃ maclas cõtrahere ꝛ purgari ꝙ̃ ab oĩ labe pcti oĩno p̃serua ri qđ est falsum qꝛ tũc illud mai⁹ bonũ deberet poni in xp̃o. Silr̃ etiã qꝛ tũc mai⁹ bonũ eẽt mortalit̃ pec care ꝛ purgari ꝙ̃ a mortali pctõ p̃seruari qđ pꝫ eẽ falsuꝫ. ꝫ ꝛc. ❡ Quinta rõ Illđ ẽ attribuendũ mr̃i dei qđ est pfectiõis vel dignitatis i ea ꝛ nõ derogat singulari p̃uilegio filij sui vt vr̃. Sꝫ nõ derogat sin gulari p̃uilegio filij sui qꝛ nec ꝯ̃xit actualr̃ nec radi caliter seu virtualiter qꝛ nõ fuit seminalr̃ ab Adam ꝓpagat⁹: btã aũt v̄go ꝯtraxit radicalr̃ vel v̄tualr̃ qꝛ fuit seminata ab adã ꝫm legẽ ꝯcupiscentie ergo ꝛc. ❡ Sexta rõ est qꝛ xp̃s nõ debuit negare per gr̃am qđ potuit sibi ꝯuenire ꝑ nr̃aꝫ ſ; si hõ stetisset nõ cõ traxisset pctm̃ originale ꝑ nr̃am ꝫ ꝑ gr̃aꝫ non ꝯ̃xit. ❡ Septima rõ est ad pfectionẽ vniuersi vt hẽant̃ oẽs grad⁹ possibiles circa pctm̃ originale. Nã sic ẽ dare extrema ita ꝛ mediũ. Sꝫ ẽ dare ꝓsonã q̃ nec ꝯ̃xit originale v̄tualr̃ seu radicalr̃ nec formalr̃ nec i cã nec in effectu sicut xp̃s. Est dare ꝓsonas q̃ ꝯ̃xerũt radicaliter ꝛ actualr̃ sicut alij ꝓpagati ab adã ꝫ est dare ꝓsonã q̃ ꝯ̃xit v̄tualit̃ ꝛ nõ actualit̃ cuiusmõi fuit btã v̄go maria. ❡ Vr̃ ꝫ mihi dđm ꝙ btã virgo tenuit modũ mediũ q̃tũ ad hoc int̃ filiũ suũ ꝛ alios sic deductũ est in ista rõne. Et hec de tertio articulo. ꝯclusio

❡ **Quantum ad** 4m articulũ Rñdeo p̃io ad auctoritatez apl̃i ꝛ ad siles sacre scripture ꝙ oẽs hoĩes ab Adã contraxerũt v̄tualiter ꝛ de se nisi aliũde liberent̃ ꝛ ꝛ ita mõ ꝓpagatiõis egẽt gr̃a dei a pctõ liberante vel p̃seruãte ꝛ sic soluit̃ illud quod hr̃ ca. 3. ad Roma. Sic etiã soluũtur oẽs auctoritates adducte ꝓ opinione primã. ❡ Ad rationez dico ꝙ nõ ꝯtrahe re originale nõ est p̃uilegiũ quia innocentia que ex cludit origiale ꝛ actuale cõicata ẽ angelis ꝛ pmis parẽtib⁹ iõ ꝯcipi sine originali nõ ẽ spãle p̃uilegiũ xp̃o cõcipi sine originali ex mõ ꝓpagatiõis ꝛ ita nã liter ẽ spãle p̃uilegiũ xp̃o ꝛ ꝓpriũ. ❡ Ad glosatorẽ dico ꝙ suã habuit opinionẽ. ❡ Ad rõnes aliorũ. Ad primã dico ꝙ nõ fuisset simile qꝛ alio mõ fuissꝫ fili⁹ dei fili⁹ ade q̃tũ v̄go maria fuisset filia ade Ad ꝯfirmationẽ dico ꝙ si fuit ꝯgruũ qꝛ id suppom fuis set fili⁹ ꝛ filia lꝫ possibile fuerit. Ad 2am rõnẽ dico ꝙ maxie idiguit redẽptore qꝛ si ꝯ̃xit imo nobiliori

Ad rões pncipa.

Ad rões aliorum.

modo indiguit ⁊ mors Christi modo nobiliori circa ip̄am operata ē⁊ hoc vt preuisa. Sicut qui se nō potest releuare a precipitatione vel ab aliquo casu non minus indiget preseruatore siue conseruatore
Ad aug. ne cadat q̄ȝ cadens ab erectore. ¶ Auctoritas augustini nō est cōtra nos vt patet per dicta. Et quādo dicitur ꝙ cōueniētius est dicere ꝙ si nō contraxisset ⁊ mortua fuisset ante passionē christi ꝙ ei ianua clausa nō fuisset sed intrasset regnum celorum Nego q̄ꝛ Johānes in vtero sanctificatus ⁊ patres veteris testamenti licet sine peccato originali mortui sint tamen eis fuit clausa vsq̄ȝ post passionē nec intrare poterant q̄ꝛ statuit pater nullum ad regnū celorum admittere nisi precium esset in effectu solutum. Acceptauit eñ satisfactionem filij ad peccati satisfactionem ⁊ etiā sue matris ab originali preseruationē vt preuisam vt exibitam vero ad ianue apertionem. ¶ Ad tertiam dico ꝙ illas penas inflixit deus posteritati Ade ꝙ omnes virtualiter ⁊ cōcupiscentialiter geniti cōtraxerunt vel cōtraxissent quātum est ex modo ꝓpagationis: ⁊ sic modo in baptismo remittit originale nō penas cōsequentes ita potest preseruare aliquem vt pene inutiles auferantur ⁊ nō alie. Et cum arguis de statu innocentie ꝙ debuissent inesse hoc nihil valet q̄ꝛ in illo statu nec formali nec virtuali cōtraxissent originale modo virgo dignissima quātum in se fuit cōtraxit igitur ⁊c̄.
Ad ber. ¶ Ad beatum bernardum tamē dico ꝙ videtur esse illius opinionis ꝙ fuit in originali peccato ↄcepta sed quia aliter videt̄ dicēdum beato Anselmo non videtur michi cum eo tenendum. quare ⁊c̄.

¶ Distinctionis tertie.
Questio Secunda.

SEcundo quero.

Utrum beata virgo potuit esse in peccato originali solum per instans vnū. Ita ꝙ in tempore habito ad illđ instans sue cōceptionis potuerit eē purgata. ¶ Videtur ꝙ nō. Illud qđ ē sub aliquo vno instanti tm̄ nō est nisi in
8. phisi. potentia in illo octauo phisicoꝝ. Mobile eñ dum mouetur est in spacio sibi equali solū ꝑ instās ⁊ ē in potētia tm̄ ꝯm Arist. Sȝ btā ꝟgo si fuisset in pctō originali in p̄io instanti sui eē nō fuisset in pctō vl̄ sub pctō originali in potētia tm̄ sȝ in actu. ergo ⁊c. ¶ Scđo sic. Sicut culpa originalis nō ↄtrahitur nisi in instāti ita nō expellitur vel remittitur nisi in instāti in quo gr̄a infundit̄ vt pȝ. Sȝ in primo instāti si fuisset in originali nō potuisset pctm̄ illđ expelli vel remitti q̄ꝛ tūc in eodē instāti fuisset sub culpa ⁊ gr̄a. ergo in alio instāti sequēte igr̄ cū inter q̄libȝ duo instātia sit tempꝰ mediū seq̄tur ꝙ nō solū ꝑ instās sed ꝑ tēpꝰ fuisset sub culpa originali si ↄtraxisset illud ergo ⁊c̄. ¶ Tertio sic. In hoc distingunt̄ forme ꝑmanentes a successiuis ꝙ aliq̄d idē de for̄a ꝑmanēte vel ip̄amet for̄a pōt manere ⁊ manet pluribus instātibꝰ ⁊ ꝑ ↄn̄s ꝑ tp̄s q̄ꝛ inter q̄libȝ duo instātia est tēpꝰ mediū. Sȝ aliter de successiuis q̄ꝛ nichil idē de successiuis manet pl̄ibus instātibꝰ. Sed pctm̄ origīale nō est de nūero successiuoꝝ sed ꝑmanentiū sicut ē gr̄a igit̄ nō solū mā sisset in ꝟgine per instās sed ꝑ tempus vt videtur.

¶ Contra Agēs naturale pōt incipe agere ī instāti ita ꝙ ī illo instāti erit in eē q̄eto sub vno ↄ̄rio ⁊ in tp̄e habito erit sub forma ↄ̄ria in fieri ⁊ q̄ñcūq̄ȝ pōt agere agēs nāle deus pōt agere igit̄ pōt in tp̄e habito alicui instāti cāre gr̄am. ergo ꝟgo Maria potuit eē p̄cise ꝑ instās in pctō originali. ergo ⁊c.

¶ In ista questione sic procedam.

Primo ponā vnā opinionē de q̄ōne cum suis motiuis. ¶ Scđo arguā ↄtra eā ⁊ soluā ad motiuaeiꝰ. ¶ Tertio ponā aliā quam intendo tenere ⁊ obijciā ↄtra eā ⁊ soluā obiectiones. ¶ Ultimo respondebo ad rationes principales.

¶ Quantū ad primū Est vna opinio q̄ dicit ꝙ quia ꝓbabile est ꝙ deꝰ ita cito purgauit mr̄em suā ab originali sicut potuit ꝙ oīno dđm est beatā virginem nō fuisse sub pctō originali ꝑ solū instās ⁊ ī hoc male dicūt isti. 1. opinio ¶ Scđo dicūt ꝙ in illo eodē instanti potuit a pctō purgari ⁊ purgata fuit nō ī tēpore habito nec in alio instāti ꝑ istū moduȝ q̄ꝛ sicut dicunt in illo instāti duratiōis est accipe tria signa nature ⁊ ip̄m sic diuidūt. In p̄io signo nature illiꝰ instātis dicūt ꝙ ꝟgo fuit sub culpa originali in q̄eto esse ⁊ ꝑmanēti. In scđo signo vel instanti nature fuit sub culpa trāseunte tñ ⁊ in fluxu q̄ꝛ tūc expellebatur a gr̄a subintrāte ⁊ tūc etiā in eodē signo vel instāti nature fuit sub gr̄a trāseūte ⁊ ī fluxu q̄ꝛ gr̄a subītrabat. In tertio vero signo vel instāti fuit virgo sub gr̄a ꝑmanēter ⁊ in q̄ete. Et dicūt ꝙ ista sunt possibilia nec īplicāt ↄ̄dictionē aliquā. Pȝ đ scđo signo vel instāti nature. Possibile est eñ simul stare ↄtraria ⁊ for̄aliter opposita in trāsitu ⁊ in fluxu sicut pȝ de ↄtrarijs in motu q̄ sunt simul in subiecto motus q̄ꝛ motꝰ est a ↄtrario in ↄtrarium ⁊ corruptio vniꝰ est gñatio alteriꝰ sunt tñ simul trāseunt̄ ⁊ in fluxu. Et similiter dicunt in ꝓposito de culpa ⁊ gr̄a in illo instāti scđo nature. ¶ Ex quo pȝ etiā ꝙ nō repugnat nec aliq̄ cōtradictio īplicatur ꝙ in p̄io instanti nature sit in culpa ꝑmanēter ⁊ quasi in q̄ete ⁊ in tertio sit in gr̄a etiā ꝑmanēter ⁊ in q̄ete. Correla. ¶ Q̄ aūt ꝟgo purgata fuerit in illo instanti duratiōis ꝓbant Prio sic. ꝙ virgo fuit purgata in instāti primo sue durationis. Si virgo beata nō fuit purgata in primo instanti seq̄tur ꝙ vel in tp̄e seq̄nti vel in alio instanti. Non in tp̄e q̄ꝛ purgatio culpe nō fit in tp̄e sicut nec culpa originalis cōtrahitur in tp̄e ergo in alio instāti. Sed inter q̄libet duo instātia est tēpus mediū ⁊ in quolibȝ tp̄e īfinita instātia ꝗ nō fuit ita cito purgata sicut potuit purgari q̄ꝛ in illis instātibus medijs potuit purgari īmo etiā alij citiꝰ potuerunt purgari q̄ȝ ip̄a fuerit purgata. Hoc aūt ē falsum q̄re ⁊c. ¶ Scđo sic Aut in illo p̄io instāti fuit purgata ⁊ purgabat̄ aut in tp̄e habito: aut in alio instanti. Nō in tp̄e habito q̄ꝛ cū tp̄s habitū ad illđ instans fuerit totū tp̄s vite sue vnitum ⁊ cōtinuuȝ seq̄tur ꝙ in tota vita sua purgabatur ab originali ⁊ per ↄn̄s ꝙ in tota vita sua hūit orginale. Nō eñ dr̄ aliq̄s purgari ab eo qđ nō hȝ nec dicitur expelli qđ nō est sed qđ est ꝗ in alio instāti ergo nō fuit ita cito purgata sicut potuit purgari sicut deductū est prius. ¶ Tertio si nō fuit purgata in primo instāti sequitur ꝙ potuerit dānari q̄ꝛ in illo instanti potuit mori cū originali. Sed hoc est falsum ergo ⁊c.

Hec est igitur opinio cum suis motiuis et modo di cendi. Et hec de primo articulo principali.

Ↄ.1.ꝑcedē.opi. ¶ Quātum ad secundum ar/ticulū. Dico ꝙ ista opinio videtur michi falsa et ar guo cōtra eam. ¶ Primo sic. Impossibile est ī eodem instanti tēporis idem simul esse et nō esse: quia hec est prima contradictio. Sed per te pro istanti il lo tēporis quo virgo cōtraxit peccatum/ peccatum habet esse in anima et pro eodem instāti purgatur si cut tu dicis: et per cōsequens peccatum habet nō es se alioqui anima nō purgatur: ergo impossibile est ꝙ in eodem instāti peccatum contrahatur et purge tur sicut ꝙ idem simul sit et non sit. ¶ Secundo sic. Peccatū originale saltē ſm eos est formaliter negatio gratie vel iusticie que nobilius habet in gra tia ipsa. Tunc sic. Impossibile est ꝙ eidem subiecto pro eodem instāti tēporis insint affirmatio et nega tio. Sed in illo instāti ponitur anima per te contra here pctm̄: et per cōsequēs ꝙ in ipsa est negatio gra tie et ponitur purgari et per cōsequēs ponitur gra tia: ergo impossibile est ꝙ in eodem instāti tēporis anima contrahat et purgatur. ¶ Tertio cōtra illā distinctionē signorum nature. Aut em̄ sunt aliqua indiuisibilia durationis distincta realiter extra in tellectum quorum vnū est prius et aliud posterius. Aut nō distinguntur nisi ſm intellectum et ymaginationem. Si primo modo cū non possint esse indiuisibilia alicuius duratiōis nisi temporis sequitur ꝙ sunt indiuisibilia tēporis et sunt tria instantia et sic instans qd ponitur ab omnibus indiuisibile tem poris diuiditur ī tria indiuisibilia tēporis qd est cō tradictio et sequitur processus in infinitū in diuisio ne indiuisibilium: quia pari ratione quodlibet illorum diuidetur in tria alia. Si autem nō distinguantur ista instantia nature in illo instāti temporis nisi ſm ymaginationē et intellectum: tūc in nullo impe dit eorum distinctio: quin simul extra intellectū po nantur contradictoria et nichil facit ad propositum de contrahendo vel purgando peccatum quare etc.

Ↄ ꝑceden tē signorū distinctionem.

¶ Quarto sic. Contra illud qd dicunt ꝙ culpa est cum expellitur quia hoc est falsum: quia culpam expelli est ipsam accipere nō esse sicut formā vnam expelli de materia est ipām accipere nō eē: quia tūc nō est quā do accipit nō esse sicut tunc aliquid est quādo accipit esse: g etc. ¶ Quinto sic. Licet sit verū illud qd dicunt de cōtrariis ꝙ simul possunt inesse et per naturam ſm gradus remissos saltem tm̄ non valet ad propositum de originali culpa et iusticia vel gratia debita: quia illa nō se habent sicut affirmatio et ne gatio sicut ista: et ita non obstante ꝙ illa possint si mul stare non tamen ista. Dico igitur ꝙ ista positio non est vera.

Ad motiua.1.opi. ¶ Ad primū motiuum suum. Dico ꝙ ꝑgo fuit purgata in tēpore habito post primū instās: tm̄ po tuit purgari. Quando dicis ꝙ quia purgatio a pctō nō est nisi in instāti. Dico ꝙ verum est de cōmuni le ge. Sed diuina virtute potest esse in tempore sicut magis in sequēti articulo respondetur. ¶ Ad secū dum hoc admisso ꝙ illa opinio presupponit/ qd est tm̄ falsum. Dico ꝙ non debet dici purgari pro toto tempore vite sue sed pro parte illius tēporis habi ta ad primū instans. Nec oportet vltra ꝙ illud in sit a quo aliquis purgatur quādo purgatur: immo magis ꝙ non insit sicut dictum est supra. ¶ Ad ter tiū illo supposito vt prius. Dico ꝙ absolute loquē do potuit beata virgo dānari quia nunꝙ a pecca to purgari qd contraxit in instanti sue conceptiōis licet de⁹ ordinauerit ꝙ saluaretur. Et preterea da to ꝙ non fuerit purgata in illo instāti non sequitur propter hoc ꝙ potuerit dānari ex probatione q̄ ad ducitur quia pro illo instanti nō potuit mori in sensu composito: tunc em̄ simul vel potuisset esse et nō es se qd est inconueniens: et ideo impossibile est in in stanti in quo concipitur: et per cōsequens habet esse habeat non esse vel moriatur. Hec de secundo ar ticulo.

Secūda opi. quam auctor imitatur

¶ Quantum ad tertium arti culum. Videtur michi dicēdum ꝙ beata virgo pur gari potuit adeo sic ꝙ solum potuit esse per instans in peccato originali. Qd autem hoc fuerit possibi le declaratur. ¶ Primo sic. Pro quacunꝙ mēsu ra vel quocūꝙ signo mensure natū est vnum incom possibiliū inesse alicui susceptiuo vtriusꝙ et alterū Patet de se. Sed negatio iusticie vel gratie nata est inesse subiecto pro tēpore vel pro instanti. Patet etiā ergo et iusticia vel gratia nata est in fieri vel in esse subiecto pro tēpore vel pro instāti: et sic post in stās culpe deus immediate potest infundere vel in fluere gratiam in tēpore sequente. Non enim repu gnātia videtur ꝙ sicut toto tēpore vni instanti con tinuato potest inesse ꝑuatio gratie alicui subiecto deo nō influente ad gratiam ita etiā toto tempore continuato vni instanti potest infieri vel inesse gra tiam post culpam influente deo ad gratiam ipsam. ¶ Secūdo sic. Non est negandum deo esse possibi le qd est possibile per naturam. Sed per naturā est possibile ꝙ aliquid quiescens in toto tēpore in vlti mo illius temporis nō moueatur et in sequēti toto tempore moueatur ita ꝙ ibi esset dare vltimū pas sionis precedētis et non primū posterioris: quia mo tus nō habet primū: ergo etiam possibile est deo ꝙ per instans aliquid sit sub culpa et tempore sequen ti immediate moueatur vel mutetur ad gratiam et infundatur sibi.

exēplum de faba.

¶ Hoc idem tertio declaratur ī exemplo de faba proiecta cōtra mola rem descēdentem deorsum. Est em̄ accipere instās occursus fabe ad lapidem quo prior motus et ascen sus fabe terminatur et lapis est ī loco sibi equali in actu: et tm̄ toto tempore sequenti lapis mouet deor sum motu contrario: ita ꝙ est dare vltimum prioris motus et nō primum sequētis: ergo nullum videtur incōueniens ꝙ sit dare instans culpe et sequēs tem pus purgantis gratie. Unde illo exemplo de faba et molari falluntur aliqui qui dicūt ꝙ in illo instāti contactus fabe ad molarem lapis mouet sursum et incipit moueri deorsum et sunt illi de precedēti opi nione. Hoc em̄ est impossibile saltem naturaliter: īmo etiā nec aliquo modo quia in instanti aliquo mo ueri nō potest sicut dictū est supra. Sed in illo instā ti mediante inter duos motus est in loco sibi equa li nec mouetur ꝑprie nec quiescit nisi vocet quiesce re esse in loco sibi equali in actu sicut est predictum quare etc. Unde in isto exemplo de faba decipiunt illi de prima opinione qui dicūt ꝙ in illo instāti cō tactus fabe ad molarem faba mouet et quiescit mo uetur quidem ad motū molaris deorsum et quiescit

qꝛ inter quoslibet duos motus cōtrarios est quies
8.phisi. media.8.phisicorum. ¶ Dico enī ꝙ in illo instanti
nec mouetur nec quiescit sed est sub vno mutato es
se in actu quo habet locum sibi equalem in actu in
quo quiesceret forte si sibi relinqueretur sicut etiam
in mutatis esse que sunt in motu cōtinuo in poten-
tia est in loco sibi equali in potētia ⁊ non mouetur
nec quiescit. Non ergo quiescit. ¶ Quando dicis
ꝙ inter duos motus cōtrarios ⁊c̄. Dico ꝙ est dare
quietem mediam si sint totaliter ⁊ simpliciter discō
tinuati. Sed sic nō est in proposito: qꝛ instans illud
signatū in actu non discontinuat motum fabe sim-
pliciter sicut etiā nec punctus angularis disconti-
nuat simpliciter lineas concurrentes in ipso. Sunt
enī ille linee cōtinue quia partes earū copulanť ad
terminum cōmunem qui est punctus: licet ille pun-
ctus sit in actu: nō tamen ita cōtinue sicut vna linea
recta est ꝯtinua in qua nō est dare punctum in actu
continuans partes eius sed tm̄ in potētia. Ista ap-
5.metha. parēt.5.metha. vbi dicitur ꝙ motus vnus ⁊ conti-
nuus est sup lineam habentem reflexionē non tn̄ sic
est vnus perfecte vel cōtinuus sicut sup lineam re-
ctam nō habens reflexionem vel fractionem in an-
gulo. Unde dicitur ibi ꝙ cōtinuum est cuius mot⁹
est vnus ⁊ dicit ꝙ que sunt continua sunt vnū: licet
habeant reflexionē magis tn̄ ea que non habent re
flexionem vt tybia ꝙ̄ succlos qꝛ conuenit non vnū
motum esse succli nō sic tybie vel cruris: ⁊ ideo suc
clos est vnū ⁊ non vnū aliquo modo: quia conuenit
eius motum esse vnum vel non vnum: et sic non est
ita perfecte vnum sicut tybia vel crus cuius motus
semper est vnus.

¶ **Sic igitur ad propositū no**
Adplica- strum dico ꝙ de isto exemplo sicut nō est impossibi
tio prece- le ꝙ in illo instanti contactus fabe ad molarē faba
dētis ex- sit in loco sibi equali in actu ᵬm mutatū esse in actu
empli. ⁊ in toto sequēti tēpore moueatur ad motum mola
ris sic nullum est impossibile ꝙ per instans aīa vir-
ginis potuerit esse in peccato originali in actu ⁊ in
tempore habito infunderet sibi gratia ⁊ purgaret.

¶ **Aliud exemplum** ponūt aliqui ꝙ
aliud ex- si locus ille quē
emplum. attigit vltima superficies fabe eēt luminosus ⁊ to
tus locus inferior esset tenebrosus vel ecōuerso in
instanti cōtactus fieret superficies fabe tenebrosa
vel luminosa ⁊ in tēpore habito oppositū. ¶ Ulti-
mo ostenditur possibilitas huius qꝛ si corpus aliqḋ
sit illuminatū in toto tēpore preterito ⁊ debeat il-
luminare in toto tempore in instanti medio poterit
virtute diuina poni obstaculum quo obscurabitur
corpus ⁊ sic nec illuminabiť nec illuminabit: et ita
non erit vltimū prioris passionis nec primū poste-
rioris: igitur in proposito non videtur impossibile
ꝙ in illo instanti cōceptionis potuerit nō illumina
ri virgo sed fuerit sub culpa ⁊ in tempore sequenti
illuminetur: quare ⁊c̄.

¶ **Ex predictis** concludo ꝙ si aliter in-
Correla- tellexit vnus doctor scȝ
riū de hē- Henricus ꝙ̄ predictum sit male intellexit. si autem
rico. sic intellexit bene intellexit. Et hoc de possibilitate
et nō de facto circa virginē dignissimā quia loquē-
do de facto errauit: tn̄ vidētur verba sua sonare ali
quādo hinc ⁊ inde. ¶ Dicit enī aliquādo ꝙ virgo
per instans fuit sub peccato originali ⁊ ꝙ peccatū
et gratia opponūtur ⁊ sunt formaliter incōpossibi
lia ⁊ toto tempore sequēti fuit in gratia. Aliquādo
dicit ꝙ idem fuit instans culpe et gratie sicut idem
est instans preteriti tēporis et futuri copulatiuum
vtriusq̨. ¶ Et alij adducūt exemplum. Sicut est
idem instās generationis ⁊ corruptionis expulsio-
nis forme prioris ⁊ inductionis noue. Dico tamen
ꝙ omnino impossibile est ꝙ idem instās sit culpe et
gratie ita ꝙ eodeȝ instāti sit ibi culpa ⁊ gratia sicut
ostensum est supra. Nec valet exemplū de eodem in
stanti preteriti ⁊ futuri ⁊ futurum ⁊ preteritum nō
ponūtur simul stare in illo instāti sicut culpa ⁊ gra-
tia. Similiter etiā exemplum generationis ⁊ corru
ptionis: quia generatio vnius ⁊ corruptio alterius
nō opponūtur sicut culpa ⁊ gratia vel iusticia debi
ta. Similiter etiam bene cōcedo ꝙ eadem mensura
vel duratio vtriusq̨ vel etiam expulsionis et indu-
ctionis sicut simul est esse vnius forme ⁊ non esse al
terius. Sed non simul esse vtriusq̨. Sic etiam dico
ꝙ simul est esse gratie ⁊ non esse culpe non autem es
se vtriusq̨ sicut ponunt isti.

¶ **Sic igiť dico** ꝙ potuit fieri ꝙ virgo Resolu-
solum esset in origina- tio prece-
li per instans ⁊ in tempore habito per gratiam pur dentium
garetur immediate post illud instans.

¶ **Sed contra** predicta sunt obiectiōes obiectio-
difficiles. ¶ Prima est nes ꝯ di-
ista. Impossibile est ꝙ in subiecto īdiuisibili forma cta hui⁹
indiuisibilis inducatur in tēpore ab agēte virtutis scd̄e opi.
infinite quia ⁊ agens tale agit in instanti ⁊ non est
aliqua ratio successionis ex parte forme nec ex par
te subiecti nec est aliquid resistens respectu virtutꝭ
infinite: sed deus est agens virtutis infinite gratia
enī simplex est et indiuisibilis ⁊ subiectū eius puta
anima: ergo impossibile est ꝙ potuerit induci in tē-
pore sed in alio instāti: ⁊ tunc cadet tēpus medium
cuius oppositū dictū est supra. ¶ Secūdo sic. Aut
gratia inducitur ꝑ motū aut per mutationem aut ꝑ
creationē. Sed nō inducitur per motum planū est:
ꝙ̄ ꝑ mutationē vł creationē. Sȝ īpossibile est ꝙ ista
sint nisi in instāti ⁊ īpossibile est eas esse in tēpore si
cut impossibile est motum esse in instanti: ergo ⁊c̄.
¶ Tertio sic. Philosophus.8.phisicorū docet ꝙ 8.phisi.
quādo aliquid mutať ab aliquo in aliud vt ab albe
dine in nigredinē licet sit dare primum posterioris
passionis: nō tn̄ vltimū prioris. Ita ꝙ instās gene
rationis ⁊ corruptionis est posterioris passionis.
Si ergo aīa virginis mutata fuisset a culpa in gra
tiā ita oportuisset in esse. Sed hoc est īpossibile ᵬm
predicta: quia fuisset vltimū vel instans prioris pas
sionis puta culpe ⁊ nō fuisset primū gratie ⁊ poste-
rioris passionis sicut nec tēporis. ¶ Quarto sic.
Quod nichil est vel nō est pro toto tēpore nō acci-
pit nō esse in ip̄o tēpore quia oportet illud quod ac
cipit non esse in tp̄e sit in tempore vel habeat esse.
Similis enī mensura videtur ipsius esse rei ⁊ nō es
se. Sed peccatum originale non fuisset in toto tem
pore ᵬm predicta: sed solo instanti: ergo accepisset
non esse in toto tempore: quare ⁊c̄.

¶ **Ad ista respondeo.** Ad primū di- Ad obie-
citur ꝙ de⁹ li- ctiōes p̄-
cet sit agens virtutis infinite non tn̄ est agēs natu ceden.
raliter ⁊ de necessitate sed contingēter ⁊ libere ᵬm
illud psal. Deus vltionū libere egit ⁊ ideo pōt mo-
dificare actionē suā sicut placet agēdo in tempore

vel in instāti immediate per seipsum sicut etiā qn̄qꝫ
mediantibus creaturis: ⁊ ideo nō obstāte ꝙ gratia
sit indiuisibilis ⁊ subiectum eius ⁊ nichil resistat si
bi nec medium nec aliquid aliud potest tamē infun
dere gratiam in tēpore vel etiam in instāti sicut pla
cet sibi. Alia autem agētia non possunt sic modifi-
care suas actiōes. Sed illud qđ ſm se natū est fieri
in instanti oportet ꝙ faciant in instanti nec possunt
facere in tēpore. Sic etiam de his que nata sunt fie
ri in tēpore suo mō. ¶ Sed cōtra istā solutionē vi
detur esse: quia deus non potest facere illud qđ re-
pugnat rei factibili q̄tumcūqꝫ sit agens volūtariū
gratie vt videtur q̄tum ad suā primam infusionēꝫ
repugnat fieri vel infundi in tp̄e vl' successiue: sicut
etiā motui repugnat fieri ī īstāti nec pōt fieri ī īstā
ti etiā a deo sicͣ dictū est supra sicͣ nec gn̄atio alicuiꝰ
substantie potest esse successiua ⁊ in tempore: ergo ⁊c̄.
¶ Ideo videtur aliter dicendum ꝙ infusio gratie
Alia so-lutio. 1. puta nō potest esse per se primo mēsurata tēpore si
cut nec potest esse successiua ita parum sicut gene-
ratio substantie potest tamen primo mensurari mē-
sura coexistente tempori puta euo ⁊ non coexisten-
te instanti precedenti et ita in proposito: quia gra-
tia est aliquid permanens ⁊ etiam infusio vel causa
tio eius potest fieri in tēpore non per se primo sed
coexistenter. Euum enim natum coexistere tempo
ri est mensura permanentium modo deus potest sic
facere sic tale euū non coexistens instanti coexistēs
tempori: ⁊ sic beata vrigo potuit purgari in tempo
re ⁊ in instāti priori esse sub culpa. ¶ Ad secundū
per idem dico ꝙ gratia puta sui infusione in propo
sito nostro non infunditur per motum nec per mu-
tationem que sit terminus motus sicut est genera-
tio sed per multationem alterius rationis ⁊ euiter
nam que habet similitudinē cum motu quia coexi-
stit tempori ⁊ habet similitudinem cum mutatione
que determinat sibi instans: quia est tota simul si-
cut illa: et ita etiam non concludit: quia nec est mo-
tus nec mutatio que mensuretur instanti fluente si-
cut generatio vel aliqua huiusmodi: sed mensura-
tur primo instanti manente vel euo: ⁊ ideo potest
coexistere tempori vel instanti temporis secundum
voluntatem agentis quod est deus: ⁊ posset coexi-
stere instanti ⁊ non coexistere tempori vel econuer
ad dictū 8. phisi. so. ¶ Ad tertium dico ꝙ regula Aristotelis nō te
net in his que non insunt subiecto nisi per instans
sic ꝙ ipsum subiectum mutatur immediate ad ali-
quid aliud: talia enim possunt habere instās ex par
te sui ⁊ posterior passio ad quam subiectum muta-
tur habet tempus sicut patet si aliquid illuminatur
in instāti illuminatur ⁊ si in tempore habito obscu
retur sicut est possibile planum est ꝙ instans nō est
posterioris passionis: sed ita ꝙ quando passio po-
sterior accipit esse per mutationēꝫ que mensuratur
instanti fluente sicut per generationem instans il-
lud dicitur posterioris passionis q̄tum ad suā ge-
nerationem: licet etiam sit prioris q̄tum ad suam
corruptionem: quia magis debetur mensurari en-
ti q̄ non enti et natura principalius intēdit esse q̄
non esse. Unde nec corruptionem intendit nec ge-
nerationem modo sicut dictum est supra gratia nō
accipit esse per mutationem mensuratam instanti
transeunte: sed instanti pmanente vel euo. Et ideo
instans tēporis transiens potest esse prioris passio
nis vel culpe ⁊ tempus immediate sequēs potest es
se gratie. Nec oportet dare ibi aliquam durationē
qua subiectum nec sit in culpa nec in gratia sicut
vult etiam Aristoteles vitare ꝙ non est dare tem-
pus vel duratiōnē aliquam qua materia nec sit sub
forma priore nec sub posteriore. Quod tamen con
tingeret si esset dare instans vltimū fluens esse ip-
sius forme precedentis et primum sequētis forme:
quia caderet tempus medium necessario sicut ⁊ ca
dit inter quelibet duo instantia. ¶ Ad quartū di-
co ꝙ licet culpa non fuisset in toto tempore accepis
set: tamen non esse in toto tempore ⁊ sufficit ꝙ po-
tuit esse solum in instanti precedēte: quare ⁊c̄. Hec
de quarto articulo.

¶ Ad primum principale dico ad rōnes pncipa.
ꝙ illud quod nō est in aliquo vel sub aliquo nisi per
instans in fluxu motus est in ipso in potentia tantū
quia incomplete ⁊ imperfecte est in eo vel sub ipso
et cum tēdentia vlteriori ad aliud vel ad ipsum est
perfectius et vltimate habendū non quia sit in po-
tentia eo modo quo forma dicitur esse in potentia
agentis vel materie anteq̄ sit extra intellectuꝫ sed
illud quod est sub aliquo in instanti: non tamen se-
cundum fluxum vel in fluxu motus non sicut in eo
vel sub eo in potentia. Sicut cum illuminatur ali-
quid in instanti non est lucidum in potentia: sed in
actu completo et perfecto sic in proposito de culpa
originali. ¶ Ad secundum dico ꝙ culpa origina-
lis contrahitur in instanti permanente quod potest
coexistere et instanti fluente tantum ⁊ tempori. Et
ita dico ꝙ purgatur et purgari potest in instanti p
manente infusionis gratie quod potest coexistere
tempori non coexistendo instanti precedenti sicut
instans contractionis poterat coexistere instanti
priori non coexistendo tempori sequenti: et ita pa-
tet ꝙ non oportet dare tempus medium inter cul-
pam contractam et purgationem eius. ¶ Ad ter-
tium dico ꝙ permanentia non distinguuntur a suc-
cessiuis in hoc ꝙ stent actualiter et vniformiter in
pluribus instātibus sed magis in hoc ꝙ possunt sic
vniformiter ⁊ eadem manere vel stare in pluribꝰ in
stantibus ⁊ in tēpore coexistēdo pluribus instanti
bus vel tēpori: nō sic autē successiua possunt. Mo-
do dico de culpa originali ꝙ potest coexistere tēpo
ri ⁊ potuit in beata virgine qꝛ permanēs erat: qua
re ⁊c̄. ¶ Et he due precedētes questiones diligen
ter per correctorē huius ⁊ aliquos doctores scien-
tificos examinate et pure integritati cōformate ex
titerunt.

¶ Distinctionis Quarte libri Tertij Sententiarum. Questio Unica.

Circa distinctiōeꝫ
quartam queriꝭ vtrum beata
virgo fuerit vera mater Chri
sti et naturalis mater. ¶ Ui-
detur ꝙ nō: qꝛ ſm opinionem
Galeni quā recitat Auicēna Galenꝰ.
primo canonis. Mater est pn
cipium nō solum passiuum: sꝫ
etiā actiuum in pductione fi-
lij. Sed beata virgo nichil cooperata est actiue ad
generationē Christi: quia illa fuit in instāti virtu-
te spiritussancti non mediāte motu vel alteratione
facta que est sufficientissima virtus: ergo ⁊c̄. ¶ Scđo

sic. Mater habet rationem principij respectu illius cuius dicitur mater: vt respectu suppositi producti quia generatio terminatur ad suppositū. Sed suppositum Christi nō est principiatū a virgine: quia est a solo deo patre per generationē eternā: quia non est ibi aliud suppositū quam verbū eternum dei filius: ergo rc. ¶ Tertio sic. Spiritussanctus nō potest dici pater Christi sicut nec christus filius spiritussancti secundum Magistrum in litera et secundum Augustinū. 2. de trinitate: ergo nec beata virgo potest dici mater eius quia multominus principiauit istam generationem Christi quam spiritussanctus.

Luce. 1. ¶ Contra Luce. 1. Ecce cōcipies et paries filium. Et Mathei. 1. dicit. Cū esset desponsata mater iesu maria ioseph rc. et multa alia: quare rc.

¶ In ista questiōe sic pcedā.

¶ Primo inquiram an beata virgo fuerit cooperata actiue ad generationem Christi temporalem. ¶ Secundo ostendam an sit vera mater naturalis ipsius Christi et quomodo. ¶ Tertio an meruerit esse mater Christi. ¶ Ultimo ad rationes.

¶ Quātū ad primū est vna opinio quod nec beata virgo nec aliqua mater alia facit aliquid effectiue nec cooperatur actiue ad generationem filij vel fetus: sed solum habet rationē principij passiui vel receptiui prestādo vas nec aliquid etiam se tenēs ex parte matris se habet actiue sed solum pater vel illud quod se tenet ex parte patris puta semen viri vel sperma. Non autem mēstruum mulieris nec mulier ipsa. ¶ Ad hoc adducuntur rationes et auctoritates

rōnes huius. 1. opi. ¶ Prima ratio est ista. Si mulier esset principium actiuum generationis: tunc posset per seipsam generare et masculus superflueret. Probatio: quia dicit philosophus. 2. de aīa quod cū sensus sit passiuus si cum hoc esset actiuus posset sentire per seipsum sine obiecto. Sicut etiam lignum si esset calidū combureret seipsum. Ita dico de muliere que est passiua in generatione. Sed hoc est inconueniens et falsum: ergo rc. ¶ Secūda ratio. Nichil agit in instanti in quo corrumpitur nec ad corruptionē sui ipsius quia nō est. Sed semen mulieris in instanti generationis corrūpitur: vt ex ipso fetus formetur per corruptionem ipsius: quia generatio vnius est corruptio alterius: ergo rc. ¶ Tertia ratio. Impossibile est duo agentia vniuoca concurrere simul et eodē ordine ad eūdem effectum. Probatio: quia vnū talium sufficit ad perfectionē totalem effectus vniuoci producēdam: quia est tante perfectionis quāte et effectus et ita alterum superfluit. Sed pater et mater sunt cause vniuoce respectu fetus geniti vt patet et pater est causa actiua secundum omnes nō igitur mater vt videtur. ¶ Quarta ratio. Impossibile est et implicat cōtradictionem idem esse actiuum et passiuū respectu eiusdem. Sed mulier vel semen se tenēs ex parte mulieris est passiuum principium generationis nō ergo actiuum per se loquendo.

2. de aīa.

August. 4. super Genesim ¶ Ad hoc adducitur auctoritas Augustini in proposito de beata virgine quod nichil fuerit ibi cooperata actiue. Prima est. 4. super Genesim vbi dicit quod Christus nō venit secundum rationē seminalem. i. secundum aliquam vim actiuā seminis: quia semē prout ad ipsum pertinet ratio seminalis reducit Philosophus in. 2. phisicorum ad principium actiuum: igitur videtur quod beata virgo non fuerit ibi cooperata actiue. Et hoc idē videtur Augustinus dicere. 9. super Genesim c. 4. Nam alias fuisset Christus decunatus in lumbis abrahe eodē modo quo et leui cuius oppositū ipse dicit et Magister etiam in litera. ¶ Confirmatur ista opinio per philosophū. 15. de animalibus vbi ponit hoc expresse. Unde comparat ibi semē viri ad semē mulieris in generatione sicut artificem ad materiam et sicut coagulum ad lac et ista se habēt pure passiue per se loquēdo respectu illorum. ¶ Adducit etiam ibidē Philosophus aliqua signa ad hoc. Unū est de ouis venti ex quibus generatur aliquid si semen masculi superinfundatur. Secundum est de ouis piscium proiectis a matre ex quibus generātur pisces si semen maris superinfundatur. Tertium signū est de coagulo et lacte quod se habet pure passiue respectu coaguli sic semē mulieris respectu virilis. Quartū signū: quia mulier secundum Aristotelem potest concurrere dato quod nō spermatizet: quare rc. Idem. Phi. 15 de aiali. Signa phi.

¶ Dicunt ergo isti quod alie matres a virgine nichil cooperātur ad generationē actiue nisi forte per accidēs: quia semina aliquo modo contrariantur et sic semen viri a semine mulieris aliquo modo per accidens repatitur Sed beata virgo nichil per accidēs cooperabatur vllo modo: quia semen suum vel materia ministrata non resistebat spiritui sancto vllo modo. Hec est prima opinio. Resolu. finalis.

¶ Alia opinio est de hoc quod dicit quod beata virgo cooperata fuit actiue ad generationē Christi per vnā virtutē supernaturalem collatam sibi a spiritu sancto tamquam agenti minus principali a principali agēte. Unde non est ibi cooperata per aliquā virtutem naturalē sicut nec alie mulieres. Quod probāt: quia sicut dictum est in secūdo semen viri nō est actiuum per se attingēdo ad aliquam formā substātialem fetus nec vir ipse: ergo multo fortius nec mulier ipsa nec semen eius. ¶ Quod autē cooperata fuerit tali virtute supernaturali data sibi vel collata a spiritu sancto Probant auctoritate Damasce. lib. 2. vbi dicit quod post cōsensum virginis superuenit spiritussanctus tribuēs ei virtutē susceptiuam verbi simul et generatiuam: igitur cooperata est actiue tali dono supnaturali diuinitus sibi dato propter quod et bene dicitur sibi. Luce. 1. Spiritussanctus superueniet in te et virtus altissimi obumbrabit tibi. Hec est secunda opinio. 2. opi. Damas. Luce. 1.

¶ Cōtra primam opinionem

Arguitur primo per rationes. Secūdo per auctoritates et contra secūdam similiter pro quanto cōuenit cū prima. ¶ Primo sic. Forme eiusdem rationis precipue secundum ponentes potētias esse cōsubstātiales illis formis. Sed forme masculi et femine puta anime sunt eiusdem rationis: quia non differunt nisi per materiam vel conditiones materiales. 4. metha. ergo et potētie eorum puta potentia generatiua in vtroque. Sed in viro vel masculo potētia generatiua est actiua: ergo et in femina vel muliere. ¶ Secunda ratio. Unusquisque diligit opus suum quod agit sicut dicitur. 4. ethicorū sicut poete poemata sua. Sed matres cōmuniter plus diligūt pueros quam pa 4. meta. 4. ethi.

tres:ergo magis agunt ad generationē vel saltē si
cut ⁊ patres ⁊ magis amāt:quia cum hoc ꝙ agunt
etiā materiam administrāt. Dicis ꝙ magis patiū-
tur pro ipsis:ideo magis amāt:ideo videtur ista es
se bona solutio ad Aristotelem. Nō eñ dicit ꝙ di
ligant homines suas passiones vel illa pro quibus
patiuntur:sed opera sua que agunt. ¶ Tertia ra-
tio. Agens in agēdo assimilat sibi passum vel effe-
ctū:licet frequēter magis assimilatur matri ꝙ̄ pa-
tri:ꝫ ⁊c̄. ¶ Quarta ratio. Si mater tm̄ prestat ma
teriam ⁊ ministrat vas se habēdo pure passiue re-
spectu fetus videtur ꝙ pari ratione si generaretur
buffo in vētre eius sicut in ventribus aliquarū sa-
maritanarum posset dici mater buffonis. Sed hoc
est falsum:ꝫ ⁊c̄. Dices ꝙ non:q2 buffo nō est eius-
dem nature cū muliere:⁊ ideo non diceretur filius
eius. Istud non videt valere:q2 mulus est alterius
nature ꝙ̄ asina. Et tñ dicitur filius asine ⁊ illa di-
Galen⁹. citur mater eius:quare ⁊c̄. ¶ Confirmat ista opi-
nio per Galenum qui fuit huius opinionis sicut re
citat Auicēna primo canonis ⁊ sibi magis est cre-
dēdum in hoc ꝙ̄ philosopho: quia istud propositū
est de particularibus nature que magis spectāt ad
medicos ꝙ̄ ad philosophum naturalem:ideo ⁊c̄.
cōmēta. ¶ Confirmatur etiā secundo per Commētatorē
scdo de aīa vbi dicit ꝙ omnes potētie vegetatiue
sunt actiue nec distinguitur ibi de viro de muliere
igitur potētia generatiua mulieris actiua est ⁊ ma
ter aliquid cooperatur ad generationē substātie fe
tus. Similiter etiā quia filius refertur ad matrem
relatione de secūdo modo que nō est nisi effect⁹ ad
causam actiuā et principium actiuum: vt patet. 5.
metaphisice.

ꝯ.2.opi. ¶ **Contra secūdā** opinionem prout habet aliqd pro-
prium. s. ꝙ beate virgini collata est virtus superna
turalis ad generādum. Arguo sic primo q2 reputo
falsam quero de illa virtute aut est substātia aut ac
cidēs. Non potest dici substantia aliqua noua pa-
tet. Nec gradus aliquis perfectior prioris substan
tie:quia substātia non suscipit magis ⁊ minus ꝫm
tales gradus nec in eodē indiuiduo nec in plurib⁹
sicut dixi in. 2. Nec est accidēs:quia accidēs nō po
test esse principium vel ratio generādi substantiā
sicut etiam probatū est in primo ⁊ ī secūdo. ¶ Se
cundo sic. Illa virtus aut est aliquid spirituale aut
corporale. Non potest dici aliquid spirituale vt vi
detur:q2 dona spiritualia nō dantur nisi spirituali
bus potētijs:vt intellectui vel voluntati. Nec cor
poralis vt videtur:quia virtus corporalis ad gene
randū nō videtur nisi potētia generatiua vtēs or-
gano que nō fuit de nouo data virgini q2 non erat
prius sterilis:patet ergo ⁊c̄. ¶ Tertio q2 per illud
nō saluāt maternitatem in virgine respectu Chri-
sti:quia oportet ad maternitatē ꝙ vi nature princi
pietur filius:non autē dono aliquo supernaturali
quare ⁊c̄. ¶ Quarto. Productio qua christus ge
neratus est a matre fuit vniuoca sicut patet: et est
in alijs matribus ⁊ filijs. Sed si per illud donū su
pernaturale genuisset non fuisset productio vniuo
ca sicut patet:ergo ⁊c̄.

¶ **Dico ergo** quicquid sit de prima opi-
nione ꝙ ista non est vera.
Ad Da- ¶ Ad Damascenū dico ꝙ non est intentionis sue
masce. ꝙ spiritussanct⁹ dederat beate virgini aliquā vim
supernaturalem generatiuā in habitū:sed pro tan
to:q2 vis generatiua virginis quā prius nō habe
bat exijt in actum superueniente ⁊ cooperante spi
ritu sancto. Unde tribuit sibi vim generatiuā pro
tanto:quia cooperando sibi tanꝙ̄ principale agēs
fecit ꝙ ipsa generaret Christum.

¶ **Quātum ad istum articu-** Opinio auctoris circa ꝓce dentia.
lum primū questionis dicā aliqua ⁊ postea respon
debo ad motiua precedētium opinionum pro ꝙ̄to
erunt contra me. ¶ Dico igit primo ꝙ non video
ꝙ ad generationē que est vera mutatio substantia
lis terminata ad esse substantiale fetus per se ⁊ di
recte faciat aliquid vel cooperetur effectiue nec se
men viri nec semen mulieris sicut probatū est in se
cundo de semine viri ꝙ ipsum nec in virtute ꝓpria
nec in virtute generātis potest ad hoc attingere cū
sit ens simpliciter imꝑfectius cū quacunꝫ virtute
ibi posita ꝙ̄ fetus ⁊ ideo nō potest esse causa tota-
lis equiuoca ipsius fetus effectiua vel generatiua
Nec valet ꝙ in virtute generantis:q2 generās vel
vir frequēter nō est in rerum natura quando fetus
generatur vel si est in rerū natura accidit ꝙ sit pre
sens in loco generationis sicut dictū est supra. Et
dato ꝙ esset presens ⁊ per se esset hoc necessarium
adhuc nō posset hoc cōuenire semini per ipm:quiā
nec in virtute ꝓpria nec in virtute aliqua recepta
ab ipso. Et si ita est de semine viri ꝙ nō potest esse
causa effectiua generationis multo fortius videt
hoc de semine mulieris. ¶ Secūdo dico ꝙ nō ob-
stante hoc mulier est principiū effectiuum genera-
tionis ⁊ nō ipse vir vel oportet omnino recurrere
ad deū:vt ad causam efficientem ipsius generatio
nis qd tamen non videtur necessarium. Qꝫ autem ꝙ vir nō
vir non sit causa effectiua generationis. Patet:q2 est cā ef-
sicut dictum est supra accidit ꝙ sit quando genera fec. gene-
tur fetus. Nec potest dici ꝙ mediāte semine vt di- rationis.
ctum est supra:et ideo dictū est in secundo ꝙ opor-
tet recurrere ꝙ̄tum est ex parte viri ad deū:vt for-
mantem fetum ⁊ efficientē generationē fetus. Qꝫ
autem mulier possit cooperari ad generationem fe
tus nullū impedimētum currit sicut de viro. Mu-
lier enim presens est ⁊ per se quando generatio est
⁊ habet vim actiuam generatiuam fetus vmbilici
sibi scilicet masculi vel femine et habet materiam
dispositam presentē ⁊ semen suum vel menstruum
decisum ad cuius corruptionē potest agere: vt ge-
neretur ex ea fetus ⁊ inducatur forma substantia-
lis educta de potētia illius materie:ita ꝙ median
te semine generat non sicut instrumento vel medio
actiuo sed principio passiuo per cuius corruptio-
nē ex materia eius generaretur fetus ꝫm determi
natū modum nature quo non quodlibet sic genera
tur ex quolibet: sed determinatum ex determina-
to. Unde nec semen reducitur ad causam efficien-
tē in generando sed in alterando aliquo modo pre
uio generationi quo semina mutuo agūt ⁊ patiun
tur alterādo seinuicem vt tandem semen mulieris
corrūpatur ⁊ fetus generet. ¶ Tertio dico ꝙ pro
babile est dicere ꝫm istum modū ꝙ seminis decisio
⁊ fetus generatio sint duo effect⁹ ipsius matris or
dinate ab ipsa procedentes ꝫm modū ⁊ processum
nature:quorum prior est ipsius seminis decisio tan
ꝙ̄ materialis principij ⁊ secūdus vel posterior est
ipsius fetus generatio. ¶ Quarto dico ꝙ cū sicut

...tuor ĩ gn̄atio= ne xp̄i cō currētia. factum est supra in vna questione quatuor fuerint in processu generationis Christi scꝫ materie deci= sio ⁊ missio ad locū generatiōis corporis formatio vl' eductio forme substātialis corporee de materia illa corporis animatio vel anime infusio et totius coniuncti vnio ad ꝑsonam verbi ⁊ in primo nō po tuerit virgo cooperari: quia factū est in instāti per simplicē mutationem qua solus deus potest facere illa que ab agēte naturali sunt factibilia per motū et in tēpore cuiusmodi est ista decisio ⁊ missio ma= terie ad locū generationis. Non potuit etiā coope rari ad infusionē anime nec ad vnionē cū verbo se= quitur ꝙ eductionē forme substātialis corporee et sic ad generationē. Et ꝙ sit rationabile hoc pone= re patet qꝛ habuit virtutē actiuam generatiuā nō impeditam: quia nō fuit sterilis nec preuētam a spi ritusancto q̃tum ad hoc: sed probabile est ꝙ licet spiritussanctus disponeret materiam in instāti nō cooperāte virgine sicut alie cooperantur qꝛ media necessaria nō sunt simpliciter necessaria virtuti di= uine eo modo quo nature tñ materia disposita di= mitteret eā cooperari ad generationē ipsam q̄ na= ta est fieri in instāti etiā sm naturam ita ꝙ spiritus sanctus tantūmodo in generatione fecerit illud qđ homo fecisset vel deus loco hominis si virili semi= ne Christus conceptus fuisset. Ita videt' probabi liter posse dici.

¶ **Ex predictis** concludo qnedā corre= laria. ¶ Primū est ꝙ

Correla ria ex di= ctꝫ aucto ris. mater multomagis directe ⁊ ꝑ se facit ad genera= tionem q̃ pater: quia pater non facit nisi decinden do semē suum ⁊ reponēdo in loco cōuenienti ad ge nerationē in matrice mulieris vel vase. Mater ve ro agit directe efficiēdo substātiam fetus attingē= do ad generationē eliciendo actum generationis. ¶ Secūdum est ꝙ beata virgo nō fuit cooperata ad decisionē seminis sui ⁊ missionē ad locum gene rationis sicut alie mulieres: sed bene ad ipsam ge= nerationē ⁊ mutationē instātaneam ⁊ hoc sufficit ad veram maternitatē cū hoc qđ est ministrare ma teriam sicut ꝙ materia sumatur de ipsa puta de su perfluo alimēti tertie digestionis sicut fuit factum in virgine a spiritusancto: ita ꝙ materia corporis christi fuit purissimus sanguis virginis tertia di= gestione digestus sm Dama. lib. 3. Verū est etiā ꝙ

Damas. beata virgo post cōceptionē Christi ipsum aluit ⁊ nutriuit in vtero suo sicut alie matres suos fetus. ¶ Tertium est ꝙ pater nō est causa filij effectiua nisi sicut inducēs dispositionē necessitātē ad gene= rationem puta semē sicut inducēs motum inducit calorē ⁊ hoc sufficit ad hoc: vt fetus referat' ad ip= sum sicut ad causam per se efficientē tñ multo ve= rius ⁊ perfectius refertur fetus ad matrē sicut ad causam directe effectiuam ⁊ elicitiuā actus gene= rationis. ¶ Quartum est ꝙ nichil de semine viri vel masculi intrat substātiam fetus quia hoc patet in beata virgine ex qua fuit sumpta sufficiens ma teria fetus: ⁊ tñ non fuit ibi aliquid de virili semi= ne. Ex quo videtur etiā in alijs matribus ꝙ illud quod accipitur ex parte mulieris sufficit pro mate ria fetus.

¶ **Ista positio** videtur dubia. Tum qꝛ sm eam potentia genera tiua hominis est innobilior ⁊ imperfectior q̃ gene ratiua mulieris. Tum quia mulier que est innobi= lior ⁊ imperfectior viro esset causa totalis generati ua viri. Tum quia nō plus videt' posse mulier ĩ ge neratione per se ⁊ directe q̃ in organizationem in quā non potest vt videtur: qꝛ agit vi naturali vni= formiter agente ⁊ ita nō potest in tātam difformi= tatem organorum sicut nec semen. Et ideo virtutꝫ formatiue sunt virtutes diuine sicut dictū est in se= cundo. ¶ Et ideo si nō teneatur dici potest ꝙ nec Nota. semē patris nec matris nec pater et mater directe et per se attingunt ad generationē sed dispositiue tm̄ preparando ⁊ alterando vel disponendo mate riam ⁊ deus educit formā substantialem corporeā et tunc beata virgo fuit mater: quia materiam pre parauit ⁊ ministrauit ⁊ ipsum aluit ⁊ peperit nō si cut dicitur in ista positione.

¶ **Ad motiua** precedētium opinionum q̃tum ad illa que sunt cō Ad moti tra me. ¶ Ad primū prime opinionis dico ꝙ non ua. 1. opi. oportet ꝙ mulier possit ꝑ seipsaꝫ ꝯcipere vel gene rare ⁊ ꝙ masculus superfluat quia necessario ante generationē requiritur dispositio materie ⁊ altera tio preuia sm processum nature ad quā facit semē viri sicut dictū est supra alterando semē mulieris. Similiter etiam qꝛ nō est agēs vel generans tota= le sed aliquo modo partiale: ⁊ ideo nunq̃ virt⁹ ei⁹ q̃tumcūqꝫ aucta sufficeret per seipsam sicut scđm ponētes obiectum esse causam partialē actus ali= cuius potētie cum potētia ipsa nunq̃ altera tantū virtus sufficeret. ¶ Et tunc ad dictū Aristotelis dicitur ꝙ si sensus esset actiuus sicut causa totalis sensationis sentiret vtiqꝫ vel sentire posset sine ex= trinseco obiecto. Sed non teneo me cum ista solu= tione secūda sed cum prima. ¶ Ad illud vero de li gno dicitur ꝙ si lignū esset calidum ⁊ cum hoc ca= lefactibile nō posset seipsum calefacere: quia cale= factio est actio transiens. Sed si esset immanēs pos set vtiqꝫ seipsum calefacere sicut intellectus seipm̄ intelligere. ¶ Aliter dicitur ad ista ꝙ Aristoteles Ad pbm. ibi de. 2. aīa intēdit ostendere sensum esse passiuuꝫ nō autem actiuum eo modo quo ponebāt illi q̇ po= nebant ipsum esse cōpositum ex omnibus sensibili bus realiter ad hoc vt sentiret oīa. Si enim opinio eorū esset vera sequeret' ꝙ sensus sentiret absqꝫ sen sibili extrinseco: ⁊ per consequēs moueretur a seip so sicut si calefactibile calefieret ⁊ nō ab extrinseco calefieret a seipso. Sed ex hoc nichil ad propositū ¶ Ad scđm dico ꝙ concludit bene ꝙ semen mulie ris per se ⁊ directe nō agit ad generationē: qꝛ pro instanti generationis corrūpitur: sed non cōcludit de muliere. ¶ Ad tertium de duobus agentibus vniuocis ⁊c̃. Licet non sit contra predicta: et ideo posset concedi tñ qui vellet sustinere ꝙ vir per se ⁊ directe ageret ad generationē posset dicere ꝙ imo Vnde ad eundē terminum vel effectum producen dum bene requirūtur duo agētia vniuoca talia ꝙ vnum subordinetur quasi alteri tanq̃ cause magis principali. Sicut duo ignes quorum vnus est ma= ior bene concurrūt ad eundem calorem causanduꝫ in eodē ligno vel eadem parte ligni. Quādo dicis ꝙ quelibet talium causarum cōtinet sufficienter ꝑ fectionē effectus vniuoci. Dico ꝙ non oportet q̃= tū ad modū producēdi sic vel sic. Tamen sic dicēti= bus occurrit difficultas ⁊ ideo teneo me cū prima solutione predictis cōcordāte. ¶ Ad quartū dico ꝙ in generatiōe substātiali mater nō est principiū

passiuū ꝓprie loquēdo q2 nō est materia seminis receptiua forme ipsius fetus licet materia ab ipsa ministretur ⁊ iō impropԑ dicitur principium passiuum. Non seqtur ḡ ꝙ in gñatiōe substātiali idē sit principium passiuum ⁊ actiuū. Hoc enim est īpossibile quicqd sit de mutatiōe accidētali q2 de aliqua tali nō implicat ꝯtradictionē sicut dictū est in secūdo.

Ad aug. ¶ Ad Augustinū. Dico ꝙ ipse intēdit ꝙ xp̄s nō venit ꝫm rōnē seminalem se tenētem ex parte viri q2 nō mediāte virili semine ⁊ nihil plus habetur de hoc ⁊ ita nihil contra ꝓpositū.

Ad Aristo. ¶ Ad philosophum Dico ꝙ ipԑ negatur ⁊ rationabiliter a medicis q̄ ponūt ꝙ mulier vel femela in generatione ē actiua. Et dico vltra medicos ꝙ nec vir nec semen viri est actiuū ad gñationē per se eo modo quo dictum est supra. Et tunc nego omnia signa ꝓ quāto videntur hoc ꝯcludere nisi forte dicatur ꝓ reuerētia Aristotelis ꝙ q̄tum ad alterationē ꝑuiam generationi intelligit hoc Aristoteles ⁊ pro tanto dicit hoc ꝙ licet semen mulieris aliquo mō sit actiuū ad alterationē vel dispositionē illam tamē semē viri principalius tanq̄ actualius ⁊ ꝑfectius. Unde nec semē mulieris agit ad eā nisi ꝑ accidens reagēdo in semen viri a quo ipsum patitur ⁊ alteratur.

Ad dicti 2. opi. ¶ Ad primum alteri⁹ opinionis qđ probat ꝙ mulier nō agit naturaliter ad generationē fetus: quia nec vir de quo magis videtur de viro sicut dictum est supra: ideo nō valet. ¶ Ad illa que sunt adducta cōtra primā opinionem ꝙ mulier agit ad generationē licet gratia cōclusionis essent cōcedenda: tñ q2 primum ita concludit de viro sicut de muliere qđ est supra negatum de viro respondēdum est ꝙ licet potētie generatiue. s. viri ⁊ mulieris sint eiusdem rationis q̄tum se tenēt ex parte forme ⁊ aīe cui sunt cōsubstātiales: habēt tñ alia ⁊ alia organa in viro ⁊ muliere ⁊ requiritur alia ⁊ alia presentia ad materiā viri ⁊ mulieris: ⁊ ideo licet ambe sint actiue: nō tñ eodem modo nec respectu eiusdem per se effectus: sꝫ sicut dictū est supra. ¶ Alia vero tria argumenta concedātur: q2 sunt bona eo modo quo concludunt ⁊ etiam deducūtur. Hoc de primo articulo principali istius questionis.

An ꝟgo sit vera mat̄ xp̄i naturalis ⁊ quomō

1. opinio.

¶ Quātum ad secūdum articulum questionis omnes volunt saluare ꝙ btā virgo sit ⁊ fuerit vera mater naturalis xp̄i. Sed diuersimode saluatur hoc a diuersis. Nā illi de ꝑma opinione ꝑcedētis articuli dicunt ꝙ licet nichil cooperata fuerit actiue ⁊ per se ad generationē: sed totū fecerit spiritussanctus tñ ministrauit materiam: et ipsum aluit in vtero suo benedicto ⁊ mutauit ⁊ peperit sicut alie matres ⁊ hoc sufficit ad hoc ꝙ sit vera mater naturalis.

2. opi. ¶ Alij de secūda opinione dicunt ꝙ fuit vera mater naturalis: q2 nō solum materiam ministrauit ⁊ ipsum aluit ⁊ peperit. Sed cū hoc ipsuꝫ genuit ⁊ cooperādo effectiue ⁊ per se ad generationē ipsius ipsi spiritui sancto per illud donum supernaturale qđ licet conferretur sibi supnaturaliter erat tñ sibi principiū operādi naturaliter

3. opinio. ¶ Sed istas opiniōes nō teneo sicut nec tenui illas in primo articulo questionis: ⁊ ideo dico aliter. Postea instabo ꝯ me ⁊ soluam. Primo dico ꝙ ipsa fuit vera mater: quia nō solum materiam ministrauit: sed q2 ipsum Christum genuit actiue cooperās spiritui sancto et per se ⁊ directe ad generationē Christi ꝫm naturam assumptam precipue q̄tum ad eductionē forme substantialis corporee de materia illa ministrata sicut dictū est supra. Ipsum etiā aluit in vtero ⁊ nutriuit.

¶ Sed de partu quomodo ipsum peperit est difficile. Et videtur ꝙ nō peperit ꝑmo q2 virgo. Impossibile est auteꝫ ꝙ virgo pariat manēs virgo vt videt̄: q2 virginitas ⁊ maternitas cōtrarie opponūtur nec possunt eidem inesse vt videtur. ¶ Secundo q2 partus expellitur a matre in pariendo. ¶ Sed beata virgo non potuit habere vim expulsiuā respectu hui⁹ partus: q2 cū iste partus exi erit clauso vtero ⁊ claustrꝫ clausis oportuit ꝙ essent duo corpora simul puta corpus Christi et pars illa vel vterus virginis. Hoc auteꝫ nō subest nec subiacet virtuti naturali agētis sed solius dei ¶ Tertio q2 pater ⁊ mater relatiue opponūtur sicut actiuum ⁊ passiuum. Cuꝫ igitur Christus ꝫm carnē ⁊ naturam nō habuerit patrem videt̄ ꝙ nec matrē. ¶ Quarto q2 illa nō parit naturaliter que parit modo mirabili ⁊ miraculoso: ⁊ per cōsequēs non est mater naturalis. Sed beata virgo naturali modo non peperit: sed miraculose quia virgo manens: ⁊c̄.

¶ Sed istis nō obstantibus *quō ꝟgo peperit Christū.* dico ꝙ beata virgo veraciter peperit Christum et hoc statim patet si ponatur ꝙ mater in pariendo non habeat vim impulsiuam vel expulsiuaꝫ fetus: sed fetus cadat quasi maturus fructus ab arbore qui nō expellitur ab arbore sed sponte cadit: et tunc beata virgo fuit terminus a quo illius motus vel egressus Christi ab vtero sicut spōsi de thalamo suo ⁊ totus ille mot⁹ fuit a spiritu sancto nō cooperāte virgine effectiue sicut nec alie matres ī hoc effectiue operant̄. ¶ Sed si mater habeat vim expulsiuā in pariendo: tūc difficili⁹ est videre propositum. Et dicit vnus ꝙ istud expellere nō est de necessitate matris ita ꝙ licet alie expellant: non tñ beata virgo: q2 agens naturale non pōt facere duo corpora non gloriosa in eodem loco nec potest aliquod corpus expellere de loco nisi subintret aliud corpus ⁊ planū est ꝙ aliud corpus nō subintrauit corpus vel vterum virginis. Ideo dicit ꝙ spiritus sanctus fuit totalis causa expulsionis supplendo causalitatem virginis ⁊ ip̄a virgo fuit terminus a quo tm̄. *Nota.* ¶ Sed aliter sicut videt̄ michi potest dici scꝫ ꝙ virgo fuerit ꝑncipium actiuum illius expulsionis per istum modū: quia planuꝫ est ꝙ expellere corpus ⁊ aliud implere sunt due actiones ⁊ mutationes ita ꝙ expulsio vnius ⁊ subintratio alterius separabiles sunt: ⁊ ideo deus potuit beate virgini influere ⁊ cooperari ad expulsionē ꝙ nō influeret ad subintrationē alterius corporis vel etiā ad fractionē vel apertionem vteri. Ita ꝙ virtute diuina erat ꝙ duo corpora simul essent: sed virtute creata virginis erat ꝙ alterum moueret̄ ⁊ expelleret̄. Sicut si duo animalia essent in eodē loco virtute diuina nō minus quodlibet eorū posset se mouere in illo loco q̄ si alterum tantum esset ibi: ⁊ sic de consimilibus. Sic in proposito potest dici.

¶ Ad primum contra partū dico ꝙ mater ⁊ virgo nō opponun

tur formaliter nec repugnāt maternitas ⁊ virginitas simpliciter ⁊ absolute sꝫ ꝟtute diuina possunt simul stare licet nō virtute nature. ¶ Ad secundū iā patet ex dictis de expulsione partus. ¶ Ad tertium dico ꝙ pater ⁊ mater nō opponūtur relatiue dato etiā ꝙ se habeant sicut actiuum ⁊ passiuū: qꝛ actio ⁊ passio sunt diuersorū predicamētorum: sed bene pater ⁊ filius vel mater ⁊ filius sensibilia: et ideo pater nō potest esse sine filio nec econuerso loquēdo de filio sm filiationem que est relatio ad patrē: sed bene potest loquēdo sm filiationem que est relatio ad matrem sicut in proposito: quare ⁊c.

¶ Ad quartū dico ꝙ beata virgo potest dici mater naturalis ex principio pariendi ⁊ generādi: qꝛ principium tale habuit in sua natura: tñ ex modo pariendi. Puta ꝙ virgo pareret nō dicit naturalis: qꝛ miraculosum fuit ꝙ virgo pareret licet naturale fuerit ꝙ ipsa pareret. ¶ Hec de secundo articulo principali.

¶ Quantum ad tertium articulū.

Incarnatio dup.

An scꝫ beata virgo meruerit esse mater dei vel Christi. Dicitur ꝙ incarnatio dei potest accipi dupliciter. Uno modo ꝗtum ad substātiam facti et vt in diuino supposito quo ab eterno preordinauit eā fiendā ⁊ exhibēdam et isto modo nec beata ꝟgo nec aliquis hominū vnꝗ potuit mereri incarnationem Christi vel dei nec per cōsequēs beata virgo potuit mereri esse mater dei nec merito cōgrui nec merito condigni. Tū qꝛ nichil extrinsecū deo est sibi ratio volēdi vel ordinādi aliquid extra se. Tum qꝛ īcarnatio est fundamētū est radix omnis meriti siue cōdigni siue congrui. Tum qꝛ incarnatio est ratio recōciliandi totū genus humanū ⁊ satisfaciendi saltē initialiter ⁊ per consequēs nō potest eā mereri singularis ꝑsona pura de genere hominis. Tum qꝛ meritū hominis ad hoc nō se extendit: vt deꝰ debeat fieri homo sed ad gratificari vel beatificari ad perfectionē formalē propriam gratie vel glorie: ideo ⁊c. ¶ Alio modo potest accipi incarnatio ꝗtum ad tempus vel circūstantiam vel moduꝫ ipsa incarnatione presupposita simpliciter fienda ⁊ hoc modo cōsideratur vt tali tēpore vl' tali fienda ⁊ isto modo dicit ꝙ beata virgo et sancti patres aliquomodo meruerūt eam in effectu poni tali tēpore aliquo modo ⁊ de cōdigno tanꝗ amici dei ⁊ ꝑsone deo grate ⁊ desiderātes feruēter accelerari aduētū dei licet istud excedat simpliciter omne meritum in excellētia ⁊ bonitate ⁊ beata virgo precipue inter omnes hoc meruit ꝗtum ad circunstātiam persone: qꝛ purissima ⁊ sanctissima fuit et decuit vt supposito ꝙ deus deberet habere matreꝫ ꝙ de matre purissima fieret que tāta puritate niteret qua sub deo nequit maior intelligi. Nec obstat ꝙ bonū incarnationis excedat quodcūꝗ meritum quia etiā bonū premiationis eterne excedit quasi ī proportionabiliter meritū temporale sm Apostolum ad Ro. Non sunt cōdigne passiones huius tēporis ⁊c. Tñ aliquis potest mereri de condigno vitam eternam eo tñ modo quo dictū est superius in scđo. Hoc sufficiat de isto tertio articulo.

quō beata virgo meruit esse mater christi.

¶ Ad primuꝫ principale dico

ad argumēta pn̄cipalia.

ꝙ beata virgo potuit cooperari ad eductionē forme substātialis corporee de materia corporis xp̄i: quia etiā illa fit naturaliter ī instāti ab alijs matribus sed nō ad translationē vel dispositionē instantaneam materie sicut dictū est supra. ¶ Ad secundū dico ꝙ christus cōparatur ad virginē sicut suppositū productum ab ipsa vi nature nō sm naturā diuinā: sed sm naturaꝫ humanā in qua subsistit cuius nature materiam ministrauit et hoc sufficit ad maternitatē. ¶ Ad tertium de spiritu sancto dico ꝙ proprie loquendo eo modo quo loquēdum est in proposito incarnationis spiritussanctus nō potest dici pater christi ratione incarnationis sm Augustinum ⁊ Magistrū in litera: quia nō est cōceptus de spiritu sancto sicut de patre vi generatiua naturali. Non enī conuenit cū virgine sicut vir cum muliere faciens naturaliter ad generationē mediante semine quomodocūꝗ ad hoc faciat vir sed magis vt artifex ⁊ agens voluntariū ⁊ non de sua substātia sed in aliena substātia ⁊ alterius rationis. Sed beata virgo vi sua generatiua ad hoc egit ⁊ materiam ministrauit sicut dictū est supra: ideo ⁊c.

¶ Distinctionis Quinte Tertij Sētentiarum. Questio Unica.

Circa distictioneꝫ quintā quero vtrū natura diuina assumpserit naturā humanā in christo. ¶ Uidetur ꝙ sic. Persona diuina et natura sunt idem. Sed persona assumpsit naturā: g ⁊c. ¶ Secūdo sic. Natura diuina ⁊ humana sunt vnite in Christo. Aut ergo natura diuina est assumēs aut assumpta Sed nō est assumpta: vt patet: g ⁊c. ¶ Tertio. Sicut persona est incarnata ita natura sicut concedit Magister in litera. Sed ꝑsona est incarnata ꝑ hoc ꝙ assumpsit naturam humanam: ergo ⁊c.

¶ Contra Quod est cōmune toti trinitati nō assumpsit naturam humanam qꝛ tunc tota trinitas fuisset incarnata. Sꝫ natura cōmunis est toti trinitati: ergo ⁊c.

¶ In ista questiōe sic ꝓcedā.

¶ Primo inquirā an natura diuina assumpsit naturam humanā. ¶ Secundo an persona diuina assumpsit hominē vel personam humanā. ¶ Tertio an natura humana prius potuit personari ꝗ assumi. ¶ Ultimo ad rationes.

¶ Quātum ad primum.

Assumere dupliciter capitur.

Notādū ꝙ assumere dicitur dupliciter. Uno modo effectiue. Alio modo terminatiue. Primo mō idem est qđ causare vnionē nature assumpte. Scđo modo idem est ꝙ illaꝫ vnionē terminare. ¶ Et sic sm hoc dico primo ꝙ eodē modo potest cōcedi vel negari ꝙ natura assumpsit naturā sicut ꝙ causat naturā vel causat aliquid seu efficit loquēdo de assumere primo modo. Et dico de hoc ꝙ nec creat nec assumit sicut dictū est in primo. Actio enī quelibet diuina nō est nisi suppositi vt āgētis. Et si in alijs aliqua actio possit esse alicuius singularis nō suppositi ratio est que fuit ibidem assignata: quia verbum adiectiuum qđ significat in adiacētia ad suppositū nō predicat de aliquo in vltima abstractiōe

abstracto cuiusmodi est essentia diuina vel natura
vt sic accepta. vide in primo distin. 5. in. 1. questiōe.
¶ Scđo tñ dico ꝙ essentia vel natura est ratio assu
mēdi isto modo: qꝛ est illud quo ꝑsona diuina assu-
mit ⁊ assumere pōt naturā creatā sicut ē ratio qua
creat aliquid vel efficit vt dictū est in pˀmo ⁊ nō di-
stingo mō essentiā ab alijs essentialibꝰ p̄cipue a vo
lūtate. Essentia ģ vel natura nō assumit isto modo
Sꝫ tres diuine ꝑsone sicut tres ꝑsone diuine creāt
et beatificāt. ¶ Vñ ⁊ ex hoc ꝯcludi pōt vnū dictū
aliquorū esse falsum ꝗ dicūt ꝙ essentia diuina bti-
ficat sicut qđ ⁊ quo. Hoc eñ falsum est si itelligat
effectiue quicq̄d sit de hoc si intelligit obiectiue lo
quēdo de assumere scđo modo dico ꝙ de facto na-
tura diuina non assumpsit naturā humanā in xp̄o.
Nec sicut terminus primus qđ nec sicut terminus
formalis quo. Nec eñ primo terminat vnionē na-
ture assumpte nec est ratio termināđi ipsaꝫ. ¶ Qꝫ
nō sit ratio termināđi ꝓbatū est supra in vna q̄stio
ne. Sed ꝙ nō terminet sicut terminus qđ pōt ꝓba
ri primo: qꝛ vnio nature assumpte est vt ad aliquid
subsistēs incōmunicabile puta ad suppositū. Natu
ra aūt diuina nō est aliq̄d incōicabile vt ptꝫ. Scđo
qꝛ si essentia eēt primꝰ terminꝰ qđ vt sic accepta cū
ipsa sit cōis tribꝰ ꝑsonis sequeret ꝙ tres ꝑsone ꝯñr
essent incarnate quod est falsum: quare ⁊c̄.

resolutio ¶ Dico igit ꝙ illius vnionis
ad verbū ꝗ nō est de facto nō est nec esse pōt termi-
nus īmediatus nec qđ nec quo. Sed ip̄m suppositū
vel ꝑsona diuina ꝗ est ꝟbū est terminꝰ qđ ⁊ ip̄a sua
ꝑsonalis ꝓprietas est terminꝰ quo. Sꝫ vtrū sit pos
sibilis aliqua vnio nature vnibilis ꝗ possit primo ⁊
⁊ īmediate terminari ⁊ ad essentiā ⁊ mediāte essen
tia ad tres ꝑsonas ꝯñter dictū est de hoc aliquid su
pra in illa q̄stione vtrū tres ꝑsone possint eandē na
turā numero assumere. ¶ Vltimo dico q̄ꝫtum ad
hoc ꝙ essentia ip̄a ⁊ natura ī filio est vnita nature
humane in xp̄o: aliter tñ q̄ꝫ verbū vel ꝑsona diuina
qꝛ ꝑsona diuina primo ⁊ īmediate sicut ꝑ se termi-
nās vnionē nature. Essentia aūt diuina quasi ꝑ ac
cidēs vel nō primo ꝑ tāto: qꝛ eadē supposito cū ꝑ-
sona verbi tanq̄ꝫ natura ⁊ sub̄a eiꝰ. Ex quo ptꝫ: ꝙ
qꝛ eadē est vnio ꝑsone ⁊ nature: ꝑsone tñ primo qꝛ
nature in alijs duabꝰ ꝑsonis a ꝟbo nō est vnita na
ture humane nec ecōuerso sicut nec alie ꝑsone sunt
vnite. Hec de pˀmo articulo q̄stionis nisi ꝙ cōcludi
pōt etiā ꝙ sicut natura diuina dꝛ vnita / ita dꝛ vl̓ di
ci potest incarnata ⁊ conceditur hoc a Magistro.

an ꝑsona diuina assumpsit homiem vel ꝑso. humanā. ¶ Quātum ad secūdum arti
culū certū est apud oēs ꝙ ꝑsona diuina nō assum-
psit ꝑsonā hūanā. ¶ Primo qꝛ sicut ꝓbatū est su-
pra ꝑsona est inassumptibil̓ ⁊ incōicabilis ꝯdictio
ne repugnāte. ¶ Scđo qꝛ in xp̄o esset duplex ꝑso-
na sicut duplex natura qđ est falsum. Voluerūt tñ
aliqui dicere ꝙ ꝑsona diuina assumpsit hominēꝫ lꝫ
nō ꝑsonā. Hoc aūt videt ꝓbari: qꝛ ꝟbū assumpsit
cōpositū ex aīa rationali ⁊ humana carne vt patet.
Sed hoc est hō ꝭm August. ⁊ ꝭm oēs: ģ ⁊c̄. ¶ Se
cūdo qꝛ verbū est hō sicut hō est ꝟbū. Sed nō ꝭm
seip̄m: ģ ꝭm assumptū: ģ hō ē assumptꝰ. ¶ Tertio
qꝛ aliq̄d dꝛ esse hō ꝓpter vnionē hoīs corporis ⁊ aīe
sicut ꝓpter separationē istoruꝫ dꝛ hō mortuus vel
nō homo. Et patuit in xp̄o: qꝛ in triduo dicebatur
nō homo vel mortuus ꝓpter separationē aīe a cor
pore. Non autē propter separationē amborū a ver
bo: qꝛ māserūt vnita verbo: ģ cū verbū assumpserit
ista vnita sequit ꝙ assumpsit hominē. ¶ Quarto
cōfirmatur per Augustinū qui sicut dꝛ in litera fre
quenter dicit verbum assumpsisse hominē ⁊ loqui-
tur frequenter de homine assumpto: quare ⁊c̄.

¶ Sed dico ꝙ verbū nō assumpsit hoīem
homo eñ dicit naturā suppo ꝙ ꝟbū assumpsit hūanitatem ⁊c.
sitatā vel naturā in cōcretione ad suppositū. Et iō
sicut nō assumpsit suppositū ita nec assumpsit hoīe
nē sed magis humanitatē ⁊ hāc humanitatē indi-
uiduā. Non tñ indiuiduū nature hūane prout indi
uiduum cōiter dꝛ hic homo ⁊ suppositū nature. ve
rū est tñ ꝙ Magister distinguit in lr̄a ꝙ q̄ñ dꝛ ꝟbū
assumpsit hoīem. verū est si hō accipiat pro natura
Sed pro ꝑsona habēte naturam non est verum.

¶ Ad primuꝫ aliorum dico ꝙ ad rōnes aliorum.
cōpositū ex aīa rationali ⁊ humana carne pōt acci
pi vel pro natura ipsa cōposita vel pro habente na
turā qđ est homo. Accipiendo primo modo veruꝫ
est ꝙ verbū assumpsit cōpositū ⁊ isto modo cōposi
tū nō est homo sicut nec humanitas est hō secundo
modo non assumpsit cōpositū. ¶ Ad scđm dico ꝙ
verbum est homo nō ꝭm se sed ꝭm assumptū sed ex
hoc non sequitur ꝙ assumptū sit homo: sed magis
ꝙ sit humanitas sicut etiaꝫ nō oportet ꝙ illud ꝭm
qđ formaliter corpus est album sit album sed albe-
do. ¶ Ad tertium dico ꝙ verbum vel christus nō
fuit homo solum propter vnionē corporis ⁊ anime
quia stante illa vnione potuit absolute non esse ho
mo: sed reliquisset naturā assumptam sicut potuit
facere absolute loquēdo. Sed cū hoc propter vnio
nē totius nature ad verbū: quia scilicet ipsum ver-
bum sustentabat naturā in proprio supposito ⁊ to
ta natura innitebatur sibi ⁊ vniebatur modo supe
rius enarrato. Ita ꝙ humanitas sibi vnita diceba
tur homo sicut suo modo subiectū dicitur tale acci
dēte sibi vnito nō autē accidēte separato. ¶ Quā
do dicis ꝙ propter separationē istorum dictus est
homo mortuus in triduo. Dico ꝙ verum est ⁊ hoc
bene sufficit: quia per talem separationem corru-
pta est natura humanitatis prius vnite secundum
quam dicebatur homo verus. Pauciora enim suf Nota.
ficiunt ad destruendum q̄ꝫ ad construendū: ⁊ ideo
nō oportet ꝙ sola vnione istorum Christus sit ho-
mo sicut propter separationem eorum est non ho-
mo vel mortuus. ¶ Tu dices Christus fuit vniuo
ce homo cum alijs: ergo sicut alij sunt homines so
lum propter vnionem partium ita et Christus. Di
co ꝙ Christus fuit vniuoce homo cū alijs q̄ꝫtū ad
naturam: sed non q̄ꝫtum ad suppositum: ⁊ ideo si-
cut in alijs ad veritatem nature sufficit vnio par-
tium. Ita et ad veritatem nature que fuit in Chri
sto sufficiebat vnio ista. Sed quia verbum erat ex-
trinsecum suppositum a natura: ideo oportebat ad
hoc vt diceretur talis secundum illam ꝙ ipsa sibi
vniretur et per talem vnionem vel ratione ipsius
esset homo. Non sic autem in alijs hominibus que
sunt intrinseca ⁊ ꝓpria supposita ad que vltra na-
turam sufficit illa duplex negatio suppositalis su-
pradictam. Vnde nec Christus est vniuoce homo
cum alijs q̄ꝫtum ad suppositum. ¶ Ad quartum
dico ꝙ Augustinus accipit hominem pro natura.

An natura hu. p⁹ potuit p̄sonari q̄ assumi. 1. opinio. ¶ Quãtum ad tertium articulum est vna opinio cuiusdã doctoris ꝙ natura a verbo assumpta nõ potuit prius esse p̄sonata in seipsa q̄ assumpta ita ꝙ deus posset assumere aliquã naturã prius in seipsa vel in ꝓprio supposito p̄sonatã. ¶ Ad hoc adducunt̄ rationes. ¶ Prima est q: natura prius suppositata vel p̄sonata assumi nõ põt nisi ꝑ corruptionẽ prioris suppositi. Alioquin posset simul suppositari in ꝓprio supposito ⁊ in extrinseco qđ est falsum. Sed corrupto supposito corrũpitur natura necessario: q: destructis primis impossibile est aliqd aliorũ remanere: ergo ⁊c̃. ¶ Scđa ratio: q: si natura prius suppositata posset assumi: videt̄ ꝙ pari ratione sua suppositalitas posset assumi: q: est cõditio realis preexistẽs in natura ⁊ sibi cõsubstãtialis. Sed hoc est falsum: ergo ⁊c̃. ¶ Dicit igit̄ iste ꝙ oportuit necessario ꝙ natura assumpta a verbo nunq̄ fuerit in proprio supposito persona. Alioquin nunq̄ potuisset assumi.

2. opi. ¶ Alia opinio est de hoc q̄ satis est mirabilis ꝙ natura pri⁹ p̄sonata in ꝓprio supposito potuit ⁊ põt assumi a diuino supposito manẽte ꝓpria p̄sonalitate sic ꝙ natura solũ esset assumpta ⁊ nõ p̄sonalitas ꝓpria ita ꝙ diuinũ suppositũ potest assumere naturã existentẽ ⁊ manẽtem in ꝓprio supposito nõ assumẽdo suppositũ. ¶ Hoc declarãt primo: q: nulla est ꝯtradictio ꝙ assumat̄ natura ⁊ nõ suppositũ: q: non sunt idẽ omnino sicut dictũ est supra. Distingũtur eñ sicut positiuũ ⁊ negatiuũ: q: positiuũ põt fundare respectũ vnionis: ⁊ per ꝯñs assumi dato ꝙ priuatiuũ nõ possit. ¶ Scđo q: videmus ꝙ aliqua actio realis põt terminari ad naturã vel etiã circa naturam nõ tñ circa singulare vel suppositũ vel econuerso. Patet in diuinis: q: suppositũ generat et generat̄ nõ autẽ natura ⁊ in creaturis actus diffiniendi vel intelligẽdi põt terminari ad naturã vel quidditatẽ dato ꝙ nõ ad suppositũ: ergo sil'r in ꝓposito assumptio poterat esse nature dato ꝙ non suppositi.

ꝯ.1. opi. ¶ Sed ille opiniones ambe videntur michi false. ¶ Dico eñ cõtra primã ꝙ natura prius suppositata vel p̄sonata in ꝓprio supposito põt vel potuit assumi a diuino supposito nõ manẽte sua suppositalitate ꝓpria sicut nec modo. Tũ q: nullã implicat ꝯtradictionẽ ꝙ in tali natura fundetur respectus vnionis cedẽte propria suppositalitate q: cõtingẽter stat sub ꝓpria suppositalitate. Tum q: sicut nature nõ repugnat priuari propria suppositalitate ⁊ inniti alteri pro primo instãti ita nec pro aliquo vt videtur q: non est ad hoc magis determinata in alio instãti q̄ in primo nec econuerso. Tũ q: si repugnaret sibi ꝓ alio instãti etiã repugnaret sibi ꝓ p̄mo: ⁊ sic nũq̄ posset assumi: q̄re ⁊c̃.

ꝯ.2. opi. ¶ Contra secundã opinionẽ dico ꝙ ĩpossibile est et ꝯdictio manifesta ꝙ assumat̄ natura existẽs in ꝓprio supposito: q: propriũ suppositum nature dicit in natura vltra ipsam naturã negationẽ actualis depẽdentie ad extrinsecũ suppositũ ⁊ ipsa vnio vel assumptio ex parte nature assumpte dicit actualẽ depẽdentiã vel innitẽtiam ad extrinsecũ suppositũ ⁊ ideo hoc ponere nõ est nisi ponere contradictoria simul. ¶ Scđo dico ꝙ si natura existẽs ĩ ꝓprio supposito ⁊ manẽte proprio supposito assumeret̄ ꝙ ipsum suppositũ ꝑ ꝯñs assumeret̄. Probatio. Assumpta natura assumit̄ q̄libet ꝓprietas formalis in ipsa eo modo quo est in ipsa sicut patet de accidẽte ⁊ pari ratione de negatiuis ꝓprietatibus. Unde ⁊ si assumeret̄ oculus cecus assumeret̄ cõsequẽter cecitas: ergo cũ ratio ꝓprii suppositi dicat negationẽ realẽ vel ꝓuationẽ ĩ nat̄a assũpta nat̄a assumit̄ necessario tal' negatio si maneat ĩ ipsa. Dico igit̄ ꝙ illa positio est falsa: ⁊ ideo.

¶ Quãtum ad istum articulum dico ꝙ absolute loquẽdo p̄sona diuina potest ⁊ potuit assumere naturã prius p̄sonatam in ꝓprio supposito: non tñ manẽte ꝓpria p̄sonalitate sed cessante adueniente vnione sibi opposita ad extrinsecã p̄sonalitatẽ licet de facto nõ fuerit ita q: natura humana nunq̄ fuit suppositata ꝓpria p̄sonalitate propter rationes supradictas in quadã questione illa scilicet vtrum organizatio ⁊ formatio corporis christi precesserit incarnationem verbi. Opinio auctoris

¶ Ad primũ prime opiniõis dico ꝙ si argumẽtũ est bonũ probat ꝙ nunq̄ possit assumi natura: q: oportet ita bene priuari naturã propria suppositalitate in primo instãti qñ assumit̄ sicut si postea in alio instãti assumeretur. ¶ Cum ergo natura ⁊ suppositũ sint idem sicut tu dicis ita oportet naturã nõ existere qñ accipit̄ ĩ primo instãti sicut si alias assumeret̄ q: ita bñ oportet suũ propriũ suppositũ nõ esse ⁊ ita non põt assumi q: nõ est. Preterea etiam si supposito ꝓprio corrupto vel suppositalitate amota oportet corrũpi naturã sequit̄ pari rõne ꝙ ꝓpria suppositalitate restituta ꝓducat̄ de nouo vel reparet̄ natura. Sed hoc est falsum: q: s'm omnes doctores verbũ posset relinquere naturã assumptã nõ causando aliquid reale positiuum: sed tñ non causando priorẽ vnionem. ¶ Dico igit̄ ad argumẽtum ꝙ oporteret naturã illã amittere ꝓpriã suppositalitatẽ ⁊ nõ ꝓpter hoc corrũperet̄ natura sicut nec modo corrupta est sed manet actu existẽs ĩ christo: licet careat ꝓpria suppositalitate. Qñ dicis ꝙ corruptis primis substãtiis impossibile est aliquid aliorũ remanere. Dico ꝙ s'm Aristotelẽ natura creata non potest manere in esse sine ꝓpria suppositalite vel supposito ꝓprio et ideo negaret possibilitatem incarnationis. Sed nos qui ponimus ꝙ natura habet esse cõtingẽter ⁊ separabiliter sub ꝓprio supposito vel ꝓpria suppositalitate debem⁹ dicere ꝙ nõ oportet naturã corrũpi si amittat vel destruat̄ ꝓpriũ suppositũ: q: põt stare ⁊ manere ĩ alio supposito. Uel dicẽdũ ꝙ Aristoteles ĩtelligit đ p̄mis substãtiis q̄ sunt ĩdiuidua vel singularia sube. Uerũ est eñ ꝙ destructa singularitate nature destruet̄ natura. Natura eñ in q̊libet est eẽntialr eadẽ cũ suo singulari vel cũ illo ꝑ qđ est singularis. Nõ sic aũt est de suppositalitate sic dictũ ẽ supra. ¶ Ad 2m dico ꝙ nõ oportet si natura tal' põt assumi ꝙ sua suppositalitas ꝓpria maneat cũ assũptiõe ꝓpt' ꝯdictionẽ repugnãtẽ q: ꝓpa suppositalitas dicit ĩ nat̄a negationẽ illi⁹ vniõis quã dicit assũptio ex p̄te nature assũpte: iõ ⁊c̃. ¶ Dices ꝙ ĩmo suppositũ videt̄ esse assumptibile: q: ita est curabile sicut ⁊ natura ⁊ in potentia obedientiali respectu dei sicut et natura: ergo ⁊c̃. Dico ꝙ suppositum q̄ntum ad illud quod dicit sibi proprium super naturam non est curabile: nec in potentia

obẽdientiali: quia non dicit nisi negationẽ cui neutrum conuenit: ideo ⁊c̃.

¶ **Ad primũ** secũde opinionis dico ꝙ implicat cõtradictionẽ planã ꝙ natura manẽs in ꝓprio supposito assumat̃ sicut dictũ est supra: ⁊ per ꝯñs implicat cõtradictionẽ ꝙ manẽs in ꝓprio supposito assumat̃ ⁊ nõ assumatur propriũ suppositũ. Similiter etiã patet hoc qꝛ contradictionẽ ĩplicat ꝙ cõueniat alicui ꝓprietas aliqua vel negatiua ⁊ nõ conueniat illi cui primũ cõuenit sicut ĩpossibile est ⁊ ĩplicat cõtradictionez ꝙ assumat̃ substãtia ⁊ nõ assumat̃ accidens eius manẽs in ipsa ⁊ inherẽs sibi stante tali assumptiõe sicut ꝙ assumat̃ oculus ⁊ nõ assumat̃ cecitas eius si maneat cecitas in ipso stãte illa assumptione. Sic in ꝓposito de natura assumpta ⁊ ꝓpria ei⁹ suppositalitate manẽte ſm eos. ¶ Ad aliud dico ꝙ assumi vel assumptio nõ est aliquid ꝑtinẽs ad differentiã inter naturã ⁊ suã suppositalitatẽ si ponat̃ manere stante illa assumptione sicut ꝓbatũ est supra. Sed generare vel generari est aliquid ꝑtinens ad differẽtiã inter essentiã diuinã ⁊ suppositũ ⁊ differri etiã inter naturã ⁊ indiuiduũ: ideo nõ est simile.

adargumẽta pn̄cipalia. ¶ **Ad primuz principale dico** ꝙ natura ⁊ ꝑsona nõ sunt totaliter idẽ sicut dixi in primo. Sed ꝑsona addit sup naturã relationẽ distinctã ex natura rei ab essentia vel natura: q̃re ⁊c̃. ¶ Ad scd̃m dico ꝙ natura põt dici vnita nec propter hoc oportet ꝙ sit assumẽs sed sufficit ꝙ sit aliquid assumẽtis cuiusmodi est natura diuina aliq̃d diuini suppositi. ¶ Ad tertiuz dico ꝙ natura põt cõcedi vnita vel incarnata sed nõ sicut persona assumens sicut probatũ est supra: sed magis sicut aliquid persone assumentis: ideo ⁊c̃.

¶ Distinctionis Sexte.
Questio Unica.

CIrca sextã distinctionẽ quero vtrũ in Christo sint plura esse. ¶ Videt̃ ꝙ nõ Primo esse vel subsistere in substãtia sunt idẽ: qꝛ sicut accidẽtis est inherere ita substãtie est subsistere ⁊ sicut esse accidẽtis nõ est nisi suũ inherere vł inesse. Ita esse substãtie nõ est nisi suũ subsistere. Sed in xp̃o nõ est nisi vnũ subsistere: qꝛ nõ est nisi vnũ suppositũ in ipso: ꝗ ⁊c̃. ¶ Secundo sic. Si in xp̃o sunt plura esse sequit̃ ꝙ Christus sit plura entia qꝛ ens ⁊ esse sunt idẽ. Sed hoc est fl̃m: ꝗ ⁊c̃. ¶ Tertio sic. Si in xp̃o sunt plura esse. Aut faciũt vnũ ꝑ se aut ꝑ accidẽs. Nõ vnũ per se patet inducẽdo ĩ modis ꝑ se. Nec ꝑ accidẽs qꝛ neutrũ est accidẽs vel forma alteri⁹: qꝛ nec eẽ diuinũ hũani nec ecõuerso. ¶ Silr̃ etiã bernardus
Bernar. ad Eugeniũ dicit ꝙ vnio duarũ naturarũ ĩ xp̃o tenet arcẽ inter vniones: ꝗ ĩpossibile est ꝙ cõstituãt vnũ ꝑ accidẽs multomin⁹ q̃ȝ de materia ⁊ forma q̃ faciũt vnũ per se: quare ⁊c̃. ¶ Cõfirmat̃ qꝛ natura hũana nõ ꝯparat̃ ṽbo vt forma: ꝗ nõ dat sibi aliq̃d esse: igitur in christo nõ est nisi diuinum esse.

¶ **Contra** In xp̃o sunt due nature scȝ diuina ⁊ humana sed quelibet habet propriũ esse: qꝛ esse ⁊ essentia vel sunt idem vel inseparabilia: ergo in christo sunt plura.

¶ **In ista questiõe sic ꝓcedã.** ¶ Primo ad euidentiam q̃stionis inquirã vtrũ in creatura differãt essentia ⁊ esse actualis existentie qd̃ est esse ĩ re ⁊ ĩ effectu actualiter. ¶ Scd̃o ponã vnã opinionẽ de questiõe cũ suis motiuis. ¶ Tertio arguẽdo ꝯ cam ponã aliã ⁊ respondebo ad motiua eius. ¶ Ultimo ad rationes principales.

¶ **Quãtum ad primũ** est vna opinio solẽnis ꝙ esse ⁊ essentia realr̃ distingunt̃ tanq̃ȝ diuerse res absolute saltẽ ĩ creaturis absolutis quarũ vna res aduenit alteri ⁊ ꝑficit eã suo modo sicut suã materiã. ¶ Ad hoc adducunt̃ rõnes. Quarũ prima est Participãs differt realiter a participato qꝛ nichil participat seip̃m. Sed essentia ꝑticipat ⁊ recipit esse: qꝛ est ens ꝑticipãs ipsum: vt patet: ꝗ ⁊c̃. ¶ Secũda est. Illud qd̃ est ꝑ se in potẽtia ad aliq̃d ⁊ q̃ȝtũ est ex se ĩdifferẽs ad ip̃m vel oppositũ ei⁹ differt realiter ab ip̃o. Hoc patet: qꝛ nichil est indifferens ad seipsum vel oppositũ suũ. Sed essentia creature per se est in potẽtia respectu sui esse ⁊ in potẽtia cõtradictionis respectu esse vel non esse ⁊ põt intelligi sub opposito ipsius esse puta sub nõ eẽ. Accidit eñ sibi esse vel nõ esse nec alterũ istorũ sibi determinat. Si eñ determinaret sibi eẽ nõ posset nõ esse et sic esset necesse esse. Si etiã determinaret nõ esse esset ĩpossibilis esse: ꝗ ⁊c̃. ¶ Tertia ratio. Si eẽntia esset idem cum esse in creatura: sequeret̃ ꝙ essentia creature eẽt suũ esse ita ꝙ esse vere sic p̃dicaret̃ de essentia sicut in deo. Sed hoc est falsum ⁊ ĩpossibile: qꝛ tũc creatura vel essentia creature esset purum esse subsistẽs: ⁊ ita esset deus. ¶ Quarta ratio. Illa que diuersis potẽtijs cognitiuis quaruȝ vna est sensitiua ⁊ alia intellectiua apprehendunt̃ realiter distĩgũtur. Sed essentia vel quidditas creature ab intellectu apprehẽditur: qꝛ quidditas est obiectuȝ intellectus ⁊ suum esse vel existere apprehẽditur a sensu qui est cognitiuus particulariũ ⁊ actu existẽtium tantũ: ergo ⁊c̃. ¶ Quinta ratio. Terminus mutatiõis realis realiter differt a subiecto vł quasi subiecto illius mutatiõis. Probatio: quia naturaliter presupponit ipsum ⁊ mutatio ad ipsum terminatur: nõ autem ad subiectum. Sed esse est primus terminus creationis que est mutatio essentia vero quasi subiectũ: quia prima rerũ creataruȝ est esse: ergo ⁊c̃. ¶ Sexta ratio ⁊ vltima: qꝛ si essentia et esse nõ differũt realiter ita est ista ꝓpositio vera ⁊ necessaria ⁊ ab eterno. Essentia est vel habet esse sicut ista essentia est eẽntia sicut patet. Sed hoc est falsuȝ: qꝛ tũc creatura esset necessaria ⁊ procederet ab eterno a deo de necessitate nature nec posset adnichilari nec ĩcipere eẽ: ꝗ ⁊c̃. ¶ Cõfirmat̃ ꝑ Boetiũ de ebdomadib⁹ vbi dicit ꝙ in omni eo qd̃ est citra primũ differt qd̃ est ⁊ quo est. Sed qd̃ est essentia quo est ipsuȝ eẽ: ꝗ ⁊c̃. Dicit etiã Boetius ꝙ aliquid est accepta eẽndi forma. ¶ Cõfirmat̃ per cõmẽtatorem. 5. metha. vbi dicit ꝙ qñ est predicatur Secũdo adiacens tunc est probleuma de accidente hoc autem est quando predicatur esse actualis existentie vt patet. ¶ Confirmatur per Auicẽnaȝ 5. metaphisice vbi dicit ꝙ eẽ actu vel potentia sũt passiones entis. Sed passio realiter differt ab eo: cuius est ergo ⁊c. ¶ Ultimo per Lynconeñ.

Esse ⁊ essentia an realit̃ disti. opi. 1.

Boeti⁹. cõmẽta. Auicẽna Lyncoñ.

in pncipio scdi phisicorum vbi dicit ꝙ in creatura differūt questio si est ⁊ quid est ⁊ in solo deo nō differūt. Sed questio si est ad esse ptinet questio quid est ad essentiā: ꝗ ⁊c̄. ❡ Sic ꝗ dicūt isti ꝙ essentia ⁊ esse realiter distinguntur tanꝙ res diuerse et alteri⁹ ratiōis: quaꝝ vna est actus ⁊ pfectio alteri⁹ vt subiecti et suo modo sicut forma materie: et ptinet ad idē gen⁹ essentia tm̄ per se magis ⁊ esse p reductionem: qꝛ accidit generi ꝙ essentia sit in actu.

2.opi.p̄o ri ꝯ̃ria. ❡ **Alia opinio** est de hoc tota opposita q̄ dicit ꝙ essentia ⁊ esse ī nullo distinguntur extra ītellectū: sꝫ sola rōne ⁊ opere intellectus distinguntur: qꝛ vnū significatur noīaliter ⁊ aliud verbaliter. ❡ Ad hoc adducuntur rationes. ❡ Prima ē ista. Sicut se hꝫ lux ad lucere ⁊ sapiētia ad sapere ⁊ cursus ad currere sic essentia ad esse. Sed abstracta nō differūt a ꝟbis cōcretis nisi ꝺm rōnē vt ptꝫ: ꝗ ⁊c̄. ❡ Scda ratio q̄ est Cōmētatoris. 4. ⁊. 10. meta. Si esse ⁊ essentia differūt realiter ita ꝙ esse sit alia res ab essentia q̄ro quo ē formaliter ipsuꝫ: qꝛ oportet dicere ꝙ sit seipso aut aliquo alio addito. Si seipso pari ratione fuit standū in primo puta in essentia. Si alio q̄rā de illo ⁊ sic sequitur processus in infinitum ⁊ isto modo arguit ibidē de ente ⁊ vno ꝙ nō differūt realiter nec vnū dicit dispositionē additā. Vn̄ ibidē ⁊ phūs ⁊ cōmentator dicūt ꝙ hō ens hō ⁊ vnus hō nō differūt nisi ꝺm dictionē repetitā: ꝗ tm̄ ꝺm rōnē differūt esse hominē ⁊ esse. primū ptinet ad essentiā. scdm vero ad existere. Et valet ista ratio ī terminis simpliciter trāscendētib⁹ denominātib⁹ se mutuo lꝫ nō in specialib⁹. ❡ Tertia ratio. Si esse differt realiter ab essentia ⁊ dicit aliā realitatem ab essentia substātie. Aut illa realitas est accidēs. Aut substātia. Non pōt dici accidēs: qꝛ substātia nō existit p accidens: sed magis ecōuerso. Nec pōt dici substātia: qꝛ nec materia nec forma nec ꝯpositū aliud ab essentia: vt ptꝫ etiā ꝺm eos: ꝗ ⁊c. Silr etiā esse aduenit eēntie post esse cōpletū in genere suo: qꝛ tūc in generatione cuiuslibet substātie cōcurreret duplex pductio. Vna q̄ terminaretur ad cōpositū ex materia ⁊ forma qd est essentia ⁊ alia q̄ est ad esse qd est vna alia substātia ⁊ ita vel eēt generatio vel creatio seu aliqua talis saltē ad quā nō posset attingere agēs naturale quoꝝ vterꝙ fieri est incōueniēs: igitur est accidēs ⁊ nō substātia. Sed īpossibile ē ꝙ sit accidēs: ꝗ ⁊c. ❡ Quarta ratio. Esse actualis existētie ⁊ nō esse actualis existētie opponuntur ꝯdictorie: ꝗ quicquid dicit vnū positiue vel quicqd vnū affirmat ⁊ aliud negat vel ecōuerso. Sed nō esse actualis existētie negat totā rei entitatē: qꝛ cū res nō est nullā habet entitatē: ꝗ esse actualis existētie dicit ipsam rei essentiā ⁊ entitatē. ❡ Quinta ratio. Sicut se habet ad nō esse qn̄ nō est sic se hꝫ ad esse qn̄ est. Sed essentia qn̄ nō est idē penitus cū nō esse: ꝗ qn̄ est ideꝫ est penitus cū esse. ❡ Confirmatur qꝛ essentia eoīpo ꝙ ponitur sub nō esse est totaliter nichil. Non sic est autē de illis que p modū subiecti se habēt ad aliqua opposita qn̄ em̄ trāsferūtur de opposito ad oppositū adhuc manet esse ⁊ entitas eorū qꝛ nō sunt nihil Subiectū em̄ oportet manere. 1. phisicorū. ❡ Sexta ratio. Sicut albedo dat formaliter esse albū per seipsam ⁊ per nichil additū dat esse accidētale ita forma substātialis dat esse substātiale per seipsam et per nichil additū: Sed hoc nō esset verū si eē differret ab eēntia vel a forma q̄ est pars eēntie: ꝗ ⁊c̄.

rōnes huius. 2. opi.

❡ Confirmatur ista positio qꝛ si esse positiue distinguitur ab essentia extra intellectū aut ꝺm se precise acceptū habet entitatē aliquā vel est entitas aliqua aut nō. Si sic tūc est essentia aliqua ⁊ habeo ꝓpositū ⁊ pari ratiōe ecōuerso essentia est eē vel ꝺm se p̄cise accepta habet esse vel est ꝓcessus in infinitū. Si nō tūc est nichil non ꝙtum ad id qd dꝛ intrīsece et precise qd est falsuꝫ. ❡ Preterea si differt. Aut sicut aliquid absolutū aut sicut respectiuum. Nō sicut absolutū substantiale qꝛ nec materia nec forma nec cōpositū sicut supra. Nec sicut accidens qꝛ generatio p se terminatur ad esse: nō autē ad aliqd accidēs. Nec sicut respect⁹ qꝛ prius est esse simpliciter in absolutis ꝙ esse ad aliud: igitur esse ad aliqd nō est primū esse simpliciter substātiale ipsorū. Similiter etiā generatio nō terminatur per se et primo ad respectiuū. ❡ Tertio qꝛ. 7. metha. In his que sunt p se idem est quidditas ⁊ cuius est quidditas: puta habēs vt homo ⁊ humanitas. Homo em̄ dicit p se vnū nō sicut ī his q̄ per accidēs. Albedo. n. nō est idem cū habēte albedinē. Cū igitur ens aliquod sit vnū per se qd existit idē est in ipso essentia et esse. Alioquin nullū existens est vnū per se qd est falsum ⁊ cōcludit eodē modo cōtra quālibet distinctionē istorū ex natura rei extra intellectuꝫ. Dicūt ergo isti ꝙ essentia creature ⁊ suū esse actualis existētie nō solū esse essentie nō differūt nisi ꝺm rationē tm̄ ⁊ modū significādi: qꝛ vnū significatur noīaliter et per modū substantie vel habitus. Aliud vero verbaliter ⁊ per modū actus puta ipsum esse. 7. meta.

❡ **Tertia opinio** ē ꝙ eēntia ⁊ eē actualis existētie nō differūt re nec solū ratione: sed intētione aliqua em̄ differūt re sicut subiectū ⁊ accidēs aliqua differūt ratione: sicut diffinitio ⁊ diffinitū ⁊ aliqua minus ꝙ re ⁊ plus ꝙ ratione ⁊ ista differūt intentione sicut genus ⁊ differētia in eadē re que differunt medio modo ⁊ hoc modo etiā sicut dicit ista opinio differūt essentia ⁊ eē actualis existētie in creatura licet essentia ⁊ esse essentie nō differāt nisi ꝺm rationem tm̄. ❡ Ex hoc autē sequitur ꝙ esse actualis existētie facit compositionē in creatura cū essentia ⁊ ꝙ esse actualis existentie potest esse nouum in essentia et ꝙ essentia potest intelligi sub opposito esse actualis existentie puta sub non esse ⁊ per hunc modum omnia saluātur. Imaginātur autem isti ꝙ creatura habet essentiam inꝙtum est exemplata a deo sꝫ habet existentiam inꝙtum est effecta a deo. Ita ꝙ ipsa exemplatio passiua est ratio essentie sed ipā relatio dei passiue vel effecti ad deū vt ad causam efficientē est ipsum esse: ⁊ ideo sunt idem re sicut pluribus vijs superius est probatum quarum aliquas ipsi adducunt ⁊ non oportet eas repetere. Differūt tamen intentione ⁊ hoc ipsi non probant directe. Et ideo nec probationes aliquas pro ipsis adduco. ❡ Secundo dicunt ꝙ participare aliquid alio potest intelligi dupliciter. Vno modo subiectiue: sicut materia vel subiectum participat formā substantialem vel accidentalem. Alio modo effectiue vel terminatiue seu obiectiue magis sicut effectus participat causam sicut radius participat lucē solis. Primo modo eēntia creature nō pticipat esse sed magis. Scdo modo dꝛ participare esse diuinū: qꝛ est ens participans deū: vt causam quasi radius

Tertia opinio.

Aliquid alio ptici pat dupliciter.

diuine entitatis vel claritatis ⁊ ĩpressio q̄dã diuine bonitatis ꝑ se existẽs sine aliquo addito vel formaliter recepto. Sicut si radius ꝑ se existẽs posset causari a sole et ĩpressio silr̃ a sigillo. ¶ Et hec est opinio q̄ dicit vltimo ꝙ si accipiat̃ esse pro eẽ quidditatiuo qđ est eẽ essentie tũc cũ tale eẽ essentie nõ differat ab essentia: nisi s̄m ratione tm̃ vnũ põt p̄dicari de alio dicẽdo ꝙ essentia ẽ suũ eẽ ꝑticipatũ formalr̃ inq̃ʒtũ habet exemplar ĩ deo vel inq̃ʒtũ exemplata. Si aũt accipiat̃ eẽ existẽtie nõ põt vnũ de alio p̄dicari sic abstractiue vel ĩ abstracto q2 differũt intentione sicut etiã nec genus de differẽtia p̄dicatur in abstracto que tm̃ differũt sola intentiõe.

4. opi. quã auc. imitatur ¶ Quarta opinio est quã intẽdo tenere q̄ dicit primo ꝙ aliq̃ distingunt̃ tm̃ s̄m ĩtellectũ ⁊ rõnẽ sicut ideʒ a seipso diffinitio a diffinito. Et alia distinguntur extra ĩtellectũ ⁊ hoc ĩ triplici gradu. Uno mõ formaliter tm̃. Alio° nõ solũ formalr̃ sʒ etiã realiter. Tertio° nõ solũ foralr̃ ⁊ realr̃ sʒ etiã essentialr̃ sic declaraui in primo distin. 3. nec repeto modo.

resolutio hui⁹ opi. ¶ Tũc dr̄ p̄mo ꝙ eẽntia creature ⁊ eẽ actualis existẽtie sue ĩ re ⁊ ĩ effectu nõ distĩgunt̃ tm̃ s̄m rõnẽ ⁊ intellectũ vel opus intellectus. Scđo dicitur ꝙ distingũtur extra intellectum formalr̃ ⁊ realr̃. Tertio dr̄ ꝙ nõ distigunt̃ eẽntialr̃.

1. pba. ¶ Primũ probo sic. Quecũqʒ sola ratiõe distingunt̃ ita ꝙ extra ĩtellectũ sunt penit⁹ idẽ de se inuicẽ abstracte vel substãtiue accepta p̄dicant̃ p̄dicatiõe dicẽte hoc est hoc ⁊ ĩ recto vt videt̃. Hoc ptʒ. Cursus ⁊ currere sola rõne distingunt̃ ⁊ planũ est ꝙ de seinuicẽ p̄dicant̃ dicẽdo sic ĩ recto. Cursus ẽ currere ⁊ rõ est ĩ prõptu q2 talis p̄dicatio nõ denotat nisi verã idẽtitatẽ q̄ ẽ inter ip̄a extra ĩtellectũ. Sed essentia creature nõ sic predicat̃ de suo esse nec ecõuerso nec aliq̄s recipit istã p̄dicationẽ ꝙ essentia sit eẽ sʒ bñ recipit̃ ista ꝙ essentia est vel hʒ eẽ nõ sicut de cursu ⁊ currere: nõ tñ ꝯcedit̃ ꝙ cursus currit: ġ ⁊c̄. ¶ Scđa rõ. Quecũqʒ sola rõne distigunt̃ ⁊ sunt aliq̄d positiuũ extra intellectũ vnũ quidditatiue ⁊ ꝑ se p̄mo ꝯuenit alteri sicut ⁊ idẽ sibi ĩ re ⁊ extra naturã rei ipsi ⁊ diffinitio ⁊ diffinito. Sʒ s̄m Auicẽ. 5. meta. Esse creature nõ ꝯuenit sue essentie ꝑ se p̄mo mõ: q2 om̄e cuius quidditas stabilit̃ ꝑ esse est necesse eẽ ⁊ hoc solũ ꝯuenit glorioso deo: ġ ⁊c̄. ¶ Scđo sic. Jlla non solũ distĩgunt̃ s̄m rõnẽ q̄ sunt aliq̄d positiuũ extra intellectũ ⁊ s̄m vnũ illorũ res ponit̃ ⁊ habet esse ꝑ se ⁊ directe ĩ p̄dicamẽto metaphisico ⁊ nõ s̄m aliđ. Sed ita se hñt essentia ⁊ eẽ. Nã licet inseparabilia sint essentia ⁊ eẽ: tñ s̄m essentiã est in p̄dicamẽto ꝑ se: nõ aũt s̄m esse q2 accidit rei esse pro quãto est in predicamẽto, nõ quia actu sit in p̄dicamẽto quãdo nõ est: sed q2 per existere nõ est in p̄dicamẽto: ġ ⁊c̄.

Prob. 2 ¶ Scđo probo ꝙ eẽntia ⁊ esse actualis existẽtie distingunt̃ formaliter extra intellectũ. Primo sic. Quecũqʒ sic se habẽt ꝙ ambo dicũt aliquid positiuũ extra intellectũ ⁊ neutrũ est de ꝑ se cõceptu quidditatiuo ita ꝙ neutrũ cõuenit alteri ꝑ se primo modo illa distingunt̃ formaliter extra intellectũ sicut dictũ est in primo. Sed essentia creata ⁊ suũ esse sunt huiusmodi. Utrũqʒ eñ dicit aliquid positiuũ reale ⁊ neutrũ cõuenit alteri per se primo modo: q2 hoc solũ deo cõuenit ꝙ sit esse: ġ ⁊c̄. ¶ Secũdo sic. Jlla nõ sunt idẽ formaliter omnino extra intellectũ quorũ vnũ est passio alterius ⁊ metaphisica passio: q2 passio ⁊ subiectum necessario formaliter distingũtur. Sed esse in actu est passio essentie create: ġ ⁊c̄. ¶ Tertio sic. Jlla distĩguntur formaliter extra intellectũ quorum vnũ est prius natura extra ĩtellectũ. Sed essentia est prior natura q̄ʒ esse. Probatio q2 prius est fundamẽtum q̄ʒ respectus. Esse autẽ non est nisi respectus essentie producte ad deũ producentem vt videtur ⁊ magis dicetur infra: ergo ⁊c̄.

¶ Tertio probo ꝙ essentia ⁊ esse realiter distingũtur in creatura. Quecũqʒ dicũt aliquid positiuũ extra intellectũ ⁊ formaliter distingunt̃ ⁊ neutrũ est actu infinitũ intẽsiue ⁊ formaliter illa realiter distingunt̃. Hoc ꝓbat̃ de duabus relationibus diuinis. Sed sic est de essentia et esse in creatura. Patet q̄ʒtuʒ ad duo prima. Quã tũ ad tertiũ patet: q2 in creatura nichil est formaliter infinitũ actu ⁊ intẽsiue simpliciter nec esse põt: q2 tũc creatura esset vel posset eẽ deus: ġ ⁊c̄. ¶ Secũdo sic. Quecũqʒ faciunt verã ⁊ realẽ cõpositionẽ que negatur a deo tanq̄ʒ sibi repugnãs propter suã summã simplicitatẽ illa differũt realiter. Sed essentia ⁊ esse faciũt veram cõpositionẽ in creatura que negatur in deo ꝓpter summã simplicitatẽ suã quia de creatura cõceditur ꝙ est cõposita ex essentia ⁊ esse: non sic autẽ deus ġ ⁊c̄. ¶ Tertio sic. Jlla que nõ minus distingũtur q̄ʒ genus ⁊ differẽtia in creatura realiter distingũtur. Patet: q2 sicut dixi in primo. Genus ⁊ differẽtia realiter distinguntur. Alioquin nõ video quare vnũ non predicaret̃ de alio in abstracto. Sed essentia ⁊ esse non minus distingũtur in creatura q̄ʒ gen⁹ ⁊ differẽtia. Probatio: quia genus et differẽtia possunt concurrere et cõcurrunt ad vnum per se conceptũ speciei. Sic ꝙ quodlibet eorũ p̄dicatur ꝑ se primo modo de specie cuius est ille cõceptus. Nõ sic autẽ essentia ⁊ esse q2 nõ est per se ordinabile in genere nec ꝯcurrẽs quidditatiue ad aliquid qđ sit per se in genere sicut dictũ est supra: quare ⁊c̄. ¶ Secundo probari põt idem: quia ambo dicũt aliquid positiuum ⁊ neutrũ in vltimata abstractione acceptum p̄dicat̃ de alio: ergo non sunt essentialiter idem sed distincta. 3. proba:

¶ Ultimo probo ꝙ nõ distinguntur essentialiter. Jlla que nec sunt separabilia in esse nec in separabilibus nõ distingũtur essentialiter sicut dictum est in primo. Sed essentia et esse eiusdẽ creature non sunt separabilia in esse: quia implicat cõtradictionem vnuʒ poni in re ⁊ in effectu sine alio. Nã enim essentia ponatur in re et in effectu ⁊ non ponatur esse contradictio est. Similiter ꝙ ipsum esse ponatur et non sit alicuius esse nec sunt etiã in separabilibus: quia in eadẽ creatura ponuntur que nõ est separabilis in esse a seipsa: ergo ⁊c̄. ¶ Secundo sic. Quecunqʒ distingunt̃ essentialiter ĩ creatura sunt genera diuersa vel species diuerse vel indiuidua diuersarum specierũ vel eiusdem speciei vel illa que sunt idem essentialiter cũ istis. Sed essentia ⁊ essentia eiusdẽ creature nec sunt diuersa genera nec diuerse spẽs vel differẽtie nec indiuidua diuersarum specierum vel eiusdem speciei. Patet nec aliqua essentialiter eadem cum predictis: ġ non distinguntur essentialiter. ¶ Tertio sic. Quecũqʒ essentialr̃ distigunt̃ vl' sunt diuerse essentie vel ipsas cõsequunt̃. Sed esse ⁊ essentia Ultimi probatio

in creatura nec sunt diuerse essentie nec ipsas concomitātur vel consequuntur vt patet: ergo ⁊c.

Auctoꝛꝭ resolutio

¶ Dico igitur primo ꝗ̄tum ad positionē huius articuli ꝙ eēntia ⁊ esse creature nō distigunt̄ essentialiter sed foꝛmaliter et realiter sicut ꝓbatum est. Et ꝙ realiter distinguntur multum vidētur sonare auctoꝛitates Boetij adducte ad primā opinionē. ¶ Scđo dico ꝙ nō intelligo per essentiā nisi quidditatē rei exp̄ssam vel exprimibilē per diffinitionē vel ꝑ aliquid loco diffinitionis. Per esse vero actualis existētie nō intelligo nisi respectū ipsius essentie create vel ꝓducte ad deū vt creantē vel cōseruantē sicut effectus ad ꝑ se primā causam efficientem ad quā ipsa essentia est in potētia sicut fundamētū est in potentia ad respectū in creatura vbi necessario respectꝰ distinguit̄ saltē realiter a fundamēto et sicut genꝰ in natura specifica est in potētia ad differētiā suo modo ⁊ facit cōpositionē verā cū ipsa sic ꝙ species dicit̄ vere cōposita ex genere ⁊ differētia sic etiam creatura existēs ex eē ⁊ essentia. ¶ Tertio dico ꝙ esse actualis existētie semꝑ ad idē genꝰ ⁊ p̄dicamētū ꝑtinet cū essentia sicut aliquid essentialiter idem sibi. Aliter tn̄ qꝛ essentia per se vel ens in p̄dicamēto ꝑ essentiā ipsam seu ratiōe essentie ⁊ esse ꝑ reductionē ⁊ nō per se: sed qꝛ cōsubstātiale ipsi essentie. Ex quo patet ꝙ accidit rei vt ponit̄ in p̄dicamēto ꝙ existat pro tāto: qꝛ licet nō sit actu in p̄dicamēto metaphisico nisi actu existat: nō tn̄ per rationē existētie est in p̄dicamēto sed magis ꝑ rationē quidditatis vel essentie. ¶ Quarto concludo ex p̄dictis ꝙ res cuiuslibet p̄dicamēti habet ꝓpriū esse existētie sicut ⁊ ꝓpriā essentiā ⁊ ꝓpriū respectuꝫ ad primā causam vt efficientē: ⁊ per ꝯñs ꝙ esse licet sit respectus ī creatura nō tn̄ est de aliquo genere determinate sed est de trāscēdētibus sicut ⁊ essentia ipsa ⁊ in quolibet genere inuenit̄. Vñ ⁊ essentia relationis habet suū esse qđ est de genere relatiōis ꝑ reductionē ⁊ fundat̄ suꝑ ipām ⁊ terminat̄ ad deū vt ad causam efficientē vel ꝯseruantē: qꝛ idē dicūt ista ꝗ̄tū ad sua positiua ⁊ alia genera similiter hñt eē ꝓpria sibijpsis. ¶ Quinto dico ex p̄dictis ꝙ in creatura nō est esse aliqđ absolutū. Sed oīe esse actualis existētie respectus est ⁊ depēdētia q̄dā essentie create ad ipm̄ deū vel ad p̄mā causam. Et dico bñ ad primā cām: qꝛ ⁊ si creatura aliqñ effectiue ꝓducat̄ a causa creata vel scđa: nō tn̄ respectus ad causam secūdā creatā ꝑtinet ad suū esse: immo oīs talis respectus est accidēs simpliciter ipsius creature ⁊ sine illo absolute loquēdo pōt esse. ¶ Dico tn̄ bene ꝙ alique sunt quidditates vel essentie absolute ſm se ⁊ alique nō sicut quidditates create primorū generū trium sunt absolute. Alioꝝ vero nō sed respectiue. Et sic etiā licet oīe esse creature sit respectus tn̄ aliqđ est essentie absolute ⁊ aliqđ eēntie respectiue: ⁊ sic etiā ꝑ ꝯcomitātiā ſm modū loquēdi minꝰ ꝓpriū solet dici ꝙ ē aliqđ eē absolutū ⁊ aliqđ eē respectiuū nisi forte ītelligat̄ de eē eēntie qđ in nullo distinguit̄ ab eēntia creature nisi ſm rōnē

Nota.

¶ Nota hic ꝙ nō ꝯcludit aliqua rō p̄missa ꝙ eē creature sit q̇dditatiue respectus licet bñ ꝯcludāt ꝙ differat realiter ab eēntia. Posset eñ dici ꝙ licet eē cuiuslibet respectus vel relatiōis sit essentialiter ⁊ quidditatiue respectꝰ tn̄ esse nature vel eēntie seu creature absolute est realitas absoluta seu foꝛmalitas vel intētio nō minus ꝗ̄ intellectꝰ vel oꝑatio vel volūtas: ſꝫ forte ad hoc nō habeat̄ aliqua ratio cogēs. Et cū paucioꝛa sine necessitate sint ponēda ⁊ nō pōt minꝰ poni nec paucioꝛa ꝗ̄ ponēdo ipm̄ eē respectū videt̄ hoc posse ꝓbabiliter sustineri. ¶ Sexto dico ꝙ si plures sint respectus vestigiales ī creatura puta tres ad ipm̄ deū vt ad cām exēplarē efficientē ⁊ finalē sicut ī p̄mo distin. 3. videbat̄ ꝓbabiliter posse dici ꝙ solꝰ ille q̄ est ad ipm̄ vt ad causam efficientē đꝛ ipm̄ esse creature: nō aūt alij ſꝫ ꝯcurrāt cū ipso in creatura. Nā ſꝫ creatura ꝑ se depēdeat nō solū ex efficiente sed ex fine ⁊ exēplāte tn̄ cā ipa q̄ est eadē efficiēs ⁊ exemplās ⁊ finis nō largit̄ eē creature nisi efficiendo ipām vt ptꝫ. Hoc tn̄ ad plenū videre est difficile cū finis ſm ꝙ hmōi sit cā nō minꝰ p̄ncipalis ꝗ̄ efficiēs: quare nō đꝛ esse creature respectꝰ eiꝰ ad deū vt ad finē sicut ad ipꝫ vt ad efficiēs. Et si sic dicat̄ tunc nō video qūo possit saluari ꝙ vniꝰ essentie sit vnū esse ſꝫ opoꝛtet ꝙ sint plura eē vel ꝙ sit vnū esse cōtinēs illos tres respectꝰ ⁊ ita non est vnū ꝑ se qđ nō videt̄ verū eē. Si aūt diceret̄ ꝙ respectꝰ creature ad deū vt ad exemplantē ⁊ efficientē ⁊ finienteꝫ in actu nō est nisi vnꝰ simplex ⁊ ratio terminādi illū esset aliq̇d indistinctū puta vna ꝑfectio cuiusmodi est velle diuinū qđ etiā videret̄ ratiōabile: qꝛ q̇cquid extra se causat ꝑ modū cuiuscūqꝫ cause ꝯtigēter ⁊ libere causat: tūc nō ē difficultas p̄dicta qūo eē creature sit vnū ꝙ respectꝰ ille vnꝰ ē ſm viā istā.

¶ Vltimo dico ꝯcludēdo ꝯ̄ tres p̄mas opiniones ꝙ p̄ma si ītelligat ꝙ essentia ⁊ eē distinguant̄ realiter sicut p̄dictū est vera est ꝗ̄tū ad cōclusionē. Si aūt aliter intelligat sicut puto ꝙ ⁊ fecit. s. ꝙ sint diuerse res sicut materia ⁊ foꝛma suo modo vel sicut accidens ⁊ subiectū nego eā ⁊ rñdebo ad motiua eiꝰ. ¶ Cōtra scđaꝫ opinionē ptꝫ ꝙ est falsa: qꝛ eē ⁊ essentia nō solū ſm rationē ⁊ intellectuꝫ distingunt̄. Et ideo rñdebo ad motiua eiꝰ. ¶ Cōtra tertiā opinionē dico ꝙ si per illā differentiā intētionū intelligat differētiā aliā ꝗ̄ in intellectu vel extra intellectū. Puta foꝛmalē vel realē vel essentialē ꝙ est falsa ⁊ ficta. Sicut eñ nō est ens nisi in aīa vel extra animā ita nec differētia. Si autē intelligat differentiā extra intellectuꝫ aliā ab illis tribus etiaꝫ falsa est: qꝛ nulla talis est. Si autē intelligat differētiam foꝛmalē tm̄ falsa est etiā quia nō solū foꝛmaliter distinguntur sed realiter eo modo vel simili quo inter genus ⁊ differētiā vera est opinio: sed tunc dico ꝙ cōtradicit sibi ponendo ꝙ essentia sit eterna ⁊ esse sit nouū in creatura: quia sicut arguebat̄ in secundo. Illa sic que tantum realiter differūt vel intentione non sunt separabilia nec inseparabilia ſm esse sicut patet de animali ⁊ rationali ī homine vel que sunt hominis sic etiam de esse ⁊ essentia. Si autem intellexit de differentia essentiali falsum est sicut supra probatum ⁊ tūc etiam esset opinio contra opinātem: quia tūc differrent realiter eo modo quo ponit opinio prima quod tn̄ opinans intēdit improbare et bene in hoc. Si autem intēdit probare ꝙ nō differunt realiter eo modo quo dictū est supra: tunc nego illam opinionem ⁊ dico ꝙ motiua eius que ponuntur inter illa de illa secunda opinione nō concludunt sicut inferius apparebit. ¶ Cōtra illud quod dicit vltra ꝙ essentia nō participat esse nisi sicut effectꝰ

ꝯ.3.pcedē.opi.

suam causam q̄r participat eē diuinū q̄r planuȝ est ꝙ esse actualis existētie nō est causa essentie: sȝ ma gis ipsa essentia est fundamētum talis esse: et ideo participat esse sicut fundamētū participat relatio nē sibi consubstātialem ⁊ sicut gen⁹ differētiā par ticipat in specie tanq̄ aliquid cōponibile cū ipsa. ¶ Cōtra illud etiā qd̄ dicit ꝙ esse essentie pōt p̄ dicari de essentia in recto nō sic esse actualis existē tie: q̄r intētione differt ab ea. Videt etiā ꝙ ipse ha beat dicere hoc idem de esse essentie: q̄r planū est ꝙ essentia creata in trib⁹ p̄imis generib⁹ est aliquid absolutū si esse essentie ꝫm ipsum est respectiuum: q̄r est respectus exemplati: ḡ ita differūt intētione sicut essentia ⁊ existētia: ⁊ tūc vltra ita potest poni essentia vel intelligi sub non esse essentie sicut sub nō existētia vel esse existētie. Si dicas p̄o eo ꝙ nō ponit quidditatē vel essentiā ⁊ per ꝯn̄s esse essentie nisi respectū exemplati: tunc sequit absurdū ꝙ nul la q̄dditas creata sit absoluta ⁊ ꝙ sit dare respectū sine fundamēto. ¶ Contra Augustin⁹. 6. de trini tate vbi dicit ꝙ om̄e qd̄ relatiue dicitur est aliquid excepto relatio vel relatione: quare ⁊c. August.

ad rationes p̄me opiniōis

¶ Ad motiua ḡ prime opiniōis. ¶ Ad p̄imū dico ꝙ participās aliquid sicut effectus causam differt a participato nō solū realiter sed etiā essentialiter ⁊ isto mō crea tura p̄ticipat nō esse suū sed esse diuinū sed partici pās aliq̄d sicut fundamentū participat relationem vel sicut genus participat differentiā extra intelle ctū. Non oportet similiter ꝙ differat essentialiter a participato: licet ita sit de materia participante formā ⁊ de subiecto p̄ticipante accidēs sed sufficit ꝙ realiter distingunt modo p̄dicto: ⁊ tūc argumē tū est p̄o me de esse ⁊ essentia. ¶ Ad scd̄m dico ad maiorē ꝙ illud qd̄ sic est in potētia ad aliquid posi tiuū ꝙ ip̄m pōt manere sub opposito illi⁹ ⁊ recipit ip̄m sicut forma materiā vel sicut subiectū accidēs differt nō solū realiter ab illo: sed etiā essentialiter sicut patet de subiecto ⁊ accidēte de materia ⁊ for ma. Sȝ dico ꝙ essentia creata nō sic est ī potētia ad suū esse: sȝ est in potētia ad suū esse sicut fundamen tū in creaturis ad respectū ꝯsubstātialē ⁊ eundē es sentialiter sibi ⁊ sicut gen⁹ ad differētiā q̄ simul ne cessario sunt ⁊ nō sunt ⁊ dico bn̄ ꝙ talia realiter di stingunt saltē modo p̄dicto ⁊ tūc argumētū est p̄o me. ¶ Qn̄ dicis ī minori ꝙ essentia ē potētia ꝯdi ctiōis ad esse vel nō esse: q̄r neutrū sibi determinat Dico ꝙ essentia si debeat manere determinat ad es se sic̄ ⁊ ad seipsaȝ. Verū est tn̄ ꝙ pōt nō esse: q̄r etiā pōt nō manere sicut nō manere ens ⁊ cadere in ni chil eoipso ꝙ nō est necesse eē sicut etiā ⁊ ipȝ existe re pōt nō esse in actu. Existētia em̄ pōt nō existere sicut ⁊ essentia: ⁊ tn̄ non differt realiter ab existere. ¶ Ad tertiū dico ꝙ essentia creature nō est suum existere nec vnū p̄dicat de altero in recto ⁊ ī abstra cto. Et ideo dico ꝙ nō solū differūt ꝫm rationē: sȝ realiter modo p̄dicto sicut etiā genus et differētia non tn̄ realiter sicut tu dicis sicut forma a materia vel huiusmodi. ¶ Ad quartū dico ꝙ nō obstāteꝙ essentia ⁊ esse nō distingunt realiter eo modo quo tu ponis nō sequit ꝙ essentia sit suum esse sicut nec aīalitas est rationalitas. In deo autē in quo nō di stingunt essentia ⁊ esse extra intellectū. Dico ꝙ es sentia est esse ⁊ est formalis p̄dicatio eiusdeȝ de se. Essentia autē creata nullo modo est suū esse sȝ dif ferēs realiter ab esse vt dictū est sup̄a: ⁊ ita nō est esse subsistēs ⁊ per se necesse esse sicut de⁹ sȝ ꝫm suū esse depēdens est ab ipso esse diuino. ¶ Ad quintū dico ꝙ loquēdo de potētijs sensitiuis exterioꝛib⁹ q̄ sunt p̄ticulares illa q̄ diuersis potētijs cognoscunt sicut p se obiecta positiua realiter distingunt. Sed de potētijs suboꝛdinatis sicut sunt intellect⁹ ⁊ sen sus nō opoꝛtet: q̄r aliq̄d idē potest p̄cipi ab vtroq̄. Idē em̄ qd̄ sentit intelligi pōt q̄r intellect⁹ circa to tū ens sensibile p̄cipue pōt. Ad minoꝛē qn̄ dicis ꝙ essentia ⁊ esse diuersis potentijs cognitiuis cogno scunt. Dico ꝙ essentia pōt intelligi ⁊ potest sentiri. Idip̄m em̄ qd̄ sensus videt ītellect⁹ cognoscit. Vn de ⁊ visus ⁊ intellectus cognoscit essentiā coloꝛis: tn̄ differēter q̄r ītellect⁹ pōt eā cognoscere quiddi tatiue diffiniendo ipsam ⁊ abstrahendo ab esse vel etiā a suo singulari nō autē visus ⁊ ideo quidditas dicit app̄op̄iari intellectui p modū obiecti. ¶ P̄ etiā esse nō est illud quo obiectū sensus est singula re: q̄r nō est differētia īdiuidualis nature sensibilis sicut dictū est in scd̄o: ⁊ ideo nichil ad p̄positum q̄ tū ad hoc. ¶ P̄terea etiā nō opoꝛtet dato hoc ꝙ intellectus cognoscat essentiā ⁊ sensus existētiā nō opoꝛtet ꝙ realiter distingant eo modo quo ponis si cut nec opoꝛtet ꝙ essentia ⁊ suū singulare essentia liter distinguātur sed sufficit ꝙ realiter modo p̄di cto. ¶ Ad sextū dico ꝙ terminus mutatiōis realis que est vere mutatio nō solū realiter sed etiā essen tialiter distingunt ⁊ a mutatiōe ⁊ a subiecto muta tiōis. Sed dico sicut dictū est in scd̄o ꝙ creatio nō est vere mutatio q̄r nō est de subiecto sed est non de aliquo. Unde essentia nō se habet sicut subiectum mutationis respectu ipsius esse in creatione: q̄r tūc essentia nō crearet: sed creationi p̄supponeret qd̄ est falsum. Sed ipsa essentia est termin⁹ creatiōis ⁊ ip̄m suuȝ existere in actu est referri ad p̄ducens. Si dicas ꝙ referri p̄supponit existere vel esse. Di co ꝙ verū est de referri ꝫm aliquē respectū accidē talem ⁊ essentialiter distinctū cuiusmodi nō est ipȝ esse ab essentia: quare ⁊c. ¶ Ad septimū dico ꝙ il la est ita necessaria in re vel nō necessaria sed cōtin gēs extra intellectū essentia habet esse vel existere sicut ꝙ essentia nō tn̄ ita per se vera: quia prima est vera. Secūdo modo si est per se vera ⁊ scd̄a p se pri mo modo. Tu dicis ista est necessaria ⁊ eterna et p se vera. Essentia est essentia. Dico ꝙ verū est abso lute abstrahēdo essentiā ab actu vel potētia vel ac cipiendo ista sub disiunctione. Sed ista est contin gēs. Essentia est actu ⁊ extra intellectū q̄r isto mo do essentia pōt nō esse essentia. Et ita dico de alia Essentia habet esse ꝙ similiter est necessaria vel cō tingēs: quia ista est necessaria. Essentia habet esse actu vel potētia ⁊ ista est contingens. Essentia ha bet esse actu ⁊ tn̄ ex hoc nō sequitur ꝙ sint omnino idem re sed possunt realiter distingui modo p̄dicto quia nō obstante ꝙ sic distinguātur tn̄ pari necessi tate qua essentia est essentia extra intellectum pari ratione refertur ad deum in actu. ¶ Ad Boetiuȝ dico bene ꝙ in creatura differt qd̄ est ⁊ quo est rea liter modo predicto ⁊ esse aliquo modo cōparat ad essentiam sicut forma quia sicut respectus ad suum fundamentū ⁊ sicut actus ad potētiam. Et in crea tura differt q̄stio si est a q̄stione q̄d est sed nō in deo ex parte rei: sed nō intendūt ille auctoꝛitates ꝙ es sentia ⁊ esse realiter distinguant sicut tu ponis nō ad Boetium.

obstante ꝙ esse actu sit passio. Non enī oportet omnem passionē positiuā creature differre sic realiter a subiecto sicut formā a materia vel accidēs a subiecto sed potest eē differēs realiter modo predicto quē tenui. ¶ Ad hanc primā auctoritatem respondetur per Cōmētatorem ibidē ꝙ Boetius accipit ibi quo est nō formaliter sed causaliter ⁊ effectiue: ita ꝙ distinguitur realiter qđ est scʒ effectus ab illo quo est scʒ a causa sua qua est non formaliter sed causaliter ⁊ denominatiue. In deo autem non sic: quia non est causatus.

Ad motiua alterius opi.

¶ Ad primum motiuum alteri⁹ opinionis. Dico ꝙ accipiendo sapere pro sapere habituali nō sic se habet in creatura essentia ⁊ esse sicut sapientia ad sapere vel cursus ad currere ⁊ lux ad lucere nisi q̄tum ad modū significādi: qꝛ vnū significatur nominaliter ⁊ aliud verbaliter sicut est in illis sed in re nō sic se habēt. Nam illa in re sunt idem penitus: nō sic autē ista sicut probatum est supra. In deo autem omnino sic se habēt: ⁊ forte hoc intēdit Augustin⁹. ¶ Ad secūdum dico ꝙ cum existere sit respectus quo essentia creata refertur ad deū ꝙ proprie loquēdo sicut respectus nō refertur sic etiam nec esse dicit̄ habere esse vel esse sed magis essentia dicit̄ esse ⁊ creatura: tn̄ si dicatur esse improprie eo ꝙ ens est cōmune transcēdens qđ verificat̄ de quolibet positiuo reali nō est ens alio: sed seipso nec pari ratione fuit stādum in prima puta in essentia ꝙ ipā diceret̄ ens id est existens seipsa sicut etiā si album esset transcendēs non eadē ratione corpus seipso diceretur albū et a seipso sicut albedo: qꝛ nō eadē ratione esset corpus ⁊ habēs albedinē: quare ⁊c̄. Vel dicendum ꝙ argumētum cōmentatoris contra Auicēnam concludit ꝙ esse nō est vna res addita eo modo quo accidens subiecto vel forma materie. Tunc enī esset processus in infinitū: quia tunc de illo esse posset q̄ri sicut de essentia sed nō concludit quin aliquo modo distingantur modo p̄dicto. ¶ Ad tertium dico ꝙ esse substātie est substātia ⁊ accidētis est accidēs Non alia substantia vel aliud accidēs sed cōsubstārialiter ideʒ substātie vel accidēti licet distingatur ab essentia substātie vel accidētis sicut etiā genus et differētia sunt vna substātia licet differant realiter ⁊ anima ⁊ sua potentia sicut dictū est in primo. ¶ Ad quartū ⁊ ad quintū dico ꝙ non existere ꝑ se ⁊ directe ⁊ formaliter nō negat essentiam nec dicit totam nō entitatem rei sed bene concomitatiue: qꝛ nō manet essentia extra intellectū sub non esse licet essentia nō sit esse. ¶ Ad sextum de albedine. dico ꝙ albedo dat esse albū per vnionem sui cū subiecto quia nunq̄ꝫ separata daret esse albū: ⁊ ita esse albū non est idem penitus qđ albedo vel etiā idem quod subiectū. Et p̄terea nō est simile de forma substantiali: qꝛ forma substātialis pars est ⁊ per se causa essentie: ⁊ tunc planū est ꝙ sicut essentia distinguit̄ a forma ita ⁊ esse multofortius ⁊ nihil habet̄ ex hoc Si autē sit synode esse forme ꝭm seipsaʒ: tunc dico ꝙ differt ab ei⁹ essentia sicut ⁊ esse totius ab essentia totius licet nō det esse per aliquid essentialiter distinctum ab ipso vt per vnam aliam formā. Hec de primo articulo.

I. opi.

¶ Quātum ad secūdum articulū est vna opinio de questione principaliter ꝓposita ꝙ esse accipit̄ multipliciter. Vno modo pro cōplexione vel cōpositione extremorū scʒ subiecti et predicati in cōclusione vel ꝭm ꝙ est nota talis complexionis. Alio mō accipit̄ pro esse essentie qđ est esse q̇dditatiuū ꝑ diffinitionē expressum. Alio mō accipit̄ pro esse actualis existētie qđ est esse rei ī effectu extra intellectū. ¶ De primo esse loquēdo dicunt ⁊ bene in hoc ꝙ in xp̄o tot sunt esse ⁊ possunt poni quot vere p̄dicationes aliquarum de ip̄o possunt formari. Esse enī hoc modo copula est p̄dicamēti cū subiecto in ꝓpositione ⁊ p̄dicat̄ tertio adiacēs ⁊ est aliquid scđe intētionis sicut p̄dicatum ⁊ subiectū. Scđo mō etiā planū est ꝙ ī xp̄o sūt plura esse sicut ⁊ plures essentie vel nature. puta natura diuina ⁊ humana. Esse autē isto modo acceptū et essentia nō distingūtur nisi ꝭm rationē sicut dictuʒ est in articulo p̄cedēti. ¶ Sʒ loquēdo de eē actualis existētie qđ est esse. Tertio modo acceptū dicūt ꝙ in xp̄o nō est nisi vnicū esse qđ est existere diuini suppositi ita ꝙ natura humana in xp̄o nō habet ꝓprium existere: sed existit existētia diuini suppositi sicut dicūt. ¶ Ad hoc adducunt̄ plures rationes p̄ter illas q̄ tacte sunt ī principio q̄stionis. ¶ Prima est ista. Si natura hūana haberet ꝓpriū existere in xp̄o sequeret̄ ꝙ cōmunicaret illud supposito verbi: qꝛ illud esset assumptū ⁊ ita esset cōicatū. Sʒ hoc est īpossibile: qꝛ tūc oporteret ꝙ natura hūana esset forma diuini suppositi eoipso ꝙ daret sibi esse ⁊ sic etiā verbū esset aliquid potētiale ⁊ natura humana esset actus eius et ꝑsona xp̄i esset cōposita q̄ oīa sunt impossibilia: ḡ ⁊c̄. ¶ Scđa ratio. Pars si adueniat toti preexistēti non determinat sibi aliqđ nouum esse: sed ipsa existit ipso esse totius. Sed natura humana non magis pōt dare nouū esse verbo q̄ꝫ pars toti: imo multomin⁹ vt patet: ḡ ⁊c̄. ¶ Tertia ratio. Sicut se hʒ vna q̄ꝫtitas ad oīa q̄ sunt q̄ꝫti sic vnica existentia ad omnia que sunt vni⁹ suppositi vt videt̄. Sed vnica q̄ꝫtitate oīa que sunt eiusdē quāti vel subiecti sunt q̄ꝫta. Nō enī sunt simul plures q̄ꝫtitates ꝑ naturā: igit̄ vnica existētia existūt oīa que sunt eiusdē suppositi scʒ xp̄i: igit̄ in xp̄o nō est nisi vnica existentia ⁊ vnū esse qđ est diuini suppositi. ¶ Quarta ratio. Sicut subsistētia se habet ad subsistētiam sic existētia ad existētiam vel existere ad existere. Sed subsistētia diuini suppositi supplet sufficienter subsistētiam nature humane ⁊ propter hoc nō est ibi nisi vnicum subsistere: ḡ ⁊ existētia diuini suppositi sufficienter supplet existētiam humane nature: ⁊ ita non est ibi nisi vnicū existere. ¶ Quinta ratio. Accidēs nō dat subiecto nouuʒ eē: qꝛ accidēs ⁊ subiectū licet ꝭm rationē distiguātur: non tn̄ ꝭm esse ꝭm Aristotelē. i. phisicorū. Sed multominus dat natura humana nouū esse ipsi diuino supposito in xp̄o vt videt̄: ḡ ⁊c̄. ¶ Sexta ratio vnius rei substātialis est vnū esse quia eius non pn̄t eē duo eē simpl'r cuiusmōi ē eē substātiale. Sʒ xp̄s est vna res ḡ ⁊c̄. ¶ Dicūt ḡ isti ꝙ ī xp̄o nō est nisi vnicū existere qđ est existere diuinum ⁊ natura hūana lʒ habeat ꝓpriū esse essentie nō tamē habet proprium existere in christo.

Nota de esse.

rōnes huius opi.

¶ Sed ꝯ istā opinionē arguo qꝛ reputo eam falsam. Prīo in quocūq̄ꝫ sūt plures nature ⁊ essentie ī eo sunt plura eē actual' existētie qꝛ sic̄ dictū ē ī articl'o p̄cedēti. Essentia ⁊ suū existere sunt insensibilia. Et q̄libet essentia hʒ suū ꝓpriū

ꝯtra istā opi.

existere. Sed in xp̄o sunt plures nature ⁊ essentie/ puta diuina ⁊ humana. ergo ⁊c. ¶ Secūdo sic. In quocunq̃ sunt plures generationes passiue reales quarum vna est eterna ⁊ alia noua in eodē sunt plura esse quorum vnū est nouū ⁊ aliud eternum q̄ noua generatio terminatur ad nouum esse substātiale qūocūq̃ debeat hoc intelligi siue essentia vel natura sit primus terminus siue nō. Sed xp̄us est huiusmodi. ergo in ipso est duplex eē saltem. ¶ Tertio sic. In quocūq̃ sunt plura viuere substantialia vel plures vite in eo sunt plura esse q̄ viuere in viuentibus est esse scd̄o de aīa. Sed in xp̄o sunt due vite Vita scʒ diuina ⁊ vita humana que fuit corrupta ī ip̄o per morteʒ ⁊ in resurectiōe resumpta. ergo ⁊c. ¶ Quarto sic. Si natura assumpta relinqueretur a verbo ip̄a existeret in ꝓprio supposito ⁊ haberet suum verum esse. Sed propter hoc nihil positiuuʒ sibi daretur qđ non habeat. igitur cū suum existere sit aliquid positiuū reale videtur ꝙ suū ꝓpriū existere habet in xp̄o sicut etiam habet suam ꝓpriam singularitatem vel differentiam indiuidualē qua ē hec in athomo ꝫm Damascenū. Non plus em̄ pōt poni in re sine ꝓp̄o existere q̄ʒ sine ꝓpria singularitate vt videtur ¶ Quinto sic. Fundamētū resolutionis que est accidens necessario p̄supponitur existere illi relatiōi. Sed in xp̄o natura humana ē fundamentum sue vnionis ad verbū que quidē vnio ē respectus quidā sibi accidentalis q̄ sine illo posset nō esse ergo p̄supponitur habere ⁊ habet in xp̄o ꝓprium esse. Nec potest dici ꝙ illud eē sit diuini suppositi q̄ ad diuinū suppositū nō pertinet fundare talem vnionem vel respectuʒ sed magis terminare Hoc est enim ꝓprium nature assumpte. ¶ Quinto sic. Sicut eē est suppositum in xp̄o ita etiā operari ⁊ velle. Sed nō obstāte ꝙ in xp̄o sit vnicū tm̄ suppositum adhuc tm̄ in ip̄o sunt due voluntates ⁊ duo operari vel due operationes ꝫm dictū Damasc. libro tertio. ergo ⁊ plura esse vt videtur illo nō obstāte. Similiter argui potest de assumptiōe noua per quam nō tolleretur a natura assumpta suum esse.

Auctoris opi. satis ābigua.

¶ Dico igitur aliter ad istum articulū. Prīo ꝙ ī xp̄o sunt plura esse ex parte diuini suppositi loq̄ndo de eē actualis existentie q̄ sunt ibi tot esse quot in ip̄o sunt distincta foꝛaliter ex natura rei. Nā sicut dixi in primo. distinctione. viij. Esse est idem quiditatiue et formaliter cuilibet quod est in deo ex natura rei. Vnde nō solum diuina essentia quiditatiue est esse sed etiam intellect⁹ diuin⁹ quiditatiue est eē ⁊ volūtas etiā ⁊ filiatio diuina ⁊ ista eē distinguuntur ad modum quo oīa ista distinguūtur. Nec oʒ ꝙ sint in diuino supposito plures essentie ꝓpter hoc q̄ in diuino supposito nō est nisi vna perfectio simpliciter prima in ordine oīm diuinorum cui primo cōuenit existere ⁊ illud vocat̄ eēntia. ¶ Scd̄o dico ꝙ ī xp̄o ex parte nature assumpte sunt plura esse actualis essentie q̄ tot sunt ibi quot sunt essentie distincte. Est enim ibi essentia ꝓpria materie ⁊ cuiuslibʒ forme substātialis q̄ sunt ibi due forme substātiales ⁊ essentia totius cōpositi vel totius nature ⁊ essentia ꝓpria cuiuslibet accidētis. Omnia em̄ ista habent ꝓprium existere in xp̄o sicut ⁊ ꝓpriam essentiam. ¶ Tertio dico ꝙ loquēdo de esse quod est nota cōplexionis vel copula presenti de subiecto ⁊ significat virtutem ꝓpositionis in xp̄o obiectiue saltem sunt tot esse quot ꝓpōnes vere possunt formari de ip̄o in quibus eē p̄dicetur tertio adiacens sicut dicunt alij ⁊ bene q̄ xp̄us potest esse subiectum per actum intellectus respectu cuiuslibet p̄dicati verificabilis de ip̄o mediāte copula que ē eē. quare ⁊c. ¶ Quarto dico ꝙ loquēdo de eē subsistētie cōtingit distinguere q̄ subsistere accipitur vno mō pro non inherere. Alio mō pro suppositaliter ⁊ incōicabiliter eē ⁊ isto modo dixi supra ꝙ ī diuinis subsistentia quedā est incōicabilis ⁊ quedā cōicabilis ¶ Loquēdo ergo de subsistentia cōicabili dico ꝙ in xp̄o ꝫm diuinū suppositum sunt plura esse ⁊ tot quot sunt in ip̄o diuine perfectionis cōicabiles distincte ex natura rei ⁊ forte idem est istud subsistere in qualibet ꝑfectione cū suo existere quātuʒ ad illđ positiuum. Vnde sicut quelibet diuina ꝑfectio ex seipsa formaliter existit ⁊ est suū existere. Ita ⁊ subsistit cōicabiliter ⁊ est suum subsistere. Et de ista subsistentia loq̄tur August. qñ dicit ꝙ diuina eēntia ad se subsistit. Ex parte vero creature assumpte sunt etiā due subsistētie tales īmo tres. Puta materie ⁊ totius cōiuncti ex materia ⁊ forma corporeitatis quod est ip̄m corpus ⁊ totius ꝯiuncti ex istis quod est natura humana q̄ nulla forma substātialis vel accidētalis isto modo subsistit q̄ oēs possūt inesse vel inherere ⁊ inherēt in xp̄o: loquēdo auteʒ de subsistere vel subsistētia incōicabili nō innitēdo alteri cui cōicetur. Dico ꝙ in xp̄o nō est nisi vnicū subsistere vel eē quod est eē suppositabile incōicabile diuini suppositi ꝑ proprietatem suam suppositalem vel etiam personalē que est filiatio ip̄a ⁊ aliquid subsistens incōmunicabiliter. Ex parte vero nature assumpte nullum est eē vel subsistere tale q̄ natura assumpta nō habet rōnem ꝓprij suppositi in xp̄o. Sed suppositatur in supposito ꝓbi ⁊ ita in xp̄o nō est nisi vnicum suppositū non obstante ꝙ in ip̄o sint plura esse actualis existētie mō p̄dicto. (August.)

Ad motiua aliorum.

¶ Ad primum aliorū Dico ꝙ eē nature humane vel suum existere cōicatur verbo in xp̄o q̄ verbum est ⁊ existit homo nō tamē oʒ ꝙ natura humana sit forma verbi vel ꝙ det sibi tale esse vel cōicet per informationem sed per vnionē frequēter dictam supra sicut etiā natura ip̄a cōicatur verbo nō per informationem sed per illam vnionem. ¶ Ad scd̄m dico primo ꝙ pars adueniēs toti cōicat sibi nouū esse cōueniens illi parti quod est eē partiale. Vnde si alicui necessario de nouo adueniat man⁹ dicitur de nouo manuatus vel si oculus adueniat dicit̄ oculatus vel si caput dicitur capitatus. Similiter suo modo dico ꝙ natura humana adueniens vel vnita verbo in xp̄o cōicat xp̄o suum esse ⁊ nouū esse suū. Similiter etiam dicēdum ꝙ natura humana nō se habet sicut pars in xp̄o tūc enim oporteret de verbo ꝙ eēt alia pars quod est falsum q̄ verbum infinitum est. Nec habet rationē partis q̄ ip̄o nō ē aliquid maius. Omne aūt totum est maius sua parte Similiter etiam natura hūana habet eē perfectuʒ ⁊ cōpletum in genere suo nō sic pars etiā magis p̄t dare alicui eē q̄ʒ pars que cōpletum eē non hʒ nec perfectum. Preterea etiā si nullū eē reale cōicaretur verbo a natura humana sʒ tm̄ verbum haberet respectum rōnis ad naturaʒ de nouo. Sequeretur ꝙ verbum realiter non existeret homo sed solū ꝫm rationem quod est falsum ⁊ idō illa rō parum valet.

¶ Ad tertium dico ꝙ maior est falsa. Quantitas
enim accidēs est eēntialiter distinctuȝ ab eo qđ est
ꝗtum per ip̄am ⁊ ideo nō oportet ip̄am multipli=
cari in subiecto quāto sed possunt eē multa quanta
per ip̄am in eodē subiecto sicut materia ⁊ oēs for=
me corporee. Sed nō sic se habet eē ad eēntiam exi
stentem ꝗꝫ existētis. Nam oȝ necessario cū eē sit cō
substātiale eēntie ꝙ tot sint eē ad minus quot eēn
tie distincte. quare ⁊c. ¶ Ad quartum dico ꝙ non
sic potest suppleri existētia nature humane ꝑ existē
tiam diuini suppositi sicut subsistētia vel supposi=
talitas per subsistentiam ⁊ ratio est in promptu.
Nam sicut dictum est supra. Suppositalitas ꝓp̄a
nature humane nō dicit vltra naturaȝ nisi negatio
nem que contingēter inest ⁊ oppositū potest inesse
Puta vnio ad diuinum suppositum ⁊ per hoc sup
pletur illa suppositalitas a diuino supposito assu=
mente. Sed existētia nature nō dicit aliq̄d ꝯtingē=
ter ꝯueniēs nature sed aliquid ꝯsubstātiale sibi qđ
non potest tolli ab ea nec per cōsequēs suppleri in
ipsa sicut etiā nec ꝓpria singularitas sua. ideo ⁊c.
¶ Ad quintū de auctoritate dico ꝙ accidēs cōmu
nicat suo subiecto suuȝ eē sicut albedo dat eē albū
⁊ existere albū ꝯn̄r ⁊ ad tale esse quōcunqꝫ intelli=
gatur terminatur mutatio accidētalis vel motꝰ ip=
sius subiecti ad accidēs. Vn̄ dico absolute ꝙ aliud
est existere subiecti ⁊ aliud est existere accidētis si=
cut alia ē eēntia subiecti ⁊ alia accidētis ⁊ hoc siue
inesse vel inherere sit esse accidentis siue nō q² pla
num est ꝙ si eē accidentis nō sit suū inherere ꝙ tūc
aliud ⁊ aliud est esse vtriusqꝫ. Si etiam suū esse sit
inherere subiecto planū est ꝙ adhuc est aliud eē ac
cidentis ab eē subiecti q² eē subiecti nō est inhere=
re subiecto. Tamē dico ꝙ eē accidentis nō est inhe
rere subiecto q² tūc quacūqꝫ virtute nō posset sepa
rari a subiecto sicut nec potest poni sine suo existe=
re vel esse cuiꝰ oppositum est planum in sacramēto
eucaristie. quare ⁊c. Ad cōfirmationē de Aristote
le Dico ꝙ accidēs ⁊ subiectū nō differunt ẜm esse
ẜm ip̄m vel q² sunt idem subiecto vel supposito vel
quia accidēs licet habeat ꝓprium existere non ta=
men sicut diceret Aristoteles potest eē nisi in subie
cto quod tamē est falsum. ¶ Ad sextū dico ꝙ vniꝰ
rei simplicis nō habentis in se plures naturas vel
essentias saltem in creaturis est vnum eē vel existe
re. Christus aūt nō sic ē vna res sicut patuit supra
⁊ ideo nō oportet ꝙ in ip̄o sit tm̄ vnicum existere:
sed sunt in eo plura licet bene in ip̄o sit tm̄ vnū sub
sistere suppositale q² est vnum supposito.

¶ Ad primuȝ p̄ncipale quan/

Ad p̄nci palia argumēta.

do dicis ꝙ existere substātie ⁊ suum subsistere sunt
idem. Dico ꝙ nō est verum de subsistere supposita
liter nō innitēdo alteri ⁊ incōmunicabiliter. Ad ꝓ
bationem de accidēte ⁊ suo inherente patȝ ex pre=
missis quid dicēdum. ¶ Ad secūdum dico ꝙ nō se
quitur. In xp̄o sunt plura esse. ergo xp̄us est plura
entia sicut nō sequitur in isto sunt plures eēntie vel
scientie ergo iste est plura entia vel plures scientes
Adiectiuum em̄ nō multiplicatur nisi ẜm multipli
cationem suppositi ⁊ habētis formā q² significat ī
concretione ad suppositum. ¶ Ad tertium dico ꝙ
xp̄us nō est vnum per se aliquo illorum modorum
per se quos vidit Aristoteles nec tamen est vnuȝ ꝑ
accidens eo modo quo subiectum ⁊ accidēs q² na=
tura humana nō est accidēs verbi informās ip̄suȝ
nec ecōuerso imo nec forma aliquo modo īformās.
¶ Ex quo sequitur ꝙ persona xp̄i ꝓprie loquēdo
non sit cōposita q² nō est vna ꝑ informationē licet
ip̄am cōcedat Damas. cōpositam improprie ꝓ tan
to ꝙ est persona subsistēs in duplici natura diuina
scilicet ⁊ humana. due ergo nature ⁊ duo existere
cōstituunt vnum xp̄m aliquo modo per se pro tan=
to q² vnio earum in persona xp̄i tanta ꝙ p̄dicatio
nature assumpte recipitur ī cōcreto de persona v̄bi
⁊ vtrūqꝫ vnitorum est substātia ⁊ etiam aliquo mo=
do ꝑ accidēs q² ex ip̄is vnitis nō resultat aliqua en
titas tertia per se vna sicut nec ex accidēte ⁊ subie
cto resultat tamē aliqua tertia talis entitas ex ma
teria ⁊ forma sicut dictuȝ est in secūdo ⁊ in hoc ma
teria ⁊ forma magis faciunt vnum ꝗꝫ due nature ī
xp̄o. Tu dicis vnio ista tenet arcem. Dico ꝙ veruȝ
est ꝗtum ad nobilitateȝ vnitorum saltem alterius
nō quātum ad faciendū aliquid vnum per se ex vni
tis quod sit tertium resultās ex ip̄is. Tunc enim in
ipso se haberent sicut partes quod est īpossibile de
verbo sicut dictum est supra. ideo ⁊c̄.

¶ Distinctionis septime.
Questio Unica.

Circa distinctionē

septimā quero. Utrum ex vi
vnionis nature hūane ad ver
bum ista sit vera deus ē homo
¶ Videtur ꝙ nō q² si ista ꝓ=
positio est vera videtur ꝙ pre
dicatū debeat p̄tinere ad ali=
quod p̄dicamētorum ⁊ ad ali
quem modum p̄dicandi. Sed hoc est falsum q² nec
de predicamēto generis vel speciei vel diffinitiōis
nec propriȷ̄ nec accidētis nec differentie vt pȝ quia
homo nullum istorum est respectu dei nec ē ẜm ali=
quem modum p̄dicādi q² nec per se nec per accidēs
patet inducēdo in modis per se ⁊ de per accidens.
Patet Similiter nec est in quid q² homo nō dicit
quid ipsius dei. Nec in quale q² nec est accidēs nec
differentia. quare. ⁊c. ¶ Secūdo sic. Idem nō p̄di
catur de aliquo denomīatiue ⁊ abstractiue vel sub 4. Tho.
stantialiter ⁊ denominatiue. Patet quarto thopi=
corum. Ubi docetur destrui probleuma de diffini=
tione per hoc scȝ si predicatur denominatiue q² dif
finitio predicatur de diffinito substātialiter. Sed
ista ē vera denominatiue. Deus est humanatꝰ ergo
ista nō est vera deus est homo p̄cipue q² deus ⁊ ho=
mo sunt maxime diuersa ⁊ ꝑ ꝯsequēs reputatiua vt
videtur. ¶ Tertio sic. Quicquid absolutū ⁊ ad se
predicatur de deo ꝯuenit tribus personis ẜm Au
gustinum quinto de trinitate. Sed homo est aliq̄d
absolutum ⁊ non predicatur de tribus ꝑsonis. Pȝ
ergo nō verificatur de deo.

¶ Contra Per Augustinū primo de tri=
nitate. Ubi dicit ꝙ talis fuit August.
illa vnio vt deꝰ diceretur homo ⁊ homo diceretur
deus. ergo ⁊c.

¶ In ista questiōe sic procedā

¶ Primo inquirā an ista sit vera. Deus est homo
⁊ per quē modum. ¶ Secūdo an hec sit v̄a. Deus
est factus homo. ¶ Tertio an ecōuerso. homo sit
factus deus. ¶ Ultimo ad rōnes principales.

de ista ꝓpõne de⁹ est hõ vł verbũ est homo.

¶ Quantũ ad primuʒ Dico ꝙ nõ potest eẽ nobis naturaliter nota veritas hui⁹ ꝓpositionis. Deus est homo vel verbũ est homo qꝛ ista ꝓpositio ꝟbũ est hõ vel de⁹ est hõ est cõtingens simpliciter ⁊ nõ necessaria ex terminis. Alioqn de⁹ necessario esset homo. Est aũt contingens de talibus terminis quorum cõplexio nõ põt eẽ naturaliter nota qꝛ cõplexio eorum nõ cognoscitur nisi per intuitionem terminorum vel alicui⁹ noticiam q̃ naturaliter haberi nõ põt ex effectib⁹ ⁊ hijs que videmus ⁊ in effectibus. quare ⁊c. ¶ Dico igitur ꝙ solum per fidem vel fidei doctrinã oꝫ dicere ⁊ est notum ꝙ ista est vera deus est homo qꝛ verbum est homo ⁊ verbuʒ est deus ⁊ ideo deus est homo. ¶ Qꝫ aũt verbum sit homo. Probatur ex vna ꝓpositione necessaria ⁊ alia ex fide sic. Suppositũ subsistẽs in aliqua natura est tale formaliter ꝰm illam naturam hec est necessaria. Sed verbum est suppositũ subsistẽs in natura humnana hec est credita. ergo verbum est homo ⁊ per ꝯñs deus est homo. ¶ Ex quo apparet ꝙ ista non est primo vera. deus est hõ. Si eñ esse primo vera tunc esse hominẽ ꝯueniret deo pro quolibet supposito diuino quod est falsum. Similiter etiã si esset prima tũc cum iste termin⁹ deus poneret suum formale significatũ predicatũ verificaretur de ipõ ratiõe nature ipsius diuinitatis ⁊ ꝑ cõsequẽs in quocũqꝫ inueniretur natura diuinitatis ipm eẽt homo ⁊ sic pater ⁊ spũssanctus esset hõ. Ista ergo verbũ est homo prior est illa ⁊ ambe sũt vere ⁊ ista etiã xp̄us est homo. ¶ Sed q̃o ⁊ quali predicatione est ista vera verbũ est homo vel deus est homo. Dico ꝙ predicatione formali que est singularis qꝛ nõ habet cõsimilem sicut ⁊ vnio illa benedicta singularis. Omnis enim alia p̄dicatio formalis vel est per idẽtitatem extremorum vel est per informationẽ. Hic aũt nec est idẽtitas eẽntialis extremi ad extremũ nec etiam informatio extremi ab extremo sed vnio mirabilis extremi ad extremum sine aliqua informatione. Unde dico ꝙ hic non est predicatio ĩ quid hominis de verbo qꝛ nõ pertinet ad suum cõceptum quiditatiuũ per se primo modo Est tamẽ predicatio qd vel alicuius quod est quid quia est substãtia ⁊ ideo ẽ predicatio formalis substantialis media inter predicationem formalem in quid que est per se primo mõ ⁊ inter predicationeʒ per informationem vel accidentalem que nec ẽ ista nec illa. ¶ De ista vero xp̄us est homo. Dico ꝙ nõ est per se nec per accidẽs apud metaphisicum sicut nec ille due.

ꝙ ꝟbum sit homo

¶ Aduertendum tamen ꝙ metaphisicus considerat accidens prout est natura realis dependẽs ad subiectũ ꝰm vero logicũ accidẽs accipitur p̄cipue in propositionibus pro intentione secũda facta ab aĩa circa cõtingentem inherẽtiam predicati ad subiectũ qñ scilicet in subiecto vel predicato non est ratio talis inherentie tũc eñ iudicat ꝓpositionẽ esse per accidens ꝰm ergo metaphisicũ. Dico ꝙ ista verbũ ẽ hõ vel de⁹ est hõ nõ est ꝑ se qꝛ neutꝝ est de rõne alteri⁹ Nec per accidẽs qꝛ neutrum est accidẽs alteri⁹ ꝰm logicum vero neutra est ꝑ se ꝓpter eandem rõneʒ cum metaphisico sed bene est per accidẽs ꝰm logicum qꝛ in neutro est ratio inherẽtie p̄dicati ad subiectum. ¶ De ista vero xp̄us est homo dico ꝙ non habet oĩno ꝯsimilẽ modum veritatis sicut ille due. Nam ꝰm Dama. ca. 4. Christus est nomẽ suppositi subsistẽtis in duabus naturis qꝛ ergo natura videtur per se verificari de supposito subsistẽte ĩ ipa magis videtur esse ista per se xp̄us est homo q̃ ista Uerbũ est homo. Nam licet verbũ subsistat in natura humana: hoc tamen nõ importatur noĩe verbi tamen dico ꝙ ista etiã Christus est homo nõ est per se aliquo illoruʒ modorũ qui dicti sunt ab Aristotele qꝛ sicut dicitur quinto metaphi. Ratio in se falsa de nullo est vera. Similiter cõceptus qui non est per se vnus nõ potest recipere p̄dicationẽ per se alicuius cõceptus. Conceptus aũt xp̄i qui est hic subiectum nõ est per se vnus. Et qꝛ ex ambab⁹ naturis vel ex persona verbi ⁊ natura nõ fit vnum ꝑ se tertium sicut dictum est supra. quare ⁊c. Hoc de primo articulo.

de ista ꝓpositiõe xp̄us est homo.

¶ Quãtum ad secundum articulum. Uidetur ꝙ ista nõ sit vera deus factus est homo. Primo qꝛ in omni eo qđ fit de nouo saltem ⁊ preexistens requiritur aliqua mutatio subieti factionis vt si sortes sit albus mutatur ad albedinem Sꝫ deus mutari nõ potest. ergo nõ põt fieri homo nec est factus homo. ¶ Secũdo omne illud qđ fit patitur ⁊ recipit factionẽ passionem sicut omne qđ facit habet factionẽ actionẽ. Sed verbum vel de⁹ non patitur. ergo ⁊c. ¶ Tertio deus factus est hõ ergo deus est factus cõsequẽs est falsum ergo ⁊ antecedẽs. Probatio ꝯñe qꝛ homo est aliqđ nõ distrahens ab addito ante nõ distrahente cũ aliquo ẽ bona cõsequẽtia ad illud simpliciter. Hoc aũt non distrahit fieri simpliciter. Unde ⁊ bene sequit̃ Sortes factus est homo ergo sortes est fact⁹. ¶ Quarto qꝛ si deus factus est homo seqtur ꝙ deus sit factus deus. Sed hoc est falsum. ergo ⁊c. Probatio cõsequẽtie. Nam seqtur deus factus est homo ergo factus est iste homo demõstrato xp̄o. Sꝫ iste homo est deus ꝓpter cõicationẽ ydiomatum ergo de⁹ factus est deus. ¶ Sed istis non obstãtibus dico ꝙ ista est vera. Deus est factus homo vel verbum factum est homo. Cuius ratio est qꝛ factum vel fieri quãdo enũciatur simpliciter ⁊ absolute De aliquo dicunt absolute factionẽ eius vel factũ esse. Similiter qñ cum determinatione enũciãtur dicũt factũ esse illius ꝰm determinationẽ sicut est qñ absolute ⁊ secũdo adiacẽs p̄dicatur dicit absolute eẽ illius de quo predicatur vt sortes est. Sed quãdo tertio adiacens predicatur dicit eẽ ꝰm cõditionẽ p̄dicati. vt sortes est poeta predicat esse poesis. Similiter quãdo dicitur sortes fit albus deniatur fieri albedinis. Unde quãdo dicitur fieri illud ⁊ nõ requiritur alia mutatio q̃ factio illi⁹ specificãtis. ¶ Ex hoc arguitur sic. Si ista negaretur hoc nõ esset nisi quia deus videretur mutari. Sed hoc nõ cõcludit mutationẽ in deo quicqd sit ex parte nature assumpte. Non enim fit deus homo per informationem. ergo ⁊c. ¶ Secũdo ꝓbatur ꝙ ista sit vera sic. Oẽ quod per actioneʒ alicui⁹ agentis est aliqđ qđ pri⁹ nõ fuit fit tale. patet. Sed per actionẽ totius trinitatis verbum de nouo fuit homo ⁊ ante nõ ergo factum est hõ ⁊ deus fact⁹ est hõ. Dico ꝙ hec ẽ vera.

de ꝟitate isti⁹ de⁹ ẽ fact⁹ hõ.

Resolutio auctoris.

¶ Ad primum in oppositum. Dico ꝙ deus licet fiat homo de nouo nõ tamen oportꝫ ipm mutari quia non fit

Ad rões oppositas.

homo ſm aliquid informās ipm ad quod prius eēt in potētia ⁊ careret ipso sicut sortes de nouo fit albus Sed fit homo per vnionē illam singularez nature humane ad ipm in qua bene ponitur aliqua factio passiua illius vnionis quā habet ad verbū licz illa nō fuerit mutatio ꝓprie qꝛ nūq̄ natura assumpta fuit sub negatione talis vnionis. Mutatio autem proprie est a priuatione in formā vel ecōuerso. ¶ Ad secūdum per idē. ¶ Ad tertiuz dico ꝙ illa cōsequētia nō valet gratia forme qꝛ tūc similis cōsequētia teneret in omni materia quod est falsum. Non enim sequitur sortes est factus albus ergo est factus simpliciter. Si dicas ꝙ nō sequitur qꝛ fieri album est additio distrahēs a fieri simpliciter. ita dicam tibi in proposito ꝙ absolute loquendo fieri hominem distrahit a factione simpliciter licz in aliqua materia nō distrahat sicut in exēplo de Sorte Bene em̄ sequitur gratia materie. Sortes factus est homo ergo est factus qꝛ esse hominē est ipm esse sortis primum ⁊ simpliciter sed nō est in proposito qꝛ esse hominem nō est esse dei simpliciter. Primū patet. Sed esse deū vel verbū. ideo ⁊c. ¶ Ad quartum dico ꝙ cōcedi p̄t ꝙ deus factus est iste homo sub hoc sensu ꝙ factus est suppositum subsistēs in natura humana: nō qꝛ sit factus aliud suppositum a diuino supposito nec ꝙ factus sit diuinum suppositum vel deus simpliciter ⁊ absolute sed vt in tali natura subsistens qꝛ factum esse sic diminuit de factione simpliciter Ad probationem de cōicatione ydiomatū. Dico ꝙ regula generalis doctorum est ꝙ ea que pertinēt ad vnionem nō denotāt cōicationem. Unde deus ⁊ homo nō habēt cōmunicationē ydiomatū q̄tum ad ea que pertinēt ad vnionem. Cuius ratio est qꝛ vnio p̄cedit naturaliter suppositum subsistēs in natura humana cōmunicatio vero ydiomatum sequitur ⁊ presupponit vnionem tam factam ⁊ suppositum iam subsistere in tali natura. Unde nō oportet ꝙ illa q̄ pertinent ad vnionē dicantur de deo vt sic non dicatur deus factus deus sicut factus homo sicut nec dicitur deus vnitꝰ deo Hec de secundo articulo.

De ista hō factꝰ est deus.

¶ Quantum ad tertium articulum. An ista sit vera homo factus est deus. ¶ Uidetur ꝙ sic qꝛ sua cōuersa est vera puta deus est factus homo. ergo ⁊c. ¶ Scd̄o videtur ꝙ sit verior q̄ ista deus est factus homo qꝛ est primo vere propinquior q̄ illa scz isti. Natura humana vnita est verbo. ¶ Tertio ꝙ sit vera qꝛ homo incipit esse deus ⁊ nō fuit semper deus ⁊ per actionē alicuius agentis puta trinitatis ergo homo factꝰ est deus.

August.

¶ Item Augustinus primo de tri. ꝙ talis fuit illa vnio vt faceret deū hominem ⁊ hominem deum.

Auctorꝫ opinio.

¶ Potest dici ꝙ ista propositio est vera aliquo modo sicut ꝓbant duo vltima ad hoc adducta sed non est ita propria nec oīno similiter vera sicut ista deus factus est hō qꝛ licet natura humana p̄existeret vnioni nō tamē homo qꝛ homo licet significet naturam non tamen abstracte sed in concretione ad suppositum ⁊ ideo non prefuit homo vnioni vel factioni sicut econuerso. deus ⁊ diuinum suppositum prefuit. In factione autem secūdum quid illud quod fit presupponi videtur factioni. ideo ⁊c. ¶ Ad primum dico ꝙ licet sit propropinquior illi primo vere q̄tum ad aliquid nō tamen q̄tum ad factionem ꝓpter rationē predictam. ¶ Ad secundum dico ꝙ illa non est cōuertens nec ista conuersa quia ly factus ponitur ⁊ debet poni ex parte predicati. ideo debet poni in cōuertente ex parte subiecti dicēdo sic. Homo ē factus deus quod est falsum deus est homo ⁊ sic in ꝓpria est vtraq̄ sicut cōuertitur ista lignū est factum album factum est album est lignū nō in istam albū est factum lignum. ¶ Ad tertium bene cōcedo ꝙ aliquo modo est vera ⁊ ad quartū concedo cōicationem ydiomatum sed non est ita ꝓpria sicut prima. Tamē aliter dicitur ad tertium ꝙ nō oportet si homo incipit esse deus ꝙ ꝓprie loquēdo fiat deus qꝛ non presupponitur factioni. ideo ⁊c.

¶ Ad primum principale dico ꝙ sicut ista vnio est singularis ita ⁊ p̄dicatio nec predicatum ꝓprie habet rationem alicuius predicabilis nec modi predicandi. ideo ⁊c. ¶ Ad secundum dico ꝙ humanatus nō est cōcretum huius qd̄ est homo sed magis humanus ⁊ ideo humanatꝰ qd̄ dici fieri hominē vel esse factum p̄dicatur de ꝟbo non sic ꝓprie humanus. Aliter dicitur ꝙ homo nō est abstractuz vltimata abstractione sed magis humanitas ⁊ verū est bene ꝙ hamanitas de verbo nō predicatur sed cōcretum quod est homo. ¶ Ad tertium dico ꝙ regula Augustini nō tenet nisi de absolutis intrinsecis nature diuine non autem de extrinseco vnito. ideo ⁊c. — Ad p̄ncipalia ar.

¶ Distinctionis octaue.
Questio Prima.

Circa distinctionē octauam quero primo. Utrū in eodē supposito possint esse plures relatōes reales eiusd̄ rōnis. ¶ Uidetur ꝙ nō quia si hoc possibile esset. Puta ꝙ plures paternitates essent in eodem patre ad plures filios Sequeretur ꝙ pari ratione in eodem filio possent esse plures filiationes ad plures filios. Sed hoc ē falsum vt ptz. ergo ⁊c. ¶ Secūdo sic. philosophus dicit quinto metaphi. ꝙ si due forme differūt in eodem subiecto ille non sunt eiusdem rationis. Sed hoc esset falsum si plures relationes eiusdem rōnis possent esse in eodem subiecto. ergo ⁊c. ¶ Tertio Si possunt esse plures tales in eodem pari ratione ⁊ infinite vt videtur. Sed hoc est impossibile quia tunc sequeretur ꝙ subiectum vel suppositum esset actu infinitum in recipiendo. ergo ⁊c. — 5. meth.

¶ Contra Nō magis sunt incōpossibiles ex se due forme eiusdez rōnis q̄ due alterius rationis vt videtur. Sed due relationes alterius rationis ſm idē fundamētum possunt esse in eodem supposito. ergo ⁊c. Minor patet de similitudine ⁊ dissimilitudie que ꝯuenit eidem albo ſm eandē albedinē in h̄itudine ad albū ⁊ nigrū

¶ In ista questiōe sic procedā

¶ Primo inquirā vtrū in eodē supposito vel subiecto creato possint eē vel fundari super idem fundamentum plures relationes eiusdē rōnis. ¶ Secundo inq̄ram vtrum hoc sit possibile ꝙ ſm diuersa fundamēta idem suppositum referatur ad aliud

diuersis relationibus eiusdem rōnis. ¶ Tertio inquiram vtrum in pluribus suppositis vel subiectis possit eē vnica relatio numero ad aliquid vnum extremum vel etiā ad plura. ¶ Quarto vtꝝ in diuersis suppositis ꝺm idē fundamētum possit eē vnica relatio distincta ad eundē terminū. ¶ Ultimo ad rationes principales.

Prima opinio. ¶ **Quantū ad primuꝫ Dicit** vna opinio ꝙ hoc ē impossibile scꝫ ꝙ in vno supposito vel subiecto ꝺm idē fundamētum numero sint plures relationes reales eiusdē rōnis ꝙ̄tumcunqꝫ ad plura extrema. Unde dico ꝙ pater habēs plures filios vnica relatione reali paternitatis refert ad omnes filios ⁊ illa paternitas habetur per gn̄ationē primi filij ⁊ sic in cōsimilibus. ¶ Ad hoc ad-

Rōnes .i.opi. ducuntur alique rationes. Prima est ista. A quo aliquid habet entitatem ab eodem habet vnitateꝫ vel puralitateꝫ q² vnitas vel multitudo sunt passiones entis. Ab eodem vero sumitur subiectū ⁊ passio eius. Sed relatio ex suo fundamēto habet entitatem intm̄ ꝙ vel nō habet aliam entitatem ab entitate fundamēti vel si habet aliam tn̄ illam sortit ⁊ trahit ex fundamēto ergo cū fundamētum ponatur vnum impossibile est ꝙ relatio multiplicetur. ¶ Secūdo sic. Accidentia absoluta q² sunt entia eo ꝙ sunt entis numerātur necessario vel sunt vnū numeratiōe vel vnitate subiecti. Unde ꝯtradictio est ꝙ plura accidētia absoluta sint in eodem subiecto vel supposito ꝺm idē q² nō distinguerentur nec oppositione nec distinctiōe. quare ⁊c. Sꝫ relatiōes cum sint accidētia nō minꝰ sunt entes q² entis imo magis ꝙ̄ accidentia absoluta. ergo ⁊c. ¶ Tertio Non sunt ponenda plura in eodem sine necessitate

.i.phisi. primo phisicoꝝ. Sed nulla necessitas apparet ponere tales plures relationes in eodē supposito vel subiecto ad plures terminos. Nam sicut eodē fundamēto indistincto potest aliquid fundamētaliter referri ad plura eiusdem rōnis: ita videtur ꝙ eadē relatione formaliter possit ad plura referri. q̄re ⁊c. ¶ Quarto in eodem supposito vel subiecto nō est nisi vnica potētia receptiua respectu relationū oim eiusdeꝫ rōnis. Alioquin oporteret dicere ꝙ in ip̄o essent infinite potētie receptiue ⁊ in actu sicut sunt possibiles infinite relationes sibi in eē saltem successiue. Sed vnius potētie actualitate nō potest eē simul alius actꝰ eiusdem rōnis q² ad aliquid eiusđ rōnis subiectū nō est in potētia. ergo ⁊c. ¶ Quinto Subiectum nō est in potētia primo ad hanc formam sed ad formam absolute. Cum igittur habita hac forma habeatur forma ⁊ forma absolute in sua cōmuni rōne nō sit nisi vna seq̇tur ꝙ ampliꝰ nō est in potētia ad aliam ⁊ ita simul eam recipere nō potest stante prima. Sic in proposito de relatiōe que est forma subiecti vel fundamēti. ¶ Ultimo infinitum in actu est impossibile in creatura vnica numero finita ⁊ limitata. Sed si relatio multiplicaretur ꝺm multitudinē termīorum. Sequeretur ꝙ infinitas in actu esset possibilis in vnica creatura. Probatio Sortes ponitur albus ⁊ per ꝯsequens ponit dissimilis cuilibet nigro. Si ergo sint nigra multitudine infinita sicut est possibile in actu ꝺm aliq̊s. Sequitur ꝙ in sorte albo sint infinite relatiōes in actu ⁊ vltra sequitur ꝙ sint plures ꝙ̄ infinite dissimilitudines eiusdem rationis in actu q² etiam illa nigra sunt dissimilia sorti ⁊ dissimilitudinibꝰ alijs eiusdem rōnis ⁊ sic est ponere plura ꝙ̄ infinita eiusdem rōnis. ¶ Confirmatur septimo q² in essentia diuina que est fundamētum illimitatuꝫ nō possunt esse plures relationes eiusdem rationis igitur multo minus nec in fundamēto creato limitato ⁊ finito Sed ista ratio parum valet q² quelibꝫ relatio vniꝰ ratiōis in diuinis de se est hec ꝑpter summā actualitatē diuine nature ⁊ ita est īmultiplicabilis. Non sic relatio creata nō obstante vnitate fundamenti. ¶ Octaua ratio. Incōueniēs est quinto metaphisice ꝙ idem bis dicatur Sed hoc sequeretur si eēnt simul plures relationes eiusdē rōnis. g ⁊c. Simile incōueniēs est ꝙ idem bis dicatur id est ꝺm eandē relationē ad diuersa referātur sicut pꝫ ī fine q̄ōnis sequētis. Hoc autēꝫ nō sequitur ponēdo plures relationes imo magis ponēdo vnā ad plēs termīos.

¶ **Dicunt ergo** isti ꝙ vnica similitudine reali aliq̄d albuꝫ refertur ad multa coalba ⁊ vnꝰ pater refertur ad plures filios vnica patnitate reali variatur tn̄ ista paternitas ꝺm alium ⁊ aliū respectū ⁊ ꝺm varias habitudines ad diuersos filios ita ꝙ quādo corrūpitur vnus filius ⁊ per ꝯn̄s filiatio in ip̄o nō corrumpitur simpliciter paternitas in patre sed tm̄ vt erat respectu illius. Corruptis vero omnibus filijs vel filio qui vltimo corrūpitur simpliciter illa paternitas in patre sicut simpliciter adquirebatur in gn̄atione primi filij. Et ista positio a magnis tanq̄ ꝓbabilis sustinetur ⁊ tenetur. Summa opiniōis tio huiꝰ

¶ **Dicitur** ad primā rōnem positionis ꝙ corrupto filio nō corrūpitur in patre paternitas ad filium sed manet q² ad nō ens potest esse relatio realis etiā actu sicut potētia materie vel subiecti ad formā futurā que nō est vel inherentia accidētis separati ad subiectum ⁊ inclinatio anime separate ad corpus nō est in actu ⁊ ita in ꝓposito manet paternitas sed nō termīatur ī actu Unde ratio nō cōcludit contra illos qui dicūt ꝙ relatio realis manet ⁊ potest manere ī re termino suo non manēte vel existente vt paternitas sine filio et huiusmodi q² istud est falsum ⁊ fictitiū ꝑpter plures rationes que nō possunt bene solui vt videtur Ad rōes huiꝰ opi.

¶ Primo q² relationes opposite mutuo se ponūt ⁊ destruunt in actu. Sed corrupto filio corrūpitur filiatio in ip̄o igitur ⁊ paternitas sibi opposita in patre. ¶ Secūdo q² sicut de necessitate relationis est ꝙ sit alicuius vt fundamēti ita ⁊ alicuiꝰ vt termini q² ad aliud. Sed destructo fundamēto nō manet relatio igitur nec destructo termino. Est enim quiditatiue ad terminū. ¶ Tertio relationē eē in actu est ip̄am terminari actualiter ad terminū. Sꝫ destructo termino relatio nō terminatur ī actu ꝺm eos etiā igitur nec est in actu. ¶ Quarto q² terminus corruptus vel adnihilatus nō plus ē ens verū in re ꝙ̄ negatio vel nihil. Sed ad negationē vel nichil nō potest esse relatio realis q² nihil est ibi positiuum ꝙ sit ratio terminādi. ¶ Quinto q² magis videtur ꝙ aliquid absolutū qđ nō est q̇ditatiue ad aliud nō possit esse sine illo alio ⁊ tamen primū non potest vt creatura sine deo. ¶ Sexto q² vna ratiōe vnus respectus actualis pōt eē actu in re sine terio eadem ratione alius igitur sicut paternitas pōt eē sine filio ita similitudo sine coalbo ⁊ actio sine passiuo ⁊ passio sine actiuo ⁊ vbi sine loco ⁊ actualis vide has rōnes de relatiōibus.

inherentia accidētis sine subiecto ⁊ vnio forme ad materiam sine materia vel ecōuerso ⁊ per cōsequēs non est necessarium ponere accidētia in sacramēto esse separata sed possunt poni vnita. ¶ Nec est necessarium ponere materiam in cōposito ⁊ infinita sequūtur absurda que manifestam implicāt cōtradictionē. ¶ Septimo īpossibile ē relationē rōnis in actu rōnis nisi existente extrēo ī actu iñ eē rōnis sicut nec potest intelligi nō intelligēdo extremum igitur. Similiter de relatione reali in actu reali. ¶ Octauo q̄ relatio realis nō pōt intelligi actualiter sine extremo intellecto actualiter igit̄ nec pōt esse realiter in actu nisi extremo existente actualit̄. Difficilius est enim aliqua separari in esse q̄ȝ in intelligi vt videtur. Et cōcludūt premisse rōnes de omnibus relationibus realibus siue p̄dicamētalibus siue trāscendentibus siue diuinis.

¶ Si dicas q̄ iste rationes concludunt de relatione actuali ⁊ non de aptitudinali. Contra quero de illa aptitudinali que realis est per te. Aut est aliquid in actu eo mō quo actus est differentia entis ⁊ sic cōtra eam currunt omnes rōnes premisse. Aut in potētia obiectiua que est differentia entis ⁊ sic nō est aliq̄d sicut nec homo anteq̄ȝ sit in actu vel anteq̄ȝ crearetur et habeo propositum q̄ nulla relatio realis ē in re termino suo nō existēte siue illa sit actualis siue aptitudinalis. ¶ Nota hic q̄ nō potest eē relatio realis q̄ terminus qui nō est realiter nō terminat realiter ⁊ sic ad ipm nō est relatio realis. Sed termin⁹ qui non est in actu nō est realiter. ℊ ⁊c. ¶ Confirmat̄ ꝫm eos quia dicūt q̄ terminus nō existēs realiter nō refertur realiter ad extremū existens actualiter licet ecōuerso possit eē sed ad hoc nō habent rationem nisi nō existentiam illius igitur pari ratiōe debent dicere q̄ nō existere est sufficiens ratio nō terminandi realiter sicut nō fundādi. Unde ad terminum in potentia nō est relatio simpliciter ⁊ in actu sed tantum ꝫm quid. Unde sicut nō ens actu ⁊ non ens simpliciter ⁊ realiter ita nō potest ad ipsum eē relatio nec terminari realiter. Est enim ad aliquid realiter ex quo est realis. ¶ Contra istam responsionem arguo primo q̄ respectus ita necessario ⁊ quiditatiue est ad aliud vt ad terminū sicut est alicui⁹ vt subiecti vel fundamēti. Unde respectus quiditatiue est habitudo ad terminum. Sed impossibile est destructo fundamēto vel subiecto īmediate maneat relatio in actu. Uñ ⁊ destructa substantia filiȷ vel filio nō manet filiatio. ergo ⁊ destructo termio nō manet relatio nō ergo manet paternitas destructo filio. ¶ Secūdo q̄ relatio quiditatiue est habitudo ad aliquid vel ad aliud. Sed quod nō est non est aliquid sed nihil. ergo ad nōn ens nō est relatio realis. ¶ Tertio ⁊ est cōfirmatio Termin⁹ destructus ⁊ nō ens non plus est aliquid q̄ȝ negatio sit aliquid vel priuatio. Sed ad negationem vel priuationem non potest eē relatio realis q̄ in negatione vel priuatione non inuenitur aliq̄d positiuum quod sit vel eē possit ratio terminādi relationem. ergo ⁊c. ¶ Quarto sic. Destructo filio destruitur simpliciter ⁊ realiter filiatio ꝫm eos. Sȝ destructa filiatione de necessitate destruitur paternitas q̄ sunt relationes mutue ⁊ opposite que posite se ponūt. ⁊c. igitur cōtradictio est q̄ maneat paternitas et filiatio non maneat. Nec valet quod dicūt q̄ manet sȝ non

obiectio ꝯ p̄di. rōnes.

q̄ nō pōt eē relatō realis.

ꝯ p̄ce. so.

est actu terminata. Quero enim quid dicit terminari in relatiōe quādo ponitur terminari nō dicit aliquid absolutum planum est inducēdo in accidentibus absolutis q̄ tale absolutum eēt accidēs relationis quod patet ficticium. Nec dicit aliquid negatiuum q̄ tunc magis deberet ꝯcedi termino negato q̄ȝ posito. ergo aliquid respectiuum nō rationis. Patet q̄ ita posset poni termino negato sicut posito ⁊ similiter terminatio realis est. Aut igitur illud respectiuū est idem eēntialiter prime relationi ⁊ sic manēte relatione manet terminatio. Aut aliquid eēntialiter distinctum ⁊ tūc est respectus accidētalis primi respectus ⁊ seq̄tur processus in īfinitū. Et vltra sequitur q̄ talis terminatio maneat sine termino sicut ⁊ p̄terea relatio vel paternitas ⁊ sic manet terminata ⁊ est ꝯtradictio in dictis ponētium scȝ q̄ manet terminata ⁊ nō manet termiata.

¶ Si dicas q̄ vna relatio mutua non est de eēntia alterius nec dependet ab ea in aliquo genere cause. Similiter etiam nec relatio ex termino igit̄ potest manere sine illis. Dico q̄ regula illa de eēntialiter distinctis quorum vnū non dependet ab alio fallit in relatiuis q̄ licet vnū nō ab alio tñ ad aliud q̄ditatiue se habet quorum neutrum potest eē sine alio q̄ in vno est quiditatiue habitudo ad aliud sic aūt non est de aliquo absolute. ¶ Q̄ȝ autem d̄r esse in materia aliqua relatio realis ad formam que nō est vel in quocūq̄ȝ alio falsum est. Unde dico q̄ potentia materie ad formā que nō est/nō est respect⁹ realis. Nec similiter inclinatio aīe separate ad corpus nec accidentis separati. Sed si talia sunt aliqui respectus in actu cōuenietes istis non sunt nisi respectus rationis cōparantis ista ad alia quibus pñt ineē vel q̄ possunt recipere. Uerū est tamen q̄ materia est quedā materia absoluta que per seipaȝ in ratione potentie ⁊ p̄ncipiȷ receptiui potest recipere formam vel non repugnat recipere formam. Et aīa similiter est quedam natura cui nō repugnat informare corpus dispositum. Et accidēs separatū quedam natura cui nō repugnat informare subiectum. Sed hoc est per suū absolutū nō per aliquid respectiuum sicut per suum absolutum est forma ⁊ actus. ¶ Q̄ȝ eñ materia habeat aliqueȝ respectū siue accidentalem siue ꝯsubstātialem actualiter in re extra ad formā futurā vel subiectuȝ ad accidens futurum vel aīa ad corpus futurum ita possibile ē vel accidens separatum ad subiectū nō existens. ¶ Primo q̄ respect⁹ rationis nō patest eē in actu nisi extrema sint in actu in eē rationis ergo nec respectus realis nisi extrema sint ī actu reali. ¶ Secundo q̄ si respectus ponitur cōsubstātialis vel ēt accidentalis eē in actu qui est differentia entis talis respectus in accidēte nō est nisi inherentia aptitudinalis in subiecto vel materia aliqua aptitudo vel potentia ad recipiendum. Sed quocunq̄ȝ ponatur. Oportet dicere q̄ talis respectus in effectu ⁊ ī re extra intellectum ꝫm viam eorum. igitur opȝ q̄ tres de necessitate sit in re ⁊ in effectu ⁊ accidēs separatum possit dici actu inherens q̄ habens inherentiam actualiter ad subiectuȝ ⁊ materia actu habens formam futuram ⁊ recipiēs. q̄re ⁊c. ¶ p̄ aut manet illa relatio aptitudinalis inherentie ad subiectum adueniente actuali inherentia aut non. Si sic tunc duplici inherētia inheret. Si nō tunc non est cōsubstātialis sed accidentalis ⁊ sine illa pōt eē

obiectio

An mā hēat respectum.

accidens ⁊ per ꝯsequēs ad illam opoꝛtet dare apti
tudinalem aliam ⁊ sic in infinitū vel etiā ꝯtra alios
potest ip̄a manere eadem adueniēte actuali ⁊ ma=
nebat accidente separato sicut in patre paternitas
nō existente filio :sed tunc magis dicerēt illi aliꝫ ꝙ
est eadem relatio cum inherētia actuali. ¶ Sed cō
tra ip̄os habēt qꝛ impossibile est actualem inheren
tiam ineē nisi accidente actu inherēte. Sed īpossi=
bile est actu inherere nisi subiecto actu existēti igr̄
per omnia nō est aliqua relatio realis in actu extra
intellectum accidētis separati ad subiectū non exi
stens ⁊ sic de similibus ⁊ ponere hoc est ponere ꝙ in
herēs in potētia actu inheret que sunt cōtradicto=
ria plane. Similiter dicēdum est ꝙ nec motꝰ ad ter
minum nec sciētie ad scibile nō existēs nec appetē=
tis vel desiderātis seu desiderij ad desideratū futu=
rum vel quocunq̄ entis ad nō ens nulla est relatio
realis quod ptꝫ ex rōnibus ⁊ respōsionibus supra=
dictis. Similiter nec operationis vel actionis ad
aliquid ꝓductum per ip̄am vel potius habēdū vel
ꝓducendum quod īpropꝛie ⁊ abusiue dicitur finis
eius qꝛ nō est cā eius cum sit posterius in eē ⁊ ideo
impꝛopꝛie dicitur finis qꝛ finis ꝓpꝛie qui est vere
causa debet esse pꝛioꝛ natura eo cuiꝰ est causa sicut
alias est ꝓbatum ⁊ nō solum in intentione agentis
Nota. sed in re. Nota hic ꝙ sicut esse in relationis quod ē
magis cōmune in mēte ip̄a ſm alios nō potest po=
ni sine fundamēto vel subiecto in actu etiā ſm eos
Ita nec eē ad sine termino in actu cū sit magis foꝛ=
male in relatione. ¶ Pꝛeterea etiā qꝛ esse in ꝓpter
hoc necessario exigit subiectum vel fundamentum
quia est habitudo ad ip̄m. Unde si eēt aliquid ab=
solutum posset negari. ergo ⁊c.

¶ Sed dico ꝙ in eodem supposito vel sub
Mens iecto ſm idem fundamentuꝫ
auctoris non obstantibus dictis ipsoꝛum pn̄t fundari ⁊ esse
⁊ sunt frequēter plures relationes eiusdem rōnis.
Unde dico ꝙ in eodē pr̄e ſm idē fundamētū qd̓ est
potētia sua gn̄atiua qꝛ īpossibile est ꝙ actꝰ gn̄andi
sit fundamētū eoip̄o ꝙ nō manet sed trāsit manēte
relatione. In eodem inq̄ patre sunt plures pater=
nitates relationes reales ad plures filios ⁊ in eadē
matre plures maternitates ad plures filios ⁊ in eo
dem simili plures similitudines ad plura similia. ⁊
sic de consimilibus. ¶ Ad hoc adduco plures ra=
Rōnes tiones. ¶ Pꝛima est ista. Ille relationes eiusdem
auctoris rationis sunt plures ⁊ nō vna quarum vna coꝛrūpi
tur alia manēte. Alioquin seq̄retur ꝙ eadē res coꝛ
rumperetur ⁊ maneret. Sed vno filio vel vno simi
li coꝛrupto coꝛrumpitur filiatio in ip̄o vel similitu
do ⁊ ꝑ cōsequēs paternitas que erat in pr̄e ad ip̄m
qꝛ relatiua posita se ponūt ⁊ ꝑempta se ꝑemunt ⁊
tamen manet paternitas ad alium filium qꝛ nō mi=
nus est vere pater alterius filij manētis q̄ȝ ante. er
go ⁊c. Necvalet solutio alioꝛum dicentium ꝙ non
coꝛrumpitur paternitas simpliciter:sed in cōpara
tione ad istum tantum qꝛ pater nō refertur ad filiū
ſm ꝙ huiusmodi nisi relatiōe que ē foꝛmaliter ip̄a
paternitas ita ꝙ habitudo pr̄is ad filiuꝫ est realis
paternitas. ¶ Nota ꝙ hītudo ꝓducētis ad ꝓdu=
ctum in natura intellectuali per modum nature nō
Nota. est nisi paternitas ip̄a. Si ergo coꝛrumpitur habi=
tudo patris ad filium coꝛrūpitur pr̄nitas. ¶ Iteꝝ
etiam sicut vere ⁊ realiter ⁊ simpliciter coꝛrūpitur
filiatio in filio ita paternitas in patre qꝛ paterni=
tas ⁊ filiatio realis ſm ꝙ huiusmodi relatiue oppo
nuntur. Sed in filio simpliciter coꝛrumpitur filia=
tio ergo ⁊ ī patre paternitas. ¶ Pꝛeterea q̄ro ab
eis quid intelligūt per istas habitudines ſm quas
ponunt paternitatem ip̄am variari respectu huius
vel illius filij. Aut ille habitudines sunt respectus
rationis quod est falsum qꝛ pater ⁊ filius sunt mu=
tuo coꝛrelatiua realia. Aut sunt respectus reales.
Si sunt respectus rationis sequitur ꝙ pater nō re=
fertur ad filios nisi ſm rōnem. Si dicas ꝙ īmo qꝛ
paternitate reali ex hoc seq̄tur ꝓpositum scꝫ ꝙ oꝫ
relationem realem paternitatis in seip̄a coꝛrumpi
Si sunt respectus reales cū oēs sint eiusdeꝫ rōnis
ad filios plures sequitur adhuc ꝓpositum ꝙ in eo=
dem sunt plures relationes reales eiusdem rōnis ⁊
sequitur vnum incōueniēs scꝫ ꝙ in eadē relatione
ponātur plures tales habitudines vt videtur.
¶ Pꝛeterea etiā in quocūq̄ manet vere ⁊ realiter
paternitas ip̄e est vere ⁊ realiter pater sicut in quo
est albedo ip̄m est album. Sed in patre per te ma=
net vere ⁊ realiter paternitas sua quā habuit pꝛius
ad filium qui nūc est moꝛtuus ergo vere ⁊ realiter
ita est pater eiꝰ moꝛtui sicut viui quod est fictio me
ra. ¶ Pꝛeterea Sicut pr̄nitate absolute refertur
pater ad filiuꝫ. ita hac pr̄nitate ad hunc filium ⁊ re
latione opposita huic filiationi. igitur sicut destru=
cta filiatione destruitur pr̄nitas ita destructa hac
filiatione destruitur hec paternitas. ¶ Pꝛeterea
relatio est qua vltimate hoc ens est ad aliud ⁊ non
ad se. igitur destructo illo alio impossibile est ꝙ ma
neat relatio sicut destructo eo quo aliquid est albū
ad se maneat albedo. ¶ Secūda ratio. Illd̓ quod
quiditatiue est ad aliud necessario multiplicaꝛ illo Scd̓a rō
alio multiplicato. Sed paternitas q̄ditatiue est ad cū reliq̄s
aliud. puta ad filium vel filiationeꝫ ergo filiatione
multiplicata multiplicatur pr̄nitas. Et ita de simi
litudine ⁊ alijs similibus igitur in eodem patre ne
cessario sunt plures paternitates ad plures filios.
Nota ꝙ cum paternitas quiditatiue sit ad si est in
actu in seip̄a opoꝛtet ꝙ sit in actu ad terminum ⁊ ꝑ
cōsequēs ꝙ sit terminata in actu qꝛ idē est eē actua
liter ad terminū ⁊ terminari in actu sicut idē est eē
actualiter terminum et terminare in actu. ergo cō=
tradictionem implicat dicere ꝙ pr̄nitas sit in actu
⁊ nō sit terminata in actu. ¶ Pꝛeterea cuicūq̄ cō
uenit paternitas in actu ip̄m est pater in actu. Si ḡ
manet paternitas ⁊ est sequitur. ⁊c. ſm quod nō ha
bet filium in actu nō est pater in actu licet in potē=
tia. ergo ad filium qui nō est nō manet paternitas
īmo cōtradictio est hoc dicere. ¶ Tertia rō. quic=
quid sit de extremis aliarum oppositionum tamen
ꝙ vnū tm̄ vni opponiꝛ. Uerum est de extremis op=
positiōis relatiue qꝛ vnum est quiditatiue ad alte=
rum. Unum em̄ extremum tm̄ vni extremo oppo=
nitur. Sꝫ vna relatio puta paternitas relatiue op=
ponitur alteri .puta filiationi relatiue ⁊ ecōuerso.
ergo vna paternitas nō nisi vni filiationi opponiꝛ.
Nec pater nō nisi vno filio ſm vnam paternitateꝫ.
Si igitur sunt plures filiatiōes ⁊ plures filij recte
relati ad eundē patrem. opoꝛtet necessario ꝙ in pa
tre sint plures pr̄nitates. ¶ Quarta rō. Nō minꝰ
videtur relatio realis multiplicari ad multiplica=
tionem opposite relatiōis in extremo q̄ȝ relatio ra=
tionis ad multiplicationē relationis sibi coꝛrespō
dentis in extremo. Sed relatio ratiōis necessario

multiplicatur. Sic patet de ydeis ẜm ponẽtes eas
esse respectus rõnis in deo ꝙ multiplicãtur in deo
sicut ⁊ ydeata ipa vel relationes ydeati. Et simili-
ter de alijs respectibus rõnis dei ad creaturam. &
⁊c. ¶ Quinta rõ. Si est tm̃ vna pr̃nitas in isto pa
tre ad plures filios que habetur primo filio gñato
vt dicunt sequitur ꝙ primo filio mortuo nõ est pa-
ter aliorum filiorum viuẽtium. Probatio qꝛ sicut pri
mo filio genito adqritur pr̃nitas ita videtur ꝙ ipo
corrupto corrumpitur. Sicut enim positio vel ge-
neratio filij est reponẽdi pr̃nitatem in pr̃e ita ⁊ cor
ruptio corrumpẽdi paternitatem vt videtur. Sed
cõsequẽs absurdũ est. ergo ⁊c. ¶ Ex quo ptʒ ꝙ mi
rabile dictum est ꝙ primo filio genito habetur pa
ternitas ⁊ tamen ipo corrupto nõ corrumpitur illa
paternitas sʒ expectatur corruptio aliorum. ¶ Ulti-
ma ratio Illius p̃cise est aliquid pater respectu cu
ius habet vnicam paternitatem. Sed hoc est preci
se respectu vnici filij primi. ergo illius precise ẽ pa
ter ⁊ nõ aliorum. Hoc aũt est falsum ergo ⁊ illud ex
quo sequitur. ¶ Preterea cum vnitate p̃oris stat
multitudo posterioris accidẽtaliter sibi cõuenien-
tis ⁊ nõ adequati. Sed fundamẽtum prius similitu
do vel paternitas accidentalis est sibi nõ adequata
Sicut em̃ vnus filius tãtum nõ adequatur vni po
potẽtie gñatiue sed potest in plures ita nec vna pa
ternitas. ¶ Octaua ratio de pluribus acidẽtibus
absolutis puta pluribus fantasmatibus ⁊ in fanta
sia ⁊ eiusdem rationis ẜm aliquos vt plurium indi
uiduorum eiusdem rõnis. Alioqn vno fantasmate
destructo non posset homo recordari de alio indiui
duo per aliud fantasma quod est falsum.

Resolu-
tio circa
p̃dicta.

¶ Dico ergo q̃tum ad istum articulum
ꝙ possibile est ⁊ ita est fre-
quenter ꝙ vnum subiectum vel suppositum refer-
tur pluribus relationibus eiusdeʒ rationis ad plu
res terminos ⁊ ita in eodeʒ sunt plures relationes
reales eiusdem rationis.

Ad rões
aliorum.

¶ Ad primum aliorum dico
ꝙ eodem modo vel quasi eodẽ modo ꝯsequenter ab
eodem vel ex eodem habet aliquid vnitatem sicut
⁊ entitatem saltẽ sicut ex causa extrinseca. Ad mi-
norem quãdo dicis ꝙ relatio habet suam entitateʒ
ex fundamẽto quero a te quõ vel sicut ex causa effi-
ciente vel sicut ex materia vel materialiter aut for-
maliter sic ꝙ vnitas fundamenti sit vnitas relatio-
nis vel entitas. Si primo modo tunc nõ arguit qꝛ
ab eadem causa effectiue possunt eẽ plures effect⁹
solo numero differentes. Si materialiter p modus
quo subiectum vel fundamẽtum dicitur materia re
lationis vel accidentis nõ in qua sed ex qua. Tunc
dico ꝙ eadem causa materialis potest eẽ diuersorum
differentium solo numero ⁊ quilibet eorum vnifor
miter habet entitatem ⁊ vnitatẽ cõsequẽter ex ipa
Si autem accipis ꝯtrariũ Dico ꝙ tu petis. Si for-
maliter planum est hoc esse falsum qꝛ fundamentũ
⁊ relatio eius nõ sunt idem formaliter imo distin-
guntur essentialiter p̃cipue in relatiõibus supradi
ctis ⁊ ita nihil valet. ¶ Dico ergo ꝙ relatio licet
quoquomodo ad suã entitatẽ exigat fundamẽtum
tñ ipa est hitudo ad terminũ ⁊ iõ necessario multi-
plicaꝛ ẜm multitudinẽ relationũ sibi correspondẽn
tium in termino vel in terminis. ¶ Ad secũdum di
co de absolutis accidentibus multis ꝙ multa eius-
dem rõnis possunt simul eẽ in eodem subiecto sicut
multe species intelligibiles in intellectu angelico/
vt dictum est in scđo ⁊ in fantasia vel ymaginatiua
⁊ in medio plura lumina. Tu dicis non sunt entia
nisi qꝛ entis. Dico ꝙ nõ est verũ precipue de abso-
lutis ⁊ possunt manere separata a substãtia. De re
spectiuis accidentibus dico ꝙ licet nõ sint separa-
bilia a subiectis vel fundamẽtis tamen iporum est
aliquid eẽ necessario qꝛ saltem subiecta vel funda-
menta possunt esse sine illis. Tunc dico ad argumẽ
tum ꝙ nec accidens absolutum nec respectiuũ sic ẽ
ens qꝛ entis pro tanto qꝛ ipius ⁊ subiecti ⁊ funda-
menti sit vnum ⁊ idem esse nisi loquẽdo de vnitate
suppositi vel subiecti ⁊ ideo eẽ existentie vel essen-
tie accitentis nõ oportet numerari vel eẽ vnuʒ ẜm
esse subiecti vel fundamẽti sed stant ista simul ꝙ ac
cidẽs vel relatio insit subiecto vel fundamento vni
co ⁊ tamen accidens vel relatio multiplicetur sicut
in solutione primi argumẽti dicebatur. ¶ Ad ter
tium dico ꝙ est necessitas ponẽdi plures tales rela
tiones in eodem sicut probatum est per ratiões su
perius adductas q̃ non currũt nec currere possunt
de fundamento. Non em̃ fundamẽtum sic est quidi
tatiue ad aliud sicut relatio. ¶ Ad quartũ dico ꝙ
nõ est in subiecto vel supposito nisi vna potẽtia re-
ceptiua ⁊ ꝙ illa nõ adequatur per vnã talem rela-
tionem ⁊ ideo manet potentia aliud eiusdem rõnis
puta ad aliam relationem. Tu dicis Potentia est
actuata per vnam dico ꝙ verum est ⁊ ideo non põt
eandem de nouo recipere nisi prius corrumpatur:
sed bene aliam qua caret. ¶ Ad quintũ dico ꝙ sub
iectum est in potẽtia ad hanc relationem ⁊ ad aliã
qꝛ ad singulares relationes plures. Non ad relatio
nem in cõmuni qꝛ actiones ⁊ receptiones sunt sin-
gularium ⁊ dato ꝙ ad relationem absolute adhuc
tamen ita bene reseruatur relatio in ista sicut illa ⁊
ita equaliter est in potẽtia ad vtrãqꝫ. ¶ Ad sextũ
dico ꝙ nõ habeo pro incõueniẽti si possunt eẽ infi-
nite relationes in actu in extrẽo vel in extremis op
positis ꝙ possint eẽ infinite opposite eiusdeʒ rõnis
in vno alio extremo qꝛ non est maioris perfectiõis
habere plures q̃ vnam ⁊ ita nec infinitas q̃ duas
vel tres tamen argumẽtuʒ destruit seip̃m qꝛ non ẽ
minus impossibile esse infinitas relationes in actu
in eodem ad infinta q̃ esse illa infinita in actu.
¶ Ad illud quod additur ꝙ essent plures q̃ infini
te relationes eiusdem rationis. Dico ꝙ nõ qꝛ dissi
militudo nigri ad album nõ est eiusdem rõnis cum
dissimilitudine albi ad nigrum. Hec de primo ar-
ticulo principali.

¶ Quãtum ad secundum p/
positum. An scilicet in eodem supposito vel subie-
cto ẜm plura fundamẽta eiusdeʒ rõnis possint esse
plures respectus eiusdem rõnis. Non est alia diffi
cultas nisi ista scilicet. An in eodem subiecto pos-
sint esse simul plura fundamenta plurium relatio-
num eiusdem rõnis. Puta an in sorte possint esse
due albedines vel due quãtitates ⁊ tunc secũdum
eas sortes diceretur bis equalis vel similis siue res
pectu eiusdem coequalis siue pluriũ. ¶ Et dico ꝙ
talibus fundamẽtis accidẽtalibus nõ video cõtra
dictionem nec impossibile eẽ ponere plura in eodẽ
subiecto eiusdem rationis existentia/ imo de facto
ita est aliquando ꝙ in eadẽ parte medij aliquando

seu frequēter sunt plura lumina ⁊ in eadem fantasia plura ydola eiusdem rationis ⁊ in eodem intellectu angelico plures species intelligibiles pluriū indiuiduorum eiusdē rationis. Et cum ista omnia sint qualitates super ipas fundatur similitudo ⁊ sic q2 fundamēta sunt plura pōt relatio plurificari in eodem ꝭm plura fundamēta eiusdem rōnis siue ad eundem terminū siue ad plures. Unde dico ꝙ ps illa medij in se tot habet similitudines ad aliā partem vel ad alias sic illuminatas quot in se habet lumina. Unde potest dici pluries similis alteri pti vł pluribus alijs hñtibus in se lumine eiusdē ratiōis ideo ⁊c. ¶ Sed dices Est ne simul sibipsi ꝭm illa plura fundamēta. Dico ꝙ nō q2 nō est distincta subiecto vel supposito a seipa quātūcunq3 fundamenta sint distincta in ipa tanq3 in eodem subiecto. Hec de secundo articulo.

¶ Quantum ad tertium articulū An in duobus suppositis vel subiectis ꝭm diuersa fundamēta numero possit esse vnica relatio realis numeraliter indistincta. Dicitur ab aliqb9 ꝙ de facto ita est in pluribus creaturis. ¶ Et pbatur hoc. Primo sic Relationes que fundātur in diuersis nūero fundamētis ꝭm ꝙ sunt vnū nō ꝭm ꝙ plura sunt vna relatio ⁊ nō plures ita ꝙ nō oportz eas multiplicari vt videtur nō obstāte pluralitate suppositorum sicut nec opz multiplicari spirationē actiuam in diuinis licet pater ⁊ filius hñtes ipam sint plura supposita sed oēs relationes primi modi per modum vnius sunt huiusmodi. Pz de idētitate que fundatur sup vnū in substātia ⁊ similitudine super vnū in qualitate ⁊ equalitas sup vnū in q̄titate ⁊ ista est vnitas generis vel speciei quā ponūt aliqui realem extra intellectū in pluribus specieb9 vel indiuiduis ⁊ ratiōe eius videtur vna relatio in vtroq3. ergo ⁊c. ¶ Scda ratio est q2 ordo ⁊ cōsonātia dicūt relationē realē aliquā vt uidetur. Sz necessarium est ꝙ pluriū ordinatoꝝ ⁊ pluriū vocuz sit vnus ordo ⁊ vna ꝯsonātia. Plura em̄ ordinata ad vnū ordinē cōcurrunt. ergo ⁊c. ¶ Tertia rō Relatio patris ⁊ mr̄is ad filiū est vnica relatio nūero q2 nō obstāte ꝙ actus generādi nō sit fundamētū huius relationis tñ nō nisi ipo interueniēte fundatur relatio in patre ⁊ matre. Actus aūt generandi vel generationis est idem numero pr̄is ⁊ matris sicut actiui ⁊ passiui est idem actus scdo de aīa. ⁊ tertio phisicoꝝ. Et similiter q2 ad vnā nūero substātiam filij terminātur. Sed planū est ꝙ pater ⁊ mater sūt distincta supposita. g̃ in plurib9 suppositis est vna relatio indistincta sicut etiā in filio nō est nisi vnica relatio filiationis q2 nō est nisi vnic9 fili9. ¶ Quarta rō. Sicut nō est īpossibile ꝙ idē accidēs absolutum sit in pluribus subiectis ita nō vr̄ incōueniens nec īpossibile ꝙ eadē relatio sit in pluribus fundamentis. Non plus em̄ depēdet relatio ex fundamēto q̄ accidēs ex subiecto. Sed primū est possibile sicut dicetur infra. g̃ etiā ꝙ plura sint in eodē subiecto. g̃ ⁊c. ¶ Quinta rō. 4°. metaph. dr̄ ꝙ illa sunt vnum realiter que vnica corruptiōe corrūpūtur et vnica gñatione gñantur. Sed relationes in extrēis eadem gñatione gñantur ⁊ eadem corruptiōe corrumpuntur vt ptz. g̃ ⁊c.

Rōnes huius .1. opi.

4. meth.

¶ Dicunt ꝙ nō est īpossibile īmo de facto ita est in aliquib9 ꝙ eadē relatō numero est in diuersis suppositis numero ꝭm diuersa fundamēta nō tamē inq̄tum diuersa sed inq̄tuz vnū aliquo° sicut declaratū est ꝑ ipos in exemplis.

¶ Sed ista positio videtur mihi falsa ⁊ īpossibilis ⁊ arguo ꝯtra eā. Primo sic. Multiplicato priori eēntialiter ꝓsupposito oportet vt videtur multiplicari posterius licet em̄ nō oporteat ad multiplicationem posterioris multiplicari ꝑus tamē ꝓbabile videtur ꝙ multiplicato ꝑori tali multiplicetur posterius. Non em̄ videtur maior vnitas i posteriori q̄ in priori. Sed relatio eēntialiter posterior ē suo fundamento ꝓsupponēs ipm in esse necessario q2 quacunq3 virtute nō potest eē sine fundamēto. ergo mł tiplicato fundamēto multiplicatur relatio necessario. g̃ in diuersis suppositis vel etiā in eodē supposito ꝭm diuersa fundamēta nō potest eē relatio vnica nūero indistincta. Dico ꝙ verū est si fundamēta fundent inquātum diuersa nō inquātum vnū. Dico ꝙ si ly inq̄tum reduplicet diuersitatez in fundamentis nō fundāt inq̄tum diuersa nec etiā inq̄tū idem q2 diuersitas vel idētitas nō ē eis ratio fundādi q2 ista dicūt relatiōes. Sed si reduplicet naturas eorum singulares plures quas cōsequitur diuersitas sicut fundant inq̄tū diuersa q2 per naturas eorum diuersas ⁊ distinctas q̄ licet specie vel genere sint vnum nō tamē nūero ita ꝙ vnitas illa nō sufficit ad vnitatem relatiōis. ¶ Scda rō. Impossibile est ꝙ relationes opposite realiter sint vna relatō realiter. Sed hoc seq̄tur si predicta positio est vera Probatio q2 si pō est vera relatio qua sortes est similis platoni ⁊ qua plato est similis sorti ecōuerso sunt vna numero relatio. Sed iste sunt relationes mutue ⁊ opposite. ergo ⁊ c̄. ¶ Tertia rō. Impossibile est ꝙ aliquod ens limitatū per naturā sit simul in pluribus locis distātibus in vniuerso. Sed hoc sequeretur si positio eēt vera q2 sortes existēs rome simul est platoni existēti parrhisi9 ⁊ econuerso. Si igitur amboꝝ est eadē relatio sequitur ꝙ eadē relatio nūero indistincta per naturā est in pluribus locis distantibus. ¶ Quarta rō Impossibile est ꝙ ꝭm relationes primi modi aliqd referatur realiter ad seipsum q2 enim identitas est relatio ad seipsuz non est relatio realis sed rationis. Sed si esset vera positio sequeretur ꝙ idem eēt sibi simile realiter et referretur ad seipsum. Probatio q2 in quocunq3 ē formaliter relatio qua aliquid refertur ad aliud ipsum refertur ad illud. Cum ergo in sorte esset formaliter relatio qua plato est similis sorti quia ē eadem relatio in vtroq3 sequitur ꝙ sortes realiter referatur ad seipsum. ¶ Quinta ratio. Impossibile est ponere relationem realem primi modi sine aliqua alia mutua sibi correspondente. Sed hoc seq̄retur si illa potest esse vera/ quia sequeretur ꝙ omnes similitudines essent vna realis similitudo ⁊ relatio ⁊ per cōsequēs non esset aliqua alia mutuo sibi correspondens. ergo ⁊ c̄.

ꝯ istā opinionem.

¶ Dico ergo ꝙ impossibile ē ꝙ in pluribus suppositis scōm plura fundamēta sit eadē relatio realis nūero ꝭm moduz illū quē ipi ponūt sz necc̄io in plib9 fundamētꝫ mł tiplicāt r̄lones siue ad eūdē terminū siue a pl̄es terminos vt vr̄. ¶ Ad primū g̃ alioꝝ Dico ꝙ r̄lones ꝑmi mōi lz aliquo° fundētur sup vnū q̄ocunq3 intelligat̄ nō tñ super vnū nūero sz q̄lib3 i suo suppo

Resolu.

Ad motiua aliorum.

ſito fundatur ſuper ſuū vnū fundamentū numero. Verum eſt tamē ꝙ inter illa eſt vnitas generis vel ſpeciei ſed illa vnitas nō ſufficit ad vnitatē numeralem relationis ſiue ſit extra intellectum ſiue tantum ſm̄ rationē de quo nō curo modo. Et ita dico ꝙ ſicut fundamēta ſunt diuerſa nūero ⁊ vnum ſpecie ita ⁊ relatiōes ſicut due ſimilitudines. ¶ Ad ſecundum dico ꝙ quodlibet coordinatorū adinuicē vel cōſtituentiū vnum ordinē habet ꝓpriā relationem ſuam pertinētem ad illum ordinē que eſt relatio prioris vel poſterioris ita ꝙ ordo qui dicit͛ vnꝰ non eſt niſi ille relatiōes plures in ipſis ordinatis. Ita ꝙ in ipſis non eſt niſi vnica relatio realis ſicut ymaginatur. Similiter dico de cōſonātia Verū ꝙ quelibet habet ſuā ꝓpriam conſonātiam cum alia ſm̄ ꝓpriam ꝓportionem ⁊ quelibet conſonat ⁊ refertur ad alteram ꝓpria relatione conſonātie ⁊ de ordine dico ꝙ quodlibet ordinatorum eſt ordinatū ꝓprio ordine vel ꝓpria relatione ſibi intrinſeca q̄ non eſt in alio ordinato. ¶ Ad tertiū dico ꝙ īpoſſibile eſt ꝙ patris ⁊ matris ſit eadem relatio reſpectu filij ſicut ꝙ maternitas ⁊ paternitas ſint eadē relatio realis. Si eñ eſſet eadē relatio realis numero patris ⁊ matris ad filium tūc cum relatio m̄rnitatis in virgine beata fuerit eiuſdē ⁊ ſit eiuſdem rationis cū maternitatibꝰ aliaꝝ mulierū. Videtur ꝙ xp̄us nō ſolū habuerit matrē ſed etiā p̄rē carnalē

ꝙ in p̄re ⁊ m̄re nō eſt eadē relatio.

¶ P̄. Si ſit eadē relatio in patre ⁊ matre ad filium tunc eadē eſt filiatio correſpōdēs p̄ri ⁊ m̄ri in filio Sed hoc eſt impoſſibile ⁊ falſum ſicut pꝫ ex primo articulo queſtionis q̄ꝛ p̄re corrupto ⁊ matre manēte nō minus refertur filius ad matrē q̄ꝫ patre viuēte: ⁊ tamē planum eſt ꝙ nō habet relationē illā quā prius ad patrē. Ita ꝙ vna iſtarum filiationū manet alia corrupta. ergo ⁊c. Ad ꝓbationē qñ dicis ꝙ idem eſt actus generationis qui eſt patris ⁊ matris ſicut actiui ⁊ paſſiui idem eſt actus. Dico ꝙ nō eſt idē actus qui eſt generatio. Nā ſicut dictū fuit ſupra pater nō attingit actu elicito ad generatiōē ſed mater tm̄ ⁊ ita actus generationis ꝓprie accipiendo nō eſt patris ſed alius ſicut dictum eſt. diſtī ctione tertia. ¶ P̄. Dato ꝙ pater attingeret ad generationē eliciendo actum generādi adhuc dico ꝙ nō idem eſt actus vtriuſqꝫ. Gñatio eñ actio nō eſt niſi reſpectus generātis ad matrem vel receptiuū generationis paſſionis ⁊ ideo oportet ipām multiplicari ſicut ⁊ ſuppoſita generātia patris ⁊ matris Et quādo dicis ꝙ actiui ⁊ paſſiui eſt idem actus. Dico ꝙ materia nō eſt paſſiuū receptiuū generatōnis paſſionis: ſed materia de qua educitur for̄a corporea filij ſicut dictum eſt ſupra. Et dato ꝙ ita eēt nō valꝫ illa ꝓpoſitio niſi de actu ꝓducto nō de actu ꝓductiuo: licet enim bene idem effectꝰ cauſetur ab actiuo ⁊ paſſiuo nō tamen eſt idē actꝰ cauſatiuꝰ vel ꝓductiuus vtriuſqꝫ ideo nō valet. ¶ Ad quartū dico ꝙ nō eſt ſimile de accidētibus abſolutis ⁊ reſpectiuis in hac parte. Nā accidēs abſolutum non neceſſario exigit ſubiectū nec tm̄ dependet ex ſubiecto q̄ꝫtum ⁊ relatio ex fundamēto. Vnde ⁊ pōt eē in fieri ſine ſubiecto. Pꝫ in euchariſtia. Vñ etiā nec opꝫ ꝙ ita ſequatur legē numerationis ſubiecti ſicut relatio ſequitur legē numerationis fundamēti: licet ergo vnū accidēs abſolutū poſſit eſſe in duobus ſubiectis ſimul ⁊ in actu nō tamē eadem relatio numero in duobus fundamētis. ¶ Ad quintū dico ꝙ nihil cōcludit q̄ꝛ ſi aliquid cōcluderet/ concluderet ꝙ oīs relatio cum ſua relatione oppoſita eſſet eadem realiter ſicut patet intuenti argumētū Quādo ergo dicis ꝙ illa q̄ eadem gñatione generantur corrūpuntur ſic ꝙ ipōrum nō eſt alia ⁊ alia generatio vel corruptio ſunt idē realiter. Dico ꝙ verū eſt ſaltē ſub hoc ſenſu ꝙ nō ſunt aliud ⁊ aliud realiter vel eēntialiter magis ſicut. pꝫ de ente ⁊ vno Quādo dicis ꝙ ſic eſt de duabꝰ relatiōibus. Dico ꝙ alia ⁊ alia eſt cauſatio iſtarum relationū quātūcunqꝫ oppoſitarum ſicut alia ⁊ alia entitas quarū vna eſt totaliter extrinſeca alteri licet cātiones ſint ſimul ſicut ⁊ cauſate relatiōes. Et ſimiliter dico de corruptionibus licet difficile ſit videre aliqua circa iſtud de quibus modo proſequi non intendo. Hec de tertio articulo principali.

¶ Quantū ad quartum articulū dōm eſt breuit͛ ꝙ in diuerſis ſuppoſitis vel ſubiectis pōt eē vnica relatio eiuſdē rōnis ad vnū extremū ſm̄ idē fundamentū abſolutū exiſtēs in duobus ſubiectis ⁊ hoc diuina virtute q̄ꝛ hoc nō implicat cōtradictionem ꝙ idē accidēs abſolutū ſit in diuerſis ſubiectis ⁊ ꝯñter idē accidens reſpectiuum fundatū ſup̱ tale fundamētum ſicut ſuo mō in duobus diuinis ſuppoſitis eſt vnica relatio īdiſtincta ſpirationis actiue ꝓpter vnitatem fundamēti ſui ⁊ termini ſcꝫ ſpiritusſancti ad quam ambo per illam referuntur. Sed ſi termini eēnt plures ⁊ plura fundamenta correlationū in ipis oporteret neceſſario in ambobus habētibus idē fundamētū relatiōes multiplicari ſicut dictū eſt in p̄mo articulo qōnis.

ꝙ vnic[a] r̄latio [pōt] eē in di[-] uerſ͛ ſ[ub-] iectis.

¶ Ad primum principale argumentum. Dico ꝙ nō pari rōne vnꝰ filius pōt habere plures patres qua rōne vnus pater pōt habe: plures filios ſicut patet ⁊ ita nō pari rōne in eodē filio poſſunt eſſe plures filiationes ad plures p̄res qua ratione plures paternitates poſſunt eſſe in eodem patre ad filios ⁊ ita in eodem filio nō poſſunt eſſe plures filiationes nō q̄ꝛ vniuerſaliter ſic repugnet ⁊ ſit impoſſibile eſſe in eodē ſubiecto vel ſuppoſito plures relatioces eiuſdem rationis. Sꝫ hoc peruenit aliunde. ¶ Ad tertium dico ꝙ nō video neceſſitatē dicti Ariſtotelis quin plures forme accidentales abſolute poſſint eſſe in eodem ſubiecto ſolo numero diſtincte ſicut dixi in ſecūdo ⁊ multo fortius dico hoc eē poſſibile de pluribus relationibus quicquid ſit de formis abſolutis. Cum enim ſint quiditatiue ad alīd oportet neceſſario eas multiplicari ſm̄ multitudinē correlationū in terminis vel termino correſpondētium / quia ſicut relationi opponitur relatio in cōmuni. Puta paternitati filiatio ita paternitati huic ⁊ ſiugulari opponit͛ hec filiatio ⁊ ſingularis ita ꝙ neceſſario cōmultiplicātur. ¶ Ad tertium dico ſicut ꝙ nō video repugnātiam quare non poſſint eſſe in eodem albo infinite diſſimilitudines in actu ad infinita nigra que ſecūdum me poſſent poni in actu virtute diuina niſi forte diceretur ꝙ nō oporteret propter finitatem vel limitationem ipſius ſubiecti albi. ⁊ hoc ſtante adhuc poſſent eſſe plures relatiōes eiuſdem rationis in eodem ſubiecto vel ſuppoſito ſaltem finite tamē non teneo me cum iſto dicto vltimo: ſed cum primo. ideo ⁊ cetera.

Ad ar. p̄ncipa.

¶ Distinctionis octaue.
Questio Secunda.

SEcundo quero.

Utrum in xp̄o sint plures filiationes reales quarūꝫ vna sit ad patrē ⁊ alia ad matrē. ¶ Uidetur ꝙ nō primo sic. In vno filio nō est nisi vnica filiatio: q̄ multiplicatis filiationibus multiplicātur filij. Sed xp̄us est vnicus filius ⁊ nō duo. ergo ⁊c. ¶ Secūdo sic. Anselm⁹ de incarnatione ꝟbi capitulo scd̄o. Dicit ꝙ cōgruentia fuit patrem nō incarnari q̄ si pater fuisset īcarnatus fuisset ꝓprietatum cōfusio in diuinis ⁊ quasi videretur ꝙ idem genuisset seip̄m ⁊ ꝙ essent duo filij in diuinis. Sed si in xp̄o ponātur due filiatiōes sequeretur etiam personarum cōfusio vel ꝓprietatum q̄ idem esset eternaliter genitū ⁊ temporaliter causatum vel generatū vel essent plures filij. g̃ ⁊c. ¶ Tertio sic. Si in xp̄o cū filiatione eterna poneretur vna filiatio temporalis ad matrē hoc nō esset nisi ad saluādum ꝙ xp̄us est vere realis filius virginis. Sed hoc nō cogit sicut etiam nō cogit ꝙ realiter referatur ad ip̄am aliqua relatione noua temporali ad hoc ꝙ sit vere ⁊ realiter creator eius vel dominus eius. ergo ⁊c.

Ansel.

¶ Contra Impossibile est ꝙ eadem relatio sit noua ⁊ eterna. Sed filiatio qua xp̄us refertur ad patrem est relatio eterna: illa vero que refertur ad matrem ē noua quia de nouo est filius virginis ⁊ vtraqꝫ est realis q̄ filiatio non est relatio rationis. ergo sunt due filiationes reales in Christo.

¶ In ista questione sic ꝓcedā

¶ Primo ponā vnam opinionē de questione cum suis motiuis ⁊ modo dicēdi ipsius. ¶ Scd̄o ponā aliam arguendo cōtra primā ⁊ declarabo illam positionem ⁊ respondebo ad motiua aliorum. ¶ Ultimo ad rationes principales.

¶ Quantū ad primū est vna

opinio que dicit᾽ ꝙ in xp̄o non est nisi vnica filiatio realis q̄ est eterna ad patrē. ¶ Ad hoc adducūtur plures rōnes a diuersis. ¶ Prima ē ista. Relatio filiationis est relatio suppositi nō nature q̄ natura nō dicitur filia sed suppositum dicitur filius. Uñ ⁊ gñari est suppositi. Sed in xp̄o non est nisi vnicum suppositum īmo xp̄us est vnicum suppositum qđ ē filius dei. g̃ nō hꝫ nisi vnicā filiationē. puta filiationem eternā ꝯstitutiuā suppositi verbi. ¶ Scd̄a rō Dei ad creaturā nō pōt esse aliqua relatio realis vt patet ex primo libro. Sed si in xp̄o eēt alia relatio vel filiatio realis ab illa eterna deus scꝫ xp̄us ẜm illam referret᷑ realiter ad mr̄em creaturā. ergo ⁊c. ¶ Tertia rō. Idē pater nō refertur ad pl̄es filios nisi vnica relatiōe reali q̄ nō pñt eē plures relationes eiusdē rōnis sicut nec plura accidentia. quinto metaphi. g̃ similiter vn⁹ filius nō refertur pluribus filiationibus. Sed xp̄s refertur ad pr̄em filiatiōe eterna ergo in ip̄o est alia filiatio realis. ¶ Quarta rō. Si ī xp̄o fuit filiatio tp̄alis real᷑ ⁊ alia a filiatione eterna illa fundabatur sup̱ naturā humanaꝫ

.1.opi.cū suis rōnibus.

5. meta.

assumptā a verbo ⁊ p̱ ꝯñs corrupta corrūpebat᷑ filiatio in morte xp̄i ⁊ sic in triduo xp̄us nō fuit realiter filius ꝟginis. Sed hoc est falsum. g̃ ⁊c. Sic ergo vt dicūt isti in xp̄o nō fuit nisi vnica filiatio realis. ¶ Quinta rō. Filius eadem relatione vel filiatione reali refertur ad patreꝫ ⁊ ad matrē sicut ē idē filius ambarū. Cū ergo xp̄us sit vere filius pr̄is ⁊ matris sue videtur ꝙ eadem filiatione.

¶ Dicūt ergo aliqui istoꝝ ꝙ xp̄us refertur ad mr̄em suā filiatione eadem qua ad pr̄em ita ꝙ realiter ad vtrūqꝫ ⁊ eadem filiatiōe reali ad vnū tñ ab eterno. puta ad patrem ⁊ ad matrē de nouo. ¶ Alij aūt dicūt ꝙ non refertur ad matrē realiter per filiationē eternā sed tm̄ ẜm rōnem q̄ diuinū suppositū ad qđ p̱tinet esse ⁊ dici filiū nō pōt realiter ad creaturā referri. Ita ꝙ ip̄a filiatio eterna ꝓ quāto p̱ ip̄am refertur xp̄s ad patrē ⁊ ad matrē distinguitur a seipsa ẜm rōneꝫ sicut ēt diuinū suppositū ꝓut suppositat diuinā naturā ⁊ humanā distinguitur a seip̄o ẜm rationem. ¶ Alij vero qui hñt ꝓ impossibili ꝙ relatione reali referatur aliqđ ad aliud ẜm rōnē. Dicūt ꝙ filiatione eterna q̄ est relatio realis ad pr̄em nullo modo refertur xp̄s ad matrē nec realiter nec ẜm rōnē sed vna alia relatione rōnis distincta ab illa. Hec de primo articulo.

hui⁹ opi. triptitus modus.

¶ Quātum ad secundum ar/

ticulū Ur̄ mihi oīno dd̄m ꝙ in xp̄o sunt pl̄es filiationes reales quaꝝ vna est eterna ad pr̄em ẜm quā nullā hꝫ habitudinē ad mr̄em ⁊ aliā ad mr̄em tp̄alem ⁊ nouā ẜm quam nullā hꝫ habitudinē ad pr̄em vt pater est nālis etern⁹. ¶ Ad hoc adduco rōnes. Prima est ista. In quocūqꝫ sunt pl̄es relatiōes originis passiue ⁊ ꝓducti ī natura viuēte ⁊ ītellectuali eiusdē rōnis cū ꝓducente p̱ modū nature. In eo sunt pl̄es filiationes reales. Probatio q̄ hec est rō filiationis puta relatio originis passiue viuentis a viuente in natura intellectuali eiusdē rōnis cū producēte ⁊ p̱ modū nature. Si enim aliqua istaꝝ conditionū deficiat non est ꝓprie filiatio nec ꝓductio ẜm suā relationē ad ꝓducēs dr̄ fili⁹. Nisi eī ⁊ ꝓducēs ⁊ ꝓductū sit viuēs nō dr̄ ꝓductū fili⁹ nisi sit etiā nature sil̄is nō dr̄ ꝓductū fili⁹ ꝓp̄e. Nisi etiā nā sit intellectualis nō dr̄ ꝓp̄e fili⁹ licꝫ aliquo° ex vsu cōcedat᷑ asin⁹ eē fili⁹ asini. Sꝫ nisi ꝓductio sit p̱ modū nature ⁊ vim nature nō dr̄ fili⁹ ip̄m ꝓductū. Sicut spiritussanctus non dicitur filius patris vel verbi quia nō procedit per modū ⁊ vim nature sed voluntatis. Sed in xp̄o sunt plures relationes passiue tales sicut in ip̄o sunt plures origines vel natiuitates quarum vna est a patre secūdum naturam diuinaꝫ alia est a matre secūduꝫ naturā humanā scd̄m Damas. ca. 53. ergo ⁊c. Dices ꝙ bene sunt in eo plures passiue origines tales sed nō plures filiationes q̄ origo magis respicit naturam ⁊ filiatio personam. Dico ꝙ non video quare magis hoc q̄ȝ illud quia ita bene generari passiue respicit suppositum vel personam sicut ⁊ referri. Eiusdem enim est referri filiatio ⁊ generari vel originari passiue. quare ⁊c. ¶ Secunda ratio est ista. Non plus generatio vel filiatio passiua respiciunt suppositum q̄ȝ operatio vel operari. Sed non obstante vnitate suppositi in Christo sunt due operationes et voluntates secundum Damascenum. Ubi supra. ergo ⁊ cetera.

alia opi. quā tenꝫ auctor.

Rōnes hui⁹ opi.

Damas.

Nota.

¶ Nota ꝙ filiationi nõ repugnat multiplicari in eodem supposito scd̃m diuersa fundamẽta nec inꝗ̃tum relatio est q² tũc cuilibet alteri relationi repugnaret qđ falsum est q² similitudo ⁊ equalitas sunt plures relationes scd̃m diuersa fundamẽta licꝫ in eodem supposito nec repugnat sibi inquãtum relatio originis q² nec origini ip̃i repugnat multiplicari in eodẽ supposito scd̃m plures naturas. ¶ Tertia ratio. Non est magis ĩpossibile vel minus possibile ꝙ eidem supposito ꝓm plures nuturas conueniant plures relatiões originis passiue. Puta plures filiationes ꝗ̃ ꝙ eidem supposito ꝓm eandeꝫ naturam cõueniãt plures relationes originis actiue dicte. Sed eidem supposito p²ris nõ obstãte vnitate diuini suppositi ↄueniũt due tales relatiões originis actiue dicte respectu duo²um alio²um suppositorum scꝫ paternitas respectu filij ⁊ spiratio actiua respectu spiritussancti ergo xp̃o vnito supposito possunt cõuenire ille due filiationes scd̃m duas naturas ⁊ respectu diuerso²um suppositoꝝ patris scꝫ ⁊ matris. Et potest cõfirmari q² sicut ostensum est sup²a filius puta So²tes secundum eandem naturam suam refertur duplici relatione filiationis ad patrem ⁊ matrẽ. ergo nõ est impossibile referri sic xp̃m duplici relatione ad patrem ⁊ matrẽ scd̃m diuersas naturas ⁊ per diuersas filiatiões. ¶ Quarta ratio. Ista est absoluta filiatio eterna ꝟbi a creatura sicut paternitas et̃na patris. Sꝫ si pater fuissꝫ incarnatus sicut fuit possibile paternitate nõ fuisse relatus ad matrem virginẽ. Planum est q² paternitate nõ est aliquis filius sed pater sicut maternitate est aliqua mr̃. igitur nec mõ filiꝰ refert̃ ad matrem filiatione eterna. Impossibile est em̃ relationem eẽ eternã ⁊ terminũ nouũ ergo opo²tet ꝙ alia filiatione reali nõ que sit relatio rõn̄is q² tũc filius nõ esset filiꝰ virginis nisi ꝓm rõnem. Sed relatione tali que habꝫ reale fundamẽtum ⁊ extremũ ⁊ cõseruat ex natura rei inter xp̃m ⁊ matrẽ suã que ip̃m vere genuit ꝓm naturã assumptã vt dictũ est sup²a sicut inter me genitũ ⁊ matrẽ meã consurgit vera filiatio realis. ¶ Quinta rõ Illud qđ conuenit ꝟbo ab eterno ⁊ vt filiꝰ dei ab eterno nõ ↄuenit xp̃o ꝓm ꝙ homo. Sed verbo cõuenit eẽ filium ab eterno ꝑ suã filiationẽ eternã igit̃ nõ cõuenit hoc ei scd̃m ꝙ homo igit̃ si in xp̃o nõ est alia filiatio ab illa eterna sequitur ꝙ xp̃us scd̃m ꝙ homo nõ est vere filiꝰ dei qđ est cõtra fidem ⁊ veritatẽ.

ↄclusio huiꝰ opi.

¶ Dico igitur ꝙ in xp̃o est vna filiatio eterna ad patrẽ eternum sicut ĩ patre est paternitas eterna ad ip̃m vt ꝟbũ ẽ ⁊ alia tempo²alis ⁊ noua ad matrẽ virginẽ sicut in matre virgine est vera maternitas realis noua. ⁊ sic sunt due filiationes reales in xp̃o. ¶ Ex p̄dictis auteꝫ apparet ꝙ oẽs illi tres modi ponẽdi sunt simplicit̃ falsi.

Ad motiua aliorum.

¶ Ad primũ alio²ũ. Dico ꝙ filiatio est ꝓprietas suppositi vt deniati per illam tñ scd̃m naturam ⁊ ideo dico bene ꝙ esse filiũ non ↄuenit nature sed supposito cõuenit tamen sibi scd̃m naturam tanꝗ̃ scd̃m fundamẽtum ⁊ quia opo²tet relationes multiplicari magis scd̃m fundamẽta ꝗ̃ scd̃m supposita Hinc est ꝙ in xp̃o sint plures tales nature scd̃m q̃s cõuenit sibi duplex generatio ⁊ natiuitas ꝙ in xp̃o non obstãte vnitate suppositi sunt due filiationes. ¶ Ad secũdum dico ꝙ deo secũdum naturam diuinam ⁊ aliquid sibi intrinsecum nõ põt sibi conuenire relatio realis ad creaturam sed bene scd̃m naturam assumptam sicut patet. Christus enim scd̃m albedinem vel quãtitatem nature assumpte fuit similis alteri albo vl̃ equalis alteri quãto vel inequalis similiter de filiatione in ꝓposito. ¶ Ad tertiũ dico ꝙ maio² est falsa ⁊ cõtra Auicẽnam sexto methaphisice parte quinta cap. 3. Ubi dicit ꝙ in eodẽ patre ad multos filios sunt plures paternitates et dato ꝙ illa esset vera eo modo quo p²obatur de respectibus eiusdeꝫ rationis tamẽ nõ valet q² filiatio eterna in xp̃o ⁊ filiatio noua nõ sunt eiusdem rationis nec eiusdem generis quia vna est deus ⁊ alia ẽ creatura. ¶ Ad quartum dico ꝙ filiatio tempo²alis in xp̃o fundatur super naturam hãc ⁊ ita cõuenit sibi in xp̃o fundare talem filiationẽ sicut conueniret sibi si p²op²io supposito reali ↄuenitur modo a verbo quia per hoc nihil positiuũ sibi adquireretur ⁊ tamen illud p²op²ium suppositum diceretur vere filius virginis. Sicut etiã sibi ↄuenisset si verbum assumpsisset uaturam ꝑus suppositatam in ꝓp²io supposito a virgine ꝓpagatam q² nihil positiuum fuisset amotum ab ea per assumptionem ip̃aꝫ. Quãdo dicis ꝙ co²rupta natura in triduo fuisset co²rupta illa filiatio. Concedo ⁊ dico ꝙ xp̃s in triduo nõ fuit filius virginis sicut nec fuit homo secũdum docto²es sed recepta humanitate in sua resurrectione reparata est sua filiatio ad matrem in ip̃o ⁊ maternitas in matre. Nec est incõueniẽs. ¶ Ad quintum dico sicut dictũ est sup²a ꝙ filius duplici relatione reali refertur ad patrem ⁊ matrem nõ obstante ꝙ sit vnicus filius ⁊ vnum suppositum. Non enim opo²tet ad multiplicationẽ fo²me multiplicari cõcretuꝫ nisi multiplicetur suppositum. Uñ non seq̃tur. In so²te sunt multe scientie ergo so²tes est multi scientes. Et p²eterea dato ꝙ maio² eẽt vera tamen nõ est simile de filio creato ad patrem ⁊ matrem que sunt quasi vnum p²incipiũ filij ⁊ neuter ẽ p²incipiũ perfectum nõ cõmunicãs alio in agendo aliquo modo ⁊ de xp̃o cuius pater vt verbuꝫ est ab eterno est cõpletum ⁊ perfectum p²incipiũ sine matre ⁊ mater etiam inquãtum homo est perfectum ⁊ solum p²incipium eius sine patre vt pater est dico nõ dico vt deus est ⁊ ita magis videretur cõcedendum ꝙ in xp̃o sint plures filiationes ad patrẽ ⁊ matrem ꝗ̃ in filio creato licet in vtroqꝫ sit simpliciter concedendum.

Ad ar. ꝑncipalia.

¶ Ad p²imum p²incipale dico ꝙ nõ opo²tet ad multiplicationẽ filiationum in xp̃o multiplicari filios sicut ad multitudinẽ scẽtiarum in aliquo opo²tet multiplicari sciẽtes. Unde non oꝫ ꝙ xp̃us sit plures filij. ¶ Ad scd̃m de Anselmo. Dico ꝙ cõgruẽtia fuit patrem nõ in carnari ne putarentur ꝙ idem genuisset seipsum ⁊ ne pater dei putaretur filius dei ⁊ sic esset confusio in ꝑsonis sed non currit ista cõgruentia ad excludendũ plures filiatiões in Christo sicut patet imo magis currit ad oppositum quia ex hoc ꝙ ponuntur due filiationes in ipso. Una ad patrem ⁊ alia tempo²alis ad matrem habetur distinctissime ꝙ xp̃us est filius eternus patris ⁊ filius matris de nouo ⁊ tempo²alis. Si aũt nõ poneretur in ip̃o nisi vnica filiatio eterna sed posset putari ꝙ sicut est filius eternꝰ patris ita esset filius eternus matris. iõ ⁊c. ¶ Ad tertiũ dico ꝙ ad saluandum ꝙ xp̃s sit vere ⁊ realiter filiꝰ virginis ponitur in ip̃o illa filiatio tꝑalis

quam oportet esse realem. Nā relationem ꝓducti ad producēs realiter oportet esse realē. Non autē semper oportet ꝙ relatio ꝓducētis ad productum sint reales sicut de relatione creatoris ad creaturā sicut dictū est in primo ꝛ iō nō est simile de ista ꝛ de illis licet ergo xp̄us possit dici realiter ꝛ dominus virginis realitate fundamēti non relationis absq̄ hoc ꝙ realiter referatur ad ip̄am nō tamē potest dici realiter filius virginis nisi realiter referatur ad ip̄am. Dices ꝙ hoc potest eē per filiationē eternā Dico ꝙ non est verū sicut dictum est supius ꝛ ꝓbatum. Et cōfirmatur hoc per Aristo. quinto metaphisice. vbi ꝓbat ꝙ sciētia nō refertur ad scientem quia si ad ip̄m referretur cū ad ip̄a referatur ad scibile sequeretur ꝙ idem bis referretur ꝛ planum est ꝙ nullum esset incōueniēs idē bis referri ad diuersa scd̄m diuersas vel plures relationes. ergo intelligit hoc de vna relatione ꝛ ita intendit ꝙ impossibile est idem ad diuersa referri eadē relatione sicut impossibile est ꝙ scibile scd̄m relationem mensurati que est vnica in ip̄o referatur ad obiectum ꝛ ad scientem precipue quādo sciēs ꝛ scibile sunt diuersa ita cōcludo in ꝓposito ꝙ impossibile est ꝙ xp̄us referatur realiter ad patrem ꝛ matrem vnica relatione filiationis. Sic ad istud. ꝛc.

Aristo. 5. meta.

¶ Distinctionis None. Questio Vnica.

CIrca distinctionē nonam quero. Vtrū xp̄o tantum ſm naturam diuinam sit latria exhibenda. An etiā natura humana xp̄i debeat adorari adoratiōe latrie. ¶ Videtur ꝙ soli deo vel nature diuine debeat latria exhiberi.

¶ Primo sic. Latria est seruitus deo debita ratione summi dominij secūdū Augustinū. Sed solus deus quātum ad naturam diuinam habet summū dominiū ꝛ nō ipse xp̄us secūdum ꝙ homo vel ſm naturam humanā q2 sic est seruus. ergo ꝛc. ¶ Secundo sic. Si xp̄s ſm ꝙ homo est adorādus latria non solum ſm ꝙ homo. Aut hoc est ratione nature in se. Aut ratione vnionis ad verbum. Nō ratione alicuius istorum q2 vtrūq̄ est creatura cui nō debetur summus honor sicut nec summ9 amor cū non sit summū bonum: latria aūt est summus honor. ergo ꝛc. ¶ Tertio sic. Scd̄m illam naturā nō est xp̄s adorandus latria ſm quam ip̄e adorauit patrem sꝫ solum ſm idem in qua est idem cū patre. Sed ſm naturam humanā adorauit patrem. ergo ꝛc. Vnde ꝛ dictum ē dyabolo. Mat. quarto a xp̄o. Dominū deū tuum adorabis ꝛ illi soli seruies. quare ꝛc.

August.

Mat. 4

¶ Contra August. de ꝟbis dn̄i Ome. 58. super illud Io. Non turbeť cor vestrum. ꝛc. Adoro inquit carnē xp̄i cōiunctam diuinitati ꝛ eodem cultu adoro qui diuinitati debetur. ergo nō soli deo sed etiā xp̄o ſm naturam hūanam vel nature humane in xp̄o est latria exhibēda quia, planum est ꝙ latria diuinitati debetur.

August.

¶ In ista questiōe sic procedā

¶ Primo inquirā quid sit latria ꝛ an sit virtus et qualis virtus ꝛ similiter de dulia. ¶ Secūdo inquiram cui debeat exhiberi vel quib9 ꝛ similiter de dulia. ¶ Tertio quomodo debent exhiberi. Vt vltio ex hoc apparebit ad questionem. Et soluam ad rationes principales.

¶ Quantū ad primum No/

tandum ꝙ secūdum August. x. de ciuitate dei capitulo primo. Latria ſm cōsuetudinem eorum qui nobis verba diuina tradiderūt est seruitus deo debita. Vnde seruitus ptinēs ad cultum dei vel cultus ipsius dei. ¶ Circa quod notandū est ꝙ latria tripliciter potest accipi. Vno modo pro ip̄o honore creato exhibito ip̄i deo qui est in honorāte ipso. Alio modo pro actu exhibendi talem honorē ꝛ talem reuerentiam. Tertio modo pro ip̄o habitu generato ex tali actu frequētato. Ad primū pertinēt actus exteriores imperati a voluntate qui sunt genuflexiones laudes vocales ꝛ huiusmodi ꝛ ꝓprie non accipitur latria primo mō. ¶ Ad scd̄m vero puta ad actus latrie elicitos pertinēt ad actus interiores voluntatis ꝛ istis duobus modis planū est ꝙ latria nō est virtus. Sꝫ tertio modo est virt9 ſm scilicet ꝙ dicit habitum generatum in aīa ꝛ freq̄ntibus actibus honorādi deum interioribus ꝛ ē virtus que nihil aliō est ꝙ̄ habitus exhibitiu9 deo honoris sibi debiti in recognitionē summi dn̄ij vel alicuius ratione dei sicut dicetur infra. ¶ Est igitur virtus quia habitus elicitus determinat9 recta ratione scd̄m ꝙ sapiēs determiauit. ¶ Secūdo dico ꝙ est virtus moralis nō intellectualis q2 ad intellectum non pertinet sed ad voluntatem ꝛ appetitum Nō est autem theologica sed cardinalis. Et ꝙ nō sit theologica. patet q2 nō habet deum pro obiecto ꝛ fine imediato: licet deum habeat pro fine habet enim honorem illum creatū qui debet impēdi ſm ip̄am pro obiecto circa quod est. Est igitur moralis pertinēs ad cardinales morales: sed inter illas ad iusticiam specialis tanq̄ pars eius potentialis non subiectiua proprie q2 in ip̄a nō reseruatur perfecta ratio iusticie/ licet enim secūdum ip̄am reddatur deo honor debitus ꝛ in hoc sit iusticia tamē nō redditur tantus honor quātum diuina excellentia exigit sed ſm possibilitatem creature reddentis. Vnde ꝛ Aristoteles quinto ethicoꝝ dicit ꝙ nostri ad deum nō est perfecta iusticia. ¶ Tertio dico ꝙ est specialis virtus formaliter ꝛ secūdum se habēs speciale obiectum ꝛ actum distinctum ab alijs virtutibus ꝛ nobilior alijs moralibus. Patet ex eisdem tamē aliquo modo generalis est in hoc ꝙ act9 multarum aliarum virtutum potest referri in deū sicut in finē honorando. ip̄m vel colendo sicut etiam magnanimitas licet sit virtus specialis formaliter in se accepta tamen aliquo modo cōmunis est. Eo ꝙ in qualibet virtute vel in actu eius intendit aliquid magnum. Non tamen sic communis sicut prudentia secūdum philosophos vel caritas secundū theologos que ad omnes actus quarūlibet virtutum se extendunt. Est etiam generalis nō predicatione sed sicut dictum est. ¶ Quarto dico ꝙ latria diuersimode nominatur. Aliquando enim nominatur pietas propter affectum deuotionis ad deum. Aliquando eusebia quasi studium boni cultus vel culture ab eu quod est bonum ꝛ bios quod est cultura. Aliquando vocatur Theoseubia / quasi bonus cultus dei. Theos enim grece deus est.

Latria ād scd̄m Augu. ꝛ q̄t mōis capitur.

Latria quō ꝟt9 ꝛ que. ꝛc.

5. ethico.

Latrie noīationes.

Aliquādo dicitur latria quasi diuinum obsequiuz vel seruitus dei. Aliquādo dicitur religio quia pso nam religat ad tales actus exhibendos deo suo et non alteri.

dulia cū suis acceptionib⁹ ꝛ diuisionibus.

De dulia Dico ꝙ posset distingui sicut ꝛ latria vel pro actu exterioris honoris impense creature vel pro actu interiori voluntatis volētis talem honorem debitum impendere creature debito modo vel pro habitu ipso generato in voluntate per talē actum frequētatuz. Primo modo ꝛ secūdo dulia nō est virtus. Tertio modo est virtus exhibitiua debiti honoris creature modo debito ꝛ est virtus moralis nō theologica sed cardinalis pertinēs ad iusticiam ꝛ magis perfecte ꝙ̄ latria qꝛ magis potest esse iusticia inter hominem ꝛ creaturam ꝙ̄ inter hominem ꝛ deum non autem est nobilior alijs moralib⁹ sicut latria ꝛ hoc patet. Est etiam specialis virtus in se quod ptꝫ ex actu ꝛ obiecto ꝛ accipiēdo duliam large scđm aliquos diuiditur in yperduliam ꝛ superyperduliam ꝛ duliam scđm ꝙ est dare sumaꝫ creaturam cui debetur summus honor exhibēdus creature ꝛ mediam cui debetur medius secūdum yperduliam ꝛ aliam cui debetur honor simplex secūdum duliam: sꝫ sufficit diuidere vt videtur in duliaꝫ ꝛ yperduliam .i. in maiorem duliā ꝛ minorē ita ꝙ minor dulia appriet sibi nomē dulie ꝛ maior dulia habeat propriū nomen ita ꝙ dulia sit seruitus vel honor exhibēd⁹ creaturis cōmuniter vel magis virtus exhibitiua talis honoris. Sed yperdulia sit respectu creature excellentis eo modo quo dicetur infra. Habet etiā dulia multas species scđm aliquos. Nam alia ē ratio dn̄ij politici ꝛ despositi sicut patet primo politice ꝛ ita debetur ei alia ꝛ alia seruitus secundū duliam exhibēda ꝛ ideo nō est ita specialis virt⁹ sicut latria qꝛ latria specialis est ꝺm speciem specialissimam. Sed dulia secūdum speciem subalternam. Hec de primo articulo.

Latria q̄bus debetur.

Quātum ad secundum videndum est primo de latria ꝛ dico ꝙ ꝺm Augustinum cultus latrie est soli deo debitus in recognitionem summi domini in ipō. Sed hoc potest intelligi vno modo sic ꝙ ista dictio exclusiua soli excludat omne aliud a deo ab ipō termino adoratiōis ita ꝙ nihil adoretur latria vt tres seu obiectū adorationis nisi deus summus dominus ꝛ ita nihil aliđ ab ipso latria adoretur ꝛ isto modo falsum est nec debet sic intelligi. Hoc tm̄ est cōtra Damas. ꝛ cōtra August. qui volunt ꝙ caro xp̄i latria adoretur non solum ipm̄ verbum vel deus ipē. Unde ꝛ Augustinus sicut supra allegatum est dicit humanitatem ꝛ carnem xp̄i adorādam eadē adoratione qua verbum. Et Damas. libro tertio hoc idē dicit sicut Magister recitat ꝛ ponit in litera exēplum Damasceni de carbone ignito. Sicut em̄ timetur carbo ignitus ne tangatur nō qꝛ carbo sꝫ quia ignit⁹. ita ꝛ caro xp̄i adoratur nō quia caro sed quia caro dei Et Augustinus de verbis domini Ome. 58. ponit exemplum de rege ꝛ purpura qua est indutus que eadem adoratione adorantur non tamen sic esset si purpura esset a rege deposita. Et dico etiam ꝙ nō solum humanitas vel caro Christi modo predicto potest adorari latria sed etiam ymagines Christi ꝛ cruces vel crux Christi inquātū representāt Christum ꝛ tunc nō est distincta adoratio Christi ꝛ predictorum sed eadem principaliter Christi ꝛ consequenter aliorum vel secūdario.

August.

Damas.

August.

Nota.

Aduertendum tamen ꝙ crux Christi non debet adorari latria vt secundum se accepta sicut nec alie cruces sed modo predicto: sed tantuꝫ sibi maior debetur reuerentia ꝙ̄ alijs tanquā reliquie preciose ꝛ instrumento redemptionis nostre propter contractum illorum sacratissimorum mēbrorum Christi ꝛ eius sanguinis preciosi: latria etiam adoranda est eucharistia sicut signum nobilissimum ꝛ perfecte contentiuum Christi multomagis expressiuum eius ꝙ̄ alie ymagines sicut patet. Sed debet ne beate virgini fieri cultus latrie. Dico ꝙ non. Est enim creatura intellectualis et persona distincta a deo cui debetur altius cultus scilicet dulie eo modo quo dicetur infra. Alio modo potest intelligi sic ꝙ ly soli excludat omne aliud a deo tanꝙ̄ rationes adorationis: ita ꝙ licet aliquid aliud a deo adoretur nihil tamē aliud a deo sit ratio adorandi sed ipse deus sit primarium obiectum ꝛ ratio adorandi alia secundum cultum latrie ꝛ hoc modo debet intelligi et cultus latrie soli deo debitus est ratione eius per quod cōuenit sibi summum dominium. Puta ratiōe perfectionum suarum intrinsecarum ꝛ precipue ratione prime perfectionis que est essentia intantum ꝙ sicut dicunt aliqui ꝛ bene in hoc licet diuine relationes / ꝛ persone adorentur non tamen per rationes earum proprias vt sic: sed per rationem essentie qꝛ sunt deus ꝛ eis cōuenit summum dominiuꝫ. Et sic dico ꝙ nec humanitas Christi nec aliquid aliud a deo est adorandum latria tanquā ratio adorandi. Cuius probatio est quia si humanitas Christi eēt ratio adorandi Christum / sequeretur ꝙ ipsa separata vel relicta a Christo deberet adorari. Sicut quia calor est ratio calefaciēdi etiam separatus calefaceret secundum Auicēnam sexto metaphisice. Hoc autem est falsum ꝛ contra Augustinum Ubi supra. Si inquit hominem a diuinitate separes ipsum non adoro. Et ponit exemplum. Sicut si quis inueniat regis coronam vel purpuram qua rex nō est coronatus vel purpuratus seu indutus non cogitur adorare nec debet. quare ꝛc. Et ita xp̄us secundum ꝙ homo nō debꝫ adorari cultu latrie sic ꝙ humanitas sua sit ratio adorandi ipsum nec aliqđ ex parte humanitatis.

Latria an. b. virgini d\[e\]b\[e\]atur.

Auic.

August.

ꝫ p̄dicta

Sed cōtra hoc videntur eē aliqua. Videtur em̄ ꝙ xp̄s secūdum ꝙ hō debeat adorari latria. Primo ꝙ latria nō debetur deo nisi scđm dominium suum summum qđ habet respectu creature quod nō est perfectio intrinseca dei qꝛ nō est dominus ab eterno sed ex tp̄e ꝺm Augustinū quinto de trinitate. ꝛ ita videtur ꝙ deo debeatur latria ꝑpter aliquod bonuꝫ creature cōicatū in creatione vel hmōi. Sed xp̄us ꝺm ꝙ homo ꝑ suā redēptionē cōicauit homini maius bonū ꝙ̄ in creatione ergo ꝛc. qꝛ mediāte hūanitate cōicauit nobis bona gratie ꝛ glorie q̄ sunt maiora ꝙ̄ dona vel bona nature. ꝙ ꝛc. Propter qđ exclamat Gregorius in bn̄dictione cerei paschalis. O felix culpa que tm̄ meruit hr̄e redēptorē. Nihil em̄ nobis nasci ꝓfuit nisi redimi ꝓfuisset. Scđo qꝛ v̄bo dei vel xp̄o inq̄tū hō debeꝫ maior reuerētia ꝙ̄ d̄bereꝫ puro hoī redēptori. Sꝫ si hūaitas xp̄i fuisset separata vel relicta ꝓprio supposito ꝛ illud

Grego.

suppositū redemisset nos fuisset sibi debitus cult⁹ yperdulie qui est maior dulia vt patet multofortius ꝙ debeatur modo beate virgini. ergo Christo secundum ꝙ homo ⁊ humanitati sue debetur latria vt videtur. ¶ Tertio quia si Christo inquantum homo ⁊ redemptor non debetur cultus latrie tunc non valet ꝯgruentia Ansel. de incarnatione verbi vel cur deus homo quam dat ꝙ pura creatura non potuit nos redimere q: nō potuit nos ad statum innocentie reducere. Eo ꝙ in statu innocentie nulli tenebātur nisi deo. Si aūt creatura redimisset nos tunc etiam illi creature essemus subditi ⁊ sibi teneremur. Modo planum est ꝙ Anselm⁹ intelligit de cultu latrie alioquin nihil valet q: redēpti bene tenentur cultu dulie alicui alteri a deo sicut creaturꝫ sanctis ⁊ serui suis dominis. ergo redēptori ſm ꝙ huiusmodi debetur cultus latrie. Sed xp̄us ſm ꝙ homo redemit nos. ergo ⁊c. ¶ Quarto sic. Anselmus cur deus homo libro. 2. dicit ꝙ mors xp̄i liberauit nos ab omnibus peccatis nostris cuius vita quam mors priuauit oībus peccatis p̄ponderat. Ex quo habetur ꝙ prius deberet aliquis velle peccare mortaliter ꝙ mortē xp̄i. Sꝫ illud debet latria adorari cuius nō esset preeligendum est mortaliter peccare vt videtur. ergo ⁊c. ¶ Ultimo q: xp̄s ſm ꝙ homo plenus gratie ⁊ veritatis ē caput ecclesie. Sed capiti vt videtur cultus latrie debetur. ꝗ ⁊c.

Ansel.

Ansel.

¶ Dico ad ista ꝙ xp̄us ſm ꝙ homo vel secundum ꝙ redemptor non est latria adorādus sed yperdulia vel supyperdulia sicut dicetur infra rōne dico nature humane nec alicuius se tenētis ex parte eius. ¶ Ad primum vero cōtra hoc dicit ꝙ deo debetur cultus latrie scd̄m ꝑfectionem intrinsecam cōmunicatā tamen creature ab ip̄o ⁊ principaliter nō ratione ꝑfectionis absolute licet dilectio bene debeatur ratiōe perfectionis absolute. Sicut ponitur exēplum. Si eēnt duo dij per impossibile ⁊ vnus illorū creasset istū mundum ⁊ alius nō illi qui sunt in mundo licet tenerentur diligere aliū deum tanꝙ summū bonum nō tamen tenerētur adorare eum. Similiter etiā licꝫ aliquis subditus teneatur quēlibet bonuꝫ p̄latum diligere nō tamen tenetur cuilibet seruire vel obedire sed tm̄ suo habenti dominiū respectu eius. Qn̄ dicis ꝙ xp̄us scd̄ꝫ ꝙ homo cōmunicauit nobis maius bonum ꝙ secundum ꝙ deus in creatiōe. Dico ꝙ dato ꝙ hoc sit verum nō tamē debetur sibi latria ꝓpter hoc q: nō cōmunicauit nobis ſm ꝙ homo nisi meritorie ⁊ nō principaliter sed magis deus ip̄e vel ip̄emet ſm ꝙ deus ⁊ ideo tenemur ad latriam pluribus rōnibus ⁊ pluribus de causis ⁊ q: creator ⁊ q: principalis creator vel redemptor. Non tm̄ tenemur ad maiorē vel excellentiorē cultum ꝙ sit latria ⁊ nō est talis cultus nec eē potest. Un̄ nō tenemur sibi ad plus q: creator ⁊ redēptor ꝙ q: creator soluꝫ sed plurib⁹ de causis. Sicut aliq̄s religiosus sacerdos non tenetur ad plus ſm castitatem ꝙ laicus ꝓfessus eiusdē religionis: sed ad ip̄m tenetur pluribus de causis ꝙ laicus scꝫ q: sacerdos ⁊ quia religiosus laicus vero q: religiosus. ¶ Ad scd̄m dico ꝙ humanitati xp̄i scd̄m quem redemit nos bn̄ debetur maior reuerētia ꝙ si fuisset relicta a ꝓprio supposito ⁊ illud suppositū redemisset nos q: debetur sibi latria ⁊ ideꝫ cultus cū xp̄o deo indistinct⁹. Sed hoc non est ratione sui vt dictum est supra sed

Ad instātias p̄oe.

ratione verbi cui est vnita. ¶ Ad tertium de Anselmo dico ꝙ nō ē intētiōis sue dicere ꝙ pura creatura vel purus homo nō potuit nos redimere quia redemptori cuilibet scd̄m ꝙ huiusmodi debeat cultus latrie sed bene quia principali redemptori ⁊ id bene concedo ꝙ pura creatura vel purus homo nō potuit esse principalis redemptor sicut etiam nec deus nec creator. ¶ Ad quartuꝫ dico ꝙ licꝫ mors Christi priuet vitam que omnibus peccatis prepōderat ꝙtum ad deletionem ip̄orum meritoriam tm̄ non deberet aliquis preeligere peccare mortaliter ꝙ Christum mori imo nullo modo deberet ꝑeligere peccatum mortale q: vita xp̄i non est tantuꝫ bonum ꝙtum est bonum diuinuꝫ a quo peccatū auertit nec mors eius omnibus peccatis preponderat tanꝙ principaliter causans deletionem peccatoꝝ nec tanꝙ priuatio vite alicuius causantis p̄ncipaliter deletionem culpe ſm ꝙ talis viuēs est. Puta homo sed inquātum deus. ¶ Ad quintum dico ꝙ capiti ecclesie scd̄m rationem principalem capitis que est ratio influens mēbris sensum fidei ⁊ motuꝫ caritatis ⁊ creandi ⁊ redimēdi principaliter debetur cultus latrie ⁊ ista cōueniunt Christo capiti secūdum ꝙ deus nō secūdum ꝙ homo vt patet. ꝗ ⁊c.

Ad Anselmum.

¶ De dulia Dico ꝙ ē exhibēda creature intellectuali vel rationali ꝓprie loquēdo. Nam creaturis irrationalibus non intelligētibus nō est dulia ꝓprie exhibenda nec honor dulie. Et ergo inter creaturas principatū obtinet humanitas xp̄i quātuꝫ etiam ad illa que se tenent ex parte eius. Puta quantum ad gratiam et gloriam. ¶ Dico ꝙ exhibenda est dulia maior que vocatur yperdulia et in summo gradu precipue si consideretur nō solum vt natura talis sed vt mediū ⁊ quasi instrumētum redemptionis nostre sicut illa per quam vel qua mediāte meritorie sumus redempti post humanitatem vero Christi debetur yperdulia matri eius tanꝙ excellenti creature secundū gratiam ⁊ gloriam post humanitatem Christi. Et secundum aliquos etiam debetur yperdulia apostolis ⁊ angelis ⁊ notabilibus sanctis non tamē in tanto gradu. ¶ Dulia vero alijs creaturis intellectualibus ⁊ rationabilibus debetur secūdum gradum suum et solum illis qui sunt iam in gloria vel illis qui sunt in gratia ⁊ virtute in actu vel illis qui possunt adhuc esse. Non autem damnatis ipsis qui ad istud bonum reuerti non possunt. Debetur etiā illis qui licet nō sint in gratia ⁊ virtutibus in actu habent tamen officium iudicandi alios ad virtutē cuiusmodi sunt prelati peccatores ⁊ multomagis debetur prelatis istis ⁊ sanctis. Reuerentia vero ⁊ cult⁹ respectu irōnabiliū vel nō intellectualiū creaturarū nō ē ꝓprie dicēda dulia Nec eis ꝓprie dulia adhibet. ¶ Un̄ ipsa crux Christi vera secūdum se accepta adoratur secundum latriam nec secundum duliam ⁊ sic de alijs reliquijs licet eis ⁊ rationabiliter aliqua reuerētia ⁊ magna reuerentia deferat Hec de secundo articulo.

Dulia q̄busadhibenda.

crux xp̄i q̄ūo adoratur.

¶ Quantum ad tertium articulum. Dico ꝙ latria ⁊ dulia non solum debent mentaliter exhiberi sed etiā aliq̄n cū hoc p̄ q̄dā signa sensibilia exteriora cuiusmōi sūt genuflexiōes ⁊ laudes diuie vocales ⁊ sacrificij oblatio ad q̄ tenentur xp̄iani ⁊ p̄cipue clerici tp̄e oportūo ⁊ ab ecclīa

Latria ⁊ dulia q̄mō exhibenda.

ſtatuto. Et dico ꝙ ſub quacunqȝ lege fuit aliquod ſignū exterius ſenſibile colendi deum. Et hoc ptȝ ad proximorum edificationē ad excitandū etiā deuotionem ⁊ ad ꝑfecti diu ini recognitionē vt ſoluȝ deo ſeruiat homo ex aīa ſua ſed etiaȝ ex corpore qꝛ vtrūqȝ recipit a deo. Et ſimiliter etiā dico de dulia ꝙ debȝ exhiberi aliquādo ꝑ ſigna exteriora ſenſibilia honoris ⁊ reuerentie tꝑe ⁊ loco oportuno ⁊ hoc eſt neceſſariū qꝛ dulia exhibetur creature q̄ nō videt aīm nec cor exhibentis ſedvidet ea q̄ parent. Deus aūt intuetur cor primo regū. Et vide ꝙ bene ſunt aliqua ſigna ſenſibilia exteriora latrie ⁊ dulie cōmunia ſicut genuflexio ⁊ aliqua alia nūqꝫ tamen habent nec habere debent actum cōmuneȝ interiorem nec eiuſdem rationis. Tamē latria habet vnum ꝓprium ſignum exterius quod nō conuenit dulie. Puta oblationem ſacrificij alterius qđ ſoli deo offertur ⁊ debet offerri ⁊ nō creature. Hec de tertio articulo principali.

Ad p̄ncipales et alias rōnes. ¶ Ad primum p̄ncipale et ad alia dico ꝙ bene cōcludūt ꝙ xp̄us homo nō debet adorari latria nec eius caro vel hūanitas ſic ꝙ caro eius vel humanitas ſeu aliq̄d ſe tenens ex parte eius ſit rō adorādi ip̄m ſed n ō cōcluditur quin humanitas xp̄i poſſit cadere in termino adorationis ⁊ adorari ſicut dictū eſt ſupra ⁊ dicitur in quadam

Gloſa q̄dam. gloſa ſuꝑ illud p̄s. Adorate ſcabellum pedum eiꝰ. Caro inq̄t xp̄i ſine omni dubio adorari dȝ qꝛ nullꝰ comedit carnem xp̄i niſi prius adoret. ideo ⁊c.

¶ Diſtinctionis decime.
Queſtio Unica.

Circa diſtinctionē decimā. Quero vtrū xp̄us ſit filius adoptiuꝰ dei ab ip̄o ꝑſonatus. ¶ Uidetur ꝙ ſit filius adoptiuꝰ. Nobilitatis em̄ eſt in creatura. puta in hoīe adoptari in filiū dei ğ nō debȝ hoc negari a xp̄o ¶ Tertio qꝛ xp̄s dr̄ filius naturalis p̄ris ꝓpter naturā diuinā acceptam a patre. ergo ſimiliter pōt dici filius adoptiuus dei ꝓpter gratiam ſibi datam a deo ⁊ acceptā ab ip̄o. ¶ Tertio vr̄ ꝙ nō ſit p̄deſtinatus qꝛ p̄deſtinatio p̄cedit p̄deſtinatū nec eſt niſi ſuppoſiti. Sed nihil precedit ſuppoſitum xp̄i qꝛ xp̄us eſt diuinum ſuppoſitum eternum. ergo ⁊c.

¶ Contra primū arguitur ꝑ Mgr̄m ⁊ auctoritates ſanctorum in lr̄a qui negāt xp̄m eē filium adoptiuū. ¶ Cōtra 2m dicit

Ad ro. i. Apoſtolus ad Romanos primo. Dicit enim ꝙ eſt p̄deſtinatus filius dei in virtute ſm̄ ſpiritum ſanctificationis. ⁊c.

¶ In iſta queſtiōe ſic procedā

¶ Primo inq̄ram an xp̄us homo ſit p̄deſtinatꝰ et per quem modum. ¶ Scđo inquirā an ſit filiꝰ dei adoptiuꝰ. ¶ Tertio ad rationes.

An xp̄s hō ſit p̄deſtinatꝰ ⁊ quō. ¶ Quantū ad primum Oēs ꝯueniūt cū dicto Apoſtoli ad Romanos. i. ꝙ xp̄s eſt p̄deſtinatus tn̄ videtur alicui ꝙ nō qꝛ aut hoc ē ſm̄ ꝙ homo aut ſm̄ ꝙ deꝰ. Non ſm̄ ꝙ deus qꝛ ſic ſibi cōuenit p̄deſtinare. Non aūt predeſtinari. Nec ſm̄ ꝙ homo quia ſic nō eſt ꝑſona predeſtinatio vero non videtur niſi perſone. ergo ⁊c. ¶ Secūdo ſic Quicūqȝ predeſtinatus abſolute loquēdo ⁊ in ſenſu diuiſo poteſt vel potuit eſſe reprobatus vel damnatus ſicut dictum eſt in primo. Sed xp̄s homo nō potuit eſſe reprobatus vel dānatus. ğ ⁊c. ¶ Tertio predeſtinatio eſt preordinatio dei ad gloriam ⁊ gratiam vel merita quibus illā conſequatur. Sed Chriſtus ſuam gloriam non meruit qꝛ ipſam ante omnē actum meritorium habuit in inſtanti ſcilicet ſue conceptionis in quo nihil potuit mereri vt videtur. quare ⁊c.

¶ Sed hijs non obſtantibꝰ. Dico p̄īo ꝙ xp̄us homo ſecūdum naturā humanam p̄deſtinatus fuit a deo duplici p̄deſtinatione / vna ſcilicet ad gloriam ⁊ gratiam habēdam ſecūdum naturam humanam capacē ipſius ⁊ receptiuam ⁊ ad tātam gloriam ⁊ gratiam ꝙ abſolute loquēdo eſt impoſſibile in aliqua creatura inueniri maiorem ⁊ iſta p̄deſtinatio eius fuit eiuſdem rationis cum predeſtinatione aliorum hominum ſicut ⁊ gratia ⁊ gloria creata in ip̄o eſt eiuſdē rationis cū gloria aliorum licet multo ſit maior ⁊ excedens. opi. auc.

Alia vero predeſtinatio xp̄i ſm̄ naturam humanā ⁊ hec fuit preordinatio gratuita dei ad vnionē nature humane xp̄i cū verbo vt idem ſuppoſitum eēt verus homo ⁊ verus dei filius ⁊ de iſta videtur loqui Apoſtolus ī principio auctoritatis ſue qui inquit predeſtinatus eſt filius dei in virtute. De alia vero quādo ſubdit ſm̄ ſpiritum ſanctificationis. Apoſto.

Et illa predeſtinatio non fuit eiuſdem rationis cū predeſtinatione aliorum qꝛ nullus alius homo ſic ē predeſtinatus. ¶ Secūdo dico ꝙ predeſtīatio xp̄i ad vnionem ſue nature cum verbo prior fuit ſecundum rationeȝ qꝫ predeſtinatio eius ad gloriam vel gratiam: ita ꝙ prius fuit predeſtinatus ad hoc vt eſſet filius dei ⁊ vnigenitus qꝫ vt eſſet ſic glorificatus ⁊ prima aliquo modo videtur fuiſſe ratio. ⁊ ſic magis qꝫ ecōuerſo ſaltem ſicut etiam videtur inui in auctoritate apoſtoli ex ordine loquēdi qui predeſtinatus eſt filiꝰ dei. ⁊c. Et Johā. primo vidimus gloriam eius quaſi vnigeniti a patre ⁊ ſequit̄ Plenum gratie ⁊ veritatis. quare ⁊c. ¶ Tertio dico ꝙ Johā. i. iſta preordinatio ad gloriam eſt eadem ⁊ nature et perſone xp̄i ſed aliter quia nature vt ſubiecti receptiui glorie ſed perſone vt ſuppoſiti habentis naturam. Unde ⁊ perſonam denominare poteſt. Eadem enim factio realis que eſt nature poteſt denominare perſonam quia ſicut hec eſt vera. Natura humanata eſt preordinata ⁊ facta ſubſiſtens in perſona diuina: ita hec eſt vera filius dei preordinatꝰ eſt fieri homo ⁊ factus eſt homo ⁊ eadem ordinatione vel factione cum materia ip̄a. Sic in propoſito de predeſtinatione ad gloriam. ¶ Ultimo dico ꝙ Chriſtus ſic eſt predeſtinatus ꝙ ipſe eſt primus p̄deſtinatus ⁊ ſcriptus in libro vite ſicut principiuȝ ⁊ caput omnium electorum dei excedens in gloria omnem creaturam. ¶ Ex quo patet ꝙ dato ꝙ homo non peccaſſet nihilominus Chriſtus fuiſſet et verbum dei carnem aſſumpſiſſet ⁊ ad effectum predeſtinationis attigiſſet. Sua enim predeſtīatio nō fuit occaſionata expectans caſum hominis tanqꝫ rationem eius ſed prius ſecundum rationem p̄deſtinatꝰ fuit qꝫ p̄uideretur aliq̄s caſus. Sic de iſto.

ad prias rationes

¶ Ad primũ qđ adducitur dici potest ꝙ Christus ſm ꝙ homo vel ſm naturam humanã fuit predestinatus ſi ly ſm teneatur specificatiue nõ reduplicatiue: q2 natura humana nõ fuit ratio sue predestinationis eo modo quo illud qđ reduplicat debet esse ratio inherẽtie pdicamẽti ad subiectũ: sed magis ipsa volitio dei gratuita sic preordinauit xp̃m. Sed specificatiue põt accipi ly secundũ ꝛ potest illa propositio cõcedi ꝙ Christus ſm ꝙ homo est predestinatus esse filius dei ꝛ sic beatus quia natura humana ĩ ipso est subiectum receptiuum vnionis ad verbũ ꝛ etiam gratie ꝛ glorie. Quando dicis predestinatio respicit persoam concedo sed etiam bene naturam vel personam ſm talem naturam quaꝫ habet. Et per hoc solutum est ad tertiũ principale. Quãdo dicitur vltra ꝙ Christus ſm ꝙ homo non est psona. Dico ꝙ verum est accipiendo ly ſm reduplicatiue quia humanitas nõ est sibi ratio essendi personam tñ bene potest cõcedi specificatiue: ꝛ tunc est sensus ꝙ xp̃s existẽs homo est persona sed nõ est vis de hoc: q2 licet predestinatio psone cõueniat non tñ oportet ꝙ illud ſm qđ sibi conuenit sit psona. Preterea etiã diceretur ꝙ bene cõuenit nature predestinatio nõ solum persone: natura beatificabilis est nõ solũ psona q2 ordĩabilis ad tale bonũ licet nõ nisi existẽs in aliqua psona. ¶ Ad scđm dico ꝙ nõ habeo pro impossibili ꝙ christus ſm naturã humanã potuerit esse reprobatus vel dãnatus: q2 non video ĩ hoc contradictionẽ sicut nec in hoc ꝙ potuit esse predestinatus nõ eñ fuit necessario pdestinatus. ¶ Ad tertium diceretur ꝙ nõ oportet predestinatũ quẽlibet mereri effectũ predestinationis puta gloriã: licet de aliquibus ita fuerit ordinatũ a deo ꝛ hoc pcipue diceretur ſm illos qui ponũt ꝙ christus non potuit mereri in primo instãti in quibus ego nõ cõsentio. Videtur eñ michi ꝙ potuit mereri ĩ primo instanti vel in instãti sue cõceptionis sicut ꝛ angeli in instãti sue creationis potuerũt mereri vel peccare: quẽadmodũ dictũ est in scđo ꝛ ita posset dici ꝙ xp̃s meruit gloriam suã in instãti illo vt videtur et ita predestinatus fuit ad meritũ sicut ad effectũ. Si autem nõ dicatur sic: tũc aliter põt dici ꝙ christus nõ meruit gloriã suã sicut nec vnionẽ nature humane ad verbũ nõ q2 nõ potuerit aliquid mereri in primo instanti nec oportet ꝙ quilibet predestinatus suã gloriam mereatur pcipue qñ ad tantã gloriam ordinatur ꝛ in instanti sui esse generandã quia ad hoc non videtur suum proprium meritum suffragari: ſ3 mera gratuitas diuine bonitatis. hec de primo articulo principali.

xp̃s an filius dei adoptiu9

¶ Quãtum ad secundum articulum dicitur cõmuniter cũ Magistro ꝛ auctoritatib9 sanctorũ in litera ꝙ christus nullo modo debet dici filius adoptiuus dei. ¶ Ad hoc assignantur alique rationes que michi cõcludere nõ videntur. ¶ Prima est ista Fili9 naturalis alicuius nõ potest dici filius eiusdẽ adoptiuus. Ista enim filiatio ꝛ illa sunt incõpossibiles sicut patet. Unde ꝛ in legibus ciuilibus filius naturalis adoptiuus esse nõ potest. Sed christus filius est naturalis ipsius dei: ergo ꝛc̃. ¶ Secunda ratio. Filius adoptiuus nõ h3 ius ĩ hereditate ex genere suo sed ex adoptione tñ. Sed christus ex genere suo ius habet in hereditate dei eo ipso ꝙ fili9 naturalis. ¶ Tertia ratio. Fili9 adoptiuus fit de nõ filio filius ꝛ ita oportet ꝙ aliquãdo fuerit filius ire ꝛ non filius gratie vel dei. Sed xp̃s nunꝗ̃ fuit nõ filius: quia ab instãti sue conceptionis fuit filius dei ꝛ per naturam ꝛ per gratiam: ꝗ ꝛc̃. ¶ Quarta ratio: q2 si esset fili9 adoptiuus esset filius totius trinitatis: ꝛ per cõsequẽs esset filius suiipsius ꝛ filius spiritussancti qđ est supra negatuꝫ. ¶ Quinta ratio. In xp̃o nõ est nisi vnica filiatio realis ꝛ naturalis sc3 ad patrem. Sed ſm filiationẽ naturalem non potest esse filius adoptiuus: ꝗ ꝛc̃. ¶ Videtur michi ꝙ ad ista faciliter potest solui vel eñ nichil concludunt vel nõ cõcludunt nisi ꝙ Christus ſm naturam diuinam ſm quam est filius naturalis non est adoptiuus filius.

¶ Ad primũ ergo dico ꝙ xp̃s nõ est fili9 adoptiuus dei ſm naturam diuinã: quia sic est filius naturalis: quin autem ſm naturam humanã ratio non cõcludit. ¶ Ad secũdum per idem. Christus eñ heres est naturalis sicut ꝛ filius naturalis. Sed ſm naturam humanaꝫ nõ est heres naturalis nec absolute loquẽdo habet ius in hereditate nisi ex beneplacito diuine voluntatis. ¶ Ad tertium diceretur ꝙ nõ oportet hoc: licet fiat de lege cõmuni ꝙ filius adoptiuus prius fuerit non filius. Alioquin beata virgo q̃ non contraxit peccatũ originale sed fuit cõcepta in gratia non fuit vel potuit esse filia dei adoptiua vel etiam Adam si stetisset et in gratia creatus fuisset vel angeli si in gratia fuerũt creati qđ non videtur verũ. Non eñ ratio adoptionis vel aliquid necessariuꝫ ad ipsam videtur prius esse filium: immo magis videretur impedimẽtum. ¶ Ad quartum nõ haberetur pro incõuenienti ꝙ Christus esset filius suiipsius vel spiritussancti nõ per naturam sed per adoptionis gratiã ꝛ hoc ſm naturã assumptã. ¶ Ad vltimũ dico ꝙ maior est falsa: q2 in xp̃o sunt due filiationes sicut dictuꝫ est supra. Et dico etiã ꝙ per filiationẽ aliam que est ad matrẽ dato ꝙ sit in christo nõ posset dici xp̃s filius dei adoptiuus: sed tñ filius virginis naturalis: sed ratione vniformiter diceret filius adoptius sicut aliquis alius sanctus adoptatus nõ per aliquã relationẽ realem nisi forte ad ipsum adoptãtẽ quã tamẽ relationẽ realẽ nõ video: q2 illud adoptare nõ est nisi velle diuinũ de conferẽdo gratiam ꝛ gloriam que nõ ponit in obiecto volito aliquã relationem realem vt sic sicut etiã nec aliquis quãdo adoptat alium ĩ filium causat in ipso aliquã relationem realem: quare ꝛc̃.

ad pcedẽtes rationes,

¶ Videretur ergo posse dici ꝙ christus est fili9 dei adoptiuus ſm naturam humanã ſm quã nullum habet ius in hereditate sed tñ inꝗ̃tum est a deo acceptatus: ꝛ sic in filium adoptatus. Nec impedit ꝙ saltem de cõgruo ſm naturam humanaꝫ vt vnita est verbo habet ius in hereditate quia dignitas de cõgruo vel congruitas ad perfiniendũ hereditatem non impedit adoptioneꝫ. ¶ Confirmat: quia ex generatione naturali virginis nullum habet ius licet concomitetur duratiõe aliquid ex quo habet ius scilicet gratia sufficit autẽ illud nec oportet ꝙ prius duratione sit extraneus sicut patet de angelis beatis et de Adam qui ſm aliquos fuerunt creati in gratia Et de virgine beata que cõcepta fuit in gratia: et tñ non negãtur isti filij adoptiui. Similiter patet

Opinio auctoris

ꝙ natura humana christi pri⁹ natura fuit vnita ꝙ̄ gratificata ⁊ ita prius natura xp̄s fuit nō adoptatus: quare ⁊c̄. ¶ Tertio etiā quia si natura hūana christi in instāti sue formationis non fuisset assumpta: ⁊ tñ fuisset gratificata substitisset ī ꝓprio supposito ⁊ illud suppositū fuisset filius nō obstāte ꝙ prius duratione non fuisset non filius. Si dicas ꝙ oportet ꝙ prius potuerit esse nō filius ⁊ ꝙ potuerit esse filius ire. christus autē neutrū. Dico ꝙ neutrum requirit̄ q₂ adoptare ad amicitiā pertinere videtur mag; ꝙ̄ ad irā ⁊ dato ꝙ requireret̄. Dico ꝙ vtrūqꝫ potuit christo cōuenire: q₂ ⁊ potuit assumere naturam nō gratam sicut ⁊ brutā ⁊ potuit cōtrahere originale ⁊ peccare sicut dicet̄ infra ⁊ vtrunqꝫ ẜm naturam assumptam: ⁊ per ꝯn̄s poni filius dei adoptiuus. ¶ Quid igitur dicet̄ ad Magistrum et ad sanctos. Dicet̄ ꝙ sancti nō negauerūt Christum esse filium adoptiuum: q₂ hoc sit irrationabile vel falsum: sed q₂ potuit esse occasio errādi cū nestorio ⁊ putādi ꝙ non esset filius naturalis sicut videmus in alijs filijs adoptiuis vel ꝙ non negauerunt hoc inq̄ꝫtum hō sed absolute ⁊ sic innuit Magister in litera. Et sic ẜm istam viā oporteret dicere ꝙ xp̄s esset filius dei naturalis ⁊ fili⁹ dei ꝑ gratiam vnionis nature humane ad verbuꝫ ⁊ etiā per gratiam adoptionis. *ad magistrum et alios.*

¶ Ad primuꝫ et secundū principale patet ꝙ cōcludūt pro ista positione. Si autē teneat̄ positio Magistri: tūc potest dici ad primū ꝙ in creatura licet sit perfectiōis adoptari in filiū dei: tñ ista perfectio supplet ⁊ arguit imperfectionem istam ꝙ scilicet creature non cōuenit esse naturaliter filium dei sicut christo: ⁊ ideo nō est hoc attribuendū christo sicut nec illa imꝑfectio. ¶ Ad secundā diceret̄ ꝙ nō sufficit habere gratiam a deo: sed sic habere ꝙ aliquādo non habuerit vel sic etiā ꝙ aliunde vel vndeqꝫ non habeat ius in hereditate modo xp̄s habet ius in hereditate q₂ filius naturalis ⁊ semꝑ habuit gratiā: ideo ⁊c̄. ¶ Ad tertiū de predestinatiōe dico ꝙ nō oportet ꝙ predestinatio precedat semꝑ suppositū predestinatū: nec natura nec duratione sed bene ꝙ precedat effectum predestinationis. Puta gloriā ipsam vel gratiā vniōis vel etiam naturā humanā ẜm quam predestinatus est xp̄s p̄cedat dico natura saltē non oportet ꝙ duratione licet de facto modo precedat vtroqꝫ modo potuit enim deus assumere hominēꝫ ab eterno qui ab eterno fuisset beatus: ⁊c̄. *ad rōnes p̄ncipa.*

¶ Distinctionis Undecime.
Questio Unica.

CIrca distinctionēꝫ vndecimam quero vtruꝫ ista propositio sit vera vel concedēda. Christus est creatura. ¶ Videt̄ ꝙ sic q₂ christus ratione nature diuine dicitur ⁊ conceditur creator: ergo ratione nature humane pōt concedi creatura: q₂ ratione illius nō est creator: igitur creatura. ¶ Secūdo sic. De quocunqꝫ predicatur inferius ⁊ superius. Sed creatura est superius ad hominē ⁊ xp̄s est homo: ergo est creatura. ¶ Tertio sic. Ista est vera xp̄s est homo Aut ergo homo p̄dicat aliquid creatum. Aut aliquid increatū. Non aliquid increatum: q₂ tunc predicaret deum: ⁊ tūc ista esset vera. Pater est homo vel spiritussanctus est homo qd̄ est falsuꝫ: ergo aliquid creatum ergo Christus est creatura. Non est enim homo increatus: quia tūc esset homo eternus: ergo est homo creatus: ⁊ per cōsequēs est creatura. ¶ Cōtra per Magistrum ⁊ Ambrosium in litera.

¶ In ista questiōe sic ꝓcedā.

¶ Primo inquirā an christus sit creatura. ¶ Secundo an christus ẜm ꝙ homo sit creatura. ¶ Tertio an christus inceperit esse ⁊c̄.

¶ Quātum ad primum. Est vna opinio ꝙ licet a Magistro et sanctis negetur christus esse creatura propter hereticos vt caueat̄ error Arrij qui posuit filium dei creaturam: tñ nō est intētio eoꝝ ꝙ ista propositio sit simpliciter falsa Christus est creatura sed simpliciter loquēdo concedi potest. *xp̄s an sit creatura. 1. opi.* ¶ Prima ratio est: quia si ista negatur hoc nō videtur nisi q₂ illa que pertinēt ad vnionem eorum ydiomata nō cōmunicātur sicut deus nō dicitur vnitus deo licet natura humana dicatur vnita deo vel quia conditio creature repugnat deo vel christo supposito verbi quia creatura dicit esse post non esse. ¶ Sed ista nō obstant quia videt̄ esse tanta repugnātia deo nō esse post esse sicut esse post nō esse: ⁊ tñ deus dicitur vel dicebatur in triduo nō esse post esse. Unde ⁊ filius dei vel christus dicebat̄ mortuus igitur. Etiam potest dici esse post nō esse et sic potest dici creatus. ¶ Secunda ratio. Tantam impossibilitatē habent circa idem passibile et impassibile mortale ⁊ immortale sicut creatū et increatū. Sed prima duo se cōpatiuntur circa Christum: quia Christus ẜm naturā diuinā est impassibilis ⁊ immortalis ẜm vero humanā fuit passibilis ⁊ mortalis: ergo similiter creatum ⁊ increatū. Potest ergo concedi ꝙ christus est creatura sicut ꝙ Christus erat mortalis vel passibilis. ¶ Tertia ratio. quia esse creaturā non est cōditio pertinēs ad vnionem: sed ad vnitū magis: licet ergo pertinentia ad vnionem non sit cōmunicatio ydiomatū tñ bene in hoc potest esse: vt dicatur Christus vel creatura. Si dicatur ꝙ non: q₂ proprietas negatiue non faciūt cōmunicationē ydiomatum creatura vero dicit ordinem ad non esse precedens ⁊ ita dicit negationē esse precedentis. ¶ Contra: quia proprietates negatiue ⁊ ydiomata ipsaruꝫ verificabātur de christo homine. Nam ip̄e poterat dici immortalis ⁊ impassibilis ẜm Damasce. lib. 3. quare ⁊c̄. *Damas.* ¶ Si dicatur etiā ꝙ non potest dici christus creatura: q₂ creatura importat depēdentiam ad naturam diuinam depēdentiam scilicet nature humane ⁊ ẜm talia que important depēdentiam nature ad naturā non est cōmunicatio ydiomatum. ¶ Contra q₂ cōceditur absolute ꝙ Christus erat minor patre ⁊ ipsemet dicit. Pater maior me est. Sed hoc non erat nisi ẜm naturam humanā depēdētem a patre: quare ⁊c̄. Preterea etiā q₂ creator videtur habere dependētiam vel habitudinē ad creaturam ⁊ tñ dicitur Christus creator ergo pari ratione dicitur vel potest dici creatura: ¶ Confirmatur hoc auctoritatibus sanctorū ⁊ doctorum. Dicit eñ Damasce *Damas.*

nus in sentētijs ca. 5. q̄ Christus est creatus ꝛ increatus passibilis ꝛ impassibilis. Item ca. 92. dicit q̄ Christus ꝓpter vnionez homo fieri voluit ꝛ creatura dici ꝛ extremus vocari. Tertio qꝛ hoc dicit Augustinus in quodam sermone de natiuitate dn̄i q̄ creator mūdi voluit esse creatura. Quarto: quia Hieronymus super illud apostoli. Nos factura eius dicit q̄ multi timēt ne cogātur Christū dicere creaturam. Nos autē proclamamus Christū creaturam esse: sic igitur videtur eis posse concedi Christum esse creaturam.

August.

Hiero.

¶ Alijs autem videtur q̄ de virtute sermōis ista est falsa Christus est creatura ꝛ nullo modo debet cōcedi. Ad cuius euidentiā dicūt q̄ illud dicit̄ proprie creatura vel creari qđ accipit ab agēte primo immediate suum totale esse ꝛ per ꝯn̄s suum esse simpliciter primū non de aliquo. ¶ Ex hoc formatur ratio Sicut illud nō est creatura qđ non sic accipit suum esse simpliciter primum nō de aliquo ab agēte simpliciter primo. Sed Christus nō accipit sic suū esse simpliciter primū a deo. Accepit eñ ip̄m de substantia dei: quia suum esse simpliciter primū est esse verbi ꝛ illud accipit de aliquo vt patet:: ergo christus nō est creatura. Similiter etiā corpus ei⁹ fuit formatū de aliquo. Puta de purissimis inguinib⁹ virginis ꝫm Damascenū ad cuius formationē cooperata est beata virgo vt dictū est supra ꝛ ita non accepit aliquod suum esse simpliciter a deo immediate nō de aliquo. Ista aūtduo requirūtur ad hoc vt aliquid creetur. Unde ignis genitus ab igne nō dicit̄ creari. Non enim fit immediate a deo sed mediante igne qui nō potest ad creationē concurrere Similiter etiā quia non accipit suum esse simpliciter primū non de aliquo sed de aliquo puta de materia de ente in potētia: quare ꝛc̄. ¶ Si dicas contra istā rationē q̄ terminus quilibet generationis potest esse terminus creationis: qꝛ creatio est prior omnibus mutationibus. Sed Christus est terminus generationis: qꝛ est vere genitus a matre ꝫm corpus que est pars minus principalis: ergo saltez etiā ꝫm animā que est ꝑncipalior poterit dici creatus ꝛ creatura. ¶ Respondetur q̄ licet in generali vocabulo quicquid potest esse terminus generationis ꝛ creationis: nō tñ in proposito valet. Christus eñ potest esse terminus generationis: quia ad generationē nō requiritur q̄ genitū accipiat suum esse simpliciter nō de aliquo sed sufficit q̄ accipiat esse aliquod substātiale de aliquo ꝛ aliquid presupponēdo ꝛ hoc nō repugnat Christo sicut primū sibi repugnat. Unde licet christus possit dici simpliciter genitus: non tñ creatus nō obstante q̄ anima vel natura humana que est in ipso posset dici creata si deus primo creasset naturā immediate ꝛ statī assumpsisset eā. Conceditur etiā Christus esse corruptus vel mortuus in triduo nō tñ conceditur adnichilatus. Ita dicitur q̄ licet christus cōcedatur genitus nō tñ creatus. Mori eñ vel corrumpi opponūtur viuere ꝛ generari sed anichilari opponit̄ creari. Et sicut non oportet q̄ semp per generationem adquiratur simpliciter primū esse rei. Ita non oportet q̄ per corruptionē amittatur illud esse sed vtrūq; oportet de adnichilari ꝛ creari. ¶ Secūda ratio est ista. Quādo aliquid denominat aliud vel natū est denominare ꝫm totū illud non denominat totū per partē. Verbi gratia. Risibile denominat totum hominē ꝛ ꝫm totum. Et planū est q̄ non denominat hominē per aliquā partem eius. Similiter vnitas denominat totū ens ratione totius ꝛ nō ratione partis sicut patet. Non eñ dicit̄ homo vn⁹ quia caput ei⁹ est vnū vel quia manus eius est vna Sed creatura nata est denominare ens aliquod secundū totū qđ est in ipso vt totū ꝛ ꝫm totum dicat̄ creatura vel creatū: ergo denominabit aliquod totū quasi per partem. Sed christus est quasi totū et natura hūana in ipso vel anima ipsa est quasi pars ergo xp̄s non potest dici creatura vel creatū: quia nec ꝫm totū nec ꝫm partē ¶ Tertia ratio. Si xp̄s est creatus vel creatura ꝛ filius dei est Christus sequitur q̄ filius dei est creatura: qꝛ medium est hoc aliquid: igitur est bona cōsequētia: sed cōclusio est falsa ꝛ est error Arrij. ¶ Quarta ratio. Si Christus est creatura sequitur q̄ creatura est christus ꝛ christus est verbū ꝛ fili⁹ dei: ergo creatura est verbū dei ꝛ ecōuerso. Verbū dei est creatura: ꝛ per cōsequēs factū ꝛ sic non omnia per ipsum facta sunt ¶ Quinta ratio. Christus nō est natura humana sed illud solum qđ est creatura in ip̄o est natura humana vel aliquid ex parte eius. igitur Christus nō est creatura.

alia opi.

Damas.

¶ Dicunt ergo q̄ ista negāda ē de virtute sermonis ꝛ nō solum propter hereticos: quia tūc cessante heresi deberet concedi: ꝛ tñ non negat̄ per Magistrū. Nota hic q̄ non solum dicit̄ aliquid creatum vel creari seu creatura qđ accipit suum totale esse a causa prima immediate non de aliquo sicut angelus vel anima vel gratia. Sed etiā dicitur aliquid creatura respectu dei vel creatura dei quod ab eo recipit suum esse simpliciter primū dato q̄ de aliquo ꝛ mediāte causa secūda esse autē simpliciter vel dicitur esse totale quo adequata est talis creatura vel esse prime partis in ea vt corporis organici in homine qđ est prius esse totale hominis non solum natura sed etiā duratione ꝫm me ꝛ ꝫm veritatem. Unde ꝛ homo genit⁹ ab homine ꝛ asinus ab asino: vel etiā calor productus ab igne dicūtur creature dei licet non dicātur creature secūdorum agētium a quib⁹ producūtur sed magis effectus eorū. Modo dicūt q̄ nec etiā isto modo accipiendo creaturā xp̄s dici pōt creatura. Patet: qꝛ suum esse simpl'r primū. q. partis in ipso nō sic accipit a deo nō de aliquo siue de nō aliquo: qꝛ illud est esse verbi qđ accipit a deo patre de sua substantia nec etiā esse aliquod totale quo adequate sit cōstitutum ex esse verbi ꝛ esse nature humane superuenientis qꝛ nullum tale esse est in christo. Nullum enim esse tertiū constituitur ex eis: quare ꝛc̄. Christus igitur nec potest dici creatura primo modo nec secūdo modo: ꝛ ita nullo mō

Resolūtio hui⁹ opiniōis

¶ Ad primū aliorum dicēdū est q̄ non est causa: quare creatura nō predicet̄ de Christo: quia creatura ad vnionē pertineat: qꝛ magis pertinet ad vnitū ꝛ per hoc soluitur ad tertiuz ipsorum. Sed causa est repugnātia creature ad diuinū suppositum propter causas predictas. Quādo dicis q̄ non: qꝛ ita repugnat deo esse mortalē: sicut esse creaturam. Diceret̄ q̄ non sicut dictum est supra q̄ non sic repugnat diuino supposito esse genitum tēporaliter sicut etiā creatum ꝛ causa dicta

Ad motiua alioꝝ

est qꝛ diuino supposito repugnat per contradictionem accipere suum totale esse vl' simpliciter primũ nõ de aliquo ⁊ ideo cõtradictio est ꝙ ponaꝛ creatura vel creatum sibi autẽ non repugnat accipere aliquod esse substãtiale per generationẽ: vt dictũ est supra. Et ideo nec sibi repugnat esse passibile vel mortale. Nec est aliqua cõtradictio ꝙ sit impassibile ⁊ immortale ſm naturã diuinam ⁊ sit passibile ⁊ mortale ſm humanam. ¶ Ad scḋm qñ dicis ita repugnat diuino supposito nõ esse post esse sicut esse post non esse. Diceretur ꝙ accipiendo vniformiter ita repugnat sibi nõ esse qḋ est terminus adnichilationis post esse sicut esse qḋ est terminus creatiõis post nõ esse. Et diceretur ꝙ neutrum potest sibi cõuenire sicut dictũ est supra. Tũc vltra diceretur ꝙ ita potest cõuenire diuino supposito esse post nõ esse per generationem sicut nõ esse post esse per corruptionẽ ⁊ ita dico ꝙ neutrũ sibi repugnat nec generari nec cõcipi nec mori vt dictũ est. ¶ Ad tertium ptꝫ ꝑ predicta. ¶ Ad quartũ diceret ꝙ creatura qꝛ dicit esse acceptũ non de aliquo qḋ est simpliciter esse primũ accipientis non potest verificari de Christo. Quãdo dicis ꝙ immo: qꝛ proprietates negatiue cõmunicant ydiomata. Diceretur ꝙ verũ est ille que nõ ponũt vel arguunt repugnãtiã sicut sunt ille que adducũtur in argumẽto. Nõ autem ista: quia ponit necessario repugnantiã ad diuinũ suppositũ. ¶ Ad quintũ diceret ꝙ creatura importat depẽdẽtiam creati vel creature ad creantem: vt producti nõ de aliquo in esse simpliciter primo ⁊ talis repugnat diuino supposito licet non repugnet nature assumpte: ⁊ ideo licet natura assumpta possit dici creatura non tñ christus. Quando dicis ꝙ christus est minor patre. Diceret ꝙ minoritas nõ dicit talẽ dependẽtiam in esse simpliciter primo sed in esse secũdo ſm naturam assumptam: ideo ⁊c̃. ¶ Ad vltimũ diceretur ꝙ nulla est depẽdentia creatoris ad creaturam: licet ecõuerso. Et ita nõ repugnat Christo dici creatorem sicut repugnat sibi dici vel esse creaturam.

adaucto. sanctorũ

¶ **Ad auctoritates** omes respondẽt ꝙ nõ est intentio sanctorum verificare istam. Christus est creatura vel factus est creatura. Sed sancti ad excitãdũ deuotionem fidelium excessiue sunt locuti dicendo verbum dei esse vel fieri creaturam: quia tantuꝫ se humiliauit pro nobis in natura assumpta ac si fuisset pura creatura.

3.opinio probabilior.

¶ **Alijs vltimo** videtur esse dicenduꝫ ꝙ si creatura accipiaꝛ aliquid productũ nõ de aliquo ſm totale esse quod est in ipso sic Christus nõ potest dici creatura: sed est ista. Christus est creatura sicut dicit ꝑmissa opinio. Si vero accipiaꝛ creatura pro omni eo qḋ per productionẽ aliquam nouã accipit aliquod veruꝫ esse nouũ siue de aliquo siue nõ de aliquo. Sic xp̄s potest dici creatura qꝛ accepit nouuꝫ esse hominis per productioneꝫ nouam tẽporalẽ a spiritussancto ⁊ matre virgine licet de aliquo licet illud esse nõ sit suum esse simpliciter ⁊ sic potest ĩtelligi prima opinio. ¶ Ista positio satis posset sustineri ⁊ magꝭ videtur saluare auctoritates adductas ꝓ prima opinione. Non eñ videtur ꝙ sancti debuerint dicere falsitatem ad excitandum deuotionem. Nec est bona deuotio que concipitur de falso vel etiam circa falsum. Hec de primo articulo.

¶ **Quãtum ad secundum ar/ticulũ.** An scilicet ista sit vera. Christus ſm ꝙ homo est creatura. Concedũt primi de prima opinione primi articuli ꝙ est vera ⁊ ad hoc adducunꝛ due rationes vel tres. ¶ Prima est ista. Christus ſm ꝙ hõ vel est creator vel creatura. Sed non est creator vt patet ſm ꝙ deus: ꝫ est creatura ſm ꝙ deus: et tũc etiam pater ⁊ spiritussanctus essent homĩes vel homo. ¶ Scḋo est aliquid creatum: ꝫ creatura. ¶ Tertio sic. Philosophus. 5. phisicorũ dicit. Qꝫ illud qḋ conuenit parti cõuenit toti per partẽ sicut moueri sicut etiam ⁊ sanari. Unde si toraꝛ sanatur homo sanatur. Sed esse creaturam conuenit humanitati christi: ꝫ toti christo cõuenit ſm istam partẽ. Igitur ista est vera xp̄s ſm ꝙ homo est creatura. ¶ Preterea. Quãdo aliquid determinat sibi partẽ totum potest dici tale: quia pars illa talis Sicut crispus dicitur homo simpliciter si caput est crispum. Sed creaturã esse determinat sibi partem Christi: puta humanitatem: ergo totus Christus saltem secundum ꝙ homo potest dici creatura vel creatus.

Xp̄us an creatura ſm ꝙ hõ

rõnes prime opi.

5.phis.

¶ **Alij** de secũda opinione dicunt ꝙ ista non solum est impropria ⁊ exponẽda sicut dicit Magister in litera: sed est simpliciter falsa et neganda. Ratio est: quia quando aliquod predicatum repugnat alicui subiecto non potest predicari vel verificari de ipso cuꝫ quacunꝫ modificatione vel determinatione nisi modificatio vel determinatio tollat repugnãtiam illam. Hoc est planũ. Sorti eñ repugnat esse minorem seipso vel maiorem. Et ideo sicut ista est absolute falsa. Sortes est minor seipso: ita ⁊ ista. Sortes inꝙ̃tum habẽs manũ vel caput est minor seipso: quia habere manum vel caput nõ tollit repugnãtiam predicati ad subiectũ Sed istud ꝑdicatũ creatura simpliciter repugnat Christo sicut dictum est supra per ipsos ⁊ ista modificatio vel determinatio seu reduplicatio ſm ꝙ homo nõ tollit repugnãtiam istam quia non distrahit Christum sed ipsum in natura sua relinquit: ergo ⁊c̃. ¶ Dicũt tamen ꝙ ista est vera. Christus est creatura scḋm ꝙ homo sicut licet ista non sit vera Ethiops ſm dentes est albus tamen hec est vera. Ethiops est albus ſm dentes.

2.opi.

Scotꝰ distin. 3.q.2.et eiꝰ sequẽces.

¶ **Alij** de tertia opinione dicunt ꝙ si creatura accipiatur primo modo sicut dictũ est in illa opinione tertia ꝙ Christus ſm ꝙ homo est creatura vel dici potest. Ita ꝙ non solũ est creatura secundo modo accipiendo creaturam sed etiã primo modo. Nam Christus per istam modificationem seu determinationem ſm ꝙ homo licet nõ distrahatur tamen modificatur ⁊ determinatur et contrahitur ad hoc vt precise accipiatur pro natura humana et quia natura humana est simpliciter creatura primo modo: quia totale suum esse habet post non esse nõ solum natura sed duratione. Ideo etiam Christus scḋm ꝙ homo potest dici creatura vtroꝫ modo: ⁊ ita concedunt rationes adductas pro prima opinione. ¶ Alij tamen de media opinione soluunt eas.

3.opi.

¶ **Ad primã** dicunt ꝙ esse creatorem vel creaturam vel creatum ⁊ increatum nõ diuidunt omne ens quocunꝫ modo ac

Solu.2. opi.

ceptum licet simpliciter accipiendo diuidat omne ens simpliciter vnū i se. Ita q licet bm q homo sit aliquid nō tamen oportet q vel increatū vel creatum vel creator vel creatura. Sed bene oporteret hoc de puro homine vl de deo ⁊ sic patet ad primū ⁊ ad tertium quia licet creator ⁊ creatura simpliciter diuidant quodlibet ens. Vñ et simpliciter xps potest dici creator non tñ cum reduplicatione sicut etiam potest haberi exemplū: quia licet ista sit vera. Sortes currit vel nō currit: non tñ ista Sortes bm q homo currit vel non currit. Concedūt tamē q ista est vera. Christus est creatura bm q homo licet negent primā: q2 prima est de simpliciter ⁊ alia de bm quid. Per hoc patet ad secundū. ¶ Ad tertium dicunt q nō semper illud qd cōuenit parti denominat totū sicut albedo si cōuenit medietati scuti ⁊ nigredo alteri neutrū denominat scutum. Tūc eñ scutum diceretur album ⁊ nigrū: sed bene verū est quādo illud qd cōuenit parti determinat sibi eā sicut de crispo vel si pro parte principali conueniat tunc valet denominatio. ¶ Ad philosophum dicitur q ipse nō curauit multū de proprietate verborum sed sufficit sibi q aliquo modo p accidēs mota parte mouetur totū. Modo sic est q esse creaturam nō determinat sibi precise naturam creatā sed etiam supposito creato potest cōuenire: ⁊ ideo si cōueniat nature create in aliquo ⁊ suppositum nō sit creatum non denominat suppositū simpliciter: sed bm quid sicut in proposito concedunt q ista est vera Christus est creatura bm q homo quia hoc distrahit predicatum ne accipiatur simpliciter dictū de subiecto. Sed ego non video quare nō possit ita modificare subiectum quādo ponitur a parte subiecti vt tantum accipiatur bm naturam humanam Hec de secundo articulo principali.

An xps inceperit esse.
1.opi.

¶ Quātum ad tertium articulum. Dicunt illi qui tenent q in Christo non est nisi vnicum esse q ista est simpliciter falsa ⁊ neganda Christus incepit esse: quia totum eē Christi est esse diuini suppositi qd est eternum et nō incepit esse. ¶ Confirmatur per exemplum dato q Sortes hodie inciperet esse albus: non tamen propter hoc inciperet esse. Similiter dato q Christus incepit esse homo non tamen incepit esse. ¶ Ad hoc est auctoritas christi. Joan. 8. Anteq Abraham fieret ego sum. Similiter Damascenus dicit q iste puer est eternus et creauit stellas: ergo non incepit esse ipse Christus.

Jo.8.
Damasc.
2.opi.

¶ Alij dicunt q est simpliciter concedēda ⁊ vera. Primo q2 xps de nouo genit9 est a matre. Generatio vero terminatur ad esse substantiale quod est esse simpliciter. ¶ Secundo quia Christus nominat suppositum duarum naturarum bm Damascenū. Sed suppositum duarum naturarum non semper fuit et modo est: ergo Christus incepit esse. ¶ Cōfirmatur per Augustinum super Jo. Et ponitur in litera. Ubi dicit q anteq mundus fieret non erat ipse Christus nec nos igitur incepit eē ita q ista propositio videtur posse verificari taz ex parte subiecti quod est Christus q etiaz ex parte predicati quod est esse. Et sicut in rationibus tactum est. Et isti ponūt in Christo plura esse sicut ⁊ positum est supra. Unde et prima opinio fundatur super falsum licet aliquo modo possit conclusio eius sustineri.

August.

¶ Dico ergo q quādo dicitur Christus incepit esse. Aut intelligitur de eterno diuini suppositi: ⁊ sic est falsa secundum primam opinionem. Aut intelligitur de esse substantiali nouo per naturam humanam assumptam ⁊ sic est verum q incepit esse sicut ⁊ in morte desijt esse ⁊ resurrectione resumpsit esse ⁊ sic probationes procedunt suis vijs. Hec de tertio articulo principali.

Opinio auctoris notanda

¶ Ad primū pricipale soluūt illi de prima opinione et de vltima q ista est vera. Christus est creatura eo modo quo dictum est supra per eos. Et similiter ad alia duo consequenter illi de media opinione qui negant istam. Christus est creatura. Dicunt ad primum q licet secundum naturam diuinam Christus possit dici creator non tamen secundū naturam humanā potest dici creatura. Et ratio huius est. Nam licet sit communicatio ydiomatum in his que pertinēt ad naturas vel naturam respectu quorum natura dicitur quo non tamen respectu quorum dicitur quod. Verbi gratia viuificare formaliter denominat animam sicut quod: q2 anima est illud quod viuificat et planum istud. Nec denominat totum compositū ex anima et corpore. Nec etiam ipsum corpus sed repugnat eis. Sic in proposito creatura denominat naturaz humanam vt qd quia ipsa est illud quod est creatū vel creatura: et ideo non denominat hoc totū christum sed sibi repugnat. Nec est cōmunicatio ydiomatum in hoc sicut nec esset hic si verbum assumeret animam viuificantem formaliter ista esset falsa verbum vel Christus viuificat formaliter. Aliter dicitur ⁊ melius q creatio actiua est nata denominare suppositum ratione nature diuine: ⁊ ideo ratione illius dicitur Christus creator. Sed creatura non denominat aliquid nisi ratione suijpsius: et ideo licet dicatur de natura humana Christi nō tamen de Christo ratione nature humane. Vel aliter q esse creatorem nō repugnat Christo: quia ab ipso est totale esse primum et simpliciter creature: sed sibi repugnat esse creaturam pro causa supradicta: ⁊ ideo non est communicatio ydiomatum in hoc inter suppositum et naturam humanam sicut de creatore inter Christum ⁊ naturam diuinam.

ad rationes principales.

¶ Ad secundum dicunt q creatura est aliquod p̄dicatum generale de omnibus per se contentis in aliquo predicamēto ⁊ constituto per naturā illius et de natura etiam. Sed Christus non est aliquid per se in predicamento nec constituitur per naturā predicamētalem sicut Sortes vel homo: et ideo de ipso non predicatur homo sicut de Sorte: nec p consequens sicut superius suū vel inferius ad creaturam. ¶ Ad tertium dicitur q Christus est homo creatus: non tamen sequitur propter hoc q sit creatura vel creatus simpliciter sed est fallatia secūdum quid ad simpliciter. Sicut etiā dictū est supra q nō sequitur. Deus est factus homo: ergo est factus. Quando enim dicitur Christus est homo creatus cōtrahitur creatum ⁊ refertur ad naturaz humanā solum. Sed cū dicit Christus est creatus vel creatura sumitur simpliciter ⁊ denominatur q totum esse Christi ⁊ suuz esse simpliciter habeatur per creationem quod est falsum: ideo ⁊c.

¶ Distinctionis Duodecime.
Questio Unica.

CIrca distictionez Duodecimā quero vtrū xp̄s potuit peccare. ¶ Uidetur ꝙ sic. Joan. 8 dicit christus. Si dixero: quia nescio eū ero similis vobis mēdax. Sed ipse potuit hoc dicere nescio eū quia dicit totū istud. Si dixero qꝛ nescio eum: ergo potuit dicere partē tantū igitur potuit mentiri ⁊ peccare

Joan. 8.

August. ¶ Secūdo sic. Augustinꝰ de libero arbitrio dicit Qꝫ melioꝛ est natura q̄ potest peccare q̄ꝫ que non potest. Sed Christus habuit optimam naturā humanā: ergo potuit peccare. ¶ Tertio sic. Anselmꝰ

Ansel. cur deus homo dicit ꝙ Christus potuit peccare si voluit. Sed Christꝰ potuit hoc velle: quia habuit liberum arbitrium creatum: ⁊ per consequēs flexibile ad malum ⁊ peccabile.

¶ Contra Christus fuit beatus ab instanti sue cōceptionis. Sed beatus peccare non potest: ergo ⁊c̄.

¶ In ista questiōe sic ꝓcedā.

¶ Primo inquiram an Christus absolute loquēdo potuit peccare sine implicatione contradictionis. ¶ Secundo inquiram de facto ſm ordinē diuine voluntatis quem tenemus de ipso potuit peccare. ¶ Ultimo ad rationes.

¶ Quātū ad primū.

xp̄us an absolute potuit peccare. 1. opinio. Est vna opinio ꝙ Christꝰ verus deus ⁊ verus homo absolute loquendo peccare nō potuit. Sed implicat contradictionē dicere ꝙ potuerit peccare. ¶ Prima ratio est ista. Cōtradictionē implicat ꝙ beatus manēs beatus possit peccare: qꝛ tunc simul posset esse miser ⁊ beatus. Sed Christus deus ⁊ homo est beatus necessario quia manēs deus ⁊ homo nō potest nō esse beatus ſm naturam assumptam: quia natura assumpta ex vi vnionis ad verbū necessario fruitur verbo sicut dicūt: ergo ⁊c̄. ¶ Secūda ratio. Impossibile est ⁊ implicat contradictionē ꝙ suppositum impeccabile possit peccare: qꝛ si posset peccare esset peccabile et nō impeccabile. Sed Christus est suppositū impeccabile: qꝛ est suppositū verbi. Supposito autēꝫ attribuitur principaliter actio nō nature: ꝫ impossibile est ꝙ peccet. Licet eñ q̄ꝫtum est ex parte nature humane: vt quo posset peccare tñ ista natura nō potest esse quo ad peccādum respectu suppositi diuini qđ est īpeccabile: quare ⁊c̄. ¶ Tertia ratio. Conditio repugnās diuino supposito non pōt sibi cōmunicari ex natura assumpta sicut patuit in precedēti questione. Naꝫ ista nō potest verificari xp̄s est creatura. Sed esse peccabile vel posse peccare ē conditio repugnās perfectioni diuini suppositi: qꝛ est conditio imperfectionis ⁊ creature vt creatura est: ꝫ ⁊c̄. ¶ Confirmatur hoc per Magistrū in litera vbi videtur hoc sentire.

¶ Sed videtur michi

Opinio auctoris cū suis rationibus sine preiudicio ꝙ nō est aliqua cōtradictio ponere Christum verū deum et verū hominē posse peccare absolute loquendo ita ꝙ absolute loquēdo fuit hoc possibile. ¶ Ad hoc adduco aliquas rationes. ¶ Prima est. De quocūq̄ꝫ nō implicat cōtradictionē ꝙ possit mereri de illo nō implicat cōtradictionē ꝙ absolute loquēdo nō possit demereri. Nam eiusdem est potētia merēdi ⁊ demerēdi. Sed de Christo nō est primū impossibile vt patet ꝫ nec secundū. ¶ Secūdo sic. Sicut Christus ſm voluntatē suam creatā potuit aliquē actum elicere ita potuit aliquē suspendere absolute loquēdo. Patet ex libertate principij creati qđ est voluntas. Sed quicūq̄ꝫ potest actum volūtatis per voluntatē creatā elicere vel suspendere potest ipsum non circūstantionare debite ſm illud principiū: ⁊ per ꝯñs peccare ꝫ ⁊c̄. ¶ Tertio sic. Nō magis repugnat alsolute loquēdo supposito immortali posse mori q̄ꝫ supposito impeccabili posse peccare. Sed hoc nō implicat contradictionē. Christus eñ erat suppositū immortale ſm diuinitatem ⁊ tñ potuit mori ⁊ mortuus fuit ſm humanitatē: ꝫ ⁊c̄. ¶ Uidetur igiť michi dicēdum ꝙ absolute loquēdo nō obstāte aliqua contradictione Christus existens verus deus ⁊ homo potuit peccare ſm naturam humanā peccabilem assumptam et per consequēs ſm eandem damnari.

¶ Ad primū

ad rōnes 1. opi. aliorū dico sicut dixi supra ꝙ ex vi vnionis nature humane ad verbum Christus nō est beatus. Potuisset enim absolute loquēdo verbū assumpsisse naturam irrationalem ⁊ naturam rationalem nō fruentem: ideo non valet. Aliter dicitur ꝙ non implicat contradictionē aliquem esse actu beatū ⁊ tamē cū hoc in culpa: qꝛ culpa non priuat beatitudinē: ⁊ ita nō implicat hoc cōtradictionē: quare ⁊c̄. ¶ Ad secūdum dici potest ꝙ licet Christus sit suppositum impeccabile per naturā diuinā sicut etiam immortalis tñ peccabilis potest esse ſm naturā assumptā sicut ⁊ mortalis. Unde nō video quin sicut natura humana est principiū quo vľ saltem quo Christus fuit generabilis ⁊ suppositūꝫ fuit qđ generabatur ⁊ qđ postea moriebatur sic in proposito. ¶ Ad tertium dico ꝙ nō plus dicit non posse peccare imperfectionē repugnāteꝫ diuino supposito q̄ꝫ posse peccare. Nec est simile ꝙ Christus sit creatura: vt dictū est supra ſm viam aliquorum.

¶ Quātum ad secundum articulum.

An xp̄s ſm ordinationē dei potuit peccare. Dico ꝙ Christus stante ordinatione dei circa ipsum vel de ipso nō potuit peccare eo modo quo dicimus ꝙ beati non possunt peccare. ¶ Ad hoc adduco aliquas rationes. Prima est. Confir-

Ratiões auctoris matus in bono non potest peccare. Sed xp̄s ab instāti sue cōceptionis fuit in bono confirmatus: qꝛ fuit beatus ſm animam nec potuit damnari: ꝫ ⁊c̄. ¶ Secūda ratio. Expiatoꝛ om̄is peccati ⁊ mediatoꝛ vel redēptoꝛ peccatorum non potest vel potuit peccare vt videtur probabile ex ordinatione diuina circa ipsum. Si enim posset peccare posset proprium peccatū expiare ⁊ seipsum redimere vt videtur. Sed christus fuit huiusmodi vt videtur ꝫ ⁊c̄. ¶ Tertia ratio. Cui datus est spiritus nō ad mensurā: sed sic ꝙ fuit plenus gratia ⁊ veritate nō potest vľ potuit peccare. Hoc patet: qꝛ aliqui alij quibus tamē datus est spiritus ad mēsuram sicut beata virgo post cōceptionem filij dei et apostoli post missionē spiritussancti nō potuerunt peccare mortaliter saltem sicut tenetur. Sed Christo datus est

spiritus nō ad mensuram sicut & in Jo. ergo ⁊c.

resolutio ¶ Dico igitur breuiter ꝙ licet absolute loquēdo Christ⁹ fuerit peccabilis ſm naturam assumptā ⁊ peccare potuerit: non tū potuit peccare stante ordinatione diuina de ipso vel circa ipsum: que quidē voluit ipm̄ in bono cōfirmare ⁊ beatificare ab instāti ꝯceptionis sue ⁊ ipsum nunꝙ̄ peccare nec dānari sed saluari sicut caput omniū electorum. Nec obstat si dicas ꝙ natura hūana fuit sicut instrumētum diuini suppositi in operando. Actio autē instrumēto non attribuit̄ sed principali agēti. Sed actio peccati nō potest deo vel diuino supposito cōuenire: ergo ⁊c. ¶ Dico enim dato ꝙ natura sit aliquo modo īstrumētum vnitum vel coniunctū verbo ꝙ actio licet attribuatur p̄ncipali agēti tū mediante instrumēto vel per instrumētum sibi conuenit ⁊ attribuitur et ideo non habeo pro incōuenienti ꝙ diuino supposito ſm talem naturam attribuatur actio peccati. Sed incōueniens est hoc ⁊ impossibile ſm naturam diuinam. Hec de secundo articulo.

Ad pn̄ci pa.argu. ¶ Ad primum principale dico ꝙ absolute loquēdo Christus potuit negare patrem suū ⁊ dicere illā negatiuam cū assensu: nescio eū. Sed stante ordinatione diuina circa ipsum non potuit sic eam dicere nec patrē negare: sed tū potuit eā dicere materialr̄ vel sicut materiā ꝓbi sicut etiā dicit eā ibidē. Si dixero inquit: q2 nescio eum ⁊c. ¶ Ad secundū dico ꝙ natura creata q̄ pōt peccare melior est ꝙ̄ illa creata que peccare nō potest: quia natura que peccare potest libera est ⁊ intellectualis non sic alia. Et dico ꝙ Christus assumpsit naturam creatā peccabilē ſm quā absolute potuit peccare. nō tamen stante ordinatione diuina circa ipsum vt dictū est. ¶ Ad tertium dico ꝙ christus potuit peccare ⁊ velle peccare absolute loquendo: non tū stante diuina ordinatione de ipso. ¶ Ad illud in oppositū patet quid dicendum sit ⁊c.

¶ Distinctionis Decimetertie.
Questio Unica.

Circa distinctionem Decimātertiam quero. Utrū in aīa Christi sit vel fuerit aliqua gratia habitualis creata informās ipsum. ¶ Uidetur ꝙ non. In christo nō est ponēdum aliquid frustra. Sed illa gratia fuisset frustra. Nam de⁹ nō indiget tali gratia ad hoc vt sit gratus. christus autem erat deus: ꝗ ⁊c. ¶ Secūdo sic. Si in Christo poneretur aliqua talis gratia illa esset summa que posset poni in creatura. Sed hoc est falsum et impossibile: q2 anima Christi nō est summū gratificabile. Angelus nobilioris est nature: ⁊ per consequēs maioris capacitatis vt videtur: ꝗ ⁊c. ¶ Tertio sic. Si in Christo esset talis gratia sequit̄ ꝙ ipē gratificaret seipsum causando illam gratiā in anima sua. Sed hoc est impossibile: quia nō est idē mouens et motum. Unde nichil idē supposito vel subiecto mouet seipsum: ergo ⁊c.

Joan.i. ¶ Contra Jo.i. Uidimus eum plenū gratie et veritatis.

¶ In ista questiōe sic procedā ¶ Primo inquirā. An ī anima Christi fuerit gratia predicta habitualis. ¶ Secundo inquirā. An illa fuerit summa gratia possibilis: ⁊ per cōsequēs an finita vel īfinita. ¶ Tertio. An sine illa gratia potuerit habere aīa Christi summū actū fruitiōis ¶ Quarto. An illa gratia sit grā capitis. ¶ Ultimo ad rationes.

¶ Quantum ad primum fuit antiqua opinio ꝙ in anima Christi non fuit nec est aliqua gratia habitualis creata sibi inherēs et ipsam grati ficās sed diuinitas existēs per vnionē ipsius anime ad verbū supplebat quicquid ponit̄ facere gratia in aliis. Ita ꝙ frustra fuisset ibi gratia aliqua talis habitualis qualis ponitur in aliis sanctis creatis. ¶ Ad hoc sunt alique rationes. Prima est. Gratia ponit̄ in anima ad hoc vt de⁹ inhabitet ipsam ⁊ sit tēplum eius. Sed per vniones ad verbū de⁹ perfectissime ⁊ intime inhabitabat animam Christi: ergo nō erat ibi gratia necessaria. ¶ Secunda ratio. Gratia ponit̄ ad hoc vt persona sit in gratia ⁊ acceptetur a deo. Sed per gratiā vnionis Christus erat deo amātissim⁹ ⁊ acceptissimus tanꝙ̄ filius hic est īquit filius meus dilect⁹ etiā circūscripta tali grā habituali: ꝗ ⁊c. ¶ Tertia ratio. Christus ratione vnionis nature humane ad verbū erat in bono confirmatus ⁊ beatus ex vi talis vnionis. Sed talis nō indiget aliqua alia habituali gratia vt videt̄: ꝗ ⁊c. ¶ Quarta ratio. Nichil vnū ⁊ idem supposito est virtualiter tale et formaliter tale: quia tūc haberet vnū ⁊ idem bis et nobiliori modo ⁊ innobiliori. Sed Christ⁹ virtualiter habuit gratiā potens effectiue causare ipsam per modum cause equiuoce: ergo non habuit eam formaliter vt videt̄. ¶ Ista opinio modo pro nulla ⁊ tanꝙ̄ erronea refutatur. opi.anti. rōnes anti.opi.

¶ Dico igitur cum omnibus modernis ꝙ in anima Christi fuit gratia habitualis predicta sicut ponit̄ etiā in aliis aīab⁹ vel sanctis creaturis informās ipsam aīam ⁊ sibi inherēs tanꝙ̄ aliquid positiuum reale absolutū. ¶ Ad hoc adduco rationes. ¶ Prima est. Si vnio ad gratiā increatā que est deus tolleret gratiā habitualem creatā pari ratione vnio ad sapientiam increatā tolleret a christo ⁊ excluderet sapientiam creatā. Sed hoc est falsum. Habuit enim anima Christi noticiam ⁊ sapientiam creatā multiplicem sicut patebit infra: ergo ⁊c. ¶ Secunda ratio In illo qui meruit vel meret̄ aliquid de condigno oportet ponere gratiam ſm statutū diuine prudentie: licet nō sit hoc necessarium absolute sicut dictū est in primo de caritate que est eadē cum gratia ipsa sicut etiā dictū est ibi. Sed Christus meruit aliquid ⁊ meritum eius fuit summū: ꝗ ⁊c. ¶ Tertia ratio. Si in Christo nō ponitur gratia habitualis hoc non est nisi propter presentiam diuinitatis ex vnione anime ad verbū. Sed planū est ꝙ presentia cause nō tollit nec excludit effectum: immo magis fortificat ⁊ perficit: ꝗ ⁊c. ¶ Quarta ratio. Quia anima Christi fuit beata ab instanti conceptionis sue ⁊ beatitudine eiusdem ratiōis. Sed beatitudo aliorum nō est sine gratia habituali: ꝗ nec in Christo fuit beatitudo creata sine tali gratia. Si dicas Opinio auctoris et modernorum. rōnes huius opi.

ꝙ immo: quia gratia increata supplebat. Ita dicetur tibi de beatitudine creata ꝙ non fuit in anima Christi: quia beatitudo increata supplebat: et hoc est nichil dictu.

resolutio **Dico ergo** ꝙ in aīa xp̄i fuit ⁊ est gratia illa habitualis creata gratum faciens sicut ponit̄ in alijs ⁊ eiusdē rationis. ¶ Ad ad motiua alioꝝ. primū alioꝛum dico ꝙ licet deus inhabitaret xp̄m per vnionē tñ requirebatur ⁊ erat conueniens alia inhabitatio per gratiam sicut probatum est. Sicut etiā suo modo licet de⁹ inhabitet animā per essentiam presentiam ⁊ potētiam tamen alio modo per gratiam. ¶ Ad secundū dico ꝙ Christus erat acceptus ⁊ amabilis deo per vnū modum per gratiā vnionis vel vnionē ipsam. Sed dico ꝙ illa nō sufficiebat ad premiū vite eterne vel meritū aliquod de cōdigno sine gratia habituali ⁊ hoc ꝭm legē diuine sapientie circa hoc institutam. ¶ Ad tertiuꝫ dico ꝙ licet Christus fuerit beat⁹ ⁊ impeccabilis modo predicto ab instāti sue cōceptionis prius tñ ꝭm rationē vel naturam habuit gratiam ꝙ̄ gloriā sicut et alij ⁊ eisdem de causis ponēda est in ipso sicut in alijs beatis vt videtur. ¶ Ad vltimuꝫ dico ꝙ si illud argumētum est bonū sequitur ꝙ Christ⁹ nō habuerit in se aliquid creatū formaliter nec humanitatē nec aliquid aliud sicut patet deducenti ⁊ ideo dico ꝙ maioꝛ propositio falsa est simpliciter. Aliquid em̄ ideꝫ ⁊ ꝭm idem potest esse virtualiter tale ⁊ formaliter tale. Tamē in proposito patet ꝙ Christus non ꝭm idem habuit gratiāvirtualiter ⁊ formaliter. Sed ꝭm diuinitatē habuit virtualiter et secundum humanitatem formaliter. Hec de primo articulo.

1. opinio. ¶ **Quātum ad secūdum articulum.** Est vna opinio que ponit ꝙ summa gratia possibilis inesse alicui creature potuit dari: ⁊ ꝑ cōsequens data est anime xp̄i. Nam licet anima christi ꝭm se nō sit nobilioꝛ nec capacioꝛ aliquo angelo tñ ratione vnionis ad verbum excedit supremū angeluꝫ ⁊ in nobilitate ⁊ in capacitate gratie: ⁊ ideo capax est summe gratie. ¶ Et dicunt vltra ꝙ ista gratia aliquo modo est īfinita ⁊ hoc dupliciter ponitur. Uno modo ꝭm aliquos pro tāto qꝛ habet infinitos gradus gratie eiusdē rationis in aīa Christi actu infinita existēs intēsiue. Nam ꝭm istos gratie nō repugnat augeri in infinitū: qꝛ est participatio quedā diuine nature: ⁊ tūc qꝛ in summo reperit̄ in Christo opoꝛtet ꝙ sit ibi infinita capacitas etiā anime Christi est infinita. Capit em̄ verbū ipsum qđ est actu īfinitū: quare ⁊c̄. ¶ Aliter saluatur ꝙ aliquo modo sit infinita qꝛ licet in se sit infinita est tñ in tanto gradu ꝙ nunꝙ̄ posset attingi a gratia alicuius creature etiā si augeretur semꝑ ⁊ semꝑ et in infinitū sicut nec caritas viatoꝛis vnꝙ̄ posset augeri caritati cōpꝛehēsoꝛis nō obstante ꝙ vtraqꝫ sit finita ⁊ eiusdē rationis. Et ꝙ caritas christi sit ali-

Joan. 3. quo modo infinita. Pꝛobāt per illud Jo. 3. qꝛ non est ei datus spiritus ad mēsurā gratia: ꝫ sua nō est mensurata sed infinita vt videtur.

2. opi. ¶ **Alij ponunt ꝙ** simpliciter est īpossibile gratiā esse actu infinitā vel augeri posse in infinitū. Et dicunt vltra ꝙ gratia anime Christi finita est simpliciter: et tñ summa est pro tāto: quia nō potest esse aliqua maioꝛ vllo modo licet possit esse aliqua equalis.

¶ Qꝫ autē anima Christi sit capax summe gratie Hoc probatur primo. Subiectū non determinans sibi aliquē gradū alicuius accidētis sibi cōuenientis potest illud accidēs recipere in quocūqꝫ gradu ꝙ̄tum est ex parte sua. Patet per oppositū. Nam ideo aliquod subiectū non potest recipere aliquod accidēs in quocūqꝫ gradu vel qꝛ accidēs nō est conueniēs sed discōueniens sicut caloꝛ ipsi aque vel qꝛ sub determinato gradu sibi determinat ipsuꝫ sicut aer caloreꝫ. Sed aīa est huiusmodi respectu gratie Gratia em̄ est accidens sibi cōueniens ⁊ cum sit in potētia neutra nullum graduꝫ sibi determinat nec aliquis sibi repugnat. Non enim est accidēs inexistens ex pꝛoprijs pꝛincipijs anime vel voluntatis: sed est accidēs ab extrinseco: ꝫ ⁊c̄. ¶ Secunda ratio. Quando est aliqua pꝛopoꝛtio inter aliqua cōmunia est etiā inter quecūqꝫ habētia rationem illorum cōmunium. Ubicūqꝫ enim sunt extrema ꝯmunia alicuius pꝛopoꝛtionis ibidem ⁊ alia pꝛopoꝛtio inuenitur inter illa sicut inter agens ⁊ patiēs inter duplū ⁊ dimidium ⁊ huiusmodi. Sed gratia in cōmuni ⁊ volūtas creata ī ꝯmuni sunt ꝓpoꝛtionata ad inuicē sicut perfectum ⁊ perfectibile: ꝫ quecūqꝫ gratia ⁊ quecūqꝫ volūtas creata sunt pꝛopoꝛtionate ad inuicē. Ita ꝙ quecūqꝫ gratia ⁊ ꝙ̄tumcūqꝫ recipi potest in qualibet voluntate vt videt̄: igitur in anima christi vel sua voluntate potest recipi maxima gratia. Exemplum est ad hoc de superficie ⁊ albedine qꝛ superficies ꝙ̄tum est ex se ⁊ vnde superficies potest recipere albedinē in quocunqꝫ gradu licet nō vnde sūꝑficies talis coꝛpoꝛis vel talis nature. ¶ Tertia ratio. Quādo duo receptiua comparātur ꝭm eandē rationē ad aliquā formā vnius rationis ꝭm quē gradū potest illa foꝛma inesse vni ⁊ alteri vt patet. Sed equus ⁊ lapis ꝭm eandē rationē sunt susceptiua albedinis. Albedo potest in esse vtriqꝫ ꝭm equalem gradū. Sed omnes voluntates create cōparantur ad gratiam ꝭm vnā rationem receptiuā. Puta ꝭm ꝙ sunt appetitus intellectuales creati in cōmuni non ꝭm ꝙ tales vel tales in speciali: qꝛ tunc nō posset eis inesse gratia vnius rationis nec se habere in ratione excedētis ⁊ excessi in gratia: ꝫ cum voluntas angeli sit capax summe gratie. Alioquin summa gratia creabilis nō esset receptibilis in subiecto. Uidetur etiam ꝙ anima Christi.

¶ **Dicunt ergo ꝙ** aliqua gratia qua non potest esse aliqua maioꝛ quia gratia nō potest crescere in infinitum. Potuit cōferri anime Christi ⁊ de facto probabile est dicere ꝙ collata fuit ⁊ sibi tm̄ licet aliquibus alijs: immo bꝛeuiter cuilibet voluntati create potuerit tanta gratia cōferri. Non em̄ fuit decens ꝙ alij creature tanta gratia conferret̄ nec fuit hoc possibile ꝭm potentiam dei oꝛdinatam licet ꝭm potentiam dei absolutam. Summa tio prece den. opi.

¶ **Contra** oēs istas opiniones habeo aliqua. Contra pꝛimam ꝙ̄tum ad pꝛimū dictum suum videtur michi falsa. Aīa enim Christi cū sit ex suis naturalibus vel substantia ⁊ ratione sua imperfectioꝛ ꝙ̄ angelus. Qđ patet ex oꝛdine entium ⁊ quidditatum vniuersi nō potest esse nobilioꝛ in entitate ꝙ̄ angelus sicut patet. Nec valet ꝙ ex vnione habet illā nobilitatē: qꝛ illa vnio 3. 1. opi.

ꝙ xp̄s [capax] summe gr̄e.

nõ est nisi aliquis respectus accidẽtalis qui nõ potest esse sibi ratio tãte nobilitatis patet. Nichil enim adquiritur absolutum anime Christi intrinsecum formaliter ex ista vnione. ¶ Preterea etiam anima Christi quantumcunque vnita est eiusdem rationis substantialis cum animabus aliorũ hominũ. Alioquin Christus non fuisset vniuoce homo cum alijs hominibus sed sicut dictum est in scdo. Substãtia eiusdem rationis nõ suscipit magis et minus nec in eodem nec in diuersis. Cum ergo anime aliorũ nõ sint nobiliores angelis nec etiam anima Christi. ¶ Preterea etiam quia species cuiuslibet angeli est simpliciter nobilior specie humana ergo quodlibet indiuiduum angelicum simpliciter est nobilius qualibet natura humana: et per consequens qualibet anima. Hoc patet per psalmistã vbi dicit de xpo Minuisti eum paulominus ab angelis. Sicut exponit etiam apostolus de Christo ad hebreos. Et planum est quod hoc fiat secundum naturam assumptam que est simpliciter innobilior in sua substantia quam angelica natura que facta est prope deum secundum Augustinũ .xi. de ciuitate dei .7. et secundum Gregorium .15. moralium. ¶ Contra aliud dictũ de capacitate quod ipsa ampliatur ratione vnionis ad verbum vel per vnũ habitum supernaturalem infusum sicut dicunt alij Patet falsum: quia capacitas gratie in anima Christi nõ est nisi sua voluntas gratie receptiua et planũ est quod sua voluntas per talẽ vnionẽ vel habitum nõ augetur. Item eadem est capacitas ad talem habitum et ad gratiam: ita quod presupponit totam capacitatem sicut et gratia. ¶ Iterum etiam istud dictũ destruit seipsum: quia cum maior sit capacitas naturalis angeli et angelus possit assumi a verbo sicut anima Christi est assumpta vel habitus supernaturalis sibi infundi de facto videtur quod angelo possit conferri maior gratia quam anime xpi: quare etc.

Psal.

August. et Greg.

¶ Contra primũ modum ponendi gratiã xpi infinitam scilicet ĩfinitã in actu intensiue. Arguo. Capacitas aĩe christi est simpliciter infinita: quia creata est finita secundum se et non augetur per aliquid superueniẽs et concedis hoc. Sed impossibile est quod capacitas perfectibilis finite sit perfectio actu infinita: ergo etc. ¶ Secundo sic. Omnis pfectionis habitualis potest esse aliquis actus sibi adequatus vt videtur. Si igitur anima christi habet gratiam vel caritatem actu infinitam intensiue sequitur quod potest habere actum vnicum intẽsiue infinitum et cum ipsa possit esse causatiua illius actus sequitur quod sit voluntas infinita intensiue in actu. ¶ Preterea inter perfectionem et perfectibile est proportio. Sed finiti ad infinitũ nulla est proportio: igitur impossibile est voluntatem esse finitã sicut oportet ponere et gratiam infinitam. ¶ Contra alium modum ponendi infinitatem pro tanto: quia licet sit in se finita: tamen non potest attingi ab aliqua quantumcunque augeretur in infinitũ. Primo sic. Impossibile est procedere in infinitum secundum partes eiusdem quantitatis attingendum aliquid finitum. Sed caritas vel gratia in alijs posset augeri secundũ partes eiusdem quantitatis: igitur aliquãdo attingeret gratiã Christi si esset finita. ¶ Preterea sicut in perfectionibus alterius rationis nũquam poneretur processus in infinitũ nisi respectu alicuius infiniti vt in creaturis respectu dei. Ita in partibus eiusdem rationis et quantitatis vel secundũ

Contra ponentes grãm xpi infinitam.

eas nunquam ponendus est processus in infinitum nisi respectu infiniti vt videtur. ¶ Preterea. Quantum est dare de potentia in tali processu tantum est dare in actu: et sic infinitum in actu: ergo aliquid excedens non solum attingens.

¶ Contra vltimam opinionem videtur michi primo quod gratia in seipsa potest augeri in infinitum et esse actu infinita. Non tamẽ in aliquo subiecto et hoc probaui in primo de caritate que est idem cum gratia secundum me. Dico tamen quod in aliquo subiecto nõ potest esse infinita intensiue sicut etiam dictum est ibidem. Et ideo dico quod anima Christi cum sit finite capacitatis non est capax summe gratie possibilis fieri vel creari absolute loquendo. Sed bene dico quod est capax summe gratie possibilis inesse alicui subiecto vel voluntati create et quantum ad hoc concludunt rationes illius opinionis et nõ cõcludũt de gratia ĩfinita sicut patet per singulas discurrendo.

Contra .2. opi.

¶ Dico igitur aliter quantum ad istum articulum quod summa gratia possibilis inesse alicui subiecto potuit cõferri et collata est de facto voluntati vel anime Christi. Nã ipsa anima Christi capax est ex natura sua tante gratie eoipso quod est nature intellectualis et esse capax gratie sibi et alijs conuenit per istam rationem cõmunem sicut dictũ est alias. ¶ Dico secũdo quod summa gratia possibilis in se non potuit cõmunicari nec dari anime xpi nec alicui creature vnice demõstrate quia talis potest esse infinita in actu intẽsiue et subiectum aliquod vel voluntas creata non potest esse infinita: et ideo non est tãte gratie receptiua nec est sibi proportionata. ¶ Tertio dico quod de facto summa gratia possibilis inesse subiecto cõmunicata est et data anime Christi: ita quod ĩpossibile est et implicat cõtradictionẽ quod possit esse maior vel perfectior ĩ creatura. Et quod ita sit patet. Tum quia hoc decuit quod scilicet vnigenitus dei haberet summam gratiam. Tum quia etiam hoc dicit Magister in litera. Et confirmatur per Io. euãgelistam. Vidimus inquit gloriam eius quasi vnigeniti a patre plenum gratie et veritatis. Et Io. 3. Datus est ei spiritus non ad mensuram id est quantum potuit perfectius dari. ¶ Dico vltimo quod nõ est sibi data gratia infinita sed finita et quod nullum inconueniens est quod alicui alteri possit etiã tanta dari siue anime alteri assumpte sicut posset assumi siue etiam non assumpte. Tamen congruũ fuit quod nulli alteri tanta conferretur gratia sicut christo tanquam dei filio vnigenito. Unde dico nulla creatura alia ab anima christi habet tantam gratiam.

peculiaris opi. doc.

Ioan. 1.

Ioan. 3.

¶ Contra hoc tamen sunt alique instantie. ¶ Prima est ista. Si angelus capax est tante gratie quante etiam anima Christi et similiter quelibet aĩa et creatura beatificabilis sequitur quod nulla creatura est beata nisi habeat tantã gratiã Probatio: quia alioquin capacitas creature beatificabilis nõ est repleta nec terminata quia nõdũ habet suã pfectionẽ suprmã sibi possibilẽ et cõuenientẽ. Sed planũ est quod multe sũt creature beate preter aĩam xpi igitur multe sunt gratie et glorie tãte quanta est sua. ¶ Secũdo sic. Aliqua creatura nõ beatificatur nisi pfecte quietetur ĩ fine sicut si graue esset beatificabile

Instãtie contra dicta aucto.

non beatificaretur nisi perfecte quietaretur in centro. Sed hoc non potest esse sine summa gratia et et gloria: ergo ⁊c. ❡ Tertio sic. Suprema creatura beatificabilis nō est facta nec creata quia cōuenit procedere sursum in infinitum in perfectionibus creaturarum sicut dictū est in primo. Sed gratia ⁊ creatura rationalis vel intellectualis sibi mutuo correspondēt ⁊ proportionātur sicut perfectio ⁊ perfectibile: igiť summa gratia nō est facta etiaꝫ loquendo de gratia finita possibili inesse subiecto. ❡ Quarto qꝛ angelus potest velle recte habere tātam gratiā ꝗte est capax conformiter volēdo actu elicito ad appetitum naturalē respectu gratie Sꝫ

August. ẜm August. 13. de trinitate. Beatus est qui habet quicquid vult et nichil male vult: ꝫ angelus beat⁹ habet tantam gratiam quāte est capax ⁊ sic equalē gratiam cum anima christi.

Solutio instā. preceden.

❡ Ad primū̃ istorum dico ꝙ angelus et alie creature beate non habent tantam gratiam sicut anima Christi ⁊ dico ꝙ capacitates earum quietantur ⁊ terminātur et replentur sed nō ita perfecte sicut aīa christi. Potentia eñ vel capacitas gratie receptiua licet sit naturalis per comparationē ad talem vel talem gradū gratie ⁊ sufficit sibi quilibet gradus sicut etiā superficies est in potentia neutra ad tantū vel tantū gradum albedinis nec determinat sibi tantū gradum sicut ignis determinat sibi tantū gradum caloris. ❡ Ad scdm dico per idem. Non oportet ꝙ creatura ad hoc ꝙ beatificeť summe ⁊ perfectissime quietetur sed sufficit ꝙ sic quietetur ꝙ in nullo inquietetur ⁊ dico ꝙ hoc stat cū minori gratia vel maiori ratione p̄dicta in solutione precedēti. ❡ Ad tertium patet ꝙ non est exemplum ad propositum de graui qḋ determinat sibi certum terminū ⁊ locū in vniuerso. Puta centrum ⁊ ita non potest perfecte quietari nisi in centro. Non sic autē de summa gratia ī proposito. Vel dic ꝙ sicut lapis nō quietatur perfecte seu vltimate nisi in centro ita nec creatura beatificabilis nisi in deo qui est quasi centrum omnium spirituum in quem tendunt ⁊ in quo quietantur ⁊ in hoc est simile. ❡ Ad quartum dico ꝙ angelus nō potest recte velle actu elicito maiorem gratiam vel gloriam ꝗ̄ habeat et ꝗ̄ deus velit ipsum habere: tunc enim voluntas sua difformis esset diuine voluntati. Est igitur beatus qꝛ gloriam quaꝫ vult habere ⁊ bene vel ⁊ rite ipsaꝫ habet ⁊ ita licet sit capax maioris: non tñ rite pōt velle habere maiorem ꝗ̄ habeat ipsam non habet ex natura sed ex meritis. Tu dicis appetitus naturalis est respect⁹ quia est a deo. Dico ꝙ licet appetit⁹ sit naturalis ad gratiam vel gloriam tñ neuter est ad tantū vel tantum gradum ⁊ ita simpliciter ⁊ absolute nō est ad summū gradum ⁊ dato ꝙ ad summum gradum tamen non oportet ꝙ voluntas actu elicito possit rite sequi ipsum: qꝛ subest legi diuine que non vult ipsam appetere summā gloriaꝫ sed ẜm merita ⁊ beneplacitum diuine voluntatis.

Nota de appetitu electiuo.

❡ Nota hic ꝙ appetitus electiuus sequens naturalem nō semper est respectus Nā aliquādo deus vult ipsum esse difformē a naturali appetitu sicut patet: quia deus voluit martires eligere mori in penis martiriorum ⁊ tñ appetitus naturalis appetebat contrarium ⁊ refugiebat illud. Sic in proposito suo modo potest dici ꝙ non oportet appetitum beatitudinis electiuum conformari appetitui naturali: immo si conformaretur in alijs a christo nō esset respectus supposito ꝙ appetitus naturalis feratur ī quolibet ad perfectissimū gradū beatitudinis possibilē haberi ab ipso. Hec de secundo articulo.

❡ Quātum ad tertium articulum.

An scilicet anime Christi possit conuenire summa fruitio siue summa gratia nichil dico: quia dicam de hoc infra in sequenti distinctione vbi loquar de visione an ad ipsaꝫ sit necessarius habitus aliquis ⁊ est idem de fruitione.

❡ De quarto igitur articulo

ꝙ xp̄o conuenit gr̄a capitis.

¶ Nota ꝙ posset argui multipliciter ꝙ nõ est idem actus videndi verbũ ⁊ ea que videntur in verbo vel in eẽntia diuina. ¶ Primo qꝛ nõ eodem actu videtur enssentia ⁊ relatio vel persona. Nam hñt rationes oppositas cõmunicabilis ⁊ incõmunicabilis ad se ⁊ ad alterũ quarum vna vt videtur nõ potest esse ratio cognoscẽdi aliã precipue noticia intuitiua que formatur ⁊ hẽtur de re scdm rõnem ꝓpriam vt in se est. ¶ Similiter de essentia ⁊ attributo qꝛ quodlibet est formaliter infinitum ⁊ neutrũ cõtinet aliud formaliter nec eminenter nec virtualiter ⁊ per ꝯñs nec intelligibiliter qꝛ sicut vnũqđqꝫ ad esse sic ad intelligi ⁊ ita qđlibet videtur mouere scdm rõnem formalem ⁊ actꝰ nũerati. ¶ Similiter tertio de eẽntia diuina ⁊ q̇ditate creature qꝛ intellectio eẽntie vt essentia est respicit obiectum antecedẽter ad ꝓductionem ꝑsonarũ sicut ⁊ ipa essentia. vt sic prior est. Sed intellectio q̇ditatis creature respicit eandem posterius vel cõsequenter ad productionem ꝑsonarum qꝛ sic etiam essentia representatiua est earum. Alioqn sequeretur ꝙ representatio ⁊ intellectio creature precederent ꝓductionem personanarũ ⁊ ꝙ creature in aliquo esse suo saltem representato ⁊ intellecto essent necesse esse ⁊ multa alia. ¶ Similiter quarto de cõtingentibus ⁊ essentia qꝛ intellectio cõtingentium determinata vel respicit diuinam volũtateꝫ seu determinationẽ diuine volũtatis tanꝙ ꝑcedentem ⁊ aliquid similiter liberꝫ ⁊ cõtingens. Nõ sic autẽ intellectio essentie vt essentia est. Et ita ꝓbant etiaꝫ ꝙ actus diuine noticie for̄aliter in seipõ distinguatur vt cadit super essentiam ⁊ quodlibet predictorum. Et de duobus primis ptꝫ de aliјs vltimis qꝛ idem actus simplici ⁊ oĩno indistinctus nõ est necessarius ⁊ contingens vel ꝑsupponẽs aliquid cõtingens actus qui cadit super essentiam necessariꝰ super contingens cuiusmõi est cõtingẽs. Vñ ⁊ ꝑsupponit actum volũtatis ꝯtingentẽ circa illa. ¶ Similiter de alio qꝛ idẽ actꝰ omnino ĩdistinctus nõ est prior ⁊ posterior eodem realiter indistincto actus q̇ cadit super diuinam eẽntiam prior est productiõe persone qui vero super quiditatem creature posterior. quare ⁊c. ¶ Videtur etiam alicui ꝙ actus videndi deum ⁊ aliquid cõtingens in deo haberẽt distinctas rões primas obiectiuas scilicet essentiaꝫ ⁊ voluntatem seu determinationem diuine voluntatis per quam primo videtur cognosci cõtingẽtia determinata ⁊ nõ per essentiam ꝰ sunt diuersi actꝰ Item qua ratione est idẽ acꝰ videndi deũ ⁊ aliquid aliud in ipõ eadem ratione ⁊ quodlibet aliud et sic videns diuinam eẽntiam necessario videt oĩa etiã cõtingentia vel futura qđ est falsum qꝛ tunc nõ haberent locum reuelationes ⁊ illuminatiões in beatis. ¶ Item ꝙ nõ eodeꝫ actu diligitur deus ⁊ creatura in ipso vel per ipm in patria. Patet qꝛ amor vnius est frui ⁊ amor alterius est vti ⁊ non frui. ¶ Similiter etiã cõfirmatur qꝛ velle ⁊ nolle creatum non sunt idem actꝰ modo beatꝰ de deo viso habet velle ⁊ actum a natura dei volendo sibi bonuꝫ ꝓprium inesse vt deum esse deum. De malo aũt vel negatione seu priuatione visa iu deo vel per potiꝰ deum vel verbũ habet nolle ⁊ actũ odiẽdi. ergo similiter ex parte intellectus nõ est idẽ actus videndi hoc ⁊ illud. ¶ Item non est idẽ actꝰ cogitãdi ꝑncipium ⁊ cãm in se inꝙtum est principiũ vel cã effectus vel cognitionis qꝛ ꝑncipium põt eẽ sine scdo ⁊ ⁊ ad tales actus ponũtur distincti habitus necessarij scilicet intellectus respectu principij in se ⁊ sciẽtia respectu cõclusionis. Unde ⁊ primꝰ actus nõ est formaliter sed secũdus. ꝰ similiter nõ est actus cognoscere vel videre verbũ in se ⁊ creaturam per ipꝫ ¶ Item nõ potest probari vnitas talis actus nec ex vnitate potẽtie tantum. Patet. Nec ex vnitate obiecti tantum qꝛ sic visio vel fruitio essent idẽ actꝰ Nec ex vnitate vtriusꝙ qꝛ sic abstractiua ⁊ intuitiua de eodem obiecto esset idem actꝰ. ¶ Similiter quia stante vnitate actiui ⁊ passiui potest actus variari. Patet de deo ⁊ materia prima ⁊ diuersis formis inducibilibus in ea. Similiter de subiecto ⁊ accidentibus varijs. ¶ Similiter etiã confirmatur quia oportet ponere ꝙ aliquo eodẽ actu possit videri diuina eẽntia ⁊ aliquod vel omne cõtingẽs in ea ⁊ tamen ille nõ esset eiusdẽ ratiõis cũ illo qui ponitur modo de facto in beatis qꝛ mõ non sic vident cõtingentia eodem actu quo verbũ ⁊ tamen ille idẽ actus potest respectu verbi ⁊ contingentium sicut ponitur idem actus in deo habere idem primum ⁊ eodẽmodo presentatum ⁊ idem subiectum sicut ille qui ponitur modo de facto. quare ⁊c. ¶ Confirmatur qꝛ Paulus in raptu videndo diuinam essentiã non vidit se esse in corpore vel extra corpus. Unde postea nõ recordabatur de hoc igitur nõ eodẽ actu videtur deus ⁊ alia. ¶ Nota hic ꝙ per actũ beatificum qui ponitur in patria nõ videtur contigẽtia fore vel nõ fore qꝛ primũ obiectum visionis quod est diuina essentia nuda vt talis q̇ditas est ante voluntatem nõ repñtat hoc determinate sed se habet indifferenter ad eẽ vel nõ esse ꝯtingenter. Nisi forte arguatur per eandem rõnem de actu diuino.

Nota actu beatifico.

¶ Contra hoc videtur qꝛ diuina eẽntia facta dedeterminatione de talibus ꝑ diuinã uoluntateꝫ eq̄ naturaliter repñsentat ista sicut ante determinationem representabat simplices quiditates. Repñtat enim determinationẽ ⁊ actũ voluntatis necessario facta tali determinatione. Cũ igitur intellectꝰ beati videat diuinam eẽntiam clare etiã facta tali determinatiõe videtur necessario ꝙ videat oĩa talia. ¶ Ad hoc videtur posse dici ꝙ licꝫ diuina eẽntia obijciat̄ intellectui beati nõ tamẽ pro illo signo ꝓ quo est representatiua talium sed pro signo priori: imo nec est possibile ꝙ aliquo actu vno attingatur a creatura pro vtroꝗ signo ⁊ quicq̇d sit de hoc dico ꝙ impossibile est ꝙ aliquo actu beatifico qui ponitur modo de facto nec aliquo eiusdem rationis attingatur a creatura pro illo signo scdo in quo ẽ representatiua contingẽtium vel diuine volitiõis vt cadit super contingetia. Sed si aliquo actu attingat oportet ꝙ sit alterius ratiõis nec forte est beatificus tamen de hoc nõ curo. Si tamen arguatur contra hoc ꝙ pari ratione deus non videt actu suo beatifico futura ꝯtingentia ⁊ ꝙ variantur ibi actu sicut ⁊ rõ vel ordo in obiecto primo q̄re solutionẽ.

Prima opinio.

¶ Quãtum ad secundum articulum est vna opinio ꝙ aĩa xp̄i videt ĩ verbo oĩa quecũꝙ videt verbum noticia visionis que est solũ

respectu illorū que determinātur eē fore vel fuisse aliquādo a diuina volūtate. Non aūt videt omnia que videt verbum noticia simplicis intelligentie q̄ est respectu possibilium que nō sunt determīata ad existere ex diuina voluntate. et dicunt ꝙ illa q̄ de⁹ videt noticia visiōis sunt finita: licȝ si mund⁹ fuisset eternus sicut fuit deo possibile talia eēnt infinita ꝛ aīa xp̄i tūc videret infinita noticia visionis. Nec ē hoc incōueniēs quia non per infinita sed per vnum quod est verbuȝ imp̄fecte cognitū.

2. opinio ¶ Alia opinio est ꝙ absolute loquendo ꝛ simpliciter impossibile est ꝙ aīa xp̄i videndo verbū videat oīa q̄ videt verbum. ¶ Ad hoc adducūtur rōnes. Prima est ista. Quādo aliq̄s intellect⁹ per aliquid cognitum plura cognoscit tanto p̄fectius cognoscit illud. Ptȝ qꝛ quāto aliq̄s intellect⁹ plures conclusiones cognoscit ex aliquo principio tāto perfecti⁹ cognoscit illud principium. Similiter etiā de causa ꝛ effectibus infinitis. Si ergo cognoscat infinita infinite cognoscit illud. Sed ea que videt verbū ꝛ cognoscit sunt infinita etiā noticia visionis sicut sunt cogitationes hominū vel angelorum durātes secūdum successionē ī infinitū ꝛ planū est ꝙ absolute loquēdo de visione ei⁹ illa que videt sunt infinita ergo si omnia illa videt aīa xp̄i per verbū ꝛ in verbo sequitur ꝙ cognoscit verbum infinite ꝛ hȝ noticiam actu infinitā de ip̄o. Sed hoc est falsum ꝛ impossibile. ergo ꝛc. ¶ Confirmatur ista rō qꝛ infinitas actualis extensiua imo etiā potētialis successiua reducitur ad infinitatem intēsiuam igitur in ꝓposito infinitas actualis obiectorum intellectorū vel ad infinitatem intelligentis vel actus intelligēdi. Sed vtrūq; est impossibile. ergo ꝛc.. ¶ Solue ad hoc ꝙ licet maior sit vera nō est tamē demonstrata ꝛ ip̄a cōcessa non oportet infinitatē intellectorū reduci ad infinitatem vidētis vel actus creati sed obiecti primarij quod est verbū vel diuina eēntia per quam cognoscūtur ꝛ ita nō valet. ¶ Secundo sic. Cognoscere aliquid vnū distincte est alicuius p̄fectionis ꝛ cognoscere plura distincte est maioris p̄fectionis: q̄ cognoscere īfinita distincte ꝛ vnico actu est īfinite p̄fectiōis in actu Sicut si ferre vnum lapidē est ꝟtutȝ alicui⁹ ferre duos ē maioris ꝟtutȝ ꝛ ferre īfīntos est infinite virtutis sicut pȝ. Sed aīa xp̄i nō hȝ actum perfectionis infinite. ergo nō cognoscit infinita distincte que cognoscit verbū. ¶ Tertio sic. Si aīa xp̄i cognoscit infinita in verbo q̄ videt verbum. Sequitur ꝙ argumētum illud nulluȝ est quo probatur diuin⁹ actus intelligēdi eē infinitus intensiue qꝛ cognoscit infinita actu ꝛ distincte Sed hoc est falsum. ergo ꝛc. ¶ Quarto sic. Si aīa xp̄i cognoscit infinita in verbo que videt verbū sequitur ꝙ argumētum vni⁹ doctoris qui ponit ꝙ voluntas vel intellectus nō potest eē principium totale effectiuum sui actus qꝛ tunc haberet virtutem actu infinitam intēsiue. Eo ꝙ posset producere infinitos actus alterius rationis circa obiecta alterius rōnis creata possibilia ꝓcedere in īfintū in sursum nihil valet qꝛ pari ratione argueretur īfinitas actu intensiua in actu videndi deum in aīa xp̄i qꝛ ip̄o cognoscerentur oīa illa obiecta ꝛ distincte ꝛ tñ ille doctor ponit istam cōclusionem. quare ꝛc.

3. opinio ¶ Tertia opinio est ꝙ essentia diuia duplicit̄ pōt considerari. Uno modo scd̄ȝ se ꝛ absolute. Alio modo vt est medium ꝛ ratio cognoscēdi creaturas scd̄m rationes ydeales. Et qꝛ eēntia diuina vt in se ꝛ absolute accepta prior est q̄ꝫ vt ydea vel vt medium ꝛ ratio cognoscēdi creaturam vel creaturas. Hinc ē ꝙ nō oportet aīam xp̄i videntem diuinam essentiā vel verbum videre oīa que videt verbum imo possibile est ꝙ videat verbū vel diuinam eēntiam non videndo aliquam creaturam.

¶ Quarta opinio ē ꝙ habitualiter aīa xp̄i nouit oīa in verbo quecūq; nouit verbum nō autem elicito secūdo. Tum qꝛ intellectus diuin⁹ cū sit in infinituȝ perfectior pōt plura cognoscere ꝛ cognoscit q̄ꝫ intellectus aīe xp̄i. Tum qꝛ quāto intellectus creatus plura cognoscit tāto min⁹ distincte ꝛ sic si infinita sequitur ꝙ in infinitum minus distīcte ꝛ sic nichil distincte. Tum qꝛ etiam ꝯmentator ex infinitate extensiua ad infinita cōcludit infinitatem intensiuam que non potest conuenire actui intellectus. quare ꝛc. habitualiter ergo videt oīa nō actualiter per vnum habitum habentem infinitos respectus ad infinita obiecta sicut dicunt. 4ª. opi.

¶ Sed istis opinionibus nō obstātibus Dico ꝙ q̄ꝫtum ad istum articulum aliter p̄mo ꝙ supposito ꝙ sit idem act⁹ beatificus videndi ꝟbum ꝛ ea que videntur in verbo sicut oportet dicere ꝙ actus nō nūeratur ƀm nūerationem obiecti scd̄arij sed obiecti p̄marij ꝛ hic obiectum primariū est vnum scilicet diuina essentia. Intellectus aīe xp̄i eodem actu vibet ꝟbum ꝛ oīa que naturaliter representātur per ꝟbum vel p eēntiam ꝟbi antecedēter ad actū volūtatis ꝛ ista sunt omnes quiditates simplicium terminorum ꝛ negationes ip̄orum ꝛ omnes ꝯplexiones eorum necesse dico ꝙ oriūtur ex terminis ꝛ oppositas ip̄arum quātum ad suum eē falsum vel impossibilitem eoꝝ Nec obstāte ꝙ ista sint actu infinita in intellectius ip̄a obiectiue. Et hoc ꝓbo per aliquas rationes. Doctorꝫ opinio.

¶ Prima est. Quādo eodem actu cognoscit̄ aliquod obiectum ꝛ naturaliter vel necessario representatum per ip̄m qua ratiōe vnum illorum cognoscitur per illum actum eadem ratione omnia alia. Hoc patet qꝛ nō est ratio de vno magis q̄ꝫ de alio. sed sicut dictum est ꝛ ꝓbatum eodē actu cognoscitur verbū beatifice ꝛ creatura in ꝟbo vel aliud obiectum secūdarium ergo qua ratiōe vnum taliū naturaliter ꝛ necessario representatum in ꝟbo cognoscitur eadem ratione ꝛ alia. Sed ꝓbabile videt̄ ꝙ aliquod cognoscatur ergo ꝛ alia oīa. ¶ Cōfirmatur ista rō qꝛ cum eē intellectum nihil addat vel dicat vltra intellectionē impossibile est ꝙ ponatur intellectio alicuius obiecti in aliquo ꝛ illud nō sit intellectum. Cū igitur eadem sit intellectio beatifica ꝟbi ꝛ cuiuslibet naturaliter representati ꝑ ꝟbuȝ sicut supponitur mō impossibile est ꝙ illa ponatur in intellectu creato ꝛ oīa talia nō sint intellecta ꝛ ꝑ essentiam rep̄sentata cum sint infinita igitur ꝛc. Rōnes auctoris

¶ Secūda ratio. Si nō omnia cognoscātur eodeȝ actu. Aut hoc est qꝛ ꝟbum est speculuȝ voluntariū Aut qꝛ illa sunt infinita. Sed neutrum impedit qꝛ licet verbum sit speculuȝ voluntarium q̄ꝫtū ad hoc ꝙ nō ostendit seip̄m nisi voluntarie ꝛ libere itellectui beato tamē non q̄ꝫtū ad hoc ꝙ si ostēdat seip̄m possit occultare illa q̄ naturaliter rep̄ntātur in ip̄o

⁊ necessario quorum est idem actus noticie cū ipso vt videtur. Nec scđm etiam impedit qꝛ nec infinitas diuina intensiua que est maior repugnat q̄n verbum possit intelligi ab intellectu finito ⁊ per actuꝫ finitum. ergo etam nec multitudo obiectorūꝫ secūdariorum infinita. ¶ Tertia rō. Aīa xp̄i hꝫ summam ⁊ perfectissimam visionem ꝟbi possibilem eē in creatura sicut dictum ē in questione precedente. Sed perfectissime visioni verbi repugnare nō videtur ꝙ eadem videātur actualiter ⁊ non in potentia quecūꝙ naturali necessitate representātur in ꝟbo si sit idem actus beatificus vidēdi ꝟbum ⁊ illud qđ representatur in ipso sicut reputo necessariuꝫ quia primum obiectū necessarium ad talem actum vidēdi beatifice alia a ꝟbo est ip̄e deus nec potest eē aliquid aliud ⁊ est ſm rōnem diuinitatis representantis naturaliter ⁊ necessario oīa predicta. ergo ⁊c.

August. ¶ Ad hoc videtur esse mens Augustini. 15. de trinitate. licet loquatur dubitādo vbi dicit. Fortassis inquit nō erūt volubiles nr̄e cogitationes ab alijs in alia euntes atꝙ redeūtes sed omnem scientiam nostram vno simul conspectu videbimus. igiꝭ anīa xp̄i simul oīa predicta vnico intuitu videt primo etiam aīa cuiuslibet beati ⁊ quelibet creatura beata sicut etiam cōcludunt alique p̄dictarum rōnum ⁊ auctoritas August. ¶ Scđo dico ꝙ nō oportet dicere ꝙ aīa xp̄i nō videat oīa que videt ꝟbū quorum ip̄m nō est representatiuū naturaliter ⁊ necessario sed ꝯtingenter p̄supposita determinatiōe diuine voluntatis. Si dicas ꝙ nō oportet actus multiplicari qꝛ eodem actu corporali videtur album ⁊ nigrum simul vel etiam plura alba. Stude ⁊ dic ꝙ eodem actu qꝛ vnus potest manere alio nō manente nec vnū est ratio vidēdi aliud. Et hoc ex vi actꝰ visionis beatifice sed si nouit talia nouit ea ⁊ videt alia speciali reuelatiōe vel multis actibus de talibus obiectis reuelatis cuiusmodi sunt cōplexiōes omnes ꝯtingentium ⁊ oīa ꝯtingentia vt sic. Nam essentia diuina ſm rōnem eēntie vt p̄uia est voluntati ⁊ actui cuius est obiectum beatifice visionis. Sed vt sic nō est representatiua talium ꝯtingentiū sed vt sequēs actum voluntatis vel vt p̄sentās ipsum. quare ⁊c. Hoc etiam pꝫ qꝛ si ex vi beatitudis ⁊ visionis beatifice viderētur talia nō posset eē illuminatio in angelis q̄ꝫtum ad obiecta sicut arguebatur in p̄ncipio q̄stionis qꝛ quelibet oīa sciret. Sꝫ hoc est falsum. quare. ¶ Tertio dico tamē ꝙ ꝓbabile est dicere oīa ꝯtingētia detetermінata a diuīa voluntate fuisse reuelata aīne xp̄i ab instāti sue cōceptiōis. Non em̄ apparet repugnātia quare sicut potuit vnum reuelari quare non aliud ⁊ pari ratione omnia ⁊ puto ꝙ nō eodem actu sed infinitis actibus quia nō h̄nt adinuicem repugnātiam circa animam xp̄i siue ponātur eiusdem rōnis siue nō vt videtur nisi forte dicatur ꝙ vnico actu qui habet pro primo obiecto deum q̄ꝫtum ad actuꝫ volūtatis sue determinātis oīa talia ꝯtingentia vel q̄ꝫtum ad rationem eēntia vt representātis talem actum diuine voluntatis tanq̄ꝫ rō cognoscēdi determinationem talis actus de ip̄is ꝯtingētibꝰ. ¶ Vltio dico ꝙ nō est ꝓbabile oīa ꝯtingentia eē alicui reuelata nisi soli aīe xp̄i. Et ita dico ꝙ potest illuminare angelos de talibus ꝯtingentibus ⁊ superior angelus alium inferiorem vt videtur. Ita ꝙ nulla creatura beata tot nouit de talibus quot aīa xp̄i licꝫ breuiter creatura quelibet beata tot cognoscat in verbo q̄ꝫtum ad simplices rationes termīorum ⁊ alia necessario representata per ꝟbum licet nō ita clare nec lipide vel perfecte sicut anima xp̄i.

¶ Ex predictis

concludo ꝯtra quālibet predictarum opinionū ꝙ nulla earum videtur esse vera sicut pꝫ per singulas iuxta p̄dicta discurrēti. ¶ Nam prima opinio in hoc deficit ꝙ dicit aīam xp̄i non videre omnia q̄ verbum videt vel cognoscit noticia simplicis intelligentie. Oppositum em̄ probatum ē supra. Et voco hic simplicem noticiam que est respectu quiditatum vel terminorum simplicium vel ꝯplexionū necessariarum. Noticiam vero visionis voco illā que est respectu ꝯtingentium determinatorū fuisse fore vel esse ꝓ aliqua differentia temporis ⁊ ꝯplexionum ꝯtingetium de ip̄is. Et quicq̄d dicāt aliq̄ ista est bona distinctio. Nec valent aliqua que adducūtur contra ip̄am ⁊ dimitto gratia breuitatis. Non enim intelligit ista distinctio ꝙ verbū habeat aliaꝫ noticiā de re p̄nti ⁊ futura. Nec intendit ꝙ habeat aliquam noticiā q̄ nō sit intuitiua sed licet noticia ꝟbi sit vnica simplex indistincta ⁊ intuitiua de oībꝰ obiectis ⁊ possibilibus ⁊ fiendis contingentibꝰ vel necessarijs tn̄ sicut potest distingui ſmꝫ rōnem ꝓut transit circa varia obiecta vt dicaꝭ noticia simplex quasi nō efficax alicuius ꝓut p̄cedit actum voluntatis ⁊ est circa necessaria. Dicatur ꝟo visiua ⁊ q̄si efficax vel ꝯcernēs realem existentiaꝫ obiecti ꝓ aliqua differentia temporis ſm ꝙ cadit sup ꝯtingentia ⁊ seq̄retur actum diuine voluntatis sic determinantis ea fore pro aliqua differentia temporis ⁊ talis scientia sicut absolute ꝯtingens est ita absolute loquēdo potuit eē maior vel minor id est pluriū obiectorum vel etiam paucorum vel alioꝝ q̄ꝫ sit ⁊ determinatio diuine volūtatis tamē posita tali determinatione qꝛ deꝰ est īmutabilis nō potest poni alia vel esse nec plurium nec etiā paucoꝝ sicut dictū est in principio ⁊ ꝯsequēter nec talis noticia minui nec augeri. Ipsa aūt est infinitorum sicut etiam ꝓbatū est in primo ⁊ dimitto. ¶ Secūdo contra istā opinionē est ꝙ magis deberet dici ꝙ ex vi visionis btīfice ꝟbi anima xp̄i videt oīa que videt ꝟbum noticia simplicis intelligētie q̄ꝫ illa que vidꝫ noticia visionis sicut ostensum est supra cuius tamen oppositum ipsa videtur dicere sicut patet.

Con- riū ꝯ- dē. op.

ꝯ pri. opini.

¶ Contra

secundam opinionē que simpliciter negat aīam xp̄i videre oīa que videt verbum ꝓpter finitatem aīe xp̄i ⁊ infinitatem obiectorum. Pꝫ ꝙ nō est vera. Sicut enim nullum ꝯcludit incōueniēs ꝙ ip̄a existens finita videat deum infinitum intēsiue: ita nō est incōueniēs ꝙ infinita extēsiue. ¶ Preterea. tūc aīa xp̄i fuissꝫ ignorans aliqua ignorātia qūo ergo ei debuerunt credere hoīes: hoc habet etiā Magꝭ ꝓ incōueniēti.

ꝯ 2. op.

¶ Contra tertiā

opinionē ē quia licet forte deus posset facere aliquem actū beatificuꝫ qui terminareꝭ tantū ad essentiam vt in se ⁊ nō ad personas nec ad creaturas vel etiam ad perfectiones attributales tamē actus visionis beatifice quē tenemus fuisse in xp̄o ⁊ esse similiter in alijs beatis nō est talis. Sed illo actu eodem cognoscitur diuina eēntia ⁊ attributū ⁊ persone ⁊ pari ratione creature naturaliter ⁊ necessario est rep̄sentate vt videtur. ¶ Preterea nō

ꝯ. 3. op.

tolleretur quin possent videri oia licz nõ necessario ¶ Preterea. etiã positio est cõtra ponẽtem in aliquibus locis. Nam ipse dicit alibi q intellect⁹ beati nõ potest apphendere circa ens rõnem veri ꝛ nõ ratione boni qꝛ neutra rõ se habet ad aliã sicut vniuersalis ad particularem. Nec intellect⁹ veri est discursiuus circa ens. Pari rõne diceretur q nec itellectus beati cũ nõ sit discursiuus nõ potest videre diuinam essentiam vt eẽntia est absolute nõ videndo eam vt ratio ꝛ mediũ est cognoscẽdi alia qꝛ neutra ratio est vniuersalis vel pticularis qꝛ in deo nõ est vniuersale nec particulare. ¶ Scdõ qꝛ sm eum alibi In deo nõ sunt aliqua differẽtia intẽsione qꝛ facerent cõpositionem. Ita q nõ possunt facere diuersos cõceptus sed differunt tm̃ sm rõnem ꝛ modos cõcipiendi ꝛ sic per ꝯñs differũt eẽntia vt eẽntia ꝛ vt ydea vel mediũ ꝛ ratio cognoscẽdi alia. Similiter etiam itellectus vniuersaliter nõ est discursiuus sed est mere passiuus respectu act⁹ beatitudis qui est simplex intelligentia igitur nec ex parte obiecti nec ex parte intellectus est dare rationem quare intellectus possit videre vel cõcipere diuinã eẽntiam vt eẽntia ꝛ non vt medium vel ydea.

¶ Contra quartã opinionẽ videtur eẽ ꝛest q sicut nõ repugnat anime xpi cognoscere infinita habitualiter sm illum habitum habẽtem respectus infinitos ad infinita obiecta nõ obstãte q sit finit⁹ ita nõ repugnat q actualiter cognoscat infinita vnico actu licet finito. (Ↄ.4. opinionem.)

¶ Secũdo videtur ꝯtra eam qꝛ si talis habit⁹ potest esse in aĩa nõ videtur aliqua ꝯtradictio qn possit habere actum sibi correspondentẽ adequatum ꝛ ita respectu infinitorum. ¶ P. Noticia beatorum in verbo nõ est noticia habitualis sed actualis. q̃re ꝛc. ¶ Ex predictis oĩbus ꝯcludo vnũ correlariũ q impossibile est q anima xpi vel alicui⁹ beati vel angelus aliqs beatus cognoscat aliqd de nouo in verbo de hijs que vbum nouit noticia simplici: qꝛ sicut iam dictum est omnia cognoscit ex vi ipi⁹ visionis beatifice. Similiter etiã ĩpossibile est q aĩa xpi cognoscat aliqd de nouo quod prius nõ cognouerit de hijs que vbũ nouit noticia visionis qꝛ ab instanti cõceptiõis oĩa sibi sunt reuelata. Sed possibile est de alijs beatis quorũ nulli omnia sunt reuelata sicut puto sed soli xpo vel anime xpi. (Correlarium.)

¶ Ad motiua igitur aliarum opinionũ. ¶ Ad primũ secũde opinionis. Dico q est sibi cõe ꝛ prime opinioni q̃tum ad illud mẽbrum de simplici noticia. Dico q nõ video necessitatem huius scilꝫ q principiũ vel cã vel medium prius cognitum pfectius cognoscatur si p ipsum plura cognoscãtur q̃ pauciora. Nam noticia posterior ꝛ alicuius posterioris dat perfectionem noticie priori ꝛ ipius prioris. ¶ Unde si aliquid idem simpliciter vel indistinctũ est principiũ vel causa vel medium aliorũ nõ video quin sicut ipo cognito per ipm cognosci potest vna conclusio vel vnus effectus qn etiã ali⁹ vel alij plures effect⁹ qꝛ sicut principiatũ vel causatum nihil ꝯfert pncipio vel cause de entitate vel perfectione: ita nec de cognoscibilitate vel perfectione noticie ei⁹ que ẽ por q̃ noticia principiati vel cause. Secus forte eẽt de noticia principij vel cause a posteriori. ¶ Pretea etiam si cognoscatur pncipium sm aliquẽ gradum noticie vt principium est cũ sit idem pncipium plurium cõclusionum sicut p principium in illo gradu noticie potest haberi noticia vnius conclusionis. Alioquin nõ esset noticia principij ita vt videtur omnium aliorum. Unde nõ video q videns in vbo infinita ppter hoc videat verbũ infinite ꝛ comprehendat ipm plusq̃ si non videret in ipo nisi vnum solum. Unde sicut nõ oportet q vidẽs eẽntiaꝫ vbi infinitam comprehendat ipam vel ipsum verbum. Nec oꝫ q videns infinita in vbo cõprehendat ipm vel infinite videat. Aĩa ergo xpi licet in verbo videat infinita non tamen hꝫ actum ĩfinitũ. Bene tamen verum est q q̃to perfecti⁹ cognoscit causa vel principium vel medium tanto ꝛ illa que cognoscũtur per ista pfectius cognoscũtur ex illis ꝛ pri⁹ habet principium vel causa totam noticiam suam ante noticiam principiati vel causati vel mediati. ꝛ iõ sicut aĩa xpi perfectius videt vbum q̃ alie creature beate. Ita ꝛ perfectius nouit alia in vbo ꝛ per verbum ꝛ omnia finite sicut ꝛ ipa videt vbum finite. Sed vbum qꝛ videt seipm beatifice perfectissime ꝛ infinite ꝯprehendit seipm ꝛ alia etiã infinite (Nõ hec.)

¶ Ad secundum dici potest vno mõ q cognoscere plura distincte per rõnem vni⁹ quod est alterũ a cognoscente ꝛ primũ cognitũ ꝛ impfecte notum non est maioris perfectionis q̃ vnũ solum cognoscere quãdo pcipue illa secũdario cognita nihil dicũt pfectionis vltra pmũ cognitũ infinitũ sicut est in ꝓposito de vbo ꝛ creatura. Unde sicut nõ est maioris perfectionis cognoscere vbuꝫ ꝛ creaturam per verbum q̃ cognoscere vbum tm̃ sm Augustinum quinto cõfessionum dicentem deo. Beatus est qui te ꝛ illa nouit scꝫ creata nõ tamẽ ppter illa beatior sed ppter te solum beatus ita nõ est maioris perfectionis vel virtutis in actu videre vbum ꝛ ĩfinitas creaturas q̃ vbuꝫ ꝛ vnam creaturam tm̃ vel duas vel tres sub quocũq nũero distincto ꝛ determiato quia actus creature cum nõ dicatur perfectior nisi secundum intensionem in gradu suo vel secundum excessum in specie. Hic autem nec varietur actus scientie vel multitudine obiectorum scĩariorum. Patet. Nec intẽdatur in sua rõne. Unde infimus gradus talis actus potest extẽdi ad tot obiecta nõ oportet actũ esse perfectiorem intensiue quanto est plurium per istum modũ. Sed si actus esset pluriũ sm ꝓprias rõnes ꝛ adderetur actus ad actum vel gradus ad gradum sm multitudinem obiectorum oporteret q essent infiniti actus vel vnus act⁹ infinitus. Sicut suo modo exẽplificatur de vtute portandi plures lapides infinitos q esset ĩfinita. Nõ sunt enim sic per vnuꝫ portabiles sed per seipsos ꝛ apponitur vtus ad virtutem vel gradus ad gradũ formaliter vel equipollẽter. Unde ꝛ si argumentũ cõcludit. Dico q ꝯcludit cõtra oẽm opinionẽ q intelligere deum est actus ĩfinitus sicut posset deduci valde bene. ¶ Ad probationem quãdo dicis q posse ferre plures lapides est maioris virtutis q̃ posse ferre vnum tantum. et sic posse ferre infinitos simul est virtutis infinite. Diceretur q nõ est simile qꝛ portare lapidem dicit aliquẽ effectũ causatum a vtute portantis actiua. Sed videre vbum ꝛ infinita in vbo nõ dicit aliquẽ effectum sic naturaliter causatum a vtute vidẽtis sed a deo p influẽtiam specialem. iõ ꝛc. Sic ergo si esset aliquis qui portaret lapides infinitos in vtute alterius separati ab ipo ꝛ esset hoc possibile q nõ in virtute p (August.)

(Ad motiua scđe opi.)

pria nō esset ꝟtutis infinite ſꝫ magis ille alius. ita poteſt dici in ꝓpoſito. Non opꝫ ergo ꝙ actus vnicus anime xp̄i quo vidētur infinita ſit infinitus: ſꝫ
Nota. non curo de hac ſolutione. ¶ Aliter diceretur ꝙ intelligere plura eſt maioris perfectionis extēſiue ad obiecta ꝙ̄ cognoſcere pauciora ⁊ ideo actꝰ videndi in aīa xp̄i nō eſt infinitus intenſiue ſed extēſiue. Sicut nō ſequitur ſi eſt aliqd perfectionis cognoſcere aliquod ens finitū ⁊ cognoſcere aliquod ens nobilius ⁊ maius ſit maioris ꝑfectionis ꝙ̄ cognoſcere ens infinitū ſit infinite ꝑfectionis niſi cognoſceretur infinite ⁊ quātum eſt cognoſcibile. ¶ Ad tertium dico ꝙ rō illa ad ꝓbandum deū eē actum infinitum intēſiue vel ſuum actum intelligē di ex hoc preciſe ꝙ intelligit infinita diſtincte non ↄ̄cludit demōſtratiue ſicut dictuꝫ eſt in primo. Sꝫ ſi aliunde ↄcludat nō intromitto me modo qꝛ ibidē ſatis dixi diſtinctiōe ſcd̄a. ¶ Aliter diceretur ꝙ intelligere infinita perfecte ⁊ per ſeip̄m ⁊ rōne ſue eſſentie ↄtingentis omnia precipue ſi ſint alteriꝰ rationis cōtingentis dico ꝟtualiter vel eminenter ſicut ponitur de deo arguit ꝓbabiliter infinitatem. Sed nō ſic de aīa xp̄i. Patet qꝛ nec perfecte oīno nec per ſeipſam ſed per aliquod obiectum nō comprehenſum. ¶ Ad quartū diceretur ꝙ doctor ille qui ponit illam rationem de potentia ꝙ ſit cauſa ꝑtialis ⁊ nō totalis reſpectu ſui actus nō ponit ꝙ eodem actu anima xp̄i videat infinita. Sed ſi videat actualiter infinita hoc eſt pluribus actibꝰ infinitis ſm multitudinem finitis tamen in ſeip̄is intenſiue qui ſunt ſimul cōpoſſibiles in aīa. Si autē actu nō videt infinita tunc nō currit argumētum ↄtra eum de infinitate actꝰ ſicut de īfinitate potētie q̄ poſſet cauſare ſicut cauſa totalis infinitos actus alterius rationis ſed adhuc reducit̄ ↄtra eum qꝛ ſi intellectꝰ ſit elicitiuus omnium illorum actuū effectiue cum ſint alterius rationis ſequitur ꝙ ſit virtutis infinite ſicut etiam poneretur vnicus actus infinitus reſpectu plurium obiectorum. Nec obſtat ꝙ ꝑ moduꝫ cauſe partialis nō totalis quia ſicut eſſe cauſam totalem plurium taliū eſt maioris virtutis ꝙ̄ vnius ⁊ per ↄſequēs eſſe cauſam infinitorum eſt habere virtutem infinitam. ¶ Diceretur tamē ad hoc ꝙ non eſt vera illa cōparatio de cauſa partiali. Unde eſſe cauſam partialem plurium effectuū alterius rōnis vel poſſe ↄcurrentibus pluribus vel infinitis alterius rationis nō eſt maioris perfectionis ꝙ̄ vnius tantum qꝛ maioritas vel variatio ꝟtutis nō attenditur niſi penes diuerſa ↄcurrentia nō penes illud quod manet ſemper idē. Ipſe tamē nō affirmat ꝙ pluribus actibus vel infinitis aīa xp̄i videat infinita ſed tandem videtur in inceptatiōe declinare ad hoc ꝙ habitualiter cognoſcat ea ī vno habitu quo verbum eſt ſibi habitualiter preſens tanꝙ̄ obiectū primarium ⁊ alia ſicut obiecta ſecūdaria nō in habitu qui ſit omnium illorum diſtincte ⁊ eque primo ſicut ponit quarta opinio ⁊ in hoc nō teneo ip̄m et in ordine videtur tenere vnum actum reſpectu infinitorum licet finitum.

Ꝯ p̄dicta inſtātia. ¶ Nota hic iſtantiam ↄtra predicta. Nam in ſecūdo dictum eſt ꝙ habitus nō poteſt repreſentare intellectui angelico infinita qꝛ tunc eēt infinitus ergo ſimiliter in ꝓpoſito de actu. ¶ Diceretur ꝙ argumentū nō ↄcludit demōſtratiue niſi ad hominem qui ↄſimili ratiōe negat actum eſſe infinitorum. Uel etiam diceretur ꝙ nō eſt ſimile hic ⁊ ibi. Nam ille habitus ponitur repreſentare vnūquodqꝫ repreſentabile ſuum ꝑfecte ⁊ ſecūdum rationes ꝓp̄as infinitorum rep̄ntabilum ⁊ eq̄ prio ⁊ ideo videretur infinitus. Sed nō ſic actus videndi deum ponitur repreſentare ſed primo ꝟbū ⁊ imperfecte nō quātum eſt rep̄ſentabile etiā per actuꝫ creatum qui poſſet eē infinitus extra ſubiectū ſicut ⁊ caritas ſecūdum meip̄m ⁊ imperfecte ſecūdario alia ⁊ habet tantum reſpectum ad verbum quod ē prius obiectum non ad alia.

¶ Ad primum ergo quarte opiniōis diceretur ꝙ ita bene intellectus diuinus cognoſcit plura habitualiter ꝙ̄ intellectus creatus ſicut tu dicis ꝙ actualiter. Et iō dico ꝙ intellectus diuinꝰ nō oꝫ ꝙ cognoſcat actualiter plura ꝙ̄ intellectus creatus ſed bene oꝫ ꝙ limpidius ⁊ perfectius ⁊ infinite vel actu infinito ſic ē infinitus. ¶ Ad ſecūdum diceretur ꝙ ſicut de cognoſcere actualiter ita ⁊ habitualiter ꝙ quāto plura minus diſtincte ⁊ ideo dico ꝙ nō oportet ꝙ quā to intellectus creatus plura intelligit ꝙ tāto minꝰ diſtincte niſi in vniuerſali intelligat ip̄a vel etiā ſit potētia impedita ⁊ aggrauata mole corporis ſicut experimur in nobis. Non ſic aūt anima xp̄i intelligit in ꝟbo infinita vel plura ſicut ptꝫ. ¶ Nota hic ꝙ infinitas extenſiua nō arguit demōſtratiue infinitatem extēſam. ¶ Ad tertium dico ꝙ iſta infinitas extenſiua ſm multitudinem obiectorū bene reducitur ad vnum obiectū infinitum quod eſt ꝟbuꝫ ſicut ⁊ obiecta ip̄a ſed nō ad actum vidēdi infinitū vel ad infinitum ſe tenēs ex parte vidētis. Similiter pari ratione reduceretur ad infinitatem habitꝰ ſicut videtur vel actus: ſic de iſto. — Ad mo. 4. opi. — Nota

¶ Ad primum principale dico ꝙ nō oportet ꝙ cōprehendat ꝟbum niſi forte accipiatur ↄprehendere ex parte obiecti quādo nihil latet de obiecto licet actus in ſe ſit imꝑfectus ⁊ nō adequatus obiecto ⁊ ſic etiam beatus dicat̄ comp̄henſor vel cōprehēdere verbum qꝛ licet videat verbum ⁊ omnia que ſunt in ꝟbo nō tamen infinite videt verbum ꝙ actus ſuus nō adequatur verbo īten ſiue ſecūdum intelligibilitatem ꝟbi. ¶ Ad ſcd̄m de illuminationibus angelorum pꝫ quid dicenduꝫ ex corpore queſtionis. ¶ Ad tertium dico ꝙ ratio Ariſtotelis nō impugnat demonſtratiue ꝓceſſum in infinitum in cauſis ſicut dixi in primo ↄtingenti enim infinita actu intelligere ſicut ⁊ actu infinituꝫ quod ponit p̄mā cauſam. Uel dic ꝙ infinita ī actu non intelligūtur naturaliter in actu: ſed ſupernaturaliter in propoſito. quare ⁊c. — Ad rōes pncipa.

¶ Diſtinctionis decimequarte.
Queſtio Tertia.

Tertio quero vtꝝ Chriſtus habuerit ꝑfectā noticiam vel ſciētiam oīm in ꝓprio genere ab inſtanti ſue cōceptionis. ¶ Uidetur ꝙ nō qꝛ Luce. 2. dicitur ꝙ Puer Jeſus ꝓficiebat etate ⁊ ſapientia. Nec valet dicere ꝙ euāgeliſta loquitur ſm exteriorem apparētiam qꝛ ſm Auguſtinum 83. q. diſt. 35. Loquentem ↄtra illos — Luce. 2

qui dicebant xpm nō doluisse veraciter in passione secundum apparētiam tm̄ illa q̄ dicūtur: sed in euā gelio historice nō sunt exponenda ac si fuissent methaphorice dica vel tropologice q2 sic posset exponi tota hystoria euāgelij ꝛ nihil eēt veruꝫ ad literā secūdum seriem hystorie. Cum igitur istō sit dictū hystorice ad literā debet exponi scdm veritatē rei ꝛ existentiam nō solum scdm apparētiam. Si ergo proficiebat sapiētia secdm eandem naturam scdm quam pficiebat etate ꝫm Ambrosium de spū sancto videtur ꝙ nō habuerit ab initio perfectam noticiam oīm in ꝓprio genere q2 de noticia rerum in verbo nō potest intelligi talis profectus. ¶ Scdo sic. Christus fuit ꝟe viator ꝛ ī statu meriti nobiscū vt patet ꝛ per ꝯsequēs habuit noticiam ꝛ modū cognoscēdi viatoris. Sed modus cognoscēdi viatoris est habere noticiā experimētalem acquisitā via sensus memorie ꝛ experientie ꝛ etiā discursiuā ab vno in aliud sicut pꝫ primo posteriorum ꝛ secūdo ꝛ primo metaphi. Talis aūt nō habet perfectā noticiam oīm a principio. ergo ꝛc. ¶ Cōfirmatur ꝑ apostolum ad hebreos quinto vbi dicit ꝙ ex hijs q̄ passus est didicit obedientiam. ¶ Secūdo sic. Si xpus habuit pfectam noticiā oīm in ꝓprio genere ergo habuit noticiam singularium oīm ꝛ cōtingentium. Sed hoc est impossibile q2 nō potuit habere noticiam singulariū oīm nisi per proprias species infinitas ꝛ suo intellectu quod est impossibile. Similitet etiam singularia nō sunt itelligibilia per se ꝛ directe sed vniuersalia tantum. Similiter etiam non potuit habere noticiam cōtingentium in proprio genere q2 cū illa nō representētur per speicies terminorum nō possunt cognosci intuitiue vt videtur xpus aūt ab instanti cōceptionis nō nouit oīa intuitiue q2 nō fuerunt sibi oīa realiter pn̄tia scdm ꝙ homo. ergo ꝛc.

Ambro. | Ad he. 5

¶ Contra Magister in lra dist. 15. ꝙ xps nullaꝫ assumpsit ignorātiā. Sꝫ si nō habuisset perfectam noticiam oīm ab instāti sue cōceptionis in ꝓprio genere xps assumpsisset aliquam ignorantiam. Potuisset em̄ aliqua nosse in ꝓprio genere que tamē ex tunc nō nouisset. ꝑ ꝛc.

Mgr.

¶ In ista questione sic ꝓcedā

¶ Primo inquirā ad euidētiam hui⁹ questionis. Utrum sciētia rei in ꝓprio genere dicat in aīa xpi aliquid absolutum vel aliquid eētialiter relatiuū.
¶ Secūdo ponā vnam opinionē de questione proposita ꝛ arguam cōtra eam ꝛ soluā ad motiua ei⁹.
¶ Tertio respondebo aliter ad questionem.
¶ Ultimo ad rationes principales.

¶ Quantū ad primū est vna opinio que dicitur fuisse de mēte Aristotelis ꝙ habitus scientie create cuiusmodi est sciētia xpi que est de re in proprio genere est aliquid eētialiter relatiuū ꝛ quiditatiue per se p̄mo mō sicut pater suo modo. ¶ Tamen isti variātur in mō dicēdi. Nam aliqui dicūt ꝙ sciētia est pure ꝛ mere respectus ꝛ nō nisi respectus vel aliquid respectiuū. ¶ Alij vero cum hoc ꝙ est aliquid absolutum ꝛ vtrūqꝫ eētialiter ꝛ quiditatiue. Est enim habitus de prima spē qualitatis ꝛ sic est aliquid absolutum ꝛ est essentialiter ad aliud puta ad scibile ꝛ sic est eētialiter relatiuū. Mꝫ aūt sciētia sit essentialiter relatiua isto modo ꝓbaꝛ pluribus vijs. ¶ Prima est ista. Illud est essentialiter ad aliquid vel relatiuū quod nō potest intelligi nō intellecto alio. Hoc patet q2 omne mere absolutum intelligi pōt nō intelligēdo aliud q2 est ad se. Sed scientia intelligi nō potest nō itelligendo scibile sicut nec pater nō intelligēdo filiuꝫ quia pater ē filij pater ita scientia est scibilis sciencia. ergo ꝛc. ¶ Scdo sic. Illud est essentialiter relatiuum ad aliud quod nō potest manere non manente illo alio. Patꝫ Sed sciētia manere nō potest destructo scibili q2 destructo scibili destruitur sciētia licet nō ecōuerso. ergo ꝛc. ¶ Tertio sic. Si sciētia esset aliquid absolutum pure ad ipam posset eē mutatio vt videtur. Nam ratio Aristotelis quare ad scientiam ꝛ virtutem nō est mutatio in parte itellectiua est q2 ista sunt ad aliquid. vij. phisicorū. ꝑ ꝛc.
¶ Scdo sic Si sciētia nō ē eēliter ad aliqd vel aliō Puta ad scibile vel obiectum sequitur ꝙ accidentaliter sit ad ipm ꝛ per ꝯn̄s cum sit aliquid absolutum prius potest esse sine tali respectu. Sed hoc est falsum q2 tunc ꝑ accidēs dependeret sciētia ab obiecto. ergo ꝛc. ¶ Quinto sic. Sicut se habet visio ad visibile sic sciētia ad scibile. Sed visio essentialiter est ad visibile nec potest esse sine visibili vt patꝫ ergo ꝛc. ¶ Confirmatur per philosophū ꝛ cōmētatorē quinto metaphisice vbi vidētur dicere hoc expresse ꝙ scientia est per se ad scibile sicut mensuratum ad mensuram. Dicit em̄ ibi Aristoteles ꝙ sicut illa que sunt scdm necessarium ꝛ potētiam sunt ad aliquid id quod sunt ita ꝛ mensurabile ad mensuram nō tamē ecōuerso sicut in illis ꝛ Cōmentator dicit ibi sicut in mēsurato ꝛ mēsurato inscito ꝛ intellecto intellectus est in sua substātia relat⁹ qua re. ꝛc. ¶ Hoc vltimo cōfirmatur per philosophuꝫ ꝛ Cōmentatorem. ix. metaphi. Ubi dicitur ꝙ ars vel scientia siue etiam habitus potētie quedā sunt Sed planum est ꝙ potentia quiditatiue ꝛ essentialiter ꝛ eētialiter ad aliquid ꝛ relatiue dr. ergo ꝛc. ¶ Dicunt ergo isti ꝙ sciētia in xpo essentialiter ꝛ relatiue dicit ꝛ q̄ditatiue sicut apparet ex p̄dictis.

phūs et cōmēta.

¶ Sed istis non obstātibus Dico ꝙ habitus scientialis est aliquid essentialitet absolutum ꝛ impossibile est ꝙ essentialiter ꝛ quiditatiue sit ad aliquid vel relatiuū ad obiectum creatum. Sed omnis respectus noticie vel scientie create ad obiectū creatum est sibi simpliciter accidentalis. Probo ergo ꝙ sciētia nō est respectus nec quiditatiue relatiua. ¶ Prima rō est. Illud quod manet in re ꝛ in effectu nō manēte scibili nō est quiditatiue relatiuū ad scibile. Probatio. Nam impossibile est ꝙ relatiuū essentialiter et quiditatiue maneat sine termino sicut impossibile est eē relationem sine termino/ q2 ad nō ens non est relatio realis sicut pꝫ. Sed sciētia vel habitus sciētialis manet in re ꝛ in effectu nō manēte vel existēte scibili. Probatio q2 intelligitur rosa ꝛ diffinitꝛ/ ꝛ per ꝯn̄s scitur aliquid de ipa vel sciri potest ꝛ haberi scientia rosa nō existente imo nulla rosa existēte vt patet de omni noticia vel scientia abstractiua ergo ꝛc. ¶ Si dicas ꝙ rosa vel obiectū noticie abstractiue manet in esse representato per speciem. Contra q2 eadē est difficultas de respectu speciei ad obiectum. Contra q2 nō implicat ꝯtradictionē noticiam abstractiuam manere nō manente specie sicut ꝛ nō manēte obiecto nec ipa species est termi

opi. doctoris.

Prima opi. hip.

natiua noticie nec obiectum etiā vt in specie relucens sic ꝙ esse representatū sit ratio terminādi noticiam q̄ꝛ istud esse vel nō est nisi rōnis vel si est reale nō est aliud ab eē representati ⁊ ita nō terminat sicut nec species repñtatiua nec poni eē reale obiecti quia obiectum poni nō est esse in re vel realiter.

Nota. ¶ Et nota ꝙ in tota ista positione accipitur noticia vel sciētia ꝓ aliquo ente per se vno quo formaliter ⁊ denoīatione intrinseca habēs dicitur rē formaliter sciens ⁊ hoc modo ꝓcedunt iste rationes.

¶ Si dicas ꝙ scientia saltem abstractiua nō mensuratur ab obiecto scḋm suum esse existētie in re licet scḋm suam quiditatē cui vt sic accidit ꝙ existat vel nō existat ⁊ per ꝯñs eodem mō refertur ad obiectum nō existēs sicut ad existēs sicut vniformiter est de subiecto existēte vel nō existente. Dico ꝙ nō refertur actualiter ⁊ realiter ad obiectum non existens actu licet vniformiter sit de ip̄o existente vel non existēte q̄ꝫtuꝫ ad id quod est absolutū. Et dico ꝙ ad obiectum existens in potētia refertur in potētia tantum realiter ⁊ nō in actu: licet em̄ obiectum mensurat ꝑ suam quiditatem ⁊ nō per existentiam saltem in aliqua noticia abstractiua tamen nō pōt actu mensurare nec actu terminare respectū realeꝫ actualē nisi actu existat. Est em̄ ita pure nihil realiter quādo nō existit sicut chimera licet sibi nō repugnet esse sicut chimere repugnat ⁊ ita non potest terminare realem respectum licet possit dici ⁊ esse suum denominatium ab absoluto nō per respectuꝫ habit⁹ vel actus ⁊ denoīatione extrinseca sicut vrina suo modo dr̄ sana a sanctitate aīalis. Itē scientia logice est de scḋis interioribus que nō habēt eē reale ⁊ per cōsequēs nō possunt terminare aliquaꝫ relationē realem. Item in metaphisica de ente qḋ nullam habet vnitatem realē ⁊ similiter de quolibet vniuersali de quo est sciētia scḋꝫ istos. ergo ⁊c.

¶ Scḋo sic. Illud quod est in p̄dicamēto absoluto ⁊ ad se nō est essentialiter nec quiditatiue ad aliquid vel relatiuum ad aliud creatuꝫ. Probatio q̄ꝛ omne quod est p̄dicamenti absoluti eēliter ad se dicitur nō autem ad aliud distinctum essentialiter ab ip̄o nec etiā ad aliquid aliud quiditatiue q̄ꝛ ista repugnant in eodeꝫ per se cōceptu per se primo: scꝫ ⁊ ad se ⁊ ad aliud. Sed sciētia est q̄ditatiue ad se ⁊ in p̄dicamēto qualitatis q̄ꝛ ista ē per se prīo modo. Scentia est qualitas ergo nō est essentialiter ved q̄ditatiue ad aliud. puta ad obiectum. ¶ Tertio sic. Non magis eēntialiter ⁊ quiditatiue est sciētia ad aliquid. puta ad obiectum q̄ꝫ accidēs ad subiectū. Sed accidens nō est essentialiter ⁊ quiditatiue ad subiectum quia manet a subiecto separatum. ergo ⁊c. ¶ Quarto sic. Si sciētia est essentialiter respect⁹ vel quiditatiue quero in quo fundatur istud respectum vel respectus oportet ꝙ super aliquid absolutum. Aut igitur super absolutum quod est est anīa vel intellectus immediate. Aut sup aliud. Non super aliud q̄ꝛ inter animam vel intellectum ⁊ sciētiā non videtur esse aliquod medium fundans sciētiaꝫ vel talem respectum igitur super aīam. Cum igitr̄ respectus ponatur posito fundamēto ⁊ termino p̄cipue intrinsecus ⁊ de quarto genere seq̄tur ꝙ posita anima ⁊ scibili ponatur scētia quod est falsum.

ꝙ intellectō nō sit actio. ¶ Nota ꝙ intellectio nō est actio. Tum q̄ꝛ actionis non est actio intellectionis que est v̄bum ē actio scilicet gignitio v̄bi secūdum Augustinū. Tū q̄ꝛ non est in agente nec denominat ip̄m. ptꝫ. Nec em̄ est in intellectu agente nec in obiecto nec in intellectu possibili vt actiuus est si sic ponatur nec denominat ista. Non em̄ dicūtur ista intelligētia vel intelligere. Tum q̄ꝛ nō habet terminum ꝓductū aliū a se. Tum q̄ꝛ manere potest intellectio nulla actiōe creature manēte v̄tute diuina igitur intellectio nō est actio creature. Assumptū pꝫ. quare ⁊c. ¶ Per easdem rationes pōt ꝓbari q̄ꝫtum ad primam tertiam ⁊ quartam ꝙ nō passio licet ip̄am bene concomitetur actio ⁊ passio naturaliter ⁊ de ꝯmuni lege.

¶ Quinto sic. Non magis habitus est eēntialiter respectiuus q̄ꝫ actus: q̄ꝛ non minus mensuratur ab obiecto q̄ꝫ habitus. Sed actus nō est formaliter vl̄ quiditatiue respectiuus vel respectus q̄ꝛ actus pōt esse sine obiecto. Actus scilicet abstractiuus imo actus aliquis intuitiuus sicut dictum est supra. Similiter etiam actus intuitiuus intelligēdi de diuina essentia est quo formaliter beatificatur creatura ⁊ per ꝯsequēs est aliquid nobilius ⁊ maioris entitatis q̄ꝫ qḋlibet accidēs corporale q̄ꝫtumcūq̄ꝫ absolutum. Sed non est ꝓbabile ꝙ tale q̄ditatiue sit respectus etiam merus respectus. ergo ⁊c. ¶ Si dicas ꝙ intelligere est pati/⁊ pati est respectus. Dico ꝙ intelligere nec formaliter nec eēntialiter ē pati vel passio de genere passionis. Nec etiam actio de genere actionis cū ad intelligere frequēter terminentur ⁊ actio ⁊ passio de genere actionis ⁊ passionis sed cōcomitatiue dictum est ⁊ q̄ꝫtum ad modum significandi de ītelligere ꝙ est actio ꝯcomitatiue de eo quod est pati q̄ꝛ ip̄m in ītellectu ꝯcomitatur passio productiua eius in intellectu passiuo vel possibili seu receptiuo. ergo ⁊c: ¶ Sexto sic. Illud quod ē inclinatiuū ⁊ dispositiuū potentie ad actuꝫ non est respectus vel aliquid quiditatiue respectiuuꝫ quia sicut respectus nō est ratio agendi ita nec ratio iclinandi vt videtur. Sed habitus est huiusmōi. ergo ⁊c.

¶ Septimo sic. Illud cuius species est aliq̄d absolutum tm̄ quiditatiue est absolutuꝫ quiditatiue tm̄. Probatio q̄ꝛ scḋm te genus ⁊ differentia ⁊ species sunt idem penitus extra intellectum ⁊ in nullo distingūtuur extra intellectum. Sed species scientie puta grāmatica absolutum est tantum nec dicitur quiditatiue ad aliq̄d ergo nec genus eius quod est scientia. ¶ Dicitur ad hoc ꝙ nō oꝫ si species absoluta est nō ad aliquid ꝙ propter hoc genus non sit ad aliquid Unde ⁊ in quinto metaphi. dicitr̄ ꝙ aliq̄ per accidens dicūtur ad aliquid q̄ꝛ genus suū dicitur ad aliquid ⁊ exēplificatur de medicina que dicitur ad aliquid non per se sed ratione sui generis. puta sciētie. Ponitur aliud exemplum de ymagie ⁊ figura q̄ꝛ ymago est aliquid. 7. de tri. ca. i. ⁊ tamē figura nō licet sit superius ad ymaginē. Sic suo⁰ de scientia ⁊ grāmatica ecōuerso. Et ratio assignatur q̄ꝛ grāmatica includit obiectum ī suo significato quia est scientia de lr̄a ⁊ ideo nō dependet depēdentia eius in seipsa terminata est. Sed scientia in cōmuni sic nō includit obiectū ⁊ ideo dependet ad extrinsecum sicut ad obiectum. 7. de tri. ca. i.

¶ Sed videtur michi ꝙ ista dicta sunt nulla. Nam primum dictum est ꝯtra eos q̄ꝫtum ad hoc ꝙ si gen⁹ ⁊ species ⁊ differentia sunt totaliter idem sicut vnum per se ⁊ quiditatiue ⁊ primo est ad aliud ita ⁊ reliquum. ꝯ p̄dic
¶ Preterea quero. Si genus ꝓbatur quiditatiue

de specie vel nõ. Nõ potest dici quin ꝑdicetur qui-
ditatiue. Tunc arguo. Quicq̄d quiditatiue cõue-
nit generi ⁊ speciei. Sed generi quiditatiue ꝯuenit
esse ad aliquid per te. ergo ⁊ speciei. Non ergo per
accidens. ¶ p̄. Quicquid non ꝯuenit quiditatiue
speciei nec generi. Sed speciei quiditatiue nõ con-
uenit esse ad aliquid ſm te. ergo nec generi ꝯtra te.
¶ Confirmatur per ꝯmentatorem ibidem quinto
.meth. metaphisice. vbi dicit sic ꝙ aliquod genus sit rela-
tiuum ⁊ species nõ sit relatiua. Causa in hoc est qꝛ
non est genus in rei veritate quod opinatum est eē
genus. Scientia eñ non est genus medicine in rei
veritate nisi scientia dicatur ſm comparationē ad
scientem ⁊ medicina ad medicum. ¶ Ex quo patꝫ
ꝙ concedere aliqua se habere sicut vere genus ⁊ ve
ram speciem ⁊ dicere vnum esse pure absolutū qui
ditatiue ⁊ reliquū respectiuū. Puta genus ē vnuꝫ
nihil dictum ⁊ scientia secūdum ꝙ accipitur in. 5.
metaphisice. nõ est vere genus medicine sicut dicit
Cõmentator. Unde ⁊ medicina ibi accipitur ꝓ par
te que ꝓprie nõ est scientia sꝫ mechanica magis vel
operatiua. ¶ Nota ꝙ nõ intendit Aristoteles nec
Aduerte Cõmentator ꝙ in re nec ſm rei ꝓprietatem alicuiꝰ
generis respectui sint species absolute vel ecõuer-
so sicut intelligūt isti ⁊ valde grosse. Credo eñ ꝙ ⁊
scientiam ⁊ medicinam vel grãmaticaꝫ posuit qui
ditatiue absolutam in rõne habitus ad primā spe-
ciem qualitatis pertinentia ⁊ quātum ad illa quibꝰ
nomina imponūtur. Sed scientiam bene posuit re
spectum vel respectiuum q̄tum ad illud a quo hic
imponitur qꝛ imponitur a respectu quem habet ad
scibile licet ille sit sibi accidentalis. Non tamen sic
nomina specialium scientiarum a respectibus im-
ponuntur licet habeant respectus ad obiecta ĩ spe
ciali sicut sciētia ad scibile in cõmuni qꝛ tñ ab illis
respectibus nõ imponūtur noĩa dicūtur sciētie spe
ciales non esse ad aliquid nisi scđm genus suum qđ
est sciētia. Non aūt intelligēdo sicut dicūt. Uel in-
tellige hoc sicut dicitur in corpore questionis scđm
Cõmentatorem ⁊ sic quõcunqꝫ dicatur sane nichil
hebent de intēto. ¶ Exemplū de ymagine ⁊ figura
in litera nõ est ad ꝓpositum. Tum qꝛ figura supe-
rius est ⁊ ymago inferius ⁊ non oportet ꝙ quecūqꝫ
cõueniunt quiditatiue inferiori ꝙ cõueniant quidi
tatiue superiori licet ecõuerso. Tum quia nõ loqui
tur ibi Augustinus de ymagine nisi secūduꝫ impo
sitionem nominis qua dicitur ymago quasi ymita-
go ⁊ sic relatiue dicit̄ sicut ymitari. Similiter etiā
ratio opposita nõ valet qꝛ non apparet ratio quare
scientia non ita includit scibile in cõmuni sicut grā
matica hoc scibile in speciali. Puta literam. Simi
liter etiam per istam rationem sequitur ꝙ grāmati
ca dicitur ad aliquid licet includat illud aliquid.
¶ Ultimo qꝛ impossibile est ꝙ aliquid in suo con-
ceptu includat terminum sue dependētie sicut pro-
batum est in primo ⁊ ita si grāmatica dependet ad
litteram non includit ipsam in suo conceptu: ⁊ ita
parum terminatur dependentia eius sicut ⁊ sciētie.
¶ Ultima ratio principalis est ꝯtra eos ex dictis
eorum qꝛ dicunt aliqui ipsorum ꝙ sciētia est aliq̄d
absolutum inquātum habitus ⁊ respectiuum inq̄-
tum ducit in noticiam obiecti. Tunc arguo aut eo
dem formaliter indistincto extra intellectum est ha
bitus ⁊ aliquid absolutum seu aliq̄d respectiuum.
aut alio ⁊ alio. Non potest dici ꝙ eodem formali-
ter indistincto qꝛ impossibile est hoc ꝙ eadem forma
litas sit ad se ⁊ ad aliud. Nam omne illud quod re-
latiue dicitur est aliquid excepta relatione septimo
de trinitate. Igitur alio ⁊ alio formaliter extra in-
tellectum. Sed quecūqꝫ formaliter distinguūtur ex
tra intellectum realiter distinguūtur ⁊ essentialiter
secundum eos. Nec faciunt vnum per se primo mo
dn. nec etiam aliquid vnum de ipsis per se p̄io mo
do predicatur. ergo sequitur ꝙ scientia non est ali-
quid vnum per se. Nec de ip̄a aliquid per se primo
modo predicatur sed per accidens. Et vltra sequi-
tur ꝙ illud absolutum quod dicit scientia nõ dicit̄
essentialiter seu quiditatiue ad aliud sed per vnum
respectum essentialiter distinctum ab eo ⁊ sic acci-
dentaliter vel per vnum accidens.

¶ Dico igitur q̄tum ad hunc articulū ꝙ habitus scientialis vł Resolutio doct.
actus quicūqꝫ qui est respectu obiecti p̄marij crea-
ti est aliquid absolutum de prima specie qualitatis
quod non est respectus nec aliquid respectiuuꝫ qui
ditatiue ad obiectum. Sed respectu eius ad obie-
ctum est simpliciter accidentalis sibi sic ꝙ manente
tali habitu secūdum id quod est potest talis respe-
ctus nõ inesse actus ⁊ est respectus qui est accidē-
talis habitui qui est de quarto predicamēto secun-
dum Aristotelem in predicamētis ⁊ in quinto me-
taphisice. Unde nec Aristoteles nec Cõmentator
vnq̄ꝫ dixerunt ꝙ scientia diceretur quiditatiue ad
aliquid sicut pater. Bene tamen dixerunt ꝙ per se
⁊ hoc verum est pro tanto quia nõ per accidens ali
quo illorum duorum modorum quos ponit quinto
metaphisice nec sicut medicina nec sicut albū: quia
forte secundū Aristotelem licet scientia significet
aliquid absolutum ad quod significādum imponit̄
tamen imponitur a respectu ip̄o ab obiectum. Pu
ta ad scibile. Quarto qꝛ nõ ita ꝯtingenter oĩno cõ
sequitur iste respectus ip̄am scientiam sicut simili-
tudo ꝯsequitur album ſm Arist. manēte sciētia ſꝫ Aristo.
suum absolutū oꝫ manere scibile vel in seip̄o vł sal
tem in aliquo repn̄tatiuo qđ tamen nõ reputo eē ve
rum. Põt eñ manere saltē virtute diña nõ manē-
te obiecto nec aliquo eiꝰ repn̄tatiuo ⁊ dato ꝙ mane
ret repn̄tatiuū qđ est species tñ ad ip̄m nõ refertur
scientia sicut ad mēsurā qꝛ illud nõ est obiectū nec
primo cognitum per ipsam.

¶ Ad primū ergo aliorꝫ. Dico ꝙ totū illud cui nomē sciē- Ad motiua alior.
tie ĩponit̄ qđ est absolutū põt intelligi nõ ĩtelligen
do aliud puta obiectū licet nõ possit intelligi illud
a quo nomen imponitur puta respectus ille accidē
talis. ¶ Ad secūdum dico ꝙ scientia abstractiua
cuiuscūqꝫ obiecti creati alterius a se potest mane-
re in esse sine illo obiecto. ¶ Nota hic ꝙ habitꝰ vel
actus intelligendi seu scientialis potest ꝓbari non Nota.
esse relatio nec actio vel passio ꝑ hoc ꝙ est terminꝰ
actionis ꝑ se primꝰ. Huiꝰ eñ operatões sunt fines
⁊ nõ sunt actiones sꝫ termini actionū. Nõ sic auteꝫ
actio de gn̄re actiõis qꝛ actiõis nõ est actio nec re-
spectus seu relatio naturaliter sꝫ magis cātio eius
p̄supponit cātionē fundamēti vł termini ⁊ nõ teria
tur ad eā actio p̄mo sꝫ scđario: licꝫ igr̄ dicat̄ passio
nõ tñ ē de gn̄e passiõis sicut dictū ē s̄. Si dicas ꝙ ē
actio cātiua hītꝰ vt ꝑ se teri ⁊ ita de gn̄e actiõis ne
go p̄m. Sꝫ bñ verū ē ꝙ accidēter causatur ad ha-
bitū nõ ꝙ sit actio productiua eiꝰ sed intelligere ⁊

habitus sunt due forme absolute ⁊ ordinate termi
nãtes duas actiões ordĩatas ⁊ eis correspõdẽtes.
¶ Ad philosophũ dico ꝙ destructo scibili destrui
tur scientia pro tãto q² negato scibili negatur sciẽ
tia de ipo id est si aliquid nõ est scibile non est sciẽ
tia de ipo ⁊ ex hoc nihil ad ꝓpositum. Uel sic ꝙ de
structo scibili per omnia destruitur scientia q² ma
nente scientia oportet manere scibile saltẽ in repre
sentatiuo ꝫm ipm. Sed dico ꝙ ad illud repñtatiuũ
vt ad obiectum mensurans nõ refertur. ¶ Ad ter
tium de mutatione Dico ꝙ ad scientiã nõ est muta
tio phisica ꝫm qualitates sensibiles ⁊ imediate ab
extrinco alterãte primo sed magis accipitur facta
tali alteratione preuia in sensu ⁊ de illa mutatione
loquitur ibi philosophus. Non tñ obstat quin ad
ipsam sit aliqua spiritualis mutatio que non est ꝓ
prie motus nec terminus mot⁹ ⁊ quin possit eẽ ali
quid absolutum spirituale non autem sensibile vel
qualitas sensibilis. ¶ Ad quartum dico ꝙ accidẽ
taliter sciẽtia refertur ad obiectuʒ extrinsecũ quia
per relationem accidentalẽ sibi eo modo quo dictũ
est supra. Potest tamen dici ꝙ ꝑ se accipiendo illd
a quo nomẽ imponitur ⁊ sic etiam ad Aristotelẽ. 7.
phisicoꝝ qñ dicit ꝙ virtus vel scientia est ad aliqd.
¶ Nota hic de dicto Aristotelis. 7. phisicoruʒ ꝙ
Aduerte scientia ⁊ virtus est ad aliquid ⁊ ideo ad eas non ẽ
mutatio ꝙ istud medium vel ista ratio non videtur
facere ad ꝓpositum suũ. Intendit eñ ꝓbare ꝙ ad
primam speciem qualitatis nõ est mutatio ⁊ planũ
est ꝙ scientia ⁊ virtus nõ sunt ad aliquid vt ꝑtinẽt
ad primam speciẽ qualitatis sed sunt aliqua abso
luta. Si dicas ꝙ respectus cõcomitãtur ita potest
dici de qualitatibus tertie speciei ⁊ ita ad ipas nõ
esset mutatio quod est falsum ⁊ cõtra ipm ibideʒ et
ita sicut negatur vis medij sui ⁊ dicit᷑ ꝓcessus suus
non valere ita põt negari dictũ suuʒ scʒ ꝙ scientia
vel virtus est ad aliquid. ¶ Aliter dicitur ab aliq
bus ꝙ ipe nõ loquitur ibi ꝫm opinionẽ ꝓpriam sʒ
ꝫm opinionem platonis quam imponit sibi Augu
stinus. 12. de trinitate. vltimo. ⁊ philosophus prio
1. poster. posteriorum. Dicebat eñ ꝙ in aĩa habetur sciẽtia
anteꝗ̃ vniatur corpori ⁊ nõ adquiritur in homine
per aliquam mutationeʒ anime sed sedatis passiõi
bus corporis ⁊ facta mutatione circa corpus anĩa
recordatur eorum que prius nouit Et ad hoc vide
tur exemplũ qd philosophus ponit in litera de pue
ro. Et ibidẽ dicit cõmentator in fine cõmẽti ꝙ loq
tur scd̃m opinioneʒ platonis. Potest aliter dici si
cut in ꝑcedentibus est responsum. ¶ Ad quintum
dico ꝙ visio creata absolute loquẽdo potest eẽ sine
obiecto creato sicut dictum est supra. ¶ Ad philo
sophum ⁊ cõmentatorem patet ex predictis qd di
cendum. Non est eñ intentio eorum ꝙ q̇ditas sciẽ
tie est ad aliquid. Cũ enim q̇ditas scientie sit habi
tus ⁊ per cõsequẽs de predicamẽto absoluto quali
tatis ⁊ predicamenta eẽntialiter distinguntur. Im
possibile est ꝙ idem eẽntialiter sit habitus ⁊ ad ali
quid vel relatiuum de genere vel predicamento re
lationis. ¶ Quõ ergo dicit philosophus ꝙ scien
quõ sciẽ tia est ad aliquid scd̃m se. ¶ Dico ꝙ põt exponi nõ
tia est ad quantum ad id quod est ⁊ cui nomen imponitur sed
aliqd ꝫm quãtum ad respectum realem qui ipam cõsequitur
se, ⁊c. ad obiectum a quo est scientia est inseparabilis ꝫm
Aristotelem eo modo quo dictum est supra secũdũ
ipsum sicut subiectum a per se passione: tamen in
hoc non conuenio cum Aristotele. Unde dico ꝙ ta
lis respectus simpliciter est accidentalis absoluto
habitus quod est scientia sicut etiam substãtia pa
tris habet pro accidente paternitatem ⁊ ita per ac
cidens substãtia pr̃is refertur. Si tamen accipiat᷑
scientia pro toto aggregato ⁊ absoluto quod est ha
bitus ⁊ relatione vel respectu sicut etiam pater qd
significat principaliter paternitatem connotando
substantiam vel subiectum sic potest dici ꝙ scien
tia per se est ad aliquid suo modo sicut simile vel pa
ter. Sed accipiendo sic scientiam nõ accipitur p̃n
cipaliter pro habitu sed magis pro respectu quem
pono accidere habitui ⁊ scientie. Si aliter intelli
gant Aristoteles ⁊ cõmentator sicut tu iponis eis
nego eos tecum. ¶ Hec igitur de primo articulo
principali. Et sicut dictum est de scientia vel habi
tu ita potest dici de specie ⁊ actu ⁊ talibus quibus
cunqꝫ. ¶ Nota ꝙ scd̃m aliquos scientia est relati
uum ⁊ ad aliquid ꝫm dici sicut ⁊ virtus / ⁊ caput / ⁊ Nota.
manus: sed nõ sequitur ex hoc ꝙ sit relatio. Est eñ
qualitas ꝫm philosophũ ⁊ Augustinũ. Refert enĩ
dicere ꝙ virtus sit relatio ⁊ ꝙ sit relatiua cõcretiue
vel ad aliqd. Sicut refert dicere ꝙ caput sit ad ali
quid secũdum dici ⁊ ꝙ sit relatio / quia primum est
verum ⁊ secũdum falsum. Unde quãdo dicit phi
losophus ꝙ in aliquid nõ est motus ⁊ ꝙ virtus sit
ad aliquid. Uerũ dicit in minori sed nõ sequitur ex
hoc ꝙ virtus vel scientia sit relatio vel ꝙ per se pri
mo modo seu essentialiter includat relationẽ sicut
cõstitutum ex relatione ⁊ fundamẽto sed ꝯnotatiue
dicit eam sicut simitas nasum.

¶ Quãtum ad secundum ar/

ticulum. Est vna opinio de questione ꝙ anima xp̃i 1. opinio
cum illa noticia visuali qua videt verbum ⁊ omnia
in verbo habet noticiam habitualem rerũ omniuʒ
in proprio genere sibi infusam ab instanti sue con
ceptionis ⁊ hoc est ratiõabile ponere multomagis
ꝗ̃ de angelis de quibus tamẽ ponitur ꝙ habent ⁊
habuerunt ab instanti sue creationis noticiam ha
bitualem multorum valde per species concreatas
sibi vel per habitus. ¶ Secũdo dicunt ꝙ cum illa
noticia infusa rerum in ꝓprio genere ponẽda est in
xp̃o noticia habitualis multarum rerum acquisita
via sensus memorie ⁊ experientie de hijsdẽ de qui
bus habetur noticia infusa in ꝓprio genere et hoc
est cõueniens. Non eñ minus potuit xp̃us aliqd
adicere ꝗ̃ aliquis alius homo. Cum enim haberet
perfectum intellectum agẽtem ⁊ possibilem ⁊ fan
tasmata. Intellectus agens potuit abstrahere spe
cies a fantasmatibus. Alioquin fuisset frustra in
xp̃o ⁊ ita xp̃us ex sensu ⁊ ymaginatione adquisiuit
noticiam habitualem multorum sicut dicunt. Nec
est incompossibilis noticia ista adquisita alicuius ĩ
proprio genere cum noticia eiusdẽ infusa sicut nec
cognitio matutina ⁊ vespertina de eodem obiecto
quas tamen ambas simul ponit Augustinus ĩ bea
tis super Genesim ad literam.

¶ Sed ista opinio ab alijs impugna

tur. Primo sic. Alia opinio ꝯ p[...]
quinto metaphisice. dicitur ꝙ impossibile est duo dentem
accidentia eiusdem rationis stare simul in eodem 5. meth.
subiecto precipue. Hoc est verum de accidẽtib⁹ ab
solutis cuiusmodi est sciẽtia sicut dictum est in arti
culo ꝑcedẽti. Sed iste due noticie hitũales eiusdẽ

obiecti sunt eiusdem rationis quia habent idē pro subiecto τ obiecto secundum te. Nec obstat ꝙ vna est infusa τ alia adquisita. Nam diuersitas agentium sola non variat rationem effectus. Eiusdem enim rationis est homo creatus et homo generatus. Similiter geometria infusa τ adquisita. ergo non pñt simul stare ī anima xpi. ¶ Secūdo in xpo non est ponēdum aliquid frustra. Sed vna illarum fuisset vel eēt frustra quia ambo sunt eiusdē rōnis τ vtraq est perfecta scdm ipos. ergo τc. ¶ Tertio sic. Si xpus vel aliquis habeat noticiam adquisitā de aliquo τ perfectam nō est necessarium imo frustratorium infundi sibi noticiam de eodē. ergo similiter si xpus habuit perfectam noticiam habitualē infusam in instanti sue cōceptionis sequitur ꝙ frustra adquisiuit τ ponitur habuisse adqsitā. ¶ Itez Si xpus illam eandem quā ponunt modo adquisitam habuisset per infusionez sicut fuit possibile nō idiguisset adquisitione nec adquisiuisset qꝛ infusio suppleuisset adquisitionē. Igitur pari ratione cuz habeat aliquam eiusdem rationis sibi infusam non indiget adquisita. ¶ Pꝫ etiam qꝛ ille cōtradicit sibi Ponit enim ille ī suo tertio sicut imponitur sibi ꝙ intellectus agens aīe xpi nullam speciez causabat in intellectu suo possibili sed tñ erat ibi vt lumē ad intelligendum. quare τc. ¶ Dicūt igitur isti ꝙ nulla noticia habitualis rerum in ꝓprio genere ponēda est in aīa xpi adquisita sed tantum infusa ab instanti conceptionis.

Ad moti uū.1. opinionis. ¶ Ad rationes aliorum de ītellectu agente dicūt ꝙ licet nullam speciem abstraxerit in xpo nec anima xpi per ipm aliquam noticiam habitualem adquisierit tamen non fuit frustra in xpo sicut nec potentia generatiua in beatis nec potētia augmētatiua in Adam qꝛ erat ad perfectionem τ integritatē nature in xpo sicut erit etiam in beatis quibusdā aliquos nihil substrahet: preuētus eñ fuit ab agente superiori infundente noticiam τ ita nō potuit causare eam sicut ignis nō posset calefacere aliquid iā summe calidū si approximaretur sibi. vel posset dici ꝙ intellectus agēs non fuit frustra in xpo licꝫ nō abstraheret qꝛ saltez erat sibi sicut lumen sicut etiā alibi ipi dicunt. ¶ Ad exemplū de cognitione matutina τ vespertina nō est simile ꝙ iste sunt alterius rōnis habētes diuersa prima obiecta qꝛ matutina habet verbum ꝓ primo obiecto τ rem ꝓ obiecto secundario. Sed vespertina habet rem creatam pro obiecto p̄mario sed iste ambe in proprio genere q̄s ponūt habent idem obiectum primariū τ sunt eiusdem rationis.

Ꝯ oppu. .1. opini. ¶ Sed q̄cquid sit de istis opinionibus nō video aliquam īpossibilitatem prime opiniōis. Non enim video quare xpus nō potuerit adquirere noticiam habitualem alicuius in ꝓprio genere nō obstāte ꝙ p̄us habuerit noticiam eiusdez habitualem infusam in ꝓprio genere qꝛ siue sint eiusdem rationis siue nō non video ꝙ sint adinuicem formaliter repugnantes siue incompossibiles sicut nec alie due alterius ratiōis vel etiam due species eiusdem rationis τ posset dici multum bene ꝙ sunt alterius rōnis sicut amicicia infusa τ adquisita sunt alteriꝰ rationis q̄tūcunq circa idem obiectum. Patet de caritate τ naturali amicicia adquisita respectu ipius dei τ sic in ꝓposito posset dici τ per hoc oēs rationes aliorū vitari nisi vltima que est contra aliquem ponentē istā positionem. Non autem contra positionem. Patꝫ enim ꝙ non ponetur aliqua eorum frustra si essent alterius rationis licꝫ infusa esset perfectior. Sicut nec ponitur frustra vespertina cum matutina sꝫ ad sustinendum pluribus modis sic etiam nec si essent eiusdem rationis qꝛ licet essent eiusdez rationis tñ pluribus modis haberentur. Probabilius tamen dicitur ꝙ alterius rationis τ magis potest sustineri nec est inconueniens licꝫ sint eiusdem potentie τ obiecti sicut dictū est supra. Hec de scdo articulo.

¶ Quantum ad tertium articulum

Opi. auctoris peculiarꝫ circa q̄ōnez

Respōdeo ad questionem p̄mittendo prio quid est noticia in proprio genere. ¶ Et dico ꝙ in ꝓposito vocatur noticia in proprio genere noticia rei create que nō est in verbo nec per verbum sicut per obiectum primo cognitū: sed obiectiue ꝑ seipsam. Ita ꝙ ipa res creata cognita secundū sē sit ratio primo terminans actum scientie vel noticie talis τ primo terminas seu etiam aliquid creatū per quod habet cognosci. Hoc p̄misso dico aliqua per ordinem. Et primo de noticia infusa quam habuit xpus de rebus in proprio genere.

q̄d noticia in ꝓ-ꝓo gn̄e.

¶ Primum ꝙ habuit ab instanti sue cōceptionis species infusas omnium simplicium terminorum possibiliuꝫ τ hoc loquēdo de speciebus īdiuiduorꝫ quibus habitis non fuit necesse haberi alias species vniuersalium quiditatum qꝛ ille īcludūtur in singularibus vt patet τ sic habet noticiam habitualem abstractiuam omnium simplicium terminorum tam vniuersaliuꝫ q̄ singularium tam affirmationum q̄ negationum vel priuationū per p̄dictas species. Nec obstat ꝙ predicte species sint infinite sicut τ singularia īmo infinities infinite sicut τ q̄ditates sunt infinite possibiles τ cuiuslibet quiditatis possibilia sunt infinita indiuidua. Non enim repugnant nec sunt sibi incompossibiles circa aīam xpi infinite eiusdē rōnis sicut nec due. Nec etiam infinite alteriꝰ rōnis sicut nec due. Et ideo saltem ꝟtute diuina possunt eē simul infinities infinite. ¶ Secūdo dico ꝙ ī anima Christi est omnis noticia habitualis que dicit habitus respectu quorūcunq ponatur habitus siue respectu principiorum si tamen respectu principiorum sit ponendus habitus siue respectu quarūcunq conclusionuꝫ necessariarū. Unde ipe habuit habitum cuiuslibet complexionis respectu cuius ponendus est habitus vel habitualiter nouit omnem complexionem talem necessariam noticia habituali abstractiua τ opposítas cōclusiones vel complexiones tanq impossibiles per eosdem habitꝰ quia rectum est iudex suiipsius et obliqui habuit noticiam abstractiuam habitualem de omnibus complexionibus respectu quarum sunt ponendi habitus non tamen secundum eundem habitum vel per eundem habitum sicut ponunt aliqui sed diuersos diuersis complexionibus correspondentes. Unde dico ꝙ habuit scientiam abstractiuam omnium cōclusionum scibilium infusam. ¶ Tertio dico ꝙ q̄tum ad noticiam habitualem contingentium siue presentium siue preteritorum siue futurorum ꝙ si est aliqua noticia habitualis talium τ aliquis habitus ponendus qui nō sit error: sed sit veridicus ꝙ

Nō hec omnia.

omnem talē habuit sibi infusum a deo. Unde ⁊ habuit omnē ꝓphetiam ⁊ mysteria omnia isto modo abstractiue ⁊ omnem virtutē intellectualē sicut ꝓphete habuerunt particularia lumina ꝓphetie. ita iste habuit omnem lumen ꝓphetie de omnib⁹. Si vero non ponatur aliquis habitus respectu istorū tunc sum q̄ntum ad noticiam habitualē de istis expeditus. ¶ Quarto dico ꝙ quia opinio non dicit virtutem intellecualem ſm ꝙ huiusmodi ꝙ xp̄us non habuit aliquam opinionem nec errorem hitū. Similiter nec fidem quia imperfecta ⁊ enigmatica vel obscura ⁊ incōpossibilis beatitudini ex ordinatione diuina noticia est licet sit virtus intellectualis scd̄m certam noticiam habitualē de oībus quecunq; habitualiter nouit Licet em̄ sciuerit oēs opiniones ⁊ opinata tamen non opinādo sed rectitudinaliter nouit omnia ⁊ ideo nō habuit opinionez saltez cui eēt formido ⁊ imperfectio noticie ānexa. ¶ Quinto dico q̄ntum ad noticiam actualem infusam quia de habituali iam dictum est ꝙ quedaz est abstractiua ⁊ quedam intuitiua. De intuitiua noticia infusa creaturarum vel rerum aliarum a deo in ꝓprio genere posset dici ꝙ omnia ītuibilia anima xp̄i in ꝓprio genere intuebatur siue presentia siue non ⁊ habebat actus intuitiuos oīm intuibiliū siue existerent ⁊ essent sibi presentia siue non existerent nec essent presentia q᷑ intuitiua noticia potest esse non existentis realiter nec p̄ntis sicut dictum est in primo. Ita ꝙ siue simplicia siue cōplexa siue quiditates siue singularia siue necessaria siue ꝯtingentia siue positiua siue negatiua ītuibilia oīa videbat intellectualiter ⁊ in proprio genere sicut probabilr̄ pōt dici nō obstante ꝙ haberet omnē noticiam abstractiuam in eodē genere. Intuitiua em̄ ⁊ abstractiua sicut simul de eodem sicut puto ꝟtute diuina. Non em̄ video quare plus repugnet si ambe sint rei in ꝓprio genere q̄z si vna sit in verbo puta intuitiua ⁊ alia sit in ꝓprio genere sicut abstractiua tamē ille stāt simul. ¶ Sexto dico de abstractiua actuali infusa ꝙ sane potest dici ꝙ xp̄us habuit omnem noticiam actualem abstractiuam de quolibet creato intelligibili qualecū; sit siue simplex siue cōplexum siue contingēs siue necessariū siue existens siue non ens siue affirmatiuū siue negatiuū ⁊ correspōdenter ad suam noticiam habitualez infusam q̄ntū ad species ⁊ habitus supradictos ⁊ ſm ip̄os nō q̄dem cooperantes ad infusionē actuū vel actus infusos sed eis corr̄ndentes in mēte ⁊ ꝯformiter se habentes. Licet etiam xp̄us ſm illos habitus vel species qn̄ sibi placuisset potuisset elicere alios actus aliquos saltem successiue ab infusis ⁊ alteri⁹ rōnis vel forte eiusdem rōnis. ¶ Septimo dico q̄ntū ad noticiam cause xp̄i adquisitā ⁊ primo q̄ntum ad habitualem ꝙ non habuit noticiam habitualem adq̄sitam siue per species siue per habitus oīm rerum/ sed tantum illorum quorū accepit species per sensum vel habitus via sensus memorie ⁊ experientie frequentādo actus circa talia sicut ⁊ nos ⁊ ꝙ in simili noticia ꝓfecit. ¶ Octauo de actuali noticia adquisita puta de actu cognoscēdi nō infuso. Dico ꝙ in intellectu nullum talē actū habuit circa aliq̄d obiectum sicut ⁊ nos. Nam loquendo de tali actu omnia quecū; intellexit per talem actuz abstractiue ītellexit sicut ⁊ nos ⁊ nihil ītuitiue. Sz de actuali noticia abstratiua dico ꝙ non habuit etiam noticiam oīm sed solum illorum que abstrahendo a fantasmatibus ītellexit sicut ⁊ nos ⁊ in tali noticia potuit ꝓficere ⁊ profecit. In fantasia vero nō habuit nisi abstractiuam noticiam adquisitā siue habitualem siue actualem sicut ⁊ nos ⁊ eorum soluz que ab ip̄o fuerunt sensata exterius ⁊ species ad suam fantasiam ⁊ in illa profecit deriuate nec ē rōnabile ibi ponere aliquam speciē vel noticiam infusam sicut posita est in intellectu vt videtur. ¶ Ultimo de noticia sensitiua exteriori. Patet ꝙ nō habuit noticiam nisi eorum que sensit sicut nec nos. Sic de ista questione potest dici. Si autem non placet tot ponere in anima xp̄i pone pauciora sicut tibi videtur expedire.

¶ **Ad primum principale di/**co ꝙ puer proficiebat sapiētia nō solum ſm apparentiam sed ſm rei veritatē loquēdo de noticia adquisita eo modo quo dictum est supra non autez de infusa. Similiter etiam de sensibili experientia. ¶ Ad secundum de viatore ⁊ statu merēdi potest dici per idem. Tamen etiam pōt dici dato ꝙ nullā habuisset noticiam adquisitam adhuc ſm infusam potuisset mereri ⁊ ita nō includit. ¶ Ad tertium dico ꝙ potuit habere infinitas species omniū singularium ⁊ cognoscere ea directe ſm noticiam infusam quicq̄d sit de adquisita q᷑ loquēdo de adquisita idem est iudicium sicut de nobis nec omnia intellexit vt dictum est supra. ¶ Ad illud de contingentibus Dico ꝙ potuit ea cognoscere ītuitiue terminis non existentibus in re vel etiam abstractiue ſm noticiā infusam sicut ⁊ ꝓphete. Fuit enim summus inter ꝓphetas si tn̄ noticia ꝓphetalis sit abstractiua vel habitualis. Si aūt dicatur ꝙ non sunt ponende tot noticie habituales vel actuales ī aīa xp̄i potest dici ꝙ xp̄s habuit noticiam infusam omniū quiditatū pertinentium ad perfectionē vniuersi determinatarum ad esse ex diuina voluntate multo fortius q̄z in angelis de indiuiduis etiā multis nobilioribus vniuersi habet noticiam habitualē per species infusas ⁊ noticias habituales oīm complexorum eo mō quo dictū est supra. ¶ Quantuz ad noticiam actualem pōt dici ꝙ nō habuit nisi actuales noticias quas placuit sibi elicere ꝯformiter ſm habituales q̄ ponūtur ⁊ qn̄ sibi placuit ⁊ tūc nō habuit aliquas sibi infusas/ sed elicitas ſm hītuales infusas vel ēt adq̄sitas sicut sibi placuit. Sic d̄ isto. Ad rōnes pncipales.

¶ Distinctionis decimequinte.

Questio vnica.

CIrca distinctiōez decimāquintam quero Utrū in aīa xp̄i tempore passionis sue fuerit vere tristicia aliqua secūdum portionem superiorem non obstante summa leticia fruitiōis beatifice. ¶ Uidetur ꝙ nō. Impossibile est ꝙ contraria sint simul in eodē subiecto quia contraria sunt que circa idem subiectum mutuo se expellūt sicut dicitur in predicamētis. Sed leticia vel gaudium ⁊ tristicia sunt cōtraria secūdum totum genus suum sicut beatitudo et miseria que simul stare non possunt sicut etiam corporeum et incorporeum, ergo ⁊ cetera.

¶ Secūdo sic ꝛ est cōtra vnam responsionē q̄ posset dari ad p̄mam rationem qꝛ ꝛ licet forte sicut diceret aliquis cōtraria possint simul stare in esse remisso nō tamen in suis excellētijs vndecū(que) causentur. Ita enim repugnāt si a diuersis causis causenť sicut si ab eadem causa. Sed planū est q(uod) in xp̄o ŝm portionem superiorem erat summa leticia beatifice fruitionis que nō fuit diminuta in passione. Leticia vero ꝛ tristicia sunt ꝯtraria secūdum totū genus suum ꝛ ita sunt siue a diuersis vel respectu diuersorum sicut respectu eiusdē obiecti. ergo in aīa xp̄i nō fuit tristicia ŝm superiorem portionem tempore sue passiōis. ¶ Cōfirmatur per philosophū septimo ethicoꝝ. qui dicit q(uod) delectatio vehemens expellit quācun(que) tristicam. ergo ꝛc. ¶ Tertio sic. Sicut dos ipassibilitatis excludit a corpore passionem doloris ita vt videtur fruitio vel gaudium seu leticia fruitionis excludit passionem tristicie. Sicut enim corpus gloriosum est impassibile ita ꝛ aīa vt videtur. Sed in corpore impassibili nō potest eē passio doloris. Tunc enim esset passibile. ergo ꝛc. ¶ Quarto sic. Impossibile est idem corpus simul moueri per se motibus oppositis. Sed si in anima xp̄i fuisset tristicia tempore passionis cor suū fuissꝫ dilatatum pre leticia ꝛ constrictum pre tristicia qꝛ leticia dilatat cor ꝛ tristicia cōstringit. ergo ꝛc̄.

7. ethic.

¶ Contra Math. 26. Tristis est aīa mea vs(que) ad mortem ꝛ ysaye. 53. Vere langores nostros ip̄e tulit ꝛ dolores nostros ip̄e portauit. Et trenorum. 1. dicitur in persona eius. O vos omnes qui transitis per viam attēdite ꝛ videte si est dolor sicut dolor meus. ꝛc̄.

Math. 26. ysaie. 53. Treno. 1

¶ In ista questione sic p̄cedā

¶ Primo inquiram Utrū duo cōtraria possint simul inesse subiecto quacū(que) virtute. ¶ Secundo ponam vnum modum dicēdi de questione ꝛ arguā contra ip̄m. ¶ Tertio ponam alium ꝛ ip̄m declarabo. ¶ Ultimo ad rationes.

¶ Quantū ad primū est vna

cōmunis opinio q(uod) impossibile est duas formas ꝯtrarias simul ineē eidē subiecto in actu ita q(uod) nec deus hoc potest facere qꝛ nō est hoc factibile. ¶ Ad hoc adducūtur rōnes ꝛ auctoritates. ¶ Prima ratio est. Magis repugnāt circa idem subiectū due forme solum disparate vt videtur. Sed multe sunt forme solum disparate que nō possunt eē per quācū(que) potentiam simul in eodem subiecto. Patet de duabus figuris quarum vna est sperica ꝛ alia angularis. Patet de duabus formis substātialibus asini ꝛ bouis que nō possunt simul stare in eadem materia. ẜ ꝛc̄. ¶ Secūda ratio. Nō min⁹ sunt incōpossibiles circa idem subiectum due forme cōtrarie q̄(uam) due forme eiusdem rationis. Ille em̄ maxime a se distant sed iste nō. Sed due forme absolute eiusdeꝫ rationis nō possunt simul stare in eodem subiecto. ergo ꝛc. Minor pꝫ. 5. metaphisice. ¶ Tertia ratō Per se p̄mi termini motus sunt incōpossibiles vt patet. Alioquin motus non faceret distare a termino a quo icipit nec abijceret ip̄m necessario ex quo termini essent cōpossibiles. Sed duo ꝯtraria sunt per se primi termini motus positiue nō aūt forma ꝛ priuatio qꝛ per hoc distinguitur mot⁹ a mutatione. ergo ꝛc̄. ¶ Quarta ratio. Illa nō sunt compossibilia circa idem subiectū quorū vnum in subiecto includit negationem alterius vel saltem ad ip̄m consequitur. Alioqn cōtradictoria essent cōpossibilia et possent simul eisdem inesse. Sed ꝯtraria sunt huiusmodi vt videtur ꝛ dicit etiā philosophus quarto metaphisi. ergo ꝛc. ¶ De hac materia req̄re in quarto Franc. in questione de baptismo nolente.

Duo contraria in ēē sub iecto q̄cū(que) v̄tute. ꝛc̄. opi. cōis

5. meth.

¶ Quinta rō. Eadem est potentia receptiua contrariorum in vno ꝛ eodem subiecto. Alioqn nō eēt vnum subiectum. Nec esset motus vel mutatio inter ip̄a. Nam eadem est potētia receptiua mutationis ꝛ vtrius(que) termini sui. Sed illa potentia terminatur ꝛ actuatur per vnum ꝯtrariū. ergo illo stāte non potest alterum ineē vt videtur. ¶ Sexta ratio quia magis ꝛ minus nō se cōpatiuntur in eodē subiecto sicut magis album ꝛ minus albū. ergo multo minus duo cōtraria vt pote albū ꝛ nigrū. Ad hoc dicitur q(uod) magis ꝛ minus nō se cōpatiuntur scd̄m eundem gradum ꝛ respectu eiusdem extremi ẜ bn̄ secūdum diuersos grad⁹ etiā respectu eiusdē extremi si due forme eiusdem quarū vna sit p̄fectior alia possint stare simul in eodē subiecto sicut reputo verum tunc enim idem esset magis ꝛ minus album se ipso vel etiam secūdum eundū gradum respectu diuersorum extremorum. Idem em̄ scd̄m eundē gradum albedinis est magis album alio ꝛ min⁹ album aliquo alio sed ŝm eundē gradū ꝛ respectu eiusdeꝫ extremi nō est possibile. Sicut nec ē possibile q(uod) idē gradus sit maior ꝛ minor seip̄o. Sic etiā dicitur q(uod) nō est possibile idē eē album ꝛ nigrū ŝm eandē formam vel eundem gradū forme sed bn̄ ŝm diuersas cōpossibiles sicut etiā gradus maior ꝛ minor q̄(uan)tū ad suas realitates sunt cōpossibiles. Unde ꝛ adueniente gradu eiusdem ratiōis ꝛ nō corrupta realitate prioris augeť vel intenditur forma sicut ī primo distinc. 17. dicebatur. ¶ Ad hoc videtur expl̄sa auctoritas Aristo. in postp̄dicamētis sicut allegatum est supra Et Boety etiā super p̄dicamēta. Et Arist. in 4. metaph. vbi dicit istā ꝯ̄niam cōtra Anaxi. negantē primū p̄ncipiū. Cōtraria non p̄nt simul eiō ineē. ẜ nec ꝯ̄dictoria. Sicut ẜ ipossibile ē cōtradictoria simul v̄ificari de eodē. Ita etiā ꝛ cōtraria vt v̄ť. Item. 10. metaphisi. ꝛ in postpredicatis per rationem cōtrariorum.

Aristo.

¶ Sed p̄dictis

nō obstātibus v̄ť michi dōm p̄mo q(uod) nō est absolute impossibile nec īplicat ꝯtradictionem contraria simul inesse eidem subiecto etiam in suis excellentijs quātas p̄nt habere in illo subiecto. Ūn̄ puto q(uod) idem subiectum simul pōt esse albū ꝛ nigrū calidum ꝛ frigidum in tanto gradu scd̄m vtrum(que) in quāto posset eē scd̄m alterū tm̄. Unde dico q(uod) absolute loquēdo hoc est ipossibile. ¶ Et hoc p̄bo sic. Duo cōtraria sunt cōpossibilia simul v̄tute nature scd̄m eē remissum in eodē subiecto. Probatio de cōtrarijs inter q̄ est motus. Qū em̄ ex aqua fit ignis aq̄ calefit p̄mo ꝛ nō sic calefit q(uod) totaliter corrūpatur frigiditas aq̄ sed successiue corrumpatur qꝛ remittitur ꝛ calor successiue induciť ꝛ intenditur ꝛ per ꝯ̄ns frigiditas ꝛ caliditas ī gradibus remissis se cōpatiuntur. ergo absolute loquēdo est possibile q(uod) se ꝯpatianť in sus excellētijs in eodē subiecto aliqua ꝯ̄ria saltē illa quoꝝ neutrū deteriat sibi subiectum ŝm aliquē gradū sed indr̄ns ad quelibꝫ. Probatio ꝯ̄ne quia talia cum sint eiusdē rōnis in quo-

Mēs doctoris.

cunq₃ gradu inueniātur ⁊ ꝺm aliquē gradum subiectum sibi non determinat ea nec aliquod ip̄orum sicut de superficie respectu coloris vel caloris qua ratione sunt compossibilia ꝺm aliquos gradus remissos eadē rōne ꝺm gradus intensos absolute loquendo dico licet non virtute cuiuscū₃ agentis.

¶ Secūda ratio. Illud est absolute loquēdo possibile quod nō implicat cōtradictionem. Sed ꝙ duo cōtraria sint simul in eodem subiecto puta duo colores extremi in eadē superficie ⁊ intensi nō implicat contradictionē. Illa eñ cōtradictio eēt ꝙ subiectum esset album ⁊ nō album. Sed nō sequit̄ hoc si sequitur subiectū esse album ⁊ nigrum. Nō autē non album. Non eñ subiectum dr̄ nō album formaliter per aliquid positiuū formaliter qđ est nigrū sed per negationem albi que quidē negatio albi nō est in subiecto existente albedine in ipso sicut ponitur. Unde nō sequeretur subiectū non esse albū absolute sed per nigredinem q² licet sit album nō tamen ꝑ nigredinē ita etiam nec per substātiam suā. Unde non est cōtradictio isto mō aliquid esse album ꝑ albedinem ⁊ nō ꝑ nigredinē. Nō enim est scđm idem quare ⁊c. ¶ Tertia rō. Nō hn̄t maiorē incōpossibilitatē duo cōtraria respectu eiusdē subiecti q̄₃ duo corpora respectu eiusdē loci. Pro tanto eñ ambo dicūtur incōpossibilia q² vnum expellit aliud. Sed vnū corpus sic potest eē in loco ꝙ nō expellit aliđ. Possunt eñ esse duo corpora in eodem loco secundum omnes ita ergo ⁊ duo contraria / ita ꝙ vnum non expellit aliud.

resolutō

¶ Videtur ergo dicendum ꝙ absolute loquēdo nō est impossibile nec implicat cōtradictionem ꝙ aliqua cōtraria possint simul eē in eodem subiecto ⁊ in suis excellentijs saltem virtute diuīa. ¶ Secūdo dico ꝙ hoc non est possibile virtute creata nō ꝓpter incōpossibilitatem terminorum vel cōtrariorum: s₃ vel quia est agens limitatum ⁊ determinatū ad sic agēdum vt nō possit simul inducere duo ꝯtraria ī suis excellentijs in eodem subiecto nō influente deo vel nō cooperāte sibi ad hoc vel q² nō inducit aliquod cotrarium in aliqđ subiectum nisi per motum ⁊ ita quia generatio vnius est corruptio alterius concomitatiue saltem. Oportet necessario ꝙ ad inductionem vnius corrumpatur vel remittatur alteꝝ a sua excellentia sed hoc nō oportet de deo agēte libero infinito. Potest enim inducere vnum nō remittendo nec expellendo aliud ⁊ per cōseq̄ns vtrū₃ in sua excellentia cōseruare vel causare in eode₃ subiecto sicut potest vnum corpus ponere in aliquo loco nō expellendo aliud de illo loco. ¶ Q₃ aūt hoc sit possibile videtur posse probari per glosam super illud Mathei. 13. Ibi erit fletus ⁊ stridor dētium. ⁊ etiā Sapiē. q̄ni videtur dicere ꝙ corpora damnatorum erunt simul frigida ⁊ calida ⁊ vtrū₃ intense. Hoc autem nō eēt si cōtraria absolute loquēndo in suis excellentijs essent incōpossibilia. quare ⁊c. ¶ Adducitur tamen vna rō ad hoc ꝓbandum que nō videtur mihi bona. Ratio est talis. Non est impossibile ꝙ in eodem subiecto scđm diuersas potentias receptiuas sint diuersa accidētia q̄₃tūcun₃ ad vnū illorum sequatur negatio alterius q² nō sequit̄ ad hoc aliqua cōtradictio. Nam affirmatio scđm vnū illorum ⁊ negatio ꝺm aliud nō attenduntur penes eandem potentiam. Sed in subiecto ad duo cōtraria sunt diuerse potentie ⁊ nō est vna potentia receptiua.

Glo. suꝑ Math. Sapien.

Patet quinto phisicoꝝ. vbi Aristoteles dicit ꝙ non est idē posse egrotare ⁊ posse sanare. Tūc enim egrotare ⁊ sanare essent idem. Similiter etiā secūdum Cōmentatorem. 12. metaphi. Potentie numerantur in materia scđm numerum formarum specificarum ad quas est in potentia ⁊ similiter in subiecto pari rōne. Alioquin eñ posset idem numero reparari q² semper maneret eadem potentia ad ip̄m si nō nūerarentur potētie. ergo ⁊c. Ista rō nichil valet. Si eñ cōcluderet pari rōne cōcluderet ꝙ due forme substātiales disparate nullam ordinē habentes vel nō ordinate possent simul esse in eađ materia quod est falsum. ¶ Dico igitur ad minorem ꝙ in subiecto nō est nisi vnica potentia receptiua ad duo contria sicut superficies eadem ꝑ idip̄m quod est ip̄a potentia vnica receptiua albedinis ⁊ nigredinis sicut probaui supra. Nam idem est subiectum receptiuum motus ⁊ eadem potentia receptiua ip̄ius ⁊ termini sui etiā vtriusq₃. ¶ A philosophum de quinto phisicorum Dico ꝙ dictum suū est verum de potentia subiectiua vel receptiua. Ad probationem de materia prima. dico ꝙ in materia prima non est nisi vnica potentia receptiua ad oēs formas quas potest īmediate recipere sicut dixi in secūdo q² illa potentia nō est nisi sua eēntia. Unde ⁊ nego Cōmentatorem q̄₃tum ad illud dictum suū accipiendo potentiā pro principio quo receptiuo. ¶ Preterea etiā saltem scđm eos. Eadem est potentia ad omnes formas eiusdē rationis ⁊ illa semper manet ⁊ tunc si argumētum eorum est bonū sequitur ꝙ alias posset reparari eadem forma per naturam si potentia sit vna ⁊ potentie nō numerentur Hoc etiam cōcludit contra eos ꝙ eadem forma numero poterit per naturam reparari. Unde dico ꝙ ista ratio nō ꝯcludit: sed standum est in predictis.

5. phis.
Cōmen. 12. meta.

¶ Ad primum aliorum qui probant illud esse impossibile scilic₃ duo cōtraria simul stare. Dico ꝙ magis repugnat duas formas aliquas disparatas substātiales esse in eade₃ materia precipue de formis nō ordinatis q̄₃ duo cōtraria in eodem subiecto / quia forma substātialis dat esse simplex. Et sicut impossibile est eiusdem esse duo esse simpliciter ita duas formas substātiales non habētes ordinem stare in eadem materia: contraria autem cum sint accidentia nō dant esse simpliciter sed scđm quid Et nō est inconueniēs eiusdem esse plura esse secūdum quid. ¶ Ad illud de figuris dico ꝙ nō video quare vnū corpus nō possit simul figurari diuersis figuris sicut etiam dicam in quarto vbi ostendam ꝙ idē corpus potest esse in pluribus locis dimensionaliter ⁊ ipsis configurari. ¶ Ad secūdum de duabus formis eiusdem rōnis absolutis. dico ꝙ possunt absolute loquēdo simul stare in eodem subiecto. ¶ Ad tertium dico ꝙ per se primi termini motus nō sunt duo positiua cōtraria sed affirmatio ⁊ priuatio / licet negatio que est terminus motus secūdum ꝙ huiusmodi numero fundetur vel saltem cōcomitetur cōtrarium positiuum aliud a subiecto ⁊ a cōtrario quod ipsa negatur ⁊ in hoc differt negatio que pertinet ad per se terminum priuatiuum motus a negatione que est pe se priuatiuus terminus mutationis sicut dixi in primo de augmento caritatis: et tunc dico ꝙ contraria quantum ad sua positiua

Ad rōnes aliorum

possunt simul manere in subiecto nõ autem cõtradictoria nec affirmatio & negatio eiusdem. ¶ Aliter potest dici q si ratio apparentiam habet ipsa q̃tuz ad hoc valet aliquid q per motum nõ possunt poni duo cõtraria simul in eodem subiecto sub suis excellentijs per motum dico vnum inter illa ꝯtraria saltem respectu agẽtis creati respectu cuius generatio vnius est coruptio alterius. ¶ Ad quartum dico q vnũ ꝯtrarium nõ includit essentialiter nec habet inseparabiliter negationem alterius respectu eiusdem subiecti nisi pro tãto q2 vnum cõtrariũ non est aliud nec dat illud esse qd dat aliud: sed non propter hoc negat aliud a subiecto cuius est sicut nec vna forma disparata negat aliam licet non sit alia q2 nõ est negatio sed aliq̃d positiuum nec habz in se formaliter negationem alterius q2 non est sub iectũ alterius nec esse potest. Ad idẽ vero subiectũ pertinet affirmatio & negationem talem alteri⁹ cõcomitantem in subiecto: sed dico q cõtingenter et separabiliter saltem virtute diuina quicq̃d sit respectu ꝟtutis naturalis de qua Aristoteles ĩtelligit dictum suum si debet habere ꝟitatem. ¶ Ad quintum dico q potentia eadem respectu ꝯtrariorũ nõ est terminata per vnũ sic q̃n possit etiã simul terminari per aliud ita q ad ipsam per se extendit.

Ad auctorita.

¶ Ad omnes auctoritates potest dici q vere sunt de contrarijs acceptis scd̃m esse intẽsum & virtute agẽtis naturalis sicut dictum est supra nõ aũt absolute loq̃ndo. ¶ Ad aliud tamẽ de quarto metaphisi. dico q philosophus nõ arguit ex intentione ꝓpria contra eraclitum quasi sit impossibile vel min⁹ vel magis impossibile duo cõtraria stare simul q̃ duo ꝯtradictoria q2 de cõtradictorijs est hoc impossibile simpliciter & absolute. Sed arguit cõtra Eraclitũ ex dictis suis. Dicebat enĩ cõtraria nõ posse simul stare & tñ concedebat cõtradictoria posse simul stare. Et tũc Aristoteles arguit q si cõtraria nõ possunt simul stare nec ꝯtradictoria. Nam si ponantur contradictoria simul stare sequitur q opiniones cõtradictoriorum possunt simul stare. Sed opiones contradictoriorum sunt ꝯtrarie sicut dicit philosoph⁹ ibidem & in secũdo periarmenias & ita ꝯsequenter ponuntur ꝯtraria simul stare quod est contra Eraclitum. Hec de primo articulo principali.

Opinio cõmunis

¶ Quãtum ad secundum articulũ. Est vna opinio communis multis q xp̃us secundum portionem superiorem aĩe sue vt portio est & habens rõnem simplicis potentie intellectus scilicet & voluntatis nõ habuit aliquam tristiciam tempore passionis nec alias. Sed accipiendo portionem superiorem vt natura quedã est quia vt sic ad eandem naturam pertinet cum portione inferiore & etiam cum appetitu sensitiuo sic etiam ad ipsaz Unde aliqua tristicia pertinebat & attingebat non tamen vt ratio est. Ratio primi videt: q2 impossibile videtur q portio superior secũdum eandez rationẽ scilicet vt ratio est & potentia simul frueretur et tristaretur simul haberet summã leticiam & intẽsaz tristiciam. Ratio scd̃i videtur q2 nullũ apparet incõueniens q portio superior nõ vt rõ sed vt natura tristaret q2 naturaliter & vt natura refugiebat mortem & nolebat ipsam tanq̃ lesionẽ nature & ideo de eius euẽtu vt natura & pertinens ad integritatem nature tristabatur. Tristicia enim est de hijs q̃ nobis nolentibus accidunt secundum August. 12. de ciuitate dei. Dolor ergo sensibilis appetitus sensitiui attigit isto modo portionez superiorẽ sic dicit. ¶ Pro ista positione adducũtur ꝓbationes q sez in portione superiore vt ratio est nõ fuerit dolor vł tristicia. Tum q2 portio superior nõ est nisi obiecti eterni quod est deus secũdum Augustinũ. 12. de trinitate. Tum q2 scd̃m portionem supiorem gaudebat de sua passione. Tũ q2 secũdum superiorez portionem solum agebatur xp̃us in deum supra se nõ autem circa se. ¶ Tum q2 secũdum Hylarium. 12. de trinitate nõ plus dolebat xp̃s q̃ aer lanceatus quod non potest intelligi nisi secundum superiorez portionem.

tristicia quid.

August.

Hylari⁹

ꝯ p̃cedẽ opiniões

¶ Contra istam opinionem arguitur. primo q distinctio ẽ nulla in se. Secũdo q nõ est ad ꝓpositum. Et tertio cõtra ꝯclusionem. ¶ Primo sic. Illa distinctio est nulla que distinguit aliquid in ipm̃ & nõ ipsum. Patet q2 diuidẽtia debẽt participare rõnez diuersi & naturam. Sed ista distinctio est talis que distinguit portionem superiorem in rõnem & naturaz q2 portio nõ accipitur scd̃m naturã vt natura ẽ. Tũc enim esset eadem penitus portio ĩferior & superior sicut est eadem natura ambarum. Sed accipit portio secũdum ordinem & naturam seu habitudinem ad obiectum & ideo distinguere eam in rõnem & vt habens ordinem vel habitudinem ad obiectuz & in naturam que dicit quid absolutum scd̃m se est ipsaz distinguere in portionem & nõ portionem. Secũdo sic. Ad portionem superiorem & inferiorem etiam partium volũtas sicut dictũ est in scd̃o sed sicut dictum est ibidem nihil est dictu distinguere volũtatem in voluntatem vt natura & vt volũtas q2 ẽ distinguere ipam involuntatem & nõ voluntatem. ergo similiter de supiore portione. Preterea ita posset distingui de qualibet potẽtia & sic omnes ꝓpositiones de potentia q̃libet essent distinguẽde & tunc si quereretur Utrum homo ĩtelligat scd̃m volũtatem deberet distingui q secũdum voluntatẽ vt potentia est homo nõ intelligit sed ƀm ipam vt natura est & cõsubstãtialiter idem cum intellectu homo intelligit vel de intellectu posset dici q secũdũ ipsz vt potẽtia est hõ intelligit nõ autem ƀm q natura. Et patet q nihil valet talis distinctio. Non ẽ etiã ad ꝓpositũ sicut iã pz ex predictis q2 questio est de superiore portione & ita vt portio est & ratio & habens ordinem ad obiectũ nõ aũt ƀm aliquid aliud. ¶ Scd̃o q2 quãdo aliquod p̃dicatũ queritur alicui subiecto inesse accepto ƀm reduplicationem nunq̃ distinguendum est subiectum sed p̃cise accipiendũ ƀm rõnem quam reduplicat ipa reduplicatio. vt si queratur Utrum homo secũdum q homo sit risibilis vel secũdum q rõnalis nõ est distinguenduz de homine vt animal vel vt rationalis. Sed in ꝓposito queritur vtrũ xp̃s scd̃m superiorem portionẽ habuerit tristiciam nõ vtruz ƀm naturam vel aliquid aliud. ergo &c. ¶ Tertio etiã cõtra cõclusionẽ arguit in p̃io q̃tũ ad hoc qd dicit q ĩ supiori portione vt potẽtia & rõ est nõ fuit tristicia p̃mo q2 nõ vł obstare gaudiũ vł leticia fruitiõis. Nã ƀm eandez portionẽ supiorẽ vt rõ est xp̃s fuit viator & ꝯp̃hensor. Q̃ cõp̃hensor pz. Q̃ viator etiã patet quia meruit nobis ianue apertionez hoc aũt ad portionẽ

superiorem pertinet ergo cum non sit maior repugnantia vie ⁊ patrie ꝗ fruitionis ⁊ tristicie videtur ꝙ potuerit illud esse. Secūdo quia tristicia christi in sua passione fuit satisfactoria pro peccato Ade ⁊ delectatione quam habuit in peccando. Sed Adam peccauit secundum portionē supiorez auertendo se a deo. ergo xp̄us etiā secūdum portionem superiorez tristabatur. Alioqn nō rn̄debat pena satisfactoria ip̄i culpe. Tertio mō qꝛ hoc videt dicere Damascenus ca. 59. vbi dicit de xp̄o. Neqꝫ turbationem ⁊ tristitiā ondit sine aīa turbata neqꝫ orat ⁊ mestificatur siue intelligitur mestificata. Intelligitur ꝓ'ꝑncipalius ad portionē superiorē vꝫ pertinere. ¶ Ultimo contra illud ꝙ portio supior vt natura habuit tristicia quero quō. Aut formaliter ⁊ subiectiue aut obiectiue ⁊ vtroqꝫ mō habeo ꝓpositum qꝛ natura vt natura nō respicit obiectum vel actum seu passionē aliquā nisi mediāte potētia etiam scd̄m eos qꝛ nō est sibi īmediatū ꝑncipiū operationis vel passionis. Nam ꝓpter hoc ponūt potentias aīe esse accidētia. ergo ⁊c. Preterea etiā si dicatur ꝙ portio superior vt natura tristatur distīguendo naturam a rōne ⁊ potētia. Pari ratiōe dici pōt ꝙ intellectus vel sensus turbatur vel tristat isto modo ⁊ nō est ad propositum sicut patet.

Damasc.

Ad rōes .1. opi.

¶ Ad primū ergo ipsorum diceretur ꝙ portio supior nō solum respicit obiectuz eternū qd̄ est deus sed etiā extendendo ip̄am bene respicit obiectuz tꝑale ꝫm leges tn̄ ⁊ regulas eternas ⁊ in ordine ad obiectuz eternum ⁊ sic licet xp̄us nō habuerit tristiciā in portione superiore de obiecto fruibili eterno sed gaudiū tamē de aliquo alio eo mō quo dicetur īfra potuit tristari ꝫm portionē superiorē. ¶ Ad scd̄m qn̄ dicūt ꝙ ꝫm portionē superiorem gaudebat de sua passiōe ꝫm ꝙ portio ratio est qꝛ sciebat eam eē deo placitam ⁊ redēptionē generis hūani. Dico ꝙ verū est tamen ista ratio est ꝯtra primā qꝛ passio xp̄i nō fuit obiectū eternū ⁊ fruibile qd̄ est deus. Et tunc dico ꝙ nō tristabatur de sua passione accepta scd̄z easdem circūstātias ⁊ ꝫm eandem rōnem: sed bene poterat tristari de ip̄a occurrente vel accepta scd̄m aliam rōnem sicut dicetur infra. ¶ Ad tertiū dico ꝙ ꝫm portionem supiorem aīa xp̄i nō solum circa deum vacabat ⁊ supra sed poterat vacare ⁊ circa aliquid temporale scd̄m tn̄ leges eternas ⁊ sic tristari de sua passione. ¶ Ad hylariuz qui dicit ꝙ xp̄s nō plus doluit in sua passione ꝗ aer scissus vel lāceatus potest exponi sicut Magister exponit. Uerum est ꝙ nō doluit sicut aliȷ̄ dolent ⁊ nos dolemus qꝛ nō habuit pctm̄ in se qd̄ esset sibi causa dolēdi vꝫ tristicie licet vere doleret ⁊ etiā tristaretur. Uel aliter qꝛ doluit sic ꝙ dolor vel tristicia in eo absorberet vsum rōnis sicut ī nobis ⁊ aliȷ̄s de cōi lege. Nō enim tristicia minus absorbet vsum rōnis si sit vehemens ꝗ vehemēs delectatio cuiusmodi est delectatio venerea intensa. Nō enim minꝰ passionat qs per tristiciam vel dolorem ꝗ per gradū vel delectationem. Unde ⁊ aīalia bruta videmus retrahi a delectationibus ex timore mali vel doloris infligendi. Christus aūt licet maxime tristaretur ⁊ doleret in sua passione nō tamen ꝑdidit in aliquo vsum rationis ⁊ hoc dispēsatiue fuit factum priuilegio speciali ⁊ congruo ad opus nostre redemptionis.
Hec de secundo articulo principali.

¶ Quantum ad tertium articulum. Primo ostendā quid vocatur dolor ⁊ tristicia. Secūdo ostendam ꝙ xp̄us doluit vere scd̄m partem sensitiuam. Tertio ꝙ tristabatur vel poterat tristari secūdum portionez superiorē. Quarto ꝙ secundum inferiorem. Ultimo instabo ⁊ soluaz.

Modus quē tenꝫ auctor.

¶ Quantum ad primū dico ꝙ secūdum August. capitulo. 15. de ciuitate dei. Dolor in nobis vel in aliȷ̄s est offensio anime in carne ⁊ ex disconueniente carni causata. Unde ⁊ dolor ꝓprie dicitur passio sensibilis causata ī appetitu sensitiuo ex aliquo disconueniēti obiecto lesiuo sensus vel carnis. Ita ꝙ ad potentiam cognitiuam formaliter non pertinet sed ad appetitiuam sicut ꝓbaui in scd̄o. Sicut em̄ delectatio sensibilis causatur ex ꝯiunctiōe ꝯueniētis cum ꝯueniēte sensibilis scilicet ꝯuenientis cum potentia ꝯueniēti ⁊ naturaliter īclinata ad tale obiectum. Sic dolor ex cōiunctione discōuenientis ⁊ improportionati sensui siue sit conueniēs toti nature siue nō. Tristicia vero secūdum Augustinuz est passio causata in aīa ex hiȷ̄s rebus que nobis nolētibus accidūt ⁊ pertinet magis ad partem intellectiuam sicut velle vel nolle. Unde si volo aliquid ⁊ illud nō accidit pro quādo volo illud habeo tristiciam. Similiter si nollo aliquid ⁊ illud accidit pro quādo nolo illud similiter habeo tristitiā.

dolor qd

tristicia quid.

¶ Quātum ad secūdum dico ꝙ in xp̄us in sua passione benedicta habuit verum dolorem sensibilem in appetitu sensitiuo causatum ex offensione vel lesione carnis ⁊ disconueniēti scissione ⁊ diuisione eius. Hoc patet. Tum qꝛ habuit nobilissimam cōplexionez ⁊ viuacissimum tactum perceptiuum ꝯuenientis vel disconueniētis. Tum quia in ip̄o dispensatiue factum est ꝙ gloria anime in corpus non redundaret nec haberet corpus īpassibile sed passibile ⁊ mortale licet etiam dispensatiue fuerit factum ꝙ dolor ille sensibilis nō turbauerit vsum rationis licet eēt valde intensus multo fortius ꝗ factum fuerit ī aliquibus aliȷ̄s sanctis qui in tormentis vehementibus vsum rationis habuerūt assistente eis deo ꝫm specialem influentiam quia hoc nō potuit fieri per naturam propter colligātiam rōnis ⁊ appetitꝰ sensitiui patientis. Nam appetitus sensitiuus nō minus refugit nociua ꝗ prosequatur cōueniētia ⁊ ita non minus ratio naturaliter turbatur ex vehementi dolore sensibili ꝗ ex vehemēti delectatione sicut tactum est supra. Tū quia in passione xp̄i erat actiuum sufficiens doloris approximatum passiuo disposito nō impeditum. Puta disconueniēs approximatum cum perceptione eiusdez. Tum qꝛ passio Christi fuit satisfactoria pro peccato ⁊ delectatione carnali ipsius Ade. ⁊ ita in ea debuit esse dolor sensibilis sicut patet. Nec obstat ꝙ vna potētia intensa in sua operatione impedit aliam secundum Auicennam ⁊ secūdum experientiam ⁊ ita potentia intellectiua xp̄i fuisset impedita ex dolore intēso circa sensitiuam quod non est verum. Similiter etiam ꝙ aliquis raptus non sentit ea que fiunt circa corpus sicut patuit de Paulo qui nesciuit vtrū in corpore vel extra corpus fuisset raptus. Christꝰ autem erat maxime raptus in deum secūdum animam ⁊ beatificam visionē. Hec enim vera sunt naturaliter ⁊ de lege cōmuni. Aliter tn̄ factū in xp̄o dispensatiue ⁊ ordinatiōe speciali diuia circa xp̄m

ꝙ xp̄us doluit ꝫm ꝑtem sensitiuā

portio superior duplex.

sicut dictum est supra. ¶ Quātum ad tertiū dico ꝙ portio superior vno modo pōt accipi stricte: immo strictissime: ⁊ tunc accipitur solū in ordine vel habitudine ad obiectum fruibile ⁊ eternū quod est deus. Alio modo potest accipi nō ita stricte sed extendēdo ipsam ad obiectum tēporale vel creatum circa qd versari potest: tm̄ ꝺm regulas ⁊ leges eternas ⁊ in ordine ad deum vel habitudine aliqua.

¶ Primo modo accipiendo portionē superiorez intellectum ⁊ voluntatem prout pure et mere versantur circa obiectū eternū qd est deus Dico ꝙ sicut christus potuit vel nō potuit peccare ita nō potuit vel potuit habere tristiciam in superiori portione: qꝛ tristicia de tali obiecto nō est nisi vel quia voluntas odit bonū sibi inesse qd inest ipsa nolente vel quia vult sibi malū qd non inest ipsa volente et planū est ꝙ tale nolle vel velle peccata sunt. ¶ Dicendū ergo qd dictum est supra ꝙ christus absolute loquēdo sine aliqua cōtradictione potuit peccare sic dico ꝙ ꝺm portionē superiorem potuit habere tristiciam circa summū obiectū vel de ipso: quia potuit ipsum velle nō esse vel tm̄ bonū esse vel nolle ipsum esse ⁊ sic tristari. Sed quia stanter ordinatione diuina circa ipsum quā tenemus de ipso non potuit peccare. Dico ꝙ nec potuit tristari circa sūmū obiectum fruibile modis predictis ꝺm portionem superiorem acceptā modo predicto sed tm̄ letari ⁊ gaudere. ¶ Alio modo accipiendo portionē superiorem. Dico ꝙ potuit habere tristiciā etiā ꝺm portionē superiorem de aliquibus obiectis stāte leticia beatifice fruitionis nec in aliquo diminuta. Nam ꝺm regulas eternas diuine iusticie sicut portio superior tenet gaudere ⁊ letari de bono quo attingitur ipse deus mediate vel immediate. Puta de bono virtutis ⁊ glorie create sic tenet vel saltem potest tristari pro statu vie de malo auertente cuiusmodi est malum peccati quo dehonorat deus ⁊ sic dico ꝙ potuit tristari de sua passione prout ꝑ ipsam ⁊ in ipsa peccatores crucifigētes ipsum dehonorabāt eū vel deum contēnebāt: ⁊ similiter de fuga discipulorum ⁊ huiusmodi: ⁊ similiter de peccato Ade ⁊ humani generis pro quo dolēdo patiebatur sicut de negatiōe petri licet gauderet de sua passione prout erat deo accepta ad redēptionē generis humani intellectu sibi dictante hoc ꝺm rectā rationem. Nec est aliquod incōueniens ꝙ ꝺm vnā rationē passio christi fuerit volita a christo ⁊ gaudiosa ꝺm vero aliam rationē ⁊ circūstantiam fuerit nolita vel non volita ⁊ tristatiua ipsius. ¶ Qꝫ autē sic xp̄s habuerit tristiciam probabile videtur ⁊ hoc videtur dicere Ambrosius de trinitate ⁊ ponitur ī litera. Doles inquit dn̄e iesu ex miseria mea nō tua: qꝛ tu nō pro te sed pro me doles. ¶ Et hoc persuadere vidētur rationes adducte cōtra primā opinionē in tertio mēbro licet de necessitate nō cōcludāt ꝙ ita fuerit de facto. Potest em̄ dici ad primā ꝙ licet xp̄s meretur ꝺm portionē superiorē: nō tm̄ oportuit ꝙ haberet in eā tristiciam: sed ꝙ tristiciā portionis inferioris acceptaret volūtarie. Unde passione nō meremur sed acceptatione passiōis magis propter deum. ¶ Ad secūdam etiam diceretur ꝙ licet Adam peccauerit vel demeruit secūdum portionē superiorem auertēdo se a deo nō tm̄ oportuit xp̄m tristari ꝺm illam sed magis mereri: vt predictum est vel aliter qꝛ non oportet ꝙ si aliquis magnus satisfaciat pro aliquo paupere ꝙ pari pena puniatur sicut ille pauper ⁊ miser puniret quia modicū opus ⁊ alterius rationis sufficit in illo magno puta in rege qd non sufficeret in paupere. Sic in ꝓposito licet Adam debuisset satisfecisse ꝺm portionē superiorem pro peccato suo ⁊ tristari ꝺm ipsam tñ non oportuit hoc de rege xp̄o satisfaciente pro Adam sed suffecit ꝙ ꝺm portionē inferiorem vel ꝺm appetitum sensitiuum. ¶ Ad Damasce. dico ꝙ non solum intelligētia ad portionez superiorem pertinet sed ad inferiorē sicut et voluntas. Uel dic ꝙ de facto cōcludit Christū fuisse tristatum etiā ꝺm portionē superiorem licet non fuerit necesse ad satisfactionē ita esse sed magꝭ ad ostēsionem dignātissime caritatis qua voluit deus animam suā totam repleri malo tristicie ꝺm quālibet portionē ⁊ ꝺm appetitum sensitiuum. Juxta illud psalmi. Repleta est malis anima mea ⁊ multa loca vel dicta alia scripture que hoc videntur sonare.

ꝙ xp̄s potuit tristari ꝺm por. supi. in passione sua.

Ambro.

ad rōnes 3.1. opi.

Ad Damasce.

¶ Scotus in sua ordinatiōe dicit de ista questione recolligendo breuiter ea que dicit ibi valde prolixe primo ꝙ tristicia potest contingere ex his q̄ nolumus quadrupliciter. Uno modo cum euenit aliquid qd est cōtra voluntatem vt natura quedā ita ꝙ nō est illud actu nolitū: sed quasi naturaliter. Scdo modo ex hoc ꝙ prouenit aliquid qd est contra voluntatem vt colligatur appetitui sensitiuo inferiori et est discōueniens sibi. Tertio modo ex hoc ꝙ prouenit aliquid vel euenit quod est actualiter nolitum actu elicito a volūtate. ¶ Quarto modo ex hoc ꝙ euenit aliqd quod est habitu nolitū vel nolitū cōditionate volitū tñ actu ⁊ simpl'r sicut proiicere merces in mari in periculo tampestatis quod est actualiter volitum efficaciter. quādo proiiciens proycit lꝫ secundum quid sit nolitum vel habitualiter vel conditionate quia si posset euadere nolet proiicere ¶ Secundo dicit ꝙ voluntas in communi non distinguendo eam per portiones potest tristari ⁊ tristabatur in christo duobus primis modis ex afflictione carnis ⁊ passione que erat ⁊ contra modum suppositi christi ⁊ contra conuenientiam appetitꝰ sensitiui diligebat enim voluntas suppositum christi amore amicitie ⁊ non minus tristabatur ex carne de malo passionis sue ꝙ̄ aliquis de malo incommodi tristetur. ¶ Tertio dicit ꝙ portio superior stricte accepta prout tantum vacat circa obiectum eternum quod est deus non tristabatur quia talis tristitia non esset in ea nec sequeret nisi ad nolle deum in se vel aliquam perfectionem eius sibi inesse quod non conuenit voluntati recte ymmo nec forte voluntati damnatorum ꝙ̄tumcunqꝫ sint maliuolunt deum nō esse absolute vel nō esse iustum: licet nolint penā illam quā habent. ¶ Quarto dicit ꝙ accipiendo portionē superiorem prout se extendit ad alia obiecta temporalia vel creata ꝺm tñ regulas eternas ⁊ diuinas ⁊ est tristabilis nō ex carne. Ad tria genera obiectorum potest ꝯparari ex quibus posset tristari scꝫ ad carētiam fruitionis beatifice ⁊ de illa nō habuit tristiciam: qꝛ fruitione beatifica nunꝙ̄ caruit. Secūdo ad peccata vel demerita. Tertio ad mala penalia: sicut em̄ scdm leges eternas debet primo velle inter obiecta creata beatitudinē creatam vel fruitionem beatificam suam Secundo autem gratiam ⁊ virtutes ⁊ tertio bona

Opinio Scoti.

nota hec omnia.

corporis ad bonam cõsistentiam sic potest intelli-
gi tristari de oppositis istorum predictis si contin
gant. De primo autem sicut iam dictũ est non fuit
tristata. De secũdo etiã q̃tum ad peccata sua que
essent in ipsa nõ fuit tristata: qꝛ nullum peccatũ ha
buit sed de peccatis aliorum scꝫ scandalo discipu-
lorum ⁊ malicia iudeorum persequẽtium ⁊ crude-
litate crucifigẽtium ⁊ trãsgressione primorũ parẽ-
tum peccãtium fuit tristata qꝛ in omnibus his de-
honorabãt isti deum ⁊ tristicia talis secuta est nol
le in actu ⁊ simpliciter ⁊ displicẽtiam talium pecca
torum. Et similiter dicẽdũ est de portione inferio-
re suo modo qꝛ erat recta ⁊ cõformis superiori por
tioni in hoc ꝙ omnia ista sibi displicebant ⁊ super
his tristabaṫ. Nec q̃tum ad ista obiecta distinguẽ
dum est de portione inferiori ⁊ superiori. Sed q̃-
tum cd tertium scꝫ q̃tum ad malum penale passio
De malo pẽali passionis. nis aliter est dicẽdũ. ¶ Dicit ergo ꝙ respectu ma
li penalis puta passionis xp̄i aliter est dicẽdum q̃
tum ad aliquid de portione superiori et inferiori.
Nam portio superior tristabatur de passione chri-
sti tristicia sequẽte euẽtum alicuius contra volũta
tem vt natura: qꝛ portio superior seu volũtas vt ꝑ
tinẽs ad portionem superiorem vt natura inclina-
batur in bonũ persone ⁊ in ordine ad obiectũ eter-
num etiã affectione cõmodi ⁊ per consequẽs vt na
tura nolebat incõmodum passionis et tristabatur
de euẽtu eiꝰ. Ex quo videtur sequi ꝙ obiectũ eter-
num non solum est summũ cõmodum amãdum af-
fectione iusti sed etiã summum cõmodum amandũ
affectione commodi ⁊ dicit ꝙ iste modus tristandi
proprius est voluntati vt portio superior qꝛ vt na-
tura est sibi conuenit appetere omnia in ordine ad
obiectum eternũ ⁊ sic ad portionẽ superiorem per-
tinet. Sic ergo portio superior vt natura de passio
ne tristabatur. Ad tristitiam eñ sufficit ꝙ aliquid
nolitum naturaliter vel cõtra inclinationẽ natura
lem eueniat. ¶ Secundo dicit ꝙ voluntas vt por
tio superior ⁊ libera nõ tristabatur de passione tri
sticia consequente nolle actuale respectu passionis
vel displicẽtiam actualem respectu passionis: quia
non habuit elicitum nolle ⁊ displicẽtiam passionis
sed magis habuit velle ⁊ complacẽtiam passionis
conformãdo se diuine voluntati volendo passionẽ
vt redẽptiuã generis humani ⁊ satisfactiuã respe-
ctu dei referendo in finẽ vltimum ⁊ obiectum eter
num sicut etiã rati o superior pro tunc nõ potuit iu
dicare passionẽ non esse volendã in ordine ad finẽ
talem ⁊ obiectum eternũ vnde sumitur principiuꝫ
practicum sui iudiciȷ̃. ¶ Tertio dicit ꝙ portio su-
perior vel volũtas vt pertinẽs ad eam tristabatur
de passione eueniente cõtra nolitionẽ liberam ha-
bitualem in quã prorũpisset voluntas nolẽdo talẽ
passionẽ nisi aliquid obstitisset vel si aliquid nõ po
situm: positum fuisset. Puta si diuina voluntas ali
ter ordinasset redimere genꝰ humanũ aliter q̃ per
taleꝫ passionẽ vel si homo deum nõ offendisset: tũc
enim volũtas noluisset passionẽ ⁊ sic euenit passio
contra nolitionẽ habitualem: ⁊ hoc sufficit ad tri-
sticiã. Ponit exemplũ de forti ⁊ est August. 13. de
trinitate ca. 7. Dicit eñ Augustinꝰ ꝙ licet fortis
August. iustus velit pati quicquid aduersitatis cõtingit tñ
tristis sustinet: qꝛ nollet sustinere si posset bono mo
do ⁊ q̃tum in ipso esset. Similiter etiã aliud exem
3. ethico. plum philosophi. 3. ethicorũ de forti qui cum tristi

cia exponit se periculo: quia licet velit hoc nollet tñ
si aliter bonum commune saluari posset. Similiter
etiam est aliud exemplum de proijciente merces in
mari pro tẽpestate licet eñ efficaciter ⁊ simpliciter
velit proijcere quia alias nunq̃ proijceret: sed po-
tius se periclitari permitteret tñ cũ tristicia proij-
cit: quia nollet proijcere si aliter saluari posset vel
si tẽpestas cessaret ⁊ ita habet nolle ⁊ habituale et
cõditionatũ respectu proiectionis ⁊ tale nolle suf-
ficit ad tristiciam sicut patet. ¶ De portione infe- De portione inferiori.
riori dicit quarto ꝙ portio inferior seu volũtas ꝓ
quãto pertinet ad eam ꝙ ipsa tristabatur de passio
ne tristicia sequente euẽtum alicuius contra volun
tatem vt cõnexa est ⁊ colligata appetitui sensitiuo
et cõpassiua sibi sed ista tristitia videtur prouenire
ex carne. Dicit autem ꝙ ista tristicia non conuenit
voluntati vt natura est pertinẽs ad superiorẽ por-
tionem. Sic eñ non respicit appetitum sensitiuum
cui cõpatiatur sed habet obiecta sibi propria q̄ re-
spiciũtur ab appetitu sensitiuo sed inferior portio
isto modo de passione tristabatur. ¶ Quinto di-
cit ꝙ portio inferior seu voluntatis vt pertinẽs ad
ipsam non tristabatur de passione tristicia aliqua
cõsequente aliquod nolle elicitum respectu passio-
nis. Non enim habebat tale nolle actu elicituꝫ de
passione sicut nec portio superior. Qd̄ probat. Tũ
quia portio superior et inferior sunt vna ⁊ eadẽ po
tentia ẜm August. 3. de trini. ⁊ ita nõ habẽt actus 3. de tri.
oppositos volendi ⁊ nolendi respectu eiusdẽ obie-
cti passionis: precipue quia vnus ponitur in sum-
mo scꝫ actus volendi in superiori portione ⁊ ꝑ con
sequẽs excludit reliquum oppositum. Tum qꝛ por
tio inferior ẜm rationẽ suam nõ potuit iudicare ex
principio suo passionẽ esse nolendam: qꝛ principiũ
eius est cõclusio principiȷ̃ pertinẽtis ad portionem
superiorem sicut ⁊ finis sub fine a quo accipiṫ prin
cipium portionis inferioris ordinatur ⁊ dependet
ex fine principali ⁊ primo a quo accipiṫ principiuꝫ
practicum portionis superioris ⁊ tñ ẜm principiũ
portionis superioris iudicabatur volenda. Tuꝫ qꝛ
siue principiũ portionis inferioris sit cõclusio prin
cipiȷ̃ portionis superioris siue non sed sit proposi-
tio immediata subordinata tñ ⁊ posterior prĩcipio
portionis superioris planum est ꝙ opposita demõ
strari non possunt nec dictari ẜm rationẽ eectã sed
alterũ sophistice concluditur. Cum igitur ratio su
perior xp̄i demonstraret passionem esse volendam
⁊ nõ nolendam actu elicito qꝛ fuit vera ratio nõ er
rãs per sophisma. Unde ⁊ ẜm portionẽ superioreꝫ
christus eam volebat nõ est possibile ꝙ portio infe
rior iudicaret ratione recta eã esse nolendã. Tum
quia ratio iudicãs de actibus virtutum politicarũ
est ratio inferior ⁊ tñ iudicat mortem esse volendã
propter bonum cõmune. Patet in forti ergo simi-
liter in proposito portio inferior de passione Chri
sti. Unde ⁊ voluntas pertinẽs ad portionẽ inferio
rem eam volebat. Ita ꝙ ⁊ volebat mortẽ ⁊ sustine
re eã. Non eñ est intelligibile ꝙ aliquis nolit mor
tem ⁊ velit sustinere mortẽ: quia sine morte non po
test sustinere mortem: immo ipsa includitur in illo.
¶ Ad hoc videtur auctoritas Augustini super il August.
lud. Clamaui ⁊ nõ exaudiet miles coronandus nõ
timet scꝫ paulus et dubius timet coronaturus scꝫ
christus quasi dicit Augustinus nõ timet quasi de
aliquo nolito actualiter sicut nec miles. Similiter

Hiero.

ad idē adducit Magistrū q̄ in lr̄a adducit Hiero=
nymū ꝙ non fuit in christo timor passio sed ꝓpas=
sio: qr non fuit in eo quasi de aliquo nolito. Sed nō
videtur intētio Magistri ī litera si inspiciaᵗ expo=
sitio sua. Et sic videtur ꝙ portio inferior voluerit
passionē sicut ⁊ superior ⁊ non noluerit eā actu eli
cito. ¶ Si autē dicatur ꝙ immo noluit eam: quia
portio inferior considerat passionez sine ordine ad
finē vltimum ⁊ illo ordine circūscripto nō est voli
bilis: immo nolibilis ⁊ ita nō habet velle respectu
eius sed potius nolle. ¶ Respondet primo ꝙ hoc
non cōcludit si aliquid cōcludit nisi ꝙ nō habet vel
le sed non cōcludit de nolle ꝙ nolit ipsam et ita nō
habetur propositum: qr non velle nō cōcludit nol=
le. Si em̄ propter defectum vnius circūstantie per
tinētis ad rationē superiorem quā non attendit in
ferior iudicaret rite ratio inferior aliquid esse nolē
dum: ⁊ per consequēs malum nunq̄ posset circun=
stantionari sic vt esset volendū: qđ enim est malum
⁊ determinate nolendū non potest per aliud deter=
minari ad hoc vt sit volibile vel volēdū ⁊ ita ratio
inferior hoc supposito nō debet iudicare illud esse
nolendū sed quasi neutrū nondū volibile donec per
aliam circūstantiam determineᵗ ⁊ ita non cōcludi=
tur ꝙ portio inferior nolit passionē nec aliqua tri=
sticia ex tali nolitione. ¶ Scđo respōdet ꝙ immo
videtur ꝙ portio inferior attēdat passionem in or=
dine ad finē vltimuz aliquo modo. Alioquin ratio
inferior practica nō posset dirigi per principia su=
perioris sumpta a fine vniuersaliore: qr dirigi per
illa est considerare finē a quo sumuntur illa princi=
pia qđ est falsuz. Sicut quia fortis potest dirigi in
prudentia sua ex consideratione felicitatis que est
finis superior ⁊ vniuersalior ⁊ sic adhuc portio in=
ferior potest velle passionez ẜm iudicium rationis
inferioris ꝑfecte ostendētis ⁊ directe per rationes
superiorem quare non solū nō habet nolle sed etiaz
habet velle.

¶ Sed quicquid sit de hoc ratiōes p̄=
misse pro Scoto nō
concludūt nisi ꝙ portio inferior nō habuit nolle de
passione Christi accepta ẜm eandem rationē quaz
fuit volita a superiore portione si tn̄ hoc cōcludūt.
¶ Sexto ⁊ vltimo dicit ꝙ portio inferior tristaba
tur de passione tristicia consequēte nolle habitua=
le vel cōditionatum sicut ⁊ portio superior suo mo
do. Et ad hoc possunt adduci exempla supradicta
Augustini et Philosophi et magis proprie q̄ de
superiori portione.

xp̄us an habuerit tristiciaz ẜm por=tionē īferiorem.

¶ Quantum ad quartum de
portione inferiori. An Christus ẜm ipsam habue
rit tristiciā ī sua passione. Dico breuiter ꝙ sic mul
tofortius ⁊ non minus q̄ ẜm superiorem portionē
Tristicia enim est de his que nobis nolentibus ꝙ
accidant accidunt vel de his que nobis volētibus
accidere non accidūt. Christus autem ẜm portio=
nem inferiorem rationis que dicitur intellectus et
voluntas prout versantur circa obiectum tēpora=
le ⁊ ẜm leges ⁊ regulas tēporales vel a rebus tem
poralibus acceptas ẜm rationē naturalem potuit
nō velle suam passionē absolute acceptaz vt passio
est ⁊ afflictio quedam licet vellet eam circūstantio
natam circūstantijs aliquibus in ipsa concurrēti=
bus prout videlicet ordinabatur in bonum cōmu=
ne generis humani/sicut fortis eligit mori pro bo=
no cōmuni non tn̄ absolute ⁊ quacūq; de causa eli=
git mori: immo absolute non vult mori: ⁊ ideo etiā
tristatur de morte: qr ergo Christus noluit passio=
nem suā sic absolute acceptā vel potuit nolle: ideo
potuit tristari de ea ẜm īferiorē portionē sicut etiā
fortis de morte tristatur vno modo licet ipsam eli=
gat alio modo ⁊ sic nolendo passionē non peccauit
quia nō fuit discors sua voluntas a voluntate dei
sed voluntas dei fuit christum suam passionē nolle
vel non velle isto modo. Si em̄ absolute debuisset
sic velle pati tunc pari ratione debuisset hoc velle
dato ꝙ Adam non peccasset qđ non videtur eē ve
rum. Hoc etiam patet ⁊ est quasi idem qr licet vel=
let suam passionē volūtate circūstantionata ⁊ sub
conditione circūstantiarum concurrētium non ta=
men simpliciter ⁊ voluntate absoluta ⁊ dico ꝙ cuz
tali voluntate de volito stat tristicia de ipso si con
tingat sicut mercator ī mari vult proijcere merces
in mari non absolute sed ne periclitetur ⁊ cū tristi
cia proijcit merces in mari vt patet. Aliud exēplū
Sicut aliquis potest mereri vel demereri volunta
te conditionata. Puta volendo distribuere pecu=
niam pauperibus si haberet vel volendo fornicari
si posset. Ita potest dici in proposito de tristari.

Exēplū August.

¶ Ad hoc est exempluz Augustini. 12. de ciui. de
passione martirū. Nam licet martir ante velit pas
sionē pati q̄ xp̄m negare absolute tn̄ non vult pas
sionem ⁊ ideo tristari potest ⁊ tristatur de passione
Unde dicit Augustinus ꝙ licet iustus paratus sit
quicq̄d aduersitatis fuerit sustinere mauult tn̄ ad=
uersitatem sibi nō inesse ⁊ tristatur vel tristari po=
test de aduersitate cōtingente. Hoc idem dicit phi
losophus. 3. ethicorum ꝙ licet fortis et virtuosus
velit mori pro bono cōmuni: dolet tn̄ et tristatur si
moriatur: quia virtutes quas habet ꝑdit. ¶ Ter=
tio etiam hoc patet ꝙ Christus potuit habere tri=
sticiam: quia naturaliter etiam ẜm portionem infe
riorem volebat viuere vel nolebat mori ẜm incli=
nationē naturalem voluntatis ad viuere ⁊ esse an=
te omnez actum elicitum ipsius voluntatis ⁊ talis
inclinatio naturalis ad viuere ⁊ esse sufficit ẜm ali
quos ad tristari de morte contingente. Et in alijs
que sunt volita naturaliter affectione commodi vt
beatitudo cuius oppositum nō est sine tristicia: ita
etiam de morte. ¶ Ultimo hoc potest declarari qr
passio ⁊ acerbitas mortis ex colligātia portionis
inferioris ad appetitum sensitiuum in quo erat do
lor vehemens vel etiam ex ratione apprehendētie
potuit apprehendi ab intellectu ⁊ sic voluntati p̄=
sentari ante omnē actum deliberatiuum volunta=
tis circa ipsam ⁊ sic voluntas potuit habere primū
motum nolitionis surrepticie circa ipsam vt talez
et ita potuit esse nolita ab ipso: ⁊ per consequēs cō
tristās vt videtur. ¶ Et ita videtur probabiliter
posse dici saltem ẜm duos vel tres modos qr quar
tus magis est dubius christus potuit tristari ī sua
passione ⁊ ex ipsa ẜm portionem inferiorem ⁊ non
solum ex sua passione: sed etiam ex multis caussis
alijs vt videtur.

Epilogatio predictorum.

Instātie circa predicta.

¶ Quantum ad quintum in
statur cōtra ista: quia impossibile est ꝙ eadem po=
tētia simul gaudeat ⁊ tristetur de eodem obiecto.
Sed portio superior et inferior q̄tum ad volunta

tem sunt vna ⁊ eadem potẽtia: vt dictũ est in scđo et portio superior gaudebat de passione xp̄i igitur portio inferior de eadẽ non poterat contristari. Similiter etiã portio inferior poterat gaudere ⁊ gaudebat de passione. Sicut ⁊ voluntas virtuosi gaudet mori pro bono cõmuni: ergo nõ tristabatur de hoc. ¶ Tertio quia sicut dictũ est portio superior tristabatur de passione Christi nõ ergo portio inferior. Tunc eñ in eadem potẽtia fuissent due tristicie eiusdem rationis: ꝫ quia eiusdem potentie et eiusdem obiecti quod non videtur possibile.

Solutio ¶ Ad primum istorum dico ꝙ quicquid sit đ tristicia ⁊ gaudio circa idem obiectum ẜm eandẽ formalez rationẽ acceptum ꝙ nõ est impossibile eandem potẽtiam simul tristari ⁊ gaudere de eodẽ obiecto ẜm diuersas rõnes. Sicut cõtingere potest ꝙ aliquis gaudet de hoc ꝙ est abbas pro tãto: q2 est domin⁹ ⁊ ẜm aliam rationẽ dolet videlicet q2 est monacus Sic dico de passione xp̄i ẜm ꝙ patet ex predictis: quia eadem potẽtia potest de ipsa simul gaudere ⁊ tristari. ¶ Ad secundũ dico ꝙ non est incõueniẽs portionẽ eandẽ inferiorem gaudere de passiõe xp̄i pro fine sub fine scilicet propter bonũ generis humani ⁊ tristari ẜm aliam rationẽ ẜm illos quatuor modos predictos. ¶ Ad tertium dico ꝙ nõ est tristicia eiusdem rationis de passione Christi in portione superiore ⁊ inferiore: quia est de eodem obiecto materialiter tantum non formaliter sed ẜm diuersas rationes sicut etiam gaudere vel letari non sunt eiusdem rationis in ambabus: quia sunt propter diuersos fines. Una vero ẜm finẽ immediatũ increatũ ⁊ alia ẜm finẽ sub fine tanq̄ꝫ propter finẽ immediatũ quare ⁊c̃. Et dato ꝙ eẽnt eiusdẽ rationis ex hoc tñ non est impossibile esse ipsas simul in eadẽ potẽtia vel subiecto sicut dictũ est supra pluries de pluribus formis eiusdẽ ratiõis. ¶ Aduertẽdum tamẽ ꝙ tristicia in Christo dicitur a doctoribus propassio non passio: q2 licet esset in Christo ⁊ multum vehemens: non tamen subuertit in ipso nec minuit iudicium rationis sicut dicit Magister in litera. Et hoc de tertio principali.

ad argumẽta p̄ncipalia đ cõtrarijs ¶ Ad primũ principale argumentum de contrarijs dicitur primo modo ꝙ tristicia ⁊ gaudium ẜm totum genus suum non sunt cõtraria sed solum quando sunt de eodem obiecto secundum eandem rationem formalem. Modo gaudium Christi vel leticia de obiecto beatifico et tristicia de sua passione nõ sunt de eodem obiecto vt patet: quare ⁊c̃. Et ista solutio est bona. ¶ Tamẽ aliter respondetur dato ꝙ tristicia ⁊ gaudium essent contraria secundum totum genus suum dicendo ad maiorem ꝙ aliqua sunt cõtraria que sunt absoluta sic ꝙ ad aliquod extrinsecũ essentialiter non dependent sed tantum ad subiectum dependent: licet non essentialiter sicut albedo ⁊ nigredo frigus

ꝯria duplicia. et calor ⁊ talia contraria incompossibilia sunt circa idem subiectum. Alia sunt contraria que essentialiter dependent ad aliquid aliud a subiecto. puta ad obiectum sicut scientia ⁊ ignorantia gaudiũ et tristicia et talia licet sint ꝯtraria: si tamen sint ad diuersa essentialiter dicta compossibilia sunt in eodem subiecto sicut in eodem subiecto potest simul esse scientia hominis ⁊ ignorantia lapidis gaudiũ de vno ⁊ tristicia de alio sic est ĩ proposito. ¶ Ista solutio est falsa. Primo quia negat talia cõtraria cuiusmodi sunt albedo ⁊ nigredo posse simul stare in eodem subiecto cuius oppositũ dictum est in primo articulo questionis. Secũdo quia dicit ꝙ scientia ⁊ gaudium vel tristicia essentialiter referuntur ad obiectũ: quia hoc est falsum vniuersaliter loquẽdo. Non est enim vniuersaliter verum sicut probatum est in questione precedente in primo articulo. Ista eñ accidentaliter referuntur ad q̄cunq̄ꝫ obiecta creata sicut dictum est ibi ⁊ sunt qualitates absolute. Tertio quia non video quare dato ꝙ sic essentialiter referuntur: ⁊ tamen essent cõtraria quare plus essent compossibilia q̄ꝫ alia contraria. Nã si est incompossibilitas in contrarijs hoc est per illa per que formaliter conuenit eis contrarietas: et hoc est per suas naturas absolutas ita ꝙ respect⁹ illi nichil faciunt ad propositum vt videtur. ¶ Et ideo dico vltra dato ꝙ ista essent cõtraria ⁊ sint talia qualia albedo ⁊ nigredo adhuc possẽt simul stare in suis excellentijs saltem virtute diuina non tamen dico ꝙ sint cõtraria sed sicut dictum est in prima solutione. Non enim opponũtur ⁊ sunt incompossibilia sicut beatitudo ⁊ miseria: q2 miseria formaliter est priuatio beatitudinis sicut patet: ⁊ ideo opponuntur priuatiue non sic illa. ¶ Ad secundũ patet per predicta nisi ꝙ ad confirmationẽ Aristotelis dico ꝙ vehemens delectatio excludit de lege cõmuni tristiciã sed aliter prouisum est circa xp̄m de lege speciali quã Aristoteles ignorauit. ¶ Ad tertiũ de ip̄a impassibilitate dico ꝙ impassibilitas in corpore priuat quãlibet passionẽ abiectiuã. Sꝫ fruitio beata vel delectatio cõsequẽs non excludit quãcunq̄ꝫ tristiciã: immo forte nec aliquã. Non est enim negatio sicut impassibilitas vel si excludit aliquã hoc non est verũ nisi de tristicia cõsequẽte vel cõcomitãte carẽtiam vel negationẽ talis fruitiõis ⁊ tristicia de passione xp̄i non erat talis in portione superiori. Aliter dicitur ab vno nec curo modo ꝙ delectatio bene excludit necessario tristiciam sibi oppositam. Puta tristiciam de eodẽ obiecto: et ista nõ est talis. ¶ Ad quartum đ2 primo ꝙ nõ est impossibile virtute diuina ꝙ cor dilatetur scđm leticiaz ⁊ scđm tristiciam sicut fuit dispẽsatiue factũ in xp̄o: sicut etiã possibile est idẽ corpus esse in pluribus locis. ¶ Aliter đ2 ꝙ cor non sic dilatatur nisi scđm leticiam appetitus sensitiui que non erat in xp̄o sed solum tristicia: ⁊ ideo solum constringebatur ⁊ nõ dilatabatur. Aliter dicitur ꝙ de⁹ potuit facere ꝙ inesset q̄cũq̄ꝫ tristicia vel leticia corde vniformiter manẽte licet nõ possit hoc natura: iõ ⁊c̃.

¶ Distinctionis Decimesexte. Questio Unica.

CIrca istam distinctionem quero vtrũ Christus habuit necessitatem moriẽdi. ¶ Uidetur ꝙ non: q2 necessitas moriendi inducta est per peccatum ⁊ in penaz peccati. Uñ ⁊ Genesis. 2. đ2. In quacũq̄ꝫ die comederis morte morieris. Et Ro. 8. ꝙ corpus mortuum est p̄pter peccatum ⁊ ꝙ stipendia peccati mors. Sed in christo Gene. 2. Ro. 8.

non fuit peccatum:ergo in Christo non fuit necessitas moriendi. ¶ Secũdo sic. In illo non est necessitas moriẽdi in cuius potestate est mori vel nõ mori. Sed in potestate christi fuit mori vel non mori.
Jo.10. Tum qꝛ hoc ipse dicit Jo.10. Ego põno aĩaꝫ meã ꝛ nullus tollit eã a me sed a meipso pono eã. Et ibidem dicit ꝙ hoc mandatũ accepit a patre. Et planum est ꝙ nõ inq̃tum deus sed inq̃tuꝫ homo. Tũ quia cũ moriebatur vocẽ magnã et clamorem validum emisit ꝛ hoc non videtur nisi fuisset in sua volũtate mori vel potestate. Alij vero in quorum potestate nõ est hoc hora mortis nõ possunt sic clamare: g̃ ꝛc. ¶ Tertio sic. In illo nõ est necessitas moriendi cuius anima habuit plenũ dominiũ sup corpus ad continẽdum ipsuꝫ. Sed anima xp̃i habuit plenũ dominium super corpus: qꝛ aĩa xp̃i erat omnipotẽs sicut ꝛ omnisciens vt videtur: ergo ꝛc.

¶ Contra christus fuit vniuoce homo nobiscũ q̃tum ad humanã naturã Similiter etiã assumpsit penalitates nostras. Sed in nobis est necessitas moriendi: g̃ ꝛc.

¶ In ista questiõe sic ꝓcedã.

¶ Primo inquiram. Utrum in Christo fuerit necessitas moriendi. ¶ Secundo vtrum in potestate eius fuerit mori vel nõ mori inflicta sibi passione ꝛ doloribus quos sustinuit. ¶ Tertio vtrũ mors ei⁹ fuerit naturalis vel violẽta vel voluntaria. ¶ Ultimo ad rationes principales.

an in xp̃o fuerit necessitas moriẽdi.

¶ Quantum ad primuꝫ dico primo ꝙ corpus xp̃i cum nõ esset gloriosum nec redundaret gloria nature in ipsum ꝺm diuinã dispensationem ꝛ hoc miraculose ꝺm aliquos: qꝛ de lege cõmuni ſ anima est beata corpus etiã coniunctum sibi est beatum. Corpus xp̃i fuit simpliciter corruptibile ꝛ mortale ꝛ passibile. Ita ꝙ xp̃s ꝺm ꝙ homo potuit mori ꝛ pati ꝛ corrumpi sicut etiã alij homines in puris naturalibus relicti sicut etiã Adaꝫ in statu innocẽtie vt dictũ est in.2.ꝛ probatum ibi. Nec repeto. ¶ Secũdo dico ꝙ sicut Adam tandẽ mortuus fuisset ꝛ cõsumptus etiam durante statu innocẽtie nisi fuisset preuẽtus per translationeꝫ ad gloriam ꝛ immortalitatẽ. Sic etiam xp̃s dato etiã ꝙ necessitatem moriendi vt penalitatẽ non assumpsisset sicut etiam probatũ est ꝛ declaratũ de Adã in scd̃o. ¶ Tertio dico ꝙ multoforti⁹ mortu⁹ fuisset ꝛ consumptus assumpta necessitate moriendi si violẽter occisus nõ fuisset ꝺm Augustinũ de baptismo paruulorũ vbi hoc dicit expresse lib.2. prope finem. ¶ Quarto dico ꝙ qꝛ xp̃s non habuit peccatum nec fuit propagatus ab Adam naturaliter radice peccati ꝛ mortis nõ habuit necessitatẽ moriendi sicut Adam ꝛ tota posteritas sua sicut penã inflictã sibi pro demerito suo vel aliquo peccato parentis cuius ipse esset particeps sed habuit necessitatẽ moriendi voluntarie ꝛ liberaliter assumptam vt pro peccato Ade satisfaceret in corpore passibili et mortali ita ꝙ sicut Ade inflicta est necessitas moriendi vellet nollet ita xp̃s assumpsit talem necessitatẽ moriendi. ¶ In ipso ergo fuit necessitas moriendi nõ inflicta sed assumpta. Ista que dicuntur hic de Adam in statu innocẽtie nõ videnꝫ con-
August. cordare August. Nã primo libro de baptismo paruulorũ prope principium dicit ꝙ Adam in statu innocentie per esum ligni vite nunq̃ senuisset ꝛ pari ratione nec mortuus fuisset. Hoc etiã videtur velle.12.de ciui.c.20. Sed forte potest exponi: qꝛ de⁹ preseruasset eũ consequẽter ad esum ligni vite nõ ex virtute ligni vite nec ipsum sue innocẽtie relinquẽdo. Hec de primo articulo questionis.

¶ Quãtum ad secũdum articulũ. An scꝫ in potestate xp̃i fuerit mori vel nõ mori. ¶ Dico primo ꝙ in potestate xp̃i inq̃tum verbũ vel deus fuit mori vel nõ mori etiã inflictis sibi doloribus passionis ad mortẽ disponẽtibus ꝛ hoc siue aĩa potuerit stare in corpore cũ talib⁹ indispositionibus siue non. Si sic patet ꝙ in potestate ei⁹ fuit hoc. Si nõ patet ꝙ adhuc fuit in potestate ei⁹ quia potuit in instãti dispositiones cõgruas corporis reparare ꝛ sic nõ oportuit animã separari sꝫ potuit remanere. ¶ Secũdo dico ꝙ in potestate eius inq̃tum homo nõ fuit hoc scꝫ nõ mori inflicta passione: immo etiã nec mori vel nõ mori absolute sine passione afflicta. Nam in potestate alicuius agentis creati non est hoc quin actiuum naturale totale approximatuꝫ passiuo disposito nõ impedito id est cũ omnibus ad actionẽ requisitis agat in tale passiuum. Hoc enim inditum est agentibus et passiuis naturalibus etiam ex prima conditione ꝛ institutione rerũ: ꝛ ideo oppositũ fieri non potest nisi a cõditore rerũ primario puta a deo. ¶ Cum g̃ sufficiẽter fuerint approximata actiua passiuis nõ fuit in potestate xp̃i sic impedire effectũ mortis siue inflicta passione siue nõ: sed per actionẽ ꝛ passionem mutuam partium intrinsecarũ corporis ꝛ modis illis qui dicti sunt de corpore Ade in scd̃o.

an fuerit in ptãte xp̃i mori vl nõ ꝛc.

¶ Sed contra istud istatur qꝛ si nõ fuit in potestate Christi mori ĩ sua passione igitur necessarium fuit simpliciter ipsum mori: ꝛ per consequẽs in hoc aliquid nõ meruit nec sibi nec nobis. ¶ Dico q̃tum ad hoc ꝙ voluntas potest mereri circa aliquod obiectũ qđ non est in potestate sua volẽdo ipsum sicut volẽdo deũ esse iustum ꝛ bonum ꝛ similiter voluntas humana xp̃i acceptando mortem ipsius licet nõ esset in sua potestate. Hec de secundo articulo. obiectiõ.

¶ Quãtum ad tertium articuluꝫ. Dico primo ꝙ mors xp̃i fuit voluntaria per cõparationem ad voluntatẽ Christi: qꝛ ipsam voluit ꝛ ipsa ei placuit eo modo quo dictũ est in precẽdenti questione: ꝛ ideo fuit sibi meritoria ꝛ nobis. ¶ Secũdo dico ꝙ fuit violẽta aliquo modo: quia fuit accelerata ꝛ inducta per passiones ab extrinseco illatas nature discõuenientes ꝛ pro tãto potest dici violenta ꝛ dico ꝙ in aliquo sic violento bñ cõsistit meritum in sustinẽte: dum tñ sit voluntarium id est voluntarie acceptatũ licet sit violentũ ꝛ contra inclinationẽ nature ꝛ ab extrinseco vt p̃dictuꝫ est. ¶ Tertio dico ꝙ fuit naturalis aliquo modo pro tãto: qꝛ naturale est animã separari a corpore indisposito: sicut etiã naturale est animã vniri corpori disposito. Ita ꝙ naturale non fuisset ꝙ xp̃us superuixisset post illos dolores inflictos sed mag; fuisset supnaturale ꝛ miraculosum. ¶ Ex quo patet ꝙ mors sua non fuit miraculosa sicut nec mors aliorum quãdo separantur anime eorum a corporibus indispositis ipsorum. Uerũ est tamẽ ꝙ tẽpore

de mortẽ xp̃i notãda.

passionis facta sunt aliqua miracula ꝛ multa ꝛ puto ꝙ vnū illorum fuit emissio illius clamoris valde mirabiliter formati ꝛ emissi virtute diuina. Unde ꝛ rationabiliter fuit motus ille qui audiens huius vocem ꝛ vidēs ꝙ tn̄ erat xp̄s afflictus ꝙ sufficienter erat ad mortem dispositus ꝛ vsqꝫ ad mortē debilitatus: ꝛ per ꝯn̄s ꝙ non poterat ab ipso naturaliter formari talis clamor vt diceret. Uere fili⁹ dei erat iste. Sic de ista questione.

Ad pnci palia argumēta. ❡ Ad primuz principale dico ꝙ in Christo non fuit necessitas moriendi inflicta pro peccato suo aliquo sed assumpta vt dictū est supra. ❡ Ad secūdum dico ꝙ in potestate xp̄i ſm ꝙ deus fuit ꝙ ipse ſm ꝙ homo moreretur vel nō moreretur sicut bene arguunt ille probationes sed in potestate sua nō fuit hoc ſm ꝙ homo sed qꝛ probatio secūda videtur probare ꝙ etiā ſm ꝙ homo. Dico ꝙ hoc mādatum accepit a patre vt poneret animam suā id est vt sibi ſm ꝙ homo placeret separatio aīe sue a corpore quā ip̄e poterat facere ꝛ sic ponere aīam suā inq̄tum homo vel aliter scꝫ vt offerrat se passioni ꝛ crucifixorib⁹ suis oblatus est eīm quia ipse voluit sicut dicit ysaias. 52. Ad aliā probationē patet quid dicēdum. ❡ Ad tertium dico ꝙ anima xp̄i nō habuit tale dominiuz sup corpus vt in sua potestate esset xp̄m mori vel nō mori: nec ipsa fuit omnipotēs sicut omnisciens. Omnipotētia eīm in aliquo requirit ꝙ eminēter ꝛ virtualiter contineat omnia possibilia: ꝛ sic ꝙ sit infinitū. Non autem omniscientia vel scientia omnium precipue per diuersos actus vel per vnum actum finitum vt in anima Christi: ideo ꝛc̄.

ysa. 52.

❡ Distinctionis Decimeseptime. Questio Unica.

Circa distictionez decimāseptimam quero vtrū in Christo sint vel fuerint due voluntates. ❡ Uidetur ꝙ nō quia si sic quelibet illarū libera est ꝛ voluntas quelibet potest velle oppositū eius quod vult alia vel velle qđ non vult alia: igitur voluntas humana si fuit in xp̄o potuit esse difformis volūtati diuine ꝛ ita xp̄s potuit peccare qđ est falsum. ❡ Secundo sic. In vno supposito nō est nisi vnū principium motiuum oīm aliaruz potētiarum illius suppositi vt videt̄. Sed volūtas est principium motiuum oīm potentiarum illi⁹ suppositi cuius est: ꝗ ꝛc̄. ❡ Tertio sic. Si in xp̄o est volūtas humana distincta a diuina oportet ꝙ illa moueatur ꝛ regatur a diuina: qꝛ nō potest fieri ecōuerso. Sed hoc est cōtra naturam voluntatis ꝛ sue ingenite libertatꝫ. Est eīm instrumētum seipsum mouens ſm Anselmum: ꝗ ꝛc̄.

Ansel.

❡ Contra Damascenus capitulo sexto et Magister in litera.

❡ In ista questiōe sic procedā

❡ Primo ostendam ꝙ in christo sint due voluntates quarum quelibet est appetitus liber in ratione ꝛ intellectus arguendo cōtra vnam opinionem hereticā que non ponit in Christo nisi vnam voluntatem scꝫ diuinā ꝛ ostendam ꝙ non sint ibi plures ꝙ̄ due. ❡ Secūdo inquirā. An in christo sint vel fuerint plures appetitus sensitiui. ❡ Tertio an om̄is Christi voluntas semper fuerit impleta ꝛ oīs oratio exaudita. ❡ Ultimo ad rationes.

❡ Quantum ad primum articulū. Expedio me breuiter ꝙ in xp̄o sunt plures volūtates. ❡ Et hoc probo primo sic. In quocūqꝫ sunt plures nature in eodē sunt plures ꝓprietates illarū naturarum precipue de proprietatibus con substātialibus illis naturis. Sed in xp̄o sunt plures nature intellectuales scꝫ diuina ꝛ humana vel anima ipsa: ꝗ ꝛ plures volūtates que sunt proprietates plurium naturarū. Ex hac ratione patet ꝙ si voluntas humana esset vnum accidēs absolutum ipsius anime sicut ponūt aliqui nō oportuit ꝙ verbum assumeret humanā voluntatē. Potuit eīm ipsam separare ab anima ꝛ ecōuerso: ꝛ sic animam assumere sine voluntate: licet etiā ab illis cōcedatur sicut a me ꝙ assumpsit vtrumqꝫ. ❡ Secūdo sic. In xp̄o est voluntas diuina ſm omnes. Sed in Christo etiam est voluntas creata qꝛ in Christo est gratia creata gratū faciens ꝛ fruitio que non ponitur nisi in voluntate sicut in subiecto sicut ꝛ caritas cū qua est eadem vt dictum est in primo: ꝗ ꝛc̄. ❡ Tertio sic. In Christo est intellectus duplex scꝫ diuinus ꝛ creatus humanus qꝛ in ipso est duplex scientia scꝫ diuina ꝛ creata ꝛ multiplex quia vna que est verbi ꝛ aliorum in verbo alia que est rei in proprio genere: ꝗ ꝛc̄. ❡ Quarto sic. Illud est ponēdum in xp̄o esse assumptū a verbo ſm ꝙ homo maxime indigebat curatione sicut patet per Dama. Sed hoc est voluntas: qꝛ in volūtate formaliter cōsistit peccatum ꝛ morbus hominis curādi: ergo in Christo est voluntas hūana a verbo assumpta ꝛ hec est modo cōclusio certa ꝛ fidelibus determinata ꝛ opinio illa antiqua ꝙ in xp̄o non est nisi vna voluntas tan ꝙ̄ heretica repudiatur ꝛ falsa. Hoc est primum huius articuli.

ꝙ in xp̄ sunt p̄ res vo tates.

❡ Secundo dico ꝙ ī Christo nō sunt nisi due voluntates ꝛ nō plures. Uoco autem voluntatē potētiam liberam appetitiuam potētem habere vel habētē actū scđm elicitū vel quasi elicitum distinctū ex natura rei ab ea que est ipsum velle. Et tūc dico ꝙ nullus appetitus naturalis quicūqꝫ nec cuiuscunqꝫ potentie ſm ꝙ huiusmodi debet dici voluntas nisi ipsemet qui est voluntas vel volūtatis in ordine ad talem actū ꝛ est omnino eadē potētia cum voluntate ipsa. Cum igitur in xp̄o non sint nisi duo tales appetitus ſm duas naturas diuinā scꝫ ꝛ humanam. Patet ꝙ non sunt nisi due voluntates: licet eīm intellectus appetat naturaliter suam perfectionē nō tn̄ ille appetitus voluntas est: quia nō potest habere actum volendi elicitū. Similiter etiam licet volūtas naturaliter appetat suā perfectionē vel actū quem ipsa potest recipere vel elicere non tn̄ est due potētie vel due voluntates inq̄tum naturalis ꝛ libera sed eadē potentia ꝛ voluntas est omnino que naturaliter appetit actum vt suam perfectionē ꝛ libere elicit ipsum. Sicut est idem visus qui naturaliter appetit actū vidēdi ꝛ naturaliter elicit ipsuꝫ.

ꝙ in x̄ nō sūt nisi due vo tates.

❡ Ex quo patet ꝙ nihil est dictu ī xp̄o esse plures volūtates

ꝙ duas quia in ipso est voluntas creata naturalis τ libera. Non enī sunt iste due voluntates sed vna sicut in ipso non est nisi vnus intellectus possibilis creatus vt iam est declaratū. ¶ Si dicas sicut dicunt aliqui ꝙ multiplicātur appetitus sicut τ potētie cognitiue sensitiue sicut etiā multiplicaꝛ appetitus intellectiuus vel est vnus sicut τ ipsa potētia intellectiua. ¶ Similiter etiā appetitus naturalis sicut τ forma naturalis impressa: ꝭ τ appetitus sensitiuus sicut τ forma apprehēsa vel potius apprehensiua. Et hoc etiā dicit Auicēna. 6. naturalium ꝙ vniuicuiqꝫ virtuti apprehēdēti appropriatur proprium delectamentum qđ non pertinet nisi ad appetitū. ¶ Potest responderi ad ista ꝙ nō est necessarium ponere tot appetitus: nec Aristoteles videꝛ posuisse. Unde sicut in eodē non est nisi vnus intellectus ita nec nisi vna voluntas τ si essent ī aliquo plures intellectus ꝑticulares sicut sensus particulares nō oporteret ponere nisi vnū appetitum ex quo ille posset versari circa omnia. Sic dicitꝛ in ꝓposito de appetitu sensitiuo. ¶ Ad secundū non oportet nec cōcludit: qꝛ nō sic appetitus sensitiuus est idem cum forma vel potētia apprehensiua sicut naturalis cū forma impressa nec oportet ipsuꝫ per consequēs sic cōnumerari. ¶ Ad Auicēnam diceretur ꝙ non cōcludit nisi de actu appetitus qui bene variatur ꝫm diuersas apprehensiones nō sic autem de potentia. Hec de primo articulo.

obiectiones. — Auicen. — Solutio instā. ꝓc.

an ī xp̄o sint plures appetitus sensitiui.

¶ Quātum ad secūdum articulum dicit vnus ꝙ in xp̄o sunt plures appetitus sensitiui sicut τ plures sensus. Cuilibet enī sensui correspondet suus appetitus sensitiuus τ propria inclinatio in actū τ obiectū: licet cōmuniter loquātur sancti τ doctores de vno appetitu sensitiuo tn̄ quia loquunꝛ de appetitu sensitiuo sequēte imaginationē qui est superior ad istos ꝑticulares alios appetitus. ¶ Istud non videtur michi necessariū ponere. Uoco enī appetitum sensitiuum potētiam appetitiuā organicam scꝫ que potest habere actuꝫ ꝫm elicitum qui est ipsum appetere. Unde licet q̄libet potentia naturaliter appetat actum τ obiectū sibi conueniens non tn̄ quelibet dicitur nec est appetitiua proprie sed solum illa potētia appetitiua potest dici que habet actuꝫ ꝫm elicitū qui est appetere ipsum τ hoc nulli appetitui cōuenit nisi voluntati vel appetitui sensitiuo qui videtur michi vnꝰ deseruiens omnibus potētijs sensitiuis: qꝛ non video aliquam necessitatē ponēdi plures. ¶ Ex quibus patet ꝙ licet sit inclinatio naturalis alia ipsiꝰ visus ad actum vidēdi τ alia gustus ad actū gustādi τ sic de alijs: tn̄ non oportet sic appetitus sensitiuos distingui sed oīum potest esse vnus appetitus sensitiuus prout appetitiua potētia distinguiꝛ cōtra cognitiuā nec concurrit in eandē potētiam cuꝫ ipsa licet bene multiplicetur appetitus naturalis. Nam talis appetitus nō distinguiꝛ in ratione potētie contra cognitiuam vel etiā appetitiuam sed in appetitiua puta in voluntate vel appetitu sensitiuo est eadem potētia cū ipsa τ incognita puta in visu vel intellectu est eadem cū ipsa. Hec de secundo articulo.

de xp̄i volūtate et oratiōe.

¶ Quātum ad tertium articulum. Dico ꝙ accipiendo voluntatē stricte τ proprie sicut accepi supra pro potētia libera que vno modo dꝛ naturalis ꝫm inclinationē naturalem ad actum τ alio modo libera inq̄tum libere potest elicere talem actū τ non est differētia nisi ꝫm rationē quia eadem est omnino potētia ꝫm rem tn̄ vt naturalis prior est omni actu elicito nec vt sic habet aliquē talem actū omnis voluntas xp̄i ꝫm quēcunqꝫ actum elicitum τ deliberatiue elicitū quo simpliciter aliquid voluit cōformiter ad diuinā voluntatē consequētem fuit efficax τ impleta τ oratio exaudita qua fuit conformis volūtati dei in volito. Uolūtas autē diuina efficax de volito semꝑ impletur et ideo simpliciter vel efficaciter voluit quicquid sibi ꝫm diuinam voluntatē euenit τ mortē τ omnia licet noluerit mortem ꝫm quid puta si placeret deo aliter redimere genus humanuꝫ. ¶ Ex quo patet ꝙ licet in illa oratiōe. Pater si possibile est trāseat a me calix iste nō fuerit exauditus tn̄ nō fuit factū aliquid contra suam petitionē: qꝛ non erat possibile ꝫm potētiam dei ordinatam ꝙ transferretur calix mortis ab ipso τ ideo efficaciter τ simpliciꝛ nō petebat vt trāsferretur sed cōditionate si possibile esset. In omnibus aūt que simpliciter τ efficaciter voluit τ orauit exauditus est vt videꝛ loquēdo autem de voluntate vt naturaliter inclinatur in bonū persone τ de voluntate large accepta pro appetitu sensitiuo dico ꝙ voluntas sua nō semꝑ fuit efficax nec impleta. Naturaliter enim appetebat viuere τ cōseruari τ refugiebat mori ꝫm appetitū sensitiuū τ tn̄ oportuit ipsam mori τ pati: uuare τc̄.

ad rōnes principales.

¶ Ad primum principale dico ꝙ absolute loquēdo voluntas humana in Christo fuit libera libertate peccabili τ potuit esse difformis diuiē volūtati τ peccare sicut volūtas mea vel tua sicut etiā dictū est supra ꝙ xp̄s absolute loquēdo potuit peccare: non tn̄ stante ordinatiōe diuina circa ip̄m τ de ipso sicut est de beatis. ¶ Ad scd̄m dico ꝙ in vno supposito xp̄i ꝫm vnā naturā nō est nisi vnū principiū motiuū oīm potentiarū illius nature. Unde in ipso nō est nisi vna voluntas creata tn̄ ꝫm naturā diuinā in ipso est aliud principium motiuū oīm potētiarum mobiliū ipsius suppositi τ hec est voluntas diuina. Nec est hoc īpossibile sicut non est impossibile ꝙ xp̄s sit suppositum duarū naturarū. ¶ Ad tertiū dico ꝙ ideꝫ iudiciū est de voluntate xp̄i creata qūo stante libertate regitur τ moueꝛ a diuina voluntate sua sicut de mea vel tua volūtate. Et satis dictum est de hoc in primo τ secundo.

¶ Distinctionis Decimeoctaue. Questio Unica.

Circa distictionez decimāoctauā quero. Utrū christus potuit mereri aliq̄d in instāti sue cōceptionis existēs iam beatus. ¶ Uidetur ꝙ non. Christus existēs beatus ab instanti sue conceptionis nō potuit peccare sicut dictuꝫ est supra: ergo nō potuit etiā mereri: qꝛ eiusdē potētie est posse mereri τ demereri. ¶ Scd̄o sic. xp̄s ab instāti sue cōceptionis fuit beatꝰ sicut supponiꝛ. Sed beatꝰ mereri nō pōt

qꝛ est in termino ⁊ ptꝫ de alijs beatis: ḡ ⁊c̄. ¶ Tertio sic. Meritū est prius p̄mio. Sed meritū nō potuit esse prius primo instāti cōceptonis in quo fuit christus sub premio: ḡ xp̄s non potuit mereri.

¶ **Contra** Christus potuit aliquid mereri tēpore sue passionis: quia meruit nobis gratiam ⁊ gloriam sicut apparebit: ergo in primo instanti consequentia probatur: qꝛ nullum habuit impedimentum in primo instanti plus q̄ in sua passione. Fuit em̄ vir perfectus aīo ⁊ viator habens caritatem sicut ⁊ in sua passione.

¶ In ista questiōe sic ꝓcedā.

¶ Primo inquiram vtrum Christus aliquid potuit mereri ab instanti sue cōceptionis. ¶ Secundo inquiram. An aliquid meruit de facto. ¶ Tertio inquirā quid meruit. ¶ Quarto quo actu meruit vel mereri potuit. ¶ Ultimo ad rationes.

1. opinio ¶ **Quantum ad primum est** vna opinio ꝙ xp̄s non potuit mereri ab instāti sue conceptionis ⁊ per cōsequēs ꝙ nichil meruit in illo instanti: sed implicat contradictionē ꝙ potuerit mereri. ¶ Ad hoc adducūtur ratiōes alique. Prima est ista. Angelus nō potuit peccare in instanti sue creationis s̄m Anselmū de casu dyaboli: quia tunc deus esset causa peccati. Nam quicquid cōuenit angelo ab instanti sue creationis habet a deo sicut dicit: ḡ similiter nec xp̄s potuit mereri in instāti sue conceptionis. Alioquin habuisset meritū a deo ⁊ nō a seipso et sic pure passiue se habuisset ad meritum qđ est contradictio. ¶ Secūda ratio. Si ab instāti cōceptionis potuit xp̄s mereri. Aut hoc fuisset eodē actu cū actu fruitionis beatifico. Aut alio. Non potest dici ꝙ eodem actu quia beatitudine nō meretur aliquid sed magis premiatur. Meritum em̄ ⁊ premium nō sunt idem sed vnū est causa alterius. Nec potest dici ꝙ alio actu: qꝛ ille actus fuisset prior actu beatifico qđ est falsum: qꝛ actus beatificus fuit simpliciter primus actus in volūtate xp̄i. Similiter etiā actus beatificus adequabat voluntatē xp̄i: qꝛ summe beatificabat ⁊ quietabat ipsam: ḡ non erat capax alicuius alterius actus.

¶ Tertia ratio. Si Christus potuit mereri in primo instāti ponamus ꝙ meruerit: tunc sic. Om̄e qđ est quādo est necesse est esse: ḡ nullus actus quādo est cōtingēs est: ⁊ per ꝯn̄s actus tantūmodo est cōtingēs: vt est in potētia. Potentia autem est prior actu illo ⁊ potest illum elicere vel nō elicere. Sed si actus ponit̄ in primo instanti tollit̄ prioritas potētie: ⁊ per consequēs contingētia actus ⁊ per consequēs ratio meritorij in actu: quare ⁊c̄. ¶ Quarta ratio. Agere p̄supponit esse. Sed mereri est agere ergo presupponit esse merētis precedēs non solum natura: sed duratione: qꝛ ipsum esse non est nisi duratio entis: quare ⁊c̄. ¶ Quinta ratio. Meritum in voluntate necessario presupponit actū deliberatiuum in ratiōe: sicut etiā demeritū ⁊ sicut electio presupponit cōsilium sed deliberatio de agibili vel eligibili nō potest esse in instanti: sed oportet ꝙ sit in tēpore ḡ ⁊c̄. ¶ Sexta ratio. Uolūtas in instāti creationis creat̄ indeterminata ab ip̄o creante ad actum merēdi: quia ad actum non determinatur a creante. Sed si ipsa mereretur in primo instā ti ipsa esset determinata ad actum merēdi: ḡ simul esset determinata ⁊ indeterminata qđ est contradictio. Uidetur igit̄ istis ꝙ Christus nec meruit nec mereri potuit aliquid in instanti sue conceptionis licet bene habuerit voluntatē perfectam ⁊ caritatē radicem merendi.

¶ **Sed his** nō obstātibus dico ꝙ xp̄s potuit aliquid mereri et habere actum meritorium ab instāti sue conceptionis non obstante ꝙ fuerit beatus ⁊ manēs beatus eo modo quo fuisset beatus. ¶ Ad cuius euidētiaꝫ. Notandum est primo quid est meritum et secundo probabo propositum. Dico ḡ ꝙ meritum idem est ꝙ actꝰ libere ⁊ contingēter elicitus a merente a deo acceptatus in ordine ad aliquod premium dandum ipsi merēti vel alteri pro quo meret̄ ⁊ si est meritum de condigno oportet s̄m statutū diuinū ꝙ talis actus sit formatus caritate ⁊ eliciatur ab habēte caritatem. Unde nō video plura requiri ad meritū etiaꝫ s̄m ordinē quem tenemus modo institutū a deo de aliquo actu ad hoc vt sit meritorius nisi forte dicatur ꝙ oportet merētem esse viatorē ⁊ nō pure beatū nec pure in termino. Et hoc s̄m illos qui ponūt ꝙ angeli beati vel anime nichil merentur de nouo sed in proposito nō est vis: qꝛ planū est ꝙ Christus nō statim fuit purus cōprehensor sed cū hoc etiam fuit viator. Et est descriptio meriti accepti formaliter ⁊ principaliter nō de imperato vel acceptato a voluntate merētis. ¶ Tunc probo ꝙ ab instanti sue cōceptionis potuit aliquid mereri. ¶ Primo sic. Pro quocūqꝫ instanti ponitur voluntas viatoris ꝑfecta nō impedita habēs caritatē pro illo potest aliquid mereri quia pro illo instāti potest habere actum aliquē volēdi sic acceptabilem deo vel acceptatum: sed talis ponitur voluntas Christi pro instanti sue cōceptionis vt patet s̄m omnes: ḡ potuit mereri. ¶ Secunda ratio: qꝛ aliqua potentia nō possit in suam operationē in illo instanti in quo est primo. Hoc nō videtur nisi vel quia est imperfecta nō habēs omnia necessaria ad actionē vel quia impedita vel qꝛ actio illa non potest esse in instanti: quia est successiua vel quia presupponit necessario aliam successiuam sicut generatio presupponit motum. Sed nullum currit in proposito de volūtate xp̄i ⁊ operatione meritoria vt patet discurrēdo Habuit em̄ xp̄s omnia necessaria ad merēdum: qꝛ et facultatē naturalem ⁊ scientiam vel noticiā infusam ⁊ perfectaꝫ ⁊ facultatē super naturalē. Nec habuit impedimētum vt videtur. Nec etiam actus meritorius successiuus est sed totus simul nec presupponit aliquē successiuū necessario: ḡ ⁊c̄. ¶ Tertia ratio. Pro quocūqꝫ instanti potest volūtati viatoris inesse actus beatificus ⁊ actus meritorius vt videtur ⁊ coniunctim: qꝛ non habēt formalē repugnātiam vt videtur. Sed actus beatificus potest inesse pro primo instanti: ergo ⁊ actus meritorius. Dico ꝙ non: quia voluntas elicit actum meritoriū non autem actum beatificum sed deus. Similiter etiam actus beatificus simpliciter est ⁊ intuitiuus nō presupponēs deliberationē sicut actus meritorius. Dico ꝙ nō video quare posita ꝑfecta noticia de agibili vel eligibili seu diligibili in instanti conceptionis sicut est factum in xp̄o non possit voluntas elicere in instanti actū meritorium si sit voluntas viatore informata caritate. ¶ Quarto videtur hoc confirmari: qꝛ sicut probatū est in. 2. Angelus

opi. doc.

Meriti quid.

Ratio doctoris

potuit peccare in instanti sue creationis quare &c. Non enim repugnat voluntati habere actū coeuū August. sicut nec agenti naturali ſm Augustinū non repugnat. Unde .6. de trinita. dicit ꝙ si ignis esset ab eterno splendor esset ab eterno. Potuit ergo mereri aliquid.

¶ Et tunc dico expediendo me de secūdo articulo ꝙ ꝓbabile est & rationabile ꝙ aliq̄d meruerit de facto ab instanti cōceptiōis sue. Quid sit autē illud inferius apparebit.

ad dicta 1. opi. ¶ Ad primum opinionis cōtrarie dico ꝙ angelus potuit peccare in primo instāti sicut dixi in secūdo & actū peccati habuisset a seipso per propriā voluntatē. ¶ Ad Anselmum dico ꝙ ipse fingit ibi vnū angeluȝ qui non habuisset voluntatē a sua creatione sed fuisset creatus sine voluntate et ille nō potuisset peccasse in instāti creationis sue: q2 si peccasset non a se sed a deo peccasset vt patet: hoc autē non est ad propositū. ¶ Ad secūduȝ potest dici ꝙ alio actu ab actu beatifico potuit mereri. An aūt actu beatifico apparebit infra. Quādo dicis ꝙ non alio: q2 nō fuit cōpossibilis actui beatifico aliquis alius eo ꝙ replebat capacitatem Christi. Dico ꝙ replebat eam intensiue: quia perfectiorem actum intēsiue habere non poterat sed non extēsiue: quia ad alium poterat se extēdere licet ille quietaret et beatificaret ipsum. Preterea. Si ratio concluderet pari ratione concluderet ꝙ nec in instanti conceptionis sue nec in alio potuisset xp̄s mereri aliquid sicut patet deducēti rationeȝ. ¶ Ad tertium dico ꝙ omne q̄d est quādo est necesse esse in sensu cōpositionis & necessitate conditionata non necessitate absoluta et cū tali necessitate stat cōtingētia simpliciter. Alioquin esset contingēs simpliciter q̄d falsum est. Nā necessarium et contingēs diuidunt ens in effectu. Dico ꝙ actus esset simpliciter ꝯtingēs pro primo instanti sicut pro quolibet alio instāti. Quādo dicis ꝙ non: q2 potētia nō fuisset prior actu. Dico ꝙ verum est duratione sed natura bene et sic prior ꝙ pro eodē instanti diuisim potuit elicere vel non elicere: & sic contingēter & libere fuisset vel fuit actus elicitus ab ea. Falsum est ergo imaginari ꝙ actus sit contingēs tantum anteꝗ̄ eliciatur: q2 tūc nō est contingēs sicut nec est ens sed quādo est & elicitur tūc est contingēs in actu ante vero solū in potētia. ¶ Ad quartū dico ꝙ in creaturis agere ſm nature ordinē presupponit esse sed nō duratione sed natura. Tu dicis. Esse est duratio rei. Dico ꝙ hoc cōcesso nichil plus habes nisi ꝙ agere p̄supponit esse & durationē sed nō duratione sed natura. ¶ Ad quintum dico ꝙ meritū etiā in electione nō presupponit necessario deliberationē cū discursu & tēpore sed tm̄ per accidēs propter ignorātiam eligētis & modū intelligēdi suum sicut patet in nobis. Sed quando potest haberi & habet aliter perfecta noticia eligibilis vel agibilis sicut ponitur fuisse ī xp̄o ab instāti conceptionis per infusionē. Dico ꝙ non requiritur talis deliberatio cū mora sed potest esse electio in instāti. Unde & perfecti artifices in arte sua non deliberant sicut patet. ¶ Ad sextum dico ꝙ voluntas creatur a deo existēs actu determinata si ponat mereri in instāti creationis si illā determinationē habet a seip̄a. Ita bene sicut haberet in alio instāti & sic nō est simul determinata & indeterminata sicut tu dicis. Hec de p̄mo articulo principali & etiam de secundo.

¶ Quātum ad tertiū. Quid scȝ sibi meruerit dicit vn⁹ & probabiliter ꝙ nō meruit sibi gloriam aīe sed gloriā corporis. Qȝ autē nō gloriā aīe Probat primo: q2 gloria aīe fuit tāta & ita p̄fecta in xp̄o ꝙ nō videt cecidisse sub merito xp̄i. Et dicit ꝙ nō est minus gloriosuȝ in ip̄o ꝙ tantā gloriā habeat sine merito proprio vel non ex merito ꝗ̄ sit in aliīs ꝙ suā gloriā habēt ex merito. Sua .n. gloria tāta est & ita p̄fecta & nobilis ꝙ sub merito nō cadit sed mera liberalitate diuina habetur in xp̄o. Glorie autē aliorū: q2 sunt imp̄fecte respectu istius possunt haberi ex meritis: & hoc attestatur imp̄fectioni earū. ¶ Scdo etiā q2 si xp̄s meruisset eā oportuisset ipsum habere p̄fectiorē actū meritorium in voluntate & a volūtate sua ꝗ̄ aliq̄s actus angelice volūtatis sicut & gloria illa p̄fectior est & maior ꝗ̄ gloria cuiuscūq3 angeli. Hoc autem nō videt. ¶ Tertio etiā q2 prim⁹ actus fruēdi simpliciter in volūtate xp̄i fuit beatificus & p̄cessit vnionē ad verbū: & per ꝯn̄s non p̄cessit aliquis meritorius. ¶ Quarto q2 decuit hoc ad decentiā diuine curie & graduū eius vt scȝ sicut sunt illi qui habuerūt gloriam ex meritis & aliqn̄ fuerūt inimici sicut oēs adulteri hoīes & aliqui qui habuerūt ex meritis & nunꝗ̄ fuerūt inimici sicut angeli & aliqui q̄ nō habēt ex propriīs meritis & aliqn̄ fuerūt inimici sicut paruuli. Ita esset ibi aliquis qui nunꝗ̄ fuit inimicus nec habuit ex ꝓpriīs meritis & iste fuit xp̄s & est xp̄s loquēdo de gloria aīe. Sed de gloria corporis dr̄ ꝙ potuit sibi mereri eā & meruit in instāti cōceptionis sue. Et hoc videt probabile ex quo aliquid meruit & nō aliīs ꝙ sibi meruerit: nō autē gloriaȝ aīe: igit gloriā corporis. Nec obstat q̄d pōt dici ꝯtra hoc ꝙ xp̄s nō meruit illud q̄d redūdasset in corpus & redūdat in aliīs ex gloria aīe cuiusmodi est gloria corporis. Dicūt em̄ ꝙ & si directe nō meruit gloriā corporis tn̄ indirecte: q2 meruit amotionē miraculi impedientis talē redundātiā glorie in corpus que fit de lege cōmuni. Miraculo em̄ impediebat talis redūdantia ad tēpus ſm dispositionē diuinā vt esset corpus xp̄i passibile & mortale.

quid xp̄s meruerit sibi &c. 1. opi.

¶ Sed licet ista sint ꝓbabiliter dicta. videtur tamen ꝙ aliter potest dici scilicet ꝙ Christus sibi meruit gloriam anime non solum corporis. Nullum enim apparet incōueniens ꝙ christus in instanti sue cōceptionis simul habuerit actum meritorium fruendi deo & diligendo ipsum & actum beatificum. prius tamen natura habuit actum illum meritorium ꝗ̄ actuȝ beatificū & sic meruerit sibi gloriā anime eliciendo talē actū perfectissimū formatum a caritate & acceptatum a deo ad tantuȝ premium & hoc siue actus ille fuerit minus perfectus ꝗ̄ aliquis angelus potuit elicere ex naturalibus: quia deus potest acceptare qualeȝ actum ipse vult sicut etiam libere acceptat actū ad premiū sue cooperante deo specialiter fuerit actus perfectior ꝗ̄ potuerit aliq̄s angelus elicere ex naturalibus suis puris cum influentia generali & videtur rationabile ꝙ Christus suā gloriam assecutus fuerit ex merito licet non fuerit predestinatus ex meritis & ita potest dici licet non possit hoc efficaciter probari.

Opinio doctoris

ad rõnes 1.opi. **Nec obstat** primũ aliorum. ¶ Dico em̃ ꝙ deo acceptante actum ad tantam gloriam ita potest tãta gloria cadere sub merito sicut ⁊ minor gloria cuiuscũqꝫ. ¶ Ad secundũ patet quid dicẽdum est ex iam dictis ꝙ vtroqꝫ actu fuit possibile Christũ habere gloriam ex merito siue fuisset perfectior ꝙ̃ potuisset naturaliter elicere aliquis angelus deo specialiter cooperãte siue imperfectior deo speciaľr acceptãte ad tm̃ ꝑmiũ siue perfectior ꝙ̃ fuerit actus alicuius angeli elicitꝰ: tamẽ ab aĩa xp̃i naturaliter sine aliqua influentia speciali sicut credo ꝙ fuerit magis ꝙ̃ aliter. ¶ Ad tertiũ potest dici ꝙ primus actus fruendi deo vel diligẽdi deum in voluntate xp̃i non fuit beatificus: sed vnus fuit ibi prior natura ⁊ meritoriꝰ. ¶ Ad quartum dicitur ꝙ non esset bona decẽtia in celesti curia ꝙ caput omniũ electorum non haberet gloriaꝫ ex meritis cũ possibile sit ipsam haberi ex meritis sicut dictum est supra. Unde nõ est ibi ille vltimus gradus quẽ tu ponis quare ⁊c̃. De gloria corporis dico ꝙ difficile est capere illam redũdantiam sic ꝙ necessario redũdet gloria anime in corpus nisi impediatur per miraculum nisi pro tanto ꝙ ita est de lege cõmuni ꝙ aliquo glorificato ẜm animã glorificatur ⁊ in corpore non ex vi beatitudinis aĩe sed ex ordinatione et bñplacito dei: sicut etiã infundit̃ anima corpore disposito et ita miraculum videtur si corpus non glorificetur sicut esset si anima corpore disposito non infunderetur et sic potest intelligi illud. Hec de tertio articulo ⁊c̃.

quo actu meruit christus 1.opi.

¶ Quãtum ad quartum articulum.

Quo scꝫ actu meruerit christus. ¶ Videntur aliqui dicere ꝙ non est incõueniens dicere ip̃m meruisse actu beatifico fruitiõis diuine. Ita ꝙ idẽ actus esset meritorius ⁊ beatificus ⁊ xp̃s actu illo merebatur ẜm portionẽ superioreꝫ fruendo deo viso ⁊ diligẽdo ipsum caritatiue ⁊ alia bona visa in verbo vel in deo sicut matrem suã ⁊ alios: nõ tamẽ illo actu meruit sibi beatitudinẽ anime: qꝛ ille actꝰ est ipsa beatitudo formalis ipsius anime: ⁊ tunc eodem actu meruisset eundem actum qđ nichil est dictu. Idem enim actus perfectus nõ potest esse meritum sui: licet bene possit esse meritũ alterius: sed meruit beatitudinẽ corporis ⁊ forte aliỹs gratiã ⁊ gloriam illo actu acceptato a deo licet esset beatificus ⁊ potuit ⁊ decuit fieri vt christꝰ qui solus erat ⁊ fuit comprehensor simul ⁊ viator eodem actu esset beatus ⁊ etiam mereretur qđ quidem de aliquo alio non est factum. Unde siue angeli beati mereãtur aliquid circa nos siue non hoc tñ non est ꝑ actũ beatificũ ipsoruꝫ: sed per alios actus quos exercẽt circa nos. ¶ Qꝫ autem actus beatificus possit esse meritorius. Patet qꝛ potest esse a deo acceptatus ad tale vel tale premium ⁊ est actus elicitus et formatus caritate. Et hoc sufficit ad meritũ precipue si habens actum sit viator sicut Christus: licet absolute etiam posset esse dato ꝙ habẽs actum vel merens non esset viator. Unde nulla est repugnantia quare actus beatificus michaelis nõ possit esse meritorius sicut dicunt: licet hoc noluerit deus ordinare de aliq̊ actu btĩfico nisi de actu btĩfico xp̃i.

2.opinio **¶ Alij dicunt** iuxta hoc ꝙ actus Christi beatificus nõ solũ fuit meritorius glorie corporis vel gratie ⁊ glorie aliỹs eo modo quo dicetur infra sed etiam fuit meritoriꝰ suỹpsius tamen vt prior seipso. Unde et vt primo instanti habitus fuit meritorius sui pro aliỹs instãtibus et continuationis sui et hoc fuit in Christo singulare ꝙ scilicet proprio actu suo beatifico mereretur sibi beatitudinem: quia de nullo alio factum est sicut dicunt.

¶ Contra istos modos dicẽdi sunt alique difficultates. ¶ Prima est ista contra primũ modum ⁊ etiam secundum. Impossibile est ꝙ eodem actu perfecto voluntas quietet̃ in termino ⁊ tendat vel moueatur in finẽ vel terminum: quia quietari in termino non dicit nisi negationẽ vel saltem negationem dicit seu concomitat̃ vel priuationem tendẽtie: ⁊ sic simul contradictio ẜm idem poneretur sed actu fruendi beatifico voluntas christi quietabatur in termino ⁊ erat in termino quia illo erat formaliter beatus ⁊ non viator: licet bene esset viator non tamen illo actu: ergo impossibile fuit ꝙ illo mereretur aliquid tendẽdo scꝫ in finem ⁊ terminũ. ¶ Secundo sic. Si actus beatificus potest esse meritorius cũ actus beatificus ĩ nullo dependeat ex statu vie sequitur ꝙ actus alicuius pure beati poterit esse meritorius: ⁊ per consequẽs tendens in terminum ⁊ stans in termino et tunc nõ apparet via distinguẽdi statum vie a statu patrie. Preterea voluntas xp̃i respectu illiꝰ actꝰ se habebat pure passiue mľto fortiꝰ ꝙ̃ respectu gratie: ergo non erat sibi metitorius vt videt̃: ¶ Tertio videtur ꝙ nõ fuerit meritoriꝰ ille actus glorie corporis: qꝛ premiũ debet esse maius merito. Sed gloria corporis nõ est oliquid maius ꝙ̃ gloria aĩe ergo ⁊c̃. Preterea etiã videtur ꝙ christus meruit sibi gloriam corporis in sua passione non ĝ in instãti sue cõceptionis sua beatifica fruitione. ꝯ̃ pcedẽ opi.1.

¶ Contra alios qui dicunt ꝙ illo actu sibi ipsi meruit gloriam aĩe. Videt̃ primo: quia meritũ est prius natura ꝙ̃ premiũ. Sꝫ idem actus simplex ⁊ semꝑ perfectus non est prior seip̃o naturaliter: ĝ ⁊c̃. ¶ Secũdo. Meritũ est minus premio. Sed idem actus non est minor seipso precipue semꝑ perfectus ⁊ vniformis existẽs sicut actus beatificus xp̃i. ¶ Tertio: actus meriti contingẽs est ⁊ liber nõ semper stans. Sed actus beatificus est quasi necessarius ⁊ semꝑ stãs: quare ⁊c̃. ꝯ̃.2.opi.

¶ Videtur ergo aliỹs dicẽduꝫ ꝙ christus actu beatifico nihil meruit nec sibi nec aliỹs. Sed omnis actus quo meruit aliquid vel sibi vľ aliỹs fuit actus viatoris ⁊ sic viatoris ꝙ posset conuenire Christo si fuisset purus viator qđ non potest dici de actu beatifico contradictionem enim implicat ꝙ aliquis habeat actum beatificuꝫ et nõ sit beatus vel sit purus viator sicut patet. Et ideo ⁊ meruit sibi gloriam anime ab instanti cõceptionis hoc fuit vno actu fruitiuo alio ab actu beatifico ⁊ priori ipso naturaliter licet esset simul cum ipso ẜm durationem. Et similiter si meruit sibi gloriaꝫ corporis hoc fuit aliquo tali actu alio ab actu beatifico. Et similiter de actu quo meruit aliquid aliỹs de quo magis infra videbitur. ¶ Et hec positio videt̃ michi probabilior satis. Tamen qui vellet tenere primas vias posset dicere. 3.opi.

¶ Ad primum adductũ cõtra ipsam ꝙ i possibile est siľ siue eodẽ actu siue pluribꝰ volũtatẽ ad arg ꝯ̃.1.opi.

quietari ĩ fine prout quietari importat negationẽ tendẽtie ⁊ tendere in finem: sed diceretur ꝙ eodez actu voluntas tendit in finem meritorie ⁊ quietaṫ in ip̄o beatifice ⁊ talis quietatio nec est negatio tẽdentie nec habet ipsam necessario annexam. Similiter etiam qđ sic tenderet in finem non careret fine licet de lege communi ita sit sicut etiaz patet de Christo qui fuit quietatus in finem ⁊ tñ tendebat in finem merẽdo aliquid. Nec refert q̄ꝫtum ad hoc vtrum eodem actu vel pluribus. ¶ Ad secundum dicẽdum ꝙ adhuc potest distingui status vie a statu patrie non per actum illum qui idez existens est beatificus ⁊ meritorius sed per aliquẽ actum qui potest conuenire statui vie ⁊ potest esse meritorius de quo tamen impossibile est ꝙ sit beatificus: licet eñ actus omnis beatificus creature possit esse meritorius: quia a deo ad aliquod premium acceptatus tamen non omnis actus creature qui est meritorius potest esse beatificus. ¶ Ad tertium diceretur. Vno modo ꝙ voluntas christi non se habebat pure passiue ad illuz actum: sed cooperabatur actiue ipsi deo. Nec oportet ꝙ si respectu gratie se habet passiue ꝙ propter hoc respectu talis actus: licet sit nobilior. Non eñ est eiusdẽ rationis actus Sicut etiam non oportet ꝙ intellectus possibilis si se habet pure passiue respectu speciei ꝙ similiter respectu actus intelligẽdi licet sit nobilior specie. Aliter diceretur ꝙ licet se haberet pure passiue adhuc potuit sibi esse meritorius ex deo acceptãte licet nullus actus de lege cõmuni sit meritorius habẽti nisi eliciat ipsum vel causet effectiue sicut ĩ descriptione meriti superius tangebatur vel nisi actiue acceptet ipsum. ¶ Ad quartuz de gloria corporis dicendum ꝙ de lege cõmuni premiũ est maius merito: sed non oportet hoc semper. Nam deus potest acceptare qualem actum sibi placet: licet maiorem vel nobiliorem ad alium vel ad premium min⁹ perfectum: ⁊ precipue quando merẽs non indiget maiori premio sicut christus non indigebat q̄r iam erat beatus. ¶ Ad quintum posset dici ab illis ꝙ christus gloriam sui corporis nõ meruit in passione: sed magis honorem ⁊ reuerẽtiaz super alios ex humiliatione sua ꝫm apostoluz ad Philip. 2. Humiliauit semetipsum ⁊c. Propter quod ⁊ deus exaltauit illum. Aliter ⁊ melius ꝙ christus pluribus actib⁹ vel pluries meruit gloriam corporis nec est inconueniens. ⁊c.

Aplus.

ad rõnes ꝯ.2.opi.

¶ Ad primum cõtra alios diceretur ꝙ meritum non oportet esse prius natura q̄ꝫ premiũ licet ita sit de lege cõmuni. ¶ Vel diceretur ꝙ idem actus ꝫm ꝙ acceptatus a deo posset esse prior natura aliquo modo seipso vt retributo in premium. ¶ Ad secũduz non oportet meritum esse maius vel minus: licet ita sit de lege cõmuni licet forte ꝫm rationẽ meriti. Unde vt habet rationẽ meriti pro primo instãti min⁹ est q̄ꝫ vt cõtinuatus ⁊ habẽs rationẽ premij ⁊ similiter prior aliquo modo. ¶ Ad tertiũ diceretur ꝙ accidit merito vel etiã premio ꝙ actus sit stans vel non stans. Aliter diceretur ꝙ magis est permanens: vt habet rationez premij ⁊ continuati q̄ꝫ vt habẽs rationem meriti vel inchoati: quare ⁊c.

ad argu. principalia.

¶ Ad primum principale dico ꝙ absolute loquẽdo xp̄s potuit peccare in p̄mo instãti sui esse nõ obstãte aliqua cõtradictione licet stãte ordinatione diuina nõ potuerit peccare sicut nec beati. Sed dico ꝙ stãte ordinatione diuina potuit mereri nec ita decuit ꝙ preseruaretur a merito ex ordinatiõe diuina sicut a pctõ. Preterea. Si argumẽtuz esset bonũ. Sequereṫ ꝙ pro nullo instãti xp̄s potuisset mereri sicut nec peccare ita parũ sicut in primo. ¶ Ad scđm de xp̄o qui fuit beatus ⁊ hoc nõ obstãte potuit mereri in instanti conceptionis sicut in alijs in quib⁹ fuit beatus ⁊c. ¶ Ad tertiuz de merito quomodo est prius respectu premij apparet ex predictis: ideo ⁊c.

¶ Distinctionis Decimenone.
Questio Vnica.

Circa distĩctionez Decimãnonam quero. Utruz xp̄s meruit omnibus hominibus gratiã ⁊ gloriam. ¶ Uidetur ꝙ nõ. Primo sic. Illis nõ meruit xp̄s gratiam ⁊ gloriam qui nunq̄ꝫ habuerũt ista nec sunt hñituri. Alioquin meritum xp̄i a suo p̄mio frustraretur. Sed multi sunt et fuerũt homines qui nunq̄ꝫ habuerunt nec habebunt gloriam nec gratiam. Patet de sarracenis q̄ nunq̄ꝫ baptizabũtur. De multis etiam christianis baptizatis qui tñ dãnãtur ⁊ sic nunq̄ꝫ habebũt gloriam: ergo ⁊c. ¶ Secũdo sic. Si xp̄s meruit omnibus gratiam ⁊ gloriam. Sequitur ꝙ suum meritũ fuit actu infinitum sicut infiniti homines possunt esse. Sed hoc est impossibile: quiaérituz Christi fuit actus quidẽ creatus ⁊ limitatus: ꝗ ⁊c. ¶ Cõfirmatur q̄r pari ratiõe christus meruisset remissionem culparum omnium. Culpa autẽ est infinitum malum: q̄r auertit a bono infinito offendẽdo deuz Tanta est autẽ offensa quãtus est ille qui offendiṫ ⁊ sic meritũ xp̄i fuisset infinitũ bonũ qđ est falsum. ¶ Tertio sic. Si christus meruit gratiã alicuius. Aut meruit primã gratiã ⁊ sic prima gratia nõ est gratia. Si eñ ex meritis non est gratia sed debita ⁊ tunc deus facit iniusticiam ꝙ nõ dat omnib⁹ hominibus primam gratiam q̄r xp̄s meruit eam dari omnibus. Aut meruit secũdam gratiam. Sed hoc est falsum: quia quilibet meretur sibiipsi augmẽtũ gratie ⁊ ita secundam gratiam: quare ⁊c.

¶ Contra Io. 1. Uidimus gloriã ei⁹ quasi vnigeniti a patre: plenũ gratie ⁊ veritatis. Et sequitur postea ꝙ de plenitudine eius om̃es accepimus gratiã: ergo xp̄s omnib⁹ meruit gratiam ⁊ gloriam. Joan. 1.

¶ In ista questiõe sic procedã

¶ Primo ponã vnam opinionẽ de questione ⁊ arguã ꝯ eã. ¶ Scđo respondebo aliter ad questionẽ. ¶ Tertio instabo ⁊ soluam. ¶ Ultimo ad rõnes.

¶ Quãtum ad primum est vna opinio ꝙ xp̄s om̃ibus meruit q̄ꝫtum ad sufficientiã gratiam ⁊ gloriã nõ obstante ꝙ possint esse hoĩes infiniti: immo dato ꝙ essent hoĩes actu ĩfiniti: q̄r meritũ xp̄i tm̃ est ⁊ aliquomõ infinitum est vel fuit ex supposito merẽte qđ erat ⁊ est suppositũ infinitum. Ita ꝙ ⁊ vita ⁊ actus ⁊ oĩa illius suppositi licet sibi cõueniãt ꝫm naturã hũanã sunt ĩfinita bona ⁊ fuerũt in xp̄o ⁊ iõ etiã mors

xp̄us an oib⁹ meruit gratiam ⁊c. 1. opinio.

que priuauit vitam Christi humanam sic infinitā suffecit ad satisfaciendū pro infinitis culpis remittendis ⁊ infinitis gratijs vel glorijs conferendis. ¶ Q₃ autez meritum Christi fuerit infinitū: hoc probāt. Tum quia impossibile est ꝙ ab aliquo alio merito attingatur etiam si cresceret illud meritum in infinitum. Tum quia radix merendi in xp̄o. puta gratia fuit infinita: quia datus est ei spiritus nō ad mēsuram. Tum quia euacuari nō potest nec appreciari. Unde ipsum est īpreciabilis p̄cij ⁊ exhauriri non potest. Tum quia suppositū merens infinitum est. puta verbum ⁊ actio debet pēsari ꝫm conditionem agētis. Tum quia merēdo Christus obstulit bonū infinitum sc₃ vitam suam sicut videtur

Ansel. dicere Anselmus. 2. lib. Cur deus homo qui dicit ꝙ hō deberet preeligere omne aliud a deo destrui ꝙ̄ illi homini mortē scienter inferre / ⁊ hoc nō videtur nisi quia vita illius hominis erat bonū infinitum. ¶ Dicunt tñ ꝙ xp̄s nō meruit omnibus gratiam ⁊ gloriam ꝙ̄tum ad efficaciam: q₂ nō omnes sed pauci gratiam ⁊ gloriam cōsequuntur efficaciter ex merito xp̄i. Hec est positio.

ꝯ pc. opi. ¶ **Contra** istam opinionē arguo accipiendo verba sua sicut iacēt ⁊ sonāt. Uidetur enim ista positio dicere ꝙ meritum Christi sit in se formaliter aliquid infinitū: licet nō ex se sed ex supposito merente ⁊ vnione nature ꝫm quaz est meritū ad diuinū suppositū₃ merens. ¶ Istud non videtur verū. Primo quia meritū Christi nō est nisi actus bonus sue voluntatis create. Sed iste actus finitus est in se formaliter ⁊ ex se sicut ⁊ ipsa voluntas creata in qua recipitur ⁊ a qua elicitur: ergo ⁊c. ¶ Secundo sic: quia radix merendi gratiam in christo fuit actu limitata ⁊ finita formaliter in se sicut dictum est supra. ¶ Tertio quia si meritum in se formaliter diceretur ⁊ esset infinitum rōne suppositi merētis cui vnitur principiū merēdi vel potentia ipsa seu natura humana. Ita videret posse dici corpus eius infinitū vel oculus eius formaliter infinitus vel humanitas infinita qd non est verum. ¶ Quarto. Si meritum Christi puta suum bonum velle ꝫm volūtatem creatam est formaliter infinitum in se sequitur ꝙ sit bonū infinitū ⁊ in infinitum diligibile. Tale autem bonum non est nisi deus: sequitur ergo ꝙ sit deus et ita tm̄ diligit de⁹ illud velle creatum sicut proprium velle ⁊ sicut se ipsum ⁊ ita perfecte verbum diligit deu₃ illo velle creato sicut suo proprio velle ⁊ multa alia que vidē tur posse elici que sunt incōuenientia. ¶ Dico igi-

opi. doc. tur ꝙ licet Christus omnib⁹ meruit ꝙ̄tum ad sufficientiam hoc tñ non est propter hoc ꝙ suum meritum sit infinitum in se formaliter quia dico ꝙ nullam infirmitatē formaliter habet in se: sed ita perfectum meritū ⁊ actus meritorius posset esse in pura creatura aliqua sicut fuit in christo.

ad rōnes 1. opi. ¶ **Ad primum** aliorū dico ꝙ immo meritum christi ⁊ perfectio eius posset attingi immo adequari per aliqd aliud meritum absolute loquendo de possibili licet nunꝙ̄ attingetur de facto quia deus sic ordinauit. ¶ Ad secundum dico ꝙ gratia fuit finita in christo ⁊ non infinita formaliter in se pro tanto dicitur spiritus sibi esse datus non ad mensuram: quia sua gratia sit infinita sed quia tantam dedit sibi deus quātam potuit capere ⁊ quātam deus potuit dare qd nulli alteri factū est. ¶ Ad tertium dico ꝙ meritum euacuari ⁊ exhauriri nō potest: quia sufficit pro infinitis. Non quia sit infinitum: sed quia pro infinitis ꝙ̄tum ad sufficientiam acceptam. ¶ Ad quartum dico ꝙ licet suppositum merens sit infinitum: non tamen meritum ipsum sicut etiā licet suppositum sit homo ⁊ sit infinitum: non tamen humanitas est infinita nec corpus vel oculus infinitus: licet suppositum videns sit infinitum. ¶ Ad quintum dico ꝙ vita christi non fuit infinita nec actus volendi meritorius quo christus voluit ⁊ acceptauit ponere vitam suam per mortem. ¶ Ad Anselmum potest dici ꝙ non est intentio eius vitā Christi esse formaliter infinitam in se sed denominatione quadaz extrinseca: quia vita est suppositi verbi qd est infinitū ⁊ p̄terea dictū Anselmi est dubium. Cum enim vita humana christi sit aliquid aliud a deo ⁊ non sit deus quomodo preeligendū est oīa alia a deo non esse ꝙ̄ Christū occidere. In illo eñ includitur xp̄m non esse ꝫm humanā vitam suā et velle ipsum nō esse ⁊ sic velle occidere. Hec de primo articulo.

¶ **Quātum ad secūdum articulum** vidēdum est primo ꝙ christus meruit omnibus ⁊ quomodo. Secundo quid meruit omnibus. ꝙ xp̄s mer. [...] ¶ De primo dico ꝙ sicut alij dicūt: sed non intelligo sicut ipsi dicunt seu intelligunt ꝙ Christus meruit omnibus ꝙ̄tum ad sufficientiaz. Cuius ratio est. Nam meritum suum fuit acceptatum pro salute omnium tanꝙ̄ sufficiens pro omnibus saluādis ꝫm diuinam voluntatem antecedentem qua vult omnes homines saluos fieri sicut dictum est in primo. Ita ꝙ scilicet deus voluntate consequēte ⁊ efficaci voluisset deus omnes homines saluos fieri ad hoc etiam suffecisset meritum Christi: ex acceptatione diuine volūtatis ⁊ hoc est rationabile ponere quia naturam omnium hominum curabilem accepit ⁊ secundum ipsam meruit. Et ideo qua ratione pro vno vel pro tribus sufficiebat meritum Christi eadem ratione pro quolibet: ⁊ ita pro omnibus. ¶ Secundo dico ꝙ nō meruit omnibus ꝙ̄tum ad efficaciam: quia non omnes homines efficaciter facti sunt participes meriti christi: sed predestinatis ⁊ electis meruit efficaciter gratiaz finalem non solum primam sicut aliquibus reprobis ⁊ etiam gloriam quam nō meruit reprobis vel a deo reprobatis. ¶ Tertio dico ꝙ predictis non obstātibus non oportet dicere ꝙ merituz Christi fuerit in se formaliter infinitum sicut alij dicunt: sed fuit simpliciter finitum licet pro infinitis ꝙ̄tum ad sufficientiam acceptatum vel acceptabile. Sicut eñ deus libere acceptat actum pro aliquo: nec alias actus est meritorius nisi inꝙ̄tum acceptatus. Ita quēcunꝙ actu₃ potest acceptare pro quotcūꝙ sibi placet ⁊ sufficit pro quotcunꝙ acceptatur: et ideo licet meritum Christi simpliciter et formaliter fuerit finitum nec propter habitudinem ad suppositū merens potuerit esse formaliter infinitum: quia et illa habitudo et totu₃ quicquid se tenet formaliter ex parte actus finitum est: potuit tamen acceptari et acceptabilis erat pro infinitis secundum beneplacitum diuine voluntatis. Uerum est tamen quod condecens erat hoc attendendo ad conditionem suppositi merentis quod erat infinitum:

quatinus meritum sufficeret pro infinitis ꝛ nullū aliud meritum cuiuscunqꝫ creature sufficeret: licet absolute loquendo sufficere potuisset si deus sic voluisset. ¶ Quarto dico ꝙ predestinatis Christus efficaciter meruit: non ꝙ meruerit eis predestinationem ita ꝙ meritum Christi vt preuisum fuerit ratio predestinandi eos. Hoc em̄ non est verū. Nā sicut dixi in primo. Predestinatio non habet causam ex parte predestinati vllo modo. Sed deꝰ predestinando prius ordinate vult finem alicui: puta beatitudinem quā velit sibi gratiam vel meritum
Nota ordinē in p̄uisiōe diuina. ad finē. ¶ Unde dico ꝙ deus certum numerū electorū predestinauit inter quos Christus est caput ꝛ primus ꝛ principalis. Secundo illis quos predestinauit voluit gratiam finalem sine qua ordinauit nunꝙ conferre gloriā alicui. Tertio vidit aliquos casuros per peccatum aliquādo sicut Adam ꝛ electo qui aliquando erant peccaturi. Quarto ſm ordinem rationis ordinauit remedium reparationis per Christum ꝛ meritū Christi. ¶ Ex quo patet ꝙ meritum Christi nō fuit ratio predestinandi aliquem: quia predestinatio cuiuslibet electi ꝛ certus numerus predestinatorum prior fuit ſm rationem ꝙ̄ meritum Christi preuisum pro q̄to ad alios se extendit: sed predestinatis lapsuris datum est in remedium reparationis meritum Christi tanꝙ illis qui erant efficaciter saluandi a deo effectiue p ipsum christum hominē meritorie. Sic ergo patet ꝙ Christus omnibus meruit ꝛ quomodo non obstāte ꝙ suum meritum sit finitum formaliter. licet forte aliquomodo ſm denominationē extrinsecam a supposito merēte possit dici infinitum sicut opus aliquod dicitur humanū vel etiā quia ad infinitos q̄tum ad sufficientiam se extendit.

quid xp̄s alijs meruerit. ¶ De secundo vero q̄d meruit ipse xp̄s alijs. Dico primo ꝙ meruit eis gloriam ꝛ gratiā. Uerū est tamen ꝙ aliquibus ſm sufficientiā vel q̄tum ad sufficientiam et aliquibus efficaciter. De gratia prima. dico ꝙ meruit eā omnibus qui habuerunt vel habituri sunt eam ꝛ hoc efficaciter. Paruulis tn̄ meruit eā sine cooperatione ipsorum. Sed adultis de cōmuni lege cum cooperatione vel aliqua dispositione ipsorum per quā disponūt seipsos ad gratiā aliquo modo saltem de congruo. Nec est inconueniēs de prima gratia in alijs ꝙ sic cadat sub merito christi de cōdigno licet bene sit incōueniens ꝙ cadat sub merito alicuius alterius habētis gratiam ipsam. Et hoc etiā patet. Nam xp̄s meruit ꝙ sacramēta noue legis habeant efficaciam. Et planū est ꝙ in sacramēto noue legis aliquo. Puta in baptismo cōfertur prima gratia: quare ꝛc. ¶ Dico ergo ꝙ meruit xp̄s gratiam primā omnibus etiam antiquis patribus ante tēpus legis scripte ꝛ sub tempore legis scripte ꝛ circūcisionis precedēte fide de Christo ꝛ merito sue passionis que semper quoquo modo fuit necessaria ad salutem consequēdam ꝛ gratiam habēdam pro omni statu ꝛ lege hominis viatoris. ¶ De gratia vero secunda ꝛ augmento gratie. Dico ꝙ christus meruit etiā ipsam in omnibꝰ habētibus ipsam ꝛ efficaciter tn̄ cooperantibꝰ ipsis ſm opa bona formata a caritate. De gratia vero penitentiali que non est prima sed recuperatiua magis ipsius gratie. Dico etiam ꝙ xp̄s meruit eā ꝛ de condigno sic tn̄ ꝙ non sicut causa totalis ꝛ immediata sed oportet penitentem ad hoc operari et disponere se quoquo modo: nō tn̄ meretur ipse sibi gratiam de condigno per illam dispositionē sed tā tuꝫ de cōgruo. ¶ De gratia finali etiā dico ꝙ xp̄s meruit eā omnibus habētibus ipsā finaliter sicut puto ꝛ idem dico de virtutibus infusis ꝙ xp̄s meruit eas oībus sicut de gratia dictū est. ¶ De gloria vero sciendū ꝙ gloria accipitur q̄tum ad habitum vel q̄tum ad actū. Similiter etiam gloria accipitur pro gloria corporis vel pro gloria aīe ꝛ oībus istis modis dici potest ꝙ xp̄us efficaciter meruit gloriam omnibꝰ predestinatis ꝛ electis hominibus qui non habuerunt eam ex meritis proprijs sicut oēs paruuli decedentes sub baptismo ꝛ antiquitus sub circūcisione ꝛ ante sub fide parentū applicata ad paruulos. ¶ De illis vero qui habēt vł habituri sunt eā ex meritis potest etiā dici ꝙ xp̄s meruit eis etiā de condigno tanꝙ principalis causa merens: ipsi vero tanꝙ sub principales ꝛ secundarie cause: ita ꝙ ex duplici causa meritoria debetur eis ꝛ maior gloria debetur eis de communi lege ꝙ̄ illis qui nō habēt gloriā ex merito ꝓprio: sed tm̄ ex alieno puta ex merito christi. ¶ De apertione ianue dico ꝙ illa potest ītelligi duplex. Una spiritualis ꝛ alia corporalis. Et spūalis apertio vocatur amotio impedimēti visionis beate. Et apertio corporalis vocatur amotio impedimenti ascensus beatorum ad celum locum illum beatorū ad quem nullus ascēdit ante ascēsionem Christi. Et dico ꝙ christus suo merito ꝛ p̄cipue merito passionis que fuit emēda satisfactoria meruit vtraꝫ apertionem Unde ꝛ statim passione exhibita fuit aperta p̄ma ianua sicut etiam dicit xp̄us latroni pendēti iuxta se. Amen dico tibi hodie mecum eris in paradiso. Luce.23. id est hodie videbis deum ꝛ frueris ipso beatifice sicut ego. Uerūtamē dico ꝙ secūda apertio fuit facta ex ip̄a passione exhibita: licet dilatus fuerit ingressus ſm diuinam dispositionē vsqꝫ ad ascēsionē christi qui primus sicut rex ꝛ caput aliorum intrauit ꝛ alios secū duxit. Unde ꝛ Michee primo. Ascendit prudens iter ante eos. ¶ Ex predictis patet ꝙ Christus remissionem omnium peccatorum totius generis humani sicut ꝛ gratia ip̄a per quam peccatum expiatur. ¶ Patet etiam ꝙ omnibus habentibus opera bona ꝛ meritoria meruit nobis sicut ꝛ gratiam que est principium ꝛ radix merēdi vt vere possimus sibi dicere omnia opera nostra domine operatus es nobis ꝛ ad ipsum cōparati nō sumus nisi serui ꝛ inutiles serui sicut etiā dicebat discipulis suis. Cum inquit feceritis omnia benedicite serui inutiles sumus. Hec de secundo articulo principali.

Gl'ia mł tiplex. — ianue ap tio dup. — Luc.23. — Mich.1.

¶ Quātum ad tertium articulum. Sunt alique instantie contra predicta. Instātie ꝯ p̄dicta.
¶ Prima est ista. Meritum est prius premio saltem ordine nature. Sed meritum Christi vel passio Christi non fuit prius gratia antiquorum patrum: sed posterius etiā duratione: ergo ꝛ cetera. ¶ Secunda est ista. Quod non est nō meretur nec meretur alicui. Sed Christus q̄tum ad suum meritum non est modo sicut nec sua passio: nec fuit etiam tempore patrum: ergo nichil merebatur eis. ¶ Tertia instantia. Premium debet esse maius merito et meritum debet ordinari ad ipsum.

Sed meritum Christi est aliquid nobilius ⁊ perfectius merito aliorum ⁊ operibus bonis ipsorum sicut ⁊ gratia Christi: ergo ⁊c. ¶ Quarta instātia. Qua ratione Christus dicitur meruisse gloriam eadem ratione vt videtur debet dici meruisse predestinationem. Sed hoc est falsum: ergo ⁊c.

¶ Quinta instantia. Quia si Christus non obstāte ꝙ fuerit posterius meruit prioribus et antiquis gratiam: tunc meritum potest esse posterius p̄mio. Videt̄ ꝙ pari ratione angeli beati possint dici meruisse suam beatitudinem postꝙ̄ habuerunt ipsaz. Sed hoc est falsum. ¶ Sexta instantia Si Christus meruit gratiaz circūcisionis merito sue passionis videtur ꝙ circūcisio habuerit efficaciaz ex opere operatio sicut secramēta noue legis. Hoc est falsum: ergo ⁊c. ¶ Septima instantia. Quia si Christus meruit antiquis patribus gloriam sicut ⁊ gratiam vel remissionem culpe non apparet ratio quare non fuerint antiqui patres assumpti ad gloriam sicut accepti ad gratiā. Sed hoc ē falsuz. ¶ Octaua instantia. Quia si Christus meruit antiquis patribus aliquid. Aut hoc fuit per suum meritum vt preuisum. Aut vt exhibitū. Nō primo modo: quia meritum vt preuisum nō est nisi ens rationis. Per ens autem rationis non meretur quis aliquid reale. Nec vt exhibitum quia nondum erat exhibituz ergo nullo modo.

Ad istā. precedē.

¶ Ad primam instātiā dico ꝙ nō oportet meritū esse prius natura realiter in seipso ꝙ̄ premium sed sufficit ꝙ in acceptāte vel in acceptatione ordinātis sicut est in proposito. Meritū enim Christi prius natura fuit in acceptatione dei ꝙ̄ fuit gratia alicui collata ratione ipsius. ¶ Ad secundā quasi per idem scz ꝙ illud qd̕ nullo modo est nec in se nec in acceptatione alicuius non est meritum nec ratio alicuius premij Non oportet autem ad hoc ꝙ sit meritum vel ratio alicuius premij ꝙ sit in actu: sed sufficit ꝙ futuruz sit vel fuerit ⁊ ꝙ sit in actu acceptatum ad tale premium. ¶ Ad tertiā dico ꝙ non oportet omne premium esse maius merito sed potest hoc fieri et esse ſm arbitrium dei acceptantis tale meritum ad tale premium precipue quia liberaliter acceptat nec meritum est meritum nisi quia ab ipso acceptatum Et ideo dico ꝙ acceptare potest vnum perfectiorē actum in se ad aliquē imperfectiorem tanꝙ̄ ad premium vel dic ꝙ non est totale premiū. ¶ Ad quartam dico ꝙ non pari ratione meretur quis predestinationem ⁊ effectum predestinationis puta gloriā et gratiam. Patet de se ꝙ non eadem ratione meretur quis prius sicut ⁊ posterius nec causam sicut effectum. Et ideo licet Christus meruit gratiaz et gloriam alicui sicut etiā aliquis sibiipsi non tamen predestinationem. ¶ Ad quintam dico ꝙ non est aliquod incōueniens si deus sic ordinasset vel ordinare voluisset ꝙ angeli boni primo habuissent suā beatitudinē ⁊ postea meruissent eam sicut non fuit inconueniens de Christo ꝙ simul haberet beatitudinem ⁊ mereretur eam vt dictum est supra. Tamē non est ita ordinatuz ꝙ aliquis primo beatificetur et postea suam beatitudinem mereatur. Sed angeli boni primo meruerunt ⁊ postea beatificati sunt ⁊ in termino nec fuerūt amplius viatores nec in statu merendi ſm ordinationem diuine voluntatis.

¶ Ad sextam dico ꝙ sicut Christus meruit ꝙ sacramēta noue legis haberēt efficaciā ex opere operato ita de circūcisione ⁊ sacramētis antique legis meruit ꝙ haberent efficaciam ex opere operantis.

¶ Ad septimam dico ꝙ immo apparet ratio quare sancti patres ante passionem Christi vel suū meritum exhibitum non fuerunt glorificati sicut gratificati: quia summū premium vel bonum ad qd̕ attingit premium. Puta beatitudo nunꝙ̄ debet cōferri donec meritum sit exhibitum licet aliqua alia bene possint conferri cuiusmodi sunt remissio culpe ⁊ infusio gratie. ¶ Ad octauā dico ꝙ christus per actum suum meritorium preuisum meruit antiquis patribus gratiam non vt preuisum vel exhibitum. Ita ꝙ ista sint rationes meritorij in actu sꝫ vt acceptant a deo ad hoc: vt ratione ipsius patribus credētibus in Christum cōferretur gratia vel etiam paruulis in fide ipsorum. Hec de tertio articulo.

¶ Ad primum principale dico ꝙ bene concludit ꝙ christus non meruit gratiā ⁊ gloriam omnibus ſm efficaciā: licet bene ſm sufficientiam. ¶ Ad secundum dico ꝙ meritum christi nō est infinitum sed formaliter finitum: licet ad infinitos homines se extēdat ꝙ̄tum ad sufficiētiaz ex voluntate ⁊ beneplacito acceptantis. ¶ Ad cōfirmationem de remissione peccati. Dico ꝙ peccatum non est formaliter infinitum sed obiectiue tm̄ vel auersiue. ¶ Ad tertium dico ꝙ Christus meruit omnibus hominibus primam gratiam pro statu nature lapse: quia si primi parētes in statu innocentie habuerunt gratiam. Dico ꝙ Christus non meruit eis illam gratiam. Prius eñ fuit illa gratia conferenda ꝙ̄ preuideretur casus hominis nec meritū Christi prout ad alios se extēdit. ¶ Quādo dicis. Tunc prima gratia non esset gratia: quia caderet sub merito condigni. Dico ꝙ est gratia habenti: quia non cadit sub merito suo licet sub merito alterius. Vel dic ꝙ totum est gratuitum ⁊ gratia: quia totum depēdet ex liberali acceptatione diuina. Ita ꝙ nullus actus ex seipso condignitatez habet ad premium sed inꝙ̄tuz a deo liberaliter acceptatur. ¶ Ad aliud de gloria dico ꝙ non est inconueniens ꝙ aliquis mereatur sibi gloriam ⁊ cuz hoc etiam Christus: Christus tamen sicut principalis merens et agens et ipse homo sicut secundarium agēs ⁊ minus principale eo modo quo dictū est supra: ideo ⁊c.

Ad pri palia a gumēt

¶ Distinctionis Vigesime. Questio Vnica.

CIrca distictionez Vigesimam quero. Vtruz necesse fuit genus humanum reparari per passionez Christi. ¶ Videtur ꝙ nō. Primo sic. Non est necessariū genus humanum reparari nec fuit necessarium: ergo nec sic reparari. Puta per passionē Christi. Consequētia patet Antecedēs probatur: quia nō fuit necessarium genus vel naturā angeli peccātis reparari. Nō obstāte ꝙ ſm aliquos plures species angelorū totaliter ceciderūt quia non ponunt nisi vnū indiuiduum in

vna ſpecie angelica ⁊ tñ ſpecies angelica eſt mul=
to nobilior ꝙ̄ humana ⁊ magis fuiſſet neceſſariuȝ
ipſam reparari vt videtur. ¶ Secūdo ſic. Huma=
nū genus potuit reparari per quēcunqȝ actū exer=
citum ipſius xp̄i magis ꝙ̄ per paſſionē xp̄i: ergo non
fuit neceſſarium ipſum redimi per paſſionē Chri=
ſti: conſequētia patet. Probatio antecedētis quia
cum actio ſit laudabilior paſſione: quia paſſionibꝰ
2. ethi. nō meremur nec laudamur nec vituꝑamur. 2. ethi.
quilibet actus bonus exercitus xp̄i ita fuit deo ac
ceptabilis ſicut paſſio ſua: ⁊ per conſequēs ita ſa=
tiſfactorius pro genere humano reparādo. ¶ Ter
Anſel. tio ſic. Anſelmus libr. 2. cur deus homo approbat
ſentētiaȝ diſcipuli ſui ꝙ minima leſio corporis xp̄i
preponderabat omnibus peccatis noſtris. Ita ꝙ
prius deberet aliquis velle ꝙ totū genus humanū
in peccato remaneret ꝙ̄ ꝙ homini xp̄o aliquam le
ſionem inferret: ergo cum modica leſura xp̄i pro ſatiſ
factione ſufficeret non fuit neceſſarium per tantā
leſuraȝ paſſionis ⁊ mortis genus humanū repara
ri vt videtur: quāto enim pena ſatiſfactoria minor
eſt: dum tñ ſit ſufficiens tāto magis eſt cōueniens.

¶ **Contra** Anſelmus per totum librū cur
deus homo quaſi qr ad iſtā con
cluſionem declarandā cōpoſuit illum librū. Dicit
Anſel. eñ ſic lib. 2. ad diſcipulū ſuū. Ecce vides quomo=
do rationabilis neceſſitas oſtendat ex hominibus
perficiendā eſſe ſupernā ciuitatē nec hoc fieri poſ=
ſe niſi per remiſſionē peccatoruȝ quā homo nullus
habere poteſt niſi per hominē qui idem ipſe ſit deꝰ
atqȝ morte ſua homines peccatores deo recōciliet
expreſſa eſt auctoritas vt videtur.

¶ In iſta queſtiōe ſic ꝓcedā.

¶ Primo inquiram an fuerit neceſſarium redimi
genus humanū. ¶ Secundo. An per viam ſatiſfa
ctiōis. ¶ Tertio. An ſatiſfactio neceſſario debue
rit fieri a deo homine. ¶ Quarto. An ſatiſfactio
talis puta per morteȝ fuerit neceſſaria. ¶ Ultimo
ad rationes.

opi. āſel. ¶ **Quantum ad primum ar/**
ticulum videtur dicere Anſelmus et arguit ꝙ ne=
ceſſarium fuerit genus humanū reparari. Et hoc
ſic. Deus nichil facit fruſtra. Sed natura humana
cū ſit intellectualis ⁊ rationalis eſſet fruſtra in vni
uerſo niſi reparata fuiſſet vl' reparetur quia ip̄a eſt
capax dei per cognitionē perfectam ⁊ amorē vidē
do ipſum ⁊ amando vel fruendo ipſo. Hoc autē nō
ſtat cum peccato: igitur oportuit ipſam reparari ⁊
redimi a peccato. In quod iam ponitur eſſe lapſa.
Hec ratio habetur lib. 2. cur deus homo. c. 1. Et in
4. ca. concludit ꝙ ex his facile eſt cognoſcere: qm̄
aut deus perficiet naturam quā incepit aut in va=
nū fecerit eam ſublimē naturam: quare ⁊c̄.

ꝯ Anſel. ¶ **Sed iudicio** meo ſalua Anſelmi re=
uerētia non video ꝙ ne
ceſſarium fuerit naturam humanam vel genus hu
manū reparari etiā ſuppoſito lapſu illius. ¶ Pri
mo quia non eſt hoc magis neceſſarium de homine
ꝙ̄ de angelo ſicut argutum eſt ſupra. ¶ Secundo
quia lapſus non eſt nec fuit per ſe cauſa reparatio=
nis ſed occaſio tantum. ¶ Tertio quia preſuppoſi
to lapſu hominis non propter hoc deus operatur
circa ipſum neceſſario opus reparationis: ſed me=
re contingenter ⁊ libere. Ita ꝙ tota neceſſitas re=
parationis humane non eſt niſi neceſſitas cōſequē
tie: quia ſic deus determinauit ꝙ homo reparetur
et ſtat talis neceſſitas cum contingentia ſimplici=
ter. ¶ Quarto quia ſicut non eſt abſolute neceſſa=
rium angelum non reparari poſt lapſum: quia po=
teſt vel potuit reparari. Ita nō videtur neceſſariū
hominem reparari: quia abſolute loquendo potuit
non reparari etiam ſuppoſito lapſu.

¶ **Dico igitur** ꝙ̄tum ad iſtum articulū
ꝙ non fuit neceſſarium opi. doc.
ſimpliciter hominē reparari etiam ſuppoſito lapſu
ſicut nec hunc hominē neceſſariuȝ eſt reparari poſt
peccatum vel penitere. Fuit tamen neceſſarium ne
ceſſitate conſequētie ſuppoſito ꝙ deus ſic determi
nauit facere ſicut tenemus per fidem. Congruum
tamen fuit ipſum reparari ⁊ fuit hoc ordinatū ma=
gis ꝙ̄ de angelo: quia angelus ex tēptatione ⁊ im
pulſu alterius non peccauit ſicut michi videtur de
peccato primi angeli quicqd ſit de aliȷ̈s: qr de mul=
tis aliȷ̈s poteſt dici ꝙ ex temptatione ⁊ impulſu al
terius peccauerunt. Unde ⁊ mali angeli alios tem
ptauerunt. Iuxta illud apoca. Factum eſt prelíuȝ Apocal.
magnum in celo Michael ⁊ angeli eius preliaban
tur cum dracone ⁊ draco pugnabat ⁊ angeli eiꝰ
⁊c̄. vel ſi ex impulſu et temptatione alterius aliqui
peccauerunt illa tamen tēptatio non fuit ita vehe=
mēs ſicut temptatio qua homo fuit temptatus. Et
ſimiliter magis potuerunt reſiſtere ꝙ̄ homo: ideo
magis congruum fuit homineȝ reparari. Nec fuit
reparatus homo ad reſtitutionē ruine angelice ſi=
cut aliqui imaginātur. Nam prior ſm̄ rationē fuit
predeſtinatio omnium electorum ꝙ̄ aliquis caſus
preuideretur: ⁊ per conſequēs aliqua reparatio il=
lius caſus vel lapſus. Quere contra hoc Auguſti
num in libro primo ſupra de predeſtinatione diſti=
ctione quadrageſimaprima.

¶ **Ad rationem An**ſelmi dico ꝙ ho ad anſel.
mo non eſſet fru
ſtra in vniuerſo dato ꝙ nunꝙ̄ repararetur nec bea
tificaretur ſicut nec angelus malus. Dato ſecūduȝ
aliquos multe ſpecies angelorum totaliter ſint dā
nate: quia tot ſpecies quot indiuidua. Sunt enim
ad perfectionem naturalem vniuerſi ⁊ ita de ſpecie
humana diceretur. ¶ Preterea dictum eſt ſupra
ꝙ ſiue homo peccaſſet ſiue nō adhuc filius dei fuiſ
ſet incarnatus ⁊ fuiſſet homo. Ponamus ergo ꝙ
fuiſſet homo. Planuȝ eſt ꝙ attigiſſet ille homo ad
viſionē beatificam dei ⁊ ſic quicquid fieret de aliȷ̈s
hominibus natura nō fuiſſet vniuerſaliter fruſtra
ta a fine ſuo: quia in aliquo ſuppoſito attigiſſet fi=
nem illuȝ. puta in chriſto ⁊ hoc ſufficit ne ponatur
fruſtra. ¶ Similiter etiam tertio. Non fuiſſet fru=
ſtra natura humana dato ꝙ non redempta: quia ſu
ſtinuiſſet penam dānationis pro peccato ad oſten=
ſionē diuine iuſticie ideo ⁊c̄. Hec de p̄mo articulo.

¶ **Quātum ad ſecūdum arti** Opinio Anſel.
culum. Dicit etiam Anſelmus ꝙ neceſſe fuit homi
nem redimi per viam ſatiſfactionis. Et arguit ſic
libr. 2. Cur deus homo. Iniuſtus eſt qui nō reddit
deo qđ debet ſicut etiā q̄ nō reddit hoī qđ dꝫ. Sed
homo debet deo maximā reuerētiā quā ſibi abſtu=
lit ꝑ peccatū offendēdo ip̄m ⁊ auertēdo ſe ab ipſo

igitur oportet deo satisfacere. Alioquin manet hō
iniustus vt videtur ⁊ nunꝙ̄ recipietur ad beatitu-
Salu.ar dinē. ¶ Sed ad hoc argumētum potest dupliciter
gu.ansel. responderi ⁊ vtrāq; responsionē Anselmus exclu-
dit. Primo quia diceretur ꝙ iniustus qui non red
dit deo qđ debet si possit reddere ⁊ satisfacere: sed
si nō potest excusatus est. Homo autem nō potest:
ideo excusatꝰ est nec oportet eū satisfacere. ¶ Se-
cundo diceretur ꝙ offensa hominis posset a deo re
mitti ex misericordia dei sine vlla emēda ⁊ satisfa-
ctione ⁊ sic homo reparari. ¶ Contra primam re-
sponsionē arguit Anselmus ꝙ non valet pro hoīe
dicere ꝙ sit impotēs reddere honorē deo debitum
quia ipe reddidit seipsum impotētem ex culpa sua
⁊ ita non excusatur de illa impotentia: sed tenetur
satisfacere ⁊ manet iniustus nisi satisfaciat. Poni
tur exemplum. Si dñs precipiat seruo aliqđ opus
faciendū ⁊ ipse seruus contēnens imperium domi
ni mittat se in foueam ⁊ reddat se impotētem ad fa
ciendū opus. Planū est ꝙ ex impotentia non excu
ꝯ pdict. sat. ¶ Contra secundā solutionē arguit Anselmꝰ
solutio. q2 ꝙ deus satisfactionez dimisisset ex misericordia
Aut hoc fuisset: q2 talem satisfactionē non exigis-
set quia vidisset hominē impotētem ad satisfacien
dū ⁊ sic dimittere satisfactionem non fuisset miseri
cordia sed necessitas: q2 etiam si deus bene voluis-
set homo tñ non potius/ ⁊ dicere ꝙ deus dimittat
aliquid ex misericordia qđ habere non potest stul-
tum est. Aut sic dimisisset quia ipsum hominem ad
gloriam ⁊ gratiam trāstulisset qđ videtur irratio-
nabile: q2 tunc homo per peccatū ad gloriam deue
nisset sicut ⁊ per innocētie statum. Oportet igitur
omnino ꝙ per viam satisfactionis homo reparet.

opi.auc. ¶ **Sed sicut** dixi in precedēti articulo di
co in isto ꝙ nulla necessitas
fuit absolute hominē prius lapsum reparari ꝑ viā
satisfactionis supposito etiam ꝙ debuerit repara-
ri. Prius eñ est culpam velle remittere ꝙ̄ satisfa-
ctionē pro culpa velle recipere. igitur deus potest
culpam remittere ⁊ sic per ꝯñs hominem reparare
nolendo aliquā satisfactionē recipere. ¶ Scđo q2
hoc videmus ꝙ potest homo ex misericordia libe-
rali alium ad gratiam recipere ⁊ culpam vel offen
sam remittere dato ꝙ nullam satisfactionē ab ipso
velit recipere. ¶ Tertio etiā q2 hoc videtur dicere
August. Augustinus expresse de trinitate vbi dicit ꝙ alius
modus reparandi hominē deo nō defuit qui homi
nē de nichilo creauit. Et potest ex hoc formari ar-
gumētum: q2 sicut deus potuit nō cooperāte homi
ne in aliquo facere in puris naturalibus vel cū hoc
in gratia ante lapsum ita post lapsum sic potuit eū
reparare ipso nō satisfaciente in aliquo vt videtur.
¶ Dico igitur ꝙ potuit genus humanū reparare
sine vlla satisfactione ex parte hominis vel alicuiꝰ
alterius. ¶ Secūdo dico ꝙ tamen deus ordinauit
hominē reparari via satisfactiōis ⁊ fuit hoc neces-
sarium necessitate consequētie non absolute ⁊ sim-
pliciter necessitate consequentis sed contingens.
ad ansel. ¶ Ad rationem Anselmi dico ꝙ deus ex liberali
misericordia potuit remittere satisfactionē homi-
ni recipiēdo ipsum ad gloriam ⁊ gratiam ⁊ remit-
tendo sibi offensam. Nec propter hoc homo ex pec
cato fuisset gloriam consecutus nisi occasionaliter
⁊ per accidens sicut modo ex peccato est redēptus
per satisfactionē: sed directe ⁊ per se ex diuina mi-
sericordia esset gloriam assecutus sicut modo etiaz
est redemptus. Hec de secundo articulo.

¶ **Quātum ad tertium arti/** culum etiam ponit Anselmus ⁊ cōmuniter ponūt opi. āsel. ⁊ aliorū
multi ꝙ supposito ꝙ humanū genus esset reparan
duz per viam satisfactionis oportuit ꝙ satisfaciēs
esset deus verus et etiam homo verus. Qz homo
iam patet ex predictis ꝭm Anselmum: quia homo
peccauerat: ⁊ ideo oportuit etiam ꝙ homo satisfa-
ceret. Sed ꝙ deus. Probatur ab Anselmo. Pri-
mo sic. Nullus potest deo satisfacere pro peccato:
nisi reddēdo aliquid maius ꝙ̄ sit omne aliud a deo
quia aliquid maius ꝙ̄ omne illud pro quo peccare
non debuit nec auerti a deo. Sed talis non potest
esse nisi deus qui solus omnem creaturam excedit
pro qua non debuit homo peccare auertendo se a
deo. Maius enim omni creatura non potest redde
re nisi deus: ergo ⁊c̄. ¶ Secūdo sic. Nullus potest
satisfacere pro peccato qui debet quicquid pōt ipsi
deo. Dato ꝙ sit innocēs ⁊ sine peccato. Sed purus
homo omnez reuerentiam ⁊ quicquid potest debet
deo dato ꝙ homo nō peccasset vt patet ex sua crea
tione: ꝗ purus homo ⁊ pari ratione nec pura crea-
tura potest deo satisfacere pro peccato. ¶ Tertio
sic. Ille solus potest deo satisfacere pro peccato q̇
potest restituere illud quod fuit impeditum ꝑ pec-
catum ad quod deus hominē ordinauerat. Puta
gloriam ⁊ gratiā. Sed hoc potest solus deus q̇ so-
lus potest conferre gratiā ⁊ gloriā: ꝗ ⁊c̄. ¶ Quar
to sic potest argui. Ille qui solus est infinitus po-
test satisfacere pro offensa infinita. Sed peccatum
mortale est offensa infinita. Tum quia ille qui of-
fenditur est infinitus. Tum quia etiā auertit a bo-
no infinito et adimit ip̄m: ergo ⁊c̄. ¶ Quinto sic.
Homo non potuit obligari ad tantam reuerētiam
respectu puri hominis vel creature ad ꝙ̄tam obli
gatur respectu dei. Sed si hō purus vel pura crea-
tura pro homine satisfecisset homo obligaretur si-
bi ad tantam reuerentiam ratione redemptionis si
cut obligatur deo ratiōe creationis: ergo ⁊c̄. Mi-
nor patet: quia non est minus opus redemptionis
ꝙ̄ creationis vt videtur. ¶ Videtur ergo secundū
istas rationes posse dici ꝙ oportuit deum pro pec-
cato generis hūani satisfacere ⁊ ꝙ non potuit hoc
creatura pura.

¶ **Sed his non** obstantibus videt̄ mi Opinio doctoris
chi sicut de precedenti
bus articulis esse dicendum ꝙ nulla fuit necessitas
absolute loquēdo deum satisfacere pro peccato ho
minis etiam supposito ꝙ non redimeretur homo
nisi per viam satisfactionis. Sed pura creatura po
tuit satisfacere pro peccato absolute loquēdo. nec
oportuit ꝙ satisfaciens esset deus ¶ Hoc potest
patere. Primo sic. Actus equalis bonitatis vel
maioris ꝙ̄ sit alter actus malicie potest esse satisfa
ctorius pro illo vt videtur. Sed aliquis homo po-
tuit esse siue in puris naturalibus siue in gratia vel
etiam in statu innocentie sicut potuit deus facere
qui habuisset actum diligendi deum maioris boni
tatis ꝙ̄ actus Ade fuerit malus vel ꝙ̄ fuerit ma-
licia in ipso: quia potuisset habere maiorē vel equa
lem conatum voluntatis in diligēdo deum ꝙ̄ Adā
in peccando: et consequenter etiam actus suus ad
tot se potuit extendere in bonitate sicut ille in ma-

licia. ergo ⁊c. Sic enim deus potuit ipsum acceptare pro multis sicut ⁊ actum malum ipsius Ade potuit ⁊ voluit īputare multis. ergo ⁊c. Nullū eñ incōueniēs est ꝙ aliquis nō debitor possit pro alio satisfacere. ¶ Secūdo q̄r nō videtur incōueniens qñ Adam ip̄e potuerit penitere ⁊ intēsiori actu vel eque intenso se ad deum cōuertere sicut auertit se ī peccando ⁊ sicut peccatum suū in alios redundauit ita ⁊ sua penitentia in alios redūdasset si deus voluisset eam sic acceptasse. ¶ Cōfirmatur q̄r potuit deus Ade conferre gratiam postq̄ peccauerat nō ex merito sicut etiā verbo ⁊ ita actus suꝰ fuisset meritorius ⁊ satisfactorius. Similiter etiam deus potuit absolute v̄bum nō incarnari ⁊ tamē Adā predestinatus saluari ⁊ nō sine satisfactione de peccato quoquoᵒ. ergo ⁊c. Similiter etiam meritū satisfactionis est causa extrinseca sc̄da salutis ip̄iꝰ satisfacientis vel etiam meritum xp̄i sed sine tali cā pōt deus īmediate quicquid mediāte illa. g ⁊c. ¶ Tertio q̄r nō est īpossibile ꝙ actum vnius angeli ꝓ humano genere deus acceptasset ꝓ satisfactiōe. Actꝰ enim ille potest esse simpliciter melior et nobilior q̄ actus hominis. quare ⁊c. ¶ Quarto q̄r nullum fuit impossibile deo ꝙ hoīem purū fecisset nasci de virgine ⁊ sibi tantum gratiam cōtulisset sicut xp̄o ⁊ ita actus eius fuisset ita meritorius sicut actꝰ xp̄i ⁊ cōsequēter ita satisfactoriꝰ vt videtur. quare ⁊c. ¶ Ultimo cōfirmatur hoc q̄r planū est ꝙ actꝰ xp̄i satisfactorius nō fuit infinitus sed formaliter finitus ⁊ creatus nec meruit vel satisfecit pro nobis in quantū deus sed inq̄tū homo igitur videtur ꝙ potuit satisfacere purꝰ homo. Dico ꝙ absolute loquēdo purus homo vel pura creatura potuit satisfacere pro genere humano: sed deo melius pro nobis ꝓuidente ordinatum est vt nō satisfaceret purꝰ homo sed deus ⁊ homo ex diuina caritate. quare. ⁊c.

Ad rōes Ansel. ⁊ aliorum.

¶ **Ad primū** Anselmi Dico ꝙ nō oportuit reddere aliquid maius vel perfectius in bonitate omni creatura ad satisfaciendum pro peccato hoīs sed equalens vel maius in bonitate q̄ fuerit actus peccati in malicia. Uñ sicut delectatio vel deordinatio in peccato nō fuit infinita. Ita nec oportet reddi vel tradi aliq̄d infinitum ad satisfaciendum sicut etiam nec actus xp̄i satisfactorius fuit ad infinitū vel excedēs oēs creaturam. ¶ Ad secūdū dico ꝙ maior nō est vera. Dato eñ ꝙ homo debeat deo quicq̄d pōt reuerētie et honoris ex sua creatione sicut etiā xp̄us inq̄tū homo debeat deo tñ pōt satisfacere pro peccato vel ēt pura creatura mō supradicto q̄r deus illud idē qd̄ est sibi aliunde debitū pōt in satisfactionē acceptare. Aliter dicitur ꝙ licet totum hēat hō a deo non tamē obligatur a deo etiā ip̄i deo d̄ necessitate nisi in operibus decalogi ex mīa diuina: ⁊ ideo de alijs posset homo satisfacere. Unde xp̄us ſm ꝙ hō totū debebat deo. ¶ Ad tertiū dico ꝙ maior nō ē vera licet eñ solus deus possit grām ⁊ gloriā effectiue restituere nō tñ solus pōt satisfacere vel grāz impetrare sicut pꝫ. Sed homo vel ex condigno vel ex cōgruo. ¶ Ad quartum dico ꝙ offensa vel pctm̄ non est infinita vel infinitū. Non eñ negat rectitudinē infinitam sed finitam rectitudinem debitā sicut pꝫ. Tu dicis. Ille qui offenditur est infinitus ita dico ꝙ ille qui diligitur est infinitus ⁊ tñ nō opꝫ ꝓpter hoc ꝙ dilectio vel amor creatus sit infinitus vt pꝫ quare ⁊c. ¶ Ad quintū dico ꝙ maior est vera. Et dico ꝙ si pura creatura satisfecisset pro hoīe bono non fuisset obligatus sibi ad tantā reuerentiā sicut obligatus est deo sicut etiam nec tanta reuerentia debetur xp̄o inq̄tum homo vel rōne humanitatis seu actus satisfactorij q̄ta debetur ei rōne diuinitatis ⁊ inq̄tum deus. Illi ergo creature debuisset homo reuerentiam tanq̄ creature pro ip̄o satisfacienti ⁊ ideo p̄ncipaliter tanq̄ satisfactionem acceptanti ⁊ grām ⁊ gloriā tribuēti ideo cōcludere nō videtur. Si dicatur ꝙ honor dei oblatꝰ per peccatum tantus est ꝙ nō pōt recōpensari per hominē. Dico ꝙ falsum est. Est enim aliquid creatū honor iste ⁊ debuit esse in honorante. Et dico ꝙ pōt per actꝰ hoīs recompensari. Hec de tertio articulo.

¶ Quantum ad quartum articulum

An oportuit xp̄m mori. ⁊c. opi. Anselmi.

Dicit etiam Anselmus ꝙ oportuit xp̄m mori ⁊ per mortem satisfacere pro peccato. Et hoc ꝓbat libro sc̄do Cur deus homo q̄r sicut homo victus fuit suauitate delectationis in peccādo. ita ēt reparari debuit satisfaciendo ꝓ ip̄o asperitate doloris ⁊ asperitate tanta vt nihil asperius vel duriꝰ possit homo pati cuius nō sit ip̄e patiens debitor. Christū igitur qui nō erat debitor mortis sic oportuit satisfaciendo mori vt videtur. ¶ Preterea q̄r oportuit eum offerre aliquid qd̄ preponderat omnibus peccatis pro quibus satisfecit. Hoc autem fuit vita sua que omnibus peccatis in bonitate preponderabat ⁊ ideo mors eius fuit p̄ciosissima ⁊ deo acceptissima. Qꝫ autem vita sua p̄ponderaret in bonitate omnibus peccatis. Dicit Anselmus ibidē vbi approbat sententiā discipuli sui dicentis ꝙ pꝰ deberet homo eligere īfinitos mūdos nō esse ⁊ oīa peccata sua sup se cadere q̄ xp̄m occidere. q̄re ⁊c. ¶ Tertia ratio potest addi: q̄r sicut mortuus erat homo per peccatum spiritualiter. Ita videtur ꝙ ꝑ mortem alicuius debuit satisfieri pro ip̄o. Nō aūt per mortem spiritualem quia illa peccatum est igitur per mortem corporalem.

opi. doc.

¶ **Sed hijs** non obstantibus. Dico ꝙ nō fuit necessariū nec oportuit absolute ꝙ xp̄us satisfaceret per mortem dato etiā ꝙ per viam satisfactionis debuerit homo reparari ab ipso. Hoc patet q̄r quecūq̄ actum bonū ⁊ exercitum ip̄ius xp̄i deus potuit acceptare pro satisfactione. Puta orationem vel predicationem vel dilectionem vel fatigationem seu aliū laborem quēcunq̄. Unde ⁊ ſm Anselmum alibi. Minima lesura corporis xp̄i preponderabat oībꝰ peccatis. Uñ modica passione potuit satisfacere pro nobis. ¶ Secūdo etiam patet hoc q̄r ad actum satisfactorium quantum est ex parte sua sufficit ꝙ sit tāte bonitatis vel maioris quante est malicie est actus culpabilis. Sed planum est ꝙ multos alios actus q̄ actum sustinēdi vel acceptādi mortem potuit xp̄s habere equalis vel maioris bonitatis q̄ actꝰ Ade fuerit malus. ergo ⁊c. ¶ Tertio q̄r ad actum satisfactorium pro peccato auersiuo a deo sufficit actꝰ conuersiuus ad deum diligendo deū super omnia ⁊ omnia peccata detestādo ꝓpter ip̄m. Ita ꝙ deꝰ pōt talem actum acceptare pro satisfactione. Sed tūc pꝫ ꝙ nō oportuit xp̄m mori. quare ⁊c. ¶ Dico igitur ꝙ absolute loquēdo nō oportuit. sed bene oportuit ip̄m mori ⁊ sic satisfacere stante ordinatione diuina

circa ip̄m ⁊ de ip̄o. Voluit enim deus ip̄m sic satis facere vt esset copiosa apud eum redemptio nõ solum sufficiens sed plena ⁊ copiosa ⁊ habundãs ẜm plenitudinem diuine caritatis quam nobis ostẽdit xp̄us in hoc facto vt nos ad caritatem traheret ne pro ip̄o etiam mori timeremus. ¶ Addit aũt vn⁹ ꝙ redemptio nostra nõ fuit p̄cisa ⁊ totalis rõ mortis xp̄i. Ita ꝙ xp̄us nõ solum mortu⁹ est pro nobis redimẽdis/ sed etiã pro iusticia defendenda ⁊ zelo iusticie diuine legis. Unde ⁊ increpãdo iudeos de malicia ⁊ cecitate ⁊ duricia cordis eorum: q꞉ male obseruabant legem dei ⁊ male intelligebant predicando eis docendo eos disputãdo cum eis concitauit aduersum se principes iudeorum ⁊ etian phariseos qui postea mortem suam procurauerunt sicut patet ex decursu euangelij manifeste: zelo ergo iuste legis diuine mori voluit ⁊ nihilominus passionem suam vel mortem ⁊ etiam vitam deo pro nobis obtulit ⁊ sic nos reparauit.

Ad rões Anselmi ¶ **Ad primum** de Anselmo Dicõ ꝙ nõ oportuit satisfacere per viam asperitatis sed alia via fuit possibilis. Et dato ꝙ per viam asperitatis nõ tamẽ tãte quãta fuit asperitas mortis q꞉ nec delectatio fuit tanta ĩ peccato ⁊ dato ꝙ tanta fuisset adhuc nõ oportuit tantam esse asperitatem sed minorem quãcunꝙ de⁹ potuisset acceptasse pro satisfactione. ¶ Ad scd̄m dico ꝙ nõ solum vita xp̄i ⁊ mors p̄ponderabat omnibus peccatis sed etiam quilibet actus suus bonus moraliter potuit preponderare vel p̄cipue act⁹ diligendi deum super omnia quare non oportuit ip̄z mori. ¶ Ad tertium dicẽdum ꝙ nõ oportuit hominem morte corporali redimi vel reparari licet esset spiritualiter mortuus sed aliquo bono actu vitali a deo acceptato in satisfactionem redimi potuit/ et pro ip̄o satisfieri vel etiam aliqua modica passione seu etiam lesione. Hec de quarto articulo.

Ad rões p̄ncipa. ¶ **Ad primũ principale argu**mentum. Dico ꝙ nec angelum nec hominem absolute loquendo necessarium fuit reparari. Tamẽ dico vltra ꝙ nõ est ꝓbabile dicere speciem humanaz reparari/ et aliquam speciem angelicam totaliter damnari. Et ideo dico vltra ꝙ nõ ẽ ꝓbabile dictũ eorum qui non ponũt nisi vnicũ indiuiduũ speciei anglice. quia tunc multe species angelorum totaliter damnarentur. Dico tamẽ ꝙ aliqua congruitas habetur de reparatione hominis que nõ habeẜ de angelis ⁊ tenetur ꝙ homo fuit reparatus non autẽ angelus licet absolute loquẽdo ita potuerit vn⁹ sicut alius reparari. ¶ Ad secũduz dico bene ꝙ per quemlibet actum xp̄i exercitum saltem moraliter bonum potuit genus humanum reparari ⁊ ideo nõ fuit necessarium absolute per passionem. Sed quãdo dicis ꝙ melius potuisset hoc fieri ꝙ̃ per passionem q꞉ actus est laudabilior passione ⁊ passionib⁹ non meremur. Dico ꝙ passio xp̄i habuit annexum actum perfectissime caritatis quo xp̄us suã passionem acceptabat ex caritate dei in redemptionẽ generis humani q꞉ maiorem caritatem nemo habz vt animam suam ponat quis pro amicis suis. Et non solum fuit ibi passio q꞉ solis passionibus non meremur ⁊ actus laudabilior est sola passione. Aliter dicitur ꝙ ph̄us loquitur in secũdo ethicorũ de passionibus naturalibus cuiusmodi sunt rubedo vel aliquid tale non autem de passionibus volũtarijs vel voluntarie assumptis sicut fuit passio xp̄i. ¶ Ad tertium dico ꝙ cõcludit ꝙ non fuit absolute necessariũ xp̄m mori sed modica lesio ⁊ vna gutta sanguinis sufficeisset ad redemptionem humani generis. Non tamen fuisset hoc magis congruum ꝙ̃ p mortem propter rationes supradictas. Nec oportet ꝙ quãto pena satisfactoria est minor dum tñ sit sufficiens ꝙ sit ꝯuenientior. Potest eñ accipi sua maioritas aliunde vel alijs de causis ꝙ̃ ex necessitate satisfaciendi. ¶ Ad illud etiam oppositum de Anselmo dr̄ ꝙ salua ipsius reuerẽtia nõ apparet necessitas dicti sui. Vel qui vult eũ sustinere dicat ꝙ intentio Anselmi ⁊ tot⁹ processus suus ẜm quattuor articulos predictos in questione non cõcludũt nisi necessitatem cõditionatam ⁊ ꝯñe supposita scilicet diuina ordinatione qua sic deus ordinauit hominẽ redimi per mortem vnigeniti filij sui ⁊ non aliter. Videtur tamẽ michi sine preiudicio ꝙ intẽtio Anselmi ⁊ verba sua sapiant necessitatem absolutam presupposito homine vel humana natura in vniuersitate rerum. Alioquin enim deus faceret vel cõseruaret aliquid frustra sicut dicit. Hoc autem est impossibile simpliciter scz deum facere vel conseruare aliquid frustra: q꞉ deus frustrari nõ potest sicut patet. ideo ⁊c.

¶ Distinctionis. xxj.
Questio vnica.

Circa distinctiõez vigesimã primã quero Utrũ corpus xp̄i fuerit idez nũero mortuũ qd̄ ante fuerat viuum ¶ Videtur ꝙ non. Illud nõ est idem numero quod nõ habet idem esse substantiale qd̄ prius. Sed corpus mortuum non habet idem esse substãtiale primuz quod prius habuit viuum q꞉ viuere viuẽtibus est esse secũdo de anima. 2. de a. Modo planũ est ꝙ non habet idem viuere mortuum qd̄ prius habuit viuum. ergo ⁊c. ¶ Secũdo sic. Si corpus xp̄i fuit idem nũero viuũ/ ⁊ mortuum hoc fuit per aliquam formam substãtialem manentẽ in ip̄o mortuo que prius etiam fuerat in corpore viuo. Sed hoc est impossibile quia tunc sequitur ꝙ in xp̄o homine dum viueret fuissent plures forme substãtiales ⁊ sic corruptio substãtialis nõ esset resolutio vsꝙ ad materiam primã quod est falsum. ergo ⁊c. ¶ Tertio sic. Si corpus xp̄i fuisset nũero mortuũ sicut viuũ non potuisset putrefieri nõ accelerata resurrectiõe existens mortuum sicut nec viuũ potest putrefieri. Sz hoc est falsum q꞉ sicut xp̄us assumpsit assumptiões corporis viui ita ⁊ mortui vt videtur. quare ⁊c. ¶ Quarto sic. q꞉ si fuisset idem corpus mortuum ⁊ viuum eadez vnione vniebatur ad verbum mortuũ existens ⁊ viuũ vt videtur. Sed hoc est falsuz quia uiuum non vniebatur nisi vnione toti⁹ nature que corrupta fuit in morte ad corruptionẽ natureꝙ̃ ⁊c.

¶ **Contra** In psal. Non dabis sanctũ tuũ videre corruptionẽ. Psalm. Super illo dicit sic glosa. Caro mea requiescit in spe resurrectionis igitur caro ⁊ corp⁹ quod requieuit mortuũ in sepulchro fuit caro xp̄i vera ⁊ corpus xp̄i veruz ẜm etiam qd̄ dicit totum euangelium. ergo fuit idẽ

corpus sicut corpus Christi viuum. Idez ergo cor
pus mortuum ⁊ viuum.

¶ In ista questione sic eēt ꝓ
cedendum. ¶ Primo eēt ostendendū quid est illd
quo formaliter aliquid est indiuiduum ⁊ hoc ⁊ vnū
numero. ¶ Secūdo eēt inquirendum an corpꝰ xp̄i
Quid p vnū nūe ro ītelli. fuerit idem numero viuū ⁊ mortuum ⁊ nō accipio
vnum numero pro vnitate suppositi qꝛ sic que sunt
in xp̄o sunt vnum numero/ ⁊ aīa etiā separata ī tri
duo a corpore ⁊ corpus ip̄m erant vnū numero cuz
verbo. ¶ Ex quo patet ꝙ responsio aliquorum de
ista questione dicētium ꝙ corpus fuit idē numero
viuū ⁊ mortuū qꝛ idem supposito nulla est nec ē ad
ꝓpositum qꝛ de hoc nō queritur. Sed intelligo per
vnum numero vel idē loquēdo de vnitate numera
li ⁊ indiuiduali qua aliq̄d est hoc indiuidualiter in
se indiuisum nūeraliter ⁊ ab alio diuisum ⁊ singu
lare. ¶ Tertio esset inquirēdum An supposito ꝙ
sic corpus xp̄i esset idem numero mortuum ⁊ viuuz
Utrū fuisset putrefactum si resurrectio non fuisset
accelerata Uel an fuisset sine omni nouo miraculo
preseruatum. ¶ Ultimo ad ratiōes. Sed quia pri
mus articulus sufficienter habetur in secūdo disti
ctione. 12. in illa questiōe prolixa. Utrum materia
sit principium indiuiduationis. ideo nihil modo.

¶ De secundo etiā articulo qꝛ suffi
cienter pꝫ ex hꝭs
Uide. 2. que dicta sunt in scd̄o. distinctiōe. 17. in illa qōne.
dist. 12. ⁊ Utrum in homine sit aliqua forā substātialis alia
17. ab aīa intellectiua. Ideo hoc dimitto. Nisi ꝙ ad
duco aliquas auctoritates ꝓbantes ꝙ corpus xp̄i
fuit dem numero viuū ⁊ mortuum quas ibi non ad
duxi accipiendo idem numero eodē modo quo ego
dixi supra/ ⁊ per cōsequēs ꝙ in ipso remansit vera
forma substātialis corporis vel carnis eadem que
prius in corpore viuo. ¶ Prima ē auctoritas xp̄i
ꝙ corpꝰ xp̄i fuit idē nūero viuum ⁊ mortuuz Jo. xx. Ubi volens ꝓbare veritatem resurrectiōis
ip̄i Thome qui dixerat. Nisi videro ī manibus eiꝰ
fixuram clauorum ⁊ mittam digitum meum in lo
cum clauorum ⁊ mittam manum meam in latus eiꝰ
non credam. Dixit christus ip̄i Thome. Aufer ma
num tuam in latus meum ⁊ noli esse incredulus sed
fidelis. Quero ergo de illo vulnere lateri. An fuit
idem vulnus quod fuit ibi inflictum cum in cruce
iam eēt mortuus sicut dicitur Jo. xix. Aut nō fuit
illud vulnus. Si fuit idem vulnꝰ nūero. ergo ⁊ idē
corpus vulneratum ⁊ ita corpus xp̄i viuum ⁊ mor
tuum idem est. Si non fuit idem vulnus sed aliud
numero simile. Tūc ꝓbatio xp̄i fuit sophistica nec
certificauit Thomam de eo quod querebat: sꝫ fuit
Thomas deceptus qꝛ querebat ⁊ volebat mittere
manum suam in latus ⁊ vulnꝰ laterale quod fuerat
inflictum corpori xp̄i iam mortui in cruce. Et simi
liter potest argui de alijs vulneribus inflictis xp̄o
in vita: licet nō ita manifeste. Et patet hoc per Au
August. gustinum ad deo gr̄as. vbi dicit sic. False ille cica
trices fuissent si nulla vulnera precessissent ⁊ tamē
nec ip̄e essent si eas eē noluisset. Uoluit autem cer
te dispensationis cura vel gratia vt eis quos edifi
cabat in fide non ficta non ad illud pro alio sed hoc
quod infixum viderant resurrexisse modo scirent.
¶ Secūda auctoritas est Augustini super Johā
nem. Claui enim manꝰ fixerant/ lancea latꝰ aperue
Idem. rat xp̄i/ ⁊ ad dubitantiuz corda sananda sunt vulne
rum seruata vestigia. quare ⁊c̄. ¶ Tertia auctori
tas principalis est Augustini ad felicianum. Illaz August.
carnem in sepulchro nō deseruit quam in vtero vir
ginis assumpsit. ergo eadem caro idem corpus fuit
viuum ⁊ in vtero virginis assumptū ⁊ in sepulchro
conditum ⁊ mortuuz. ¶ Quarta est Augustini de
fide ad petrum. De matre idem homo factus. ⁊c̄. Idem.
¶ Quinta est eiusdem in sermone quodā de ascen
sione qui incipit. Oia charissimi. ⁊c. Dicit sic. Su
per excelsa. ergo celi terrenum corpus imponitur
ossa inter sepulchri angustias pauloante conclusa
angelorum cetibus inferuntur in gremio īmortali
tatis mortalis natura transfunditur. ¶ Nota hic August.
auctoritatem eiusdez August. super illud p̄s. Deꝰ
deorum dominus loquutꝰ est vbi dicit sic. Discipu
li primo non crediderunt donec tangerent atq̄ʒ pal
parent si caro resurrexerat qꝛ caro mortua erat. Di
uinitas que mori non poterat adhuc in carne resur
gentis latebat. Ostendebat tamē dominus eandez
formam eandemq̄ʒ carnem quam in cruce viderant
que in sepultura posita erat vt quos crucifixus fece
rat titubantes resurgens fecerat fortes. Ecce per
Augustinum ꝙ eadez caro crucifixa fuit ⁊ sepulta
⁊ resurrexit/ ⁊ per ꝯn̄s fuit eadem caro viua ⁊ mor Ambro.
tua ⁊ idem corpꝰ vt videtur. ¶ Sexta est Ambro
sij de cōsecratione distinctiōe scd̄a. preter illas que
adducte sunt in questione de pluralitate formarum
Ubi dicit sic. Liquet ꝙ preter nature ordinem vir
go generauit ⁊ hoc quod conficimus corpus est ex
virgine. quid ergo queris nature ordinē in xp̄i cor
pore cum pater naturam sit ip̄e partus ex virgine.
Nam vera vtiq̄ʒ xp̄i caro est que crucifixa est ⁊ que Hiero.
sepulta ē. ¶ Septima est Hieronimi super Jonā.
Tu subleuaberis de corruptiōe Dicit ibi. Dicimꝰ
inquit idem corpus ⁊ eandem carnē resurregere q̄
sepulta est ⁊ in humo condita mutare gloriam non Grego.
naturam. ¶ Octaua est Gregorij ī Omelia super
illud Jo. Maria stabat. ⁊c̄. Dicit sic. De torrente
in via dn̄s bibit qꝛ mortē in trāsitu gustauit/ atq̄ʒ tō
exaltauit caput: quia hoc qd̄ moriēdo in sepulchro
posuit surgendo super angelos eleuauit. ¶ Nona
est Damasceni libro tertio. ca. 3. Ipsa est caro que Damas.
passa ē ⁊ resurrexit. Et. 4. libro dicit ꝙ resurectio
domini incorrupti corporis ⁊ aīe vnio erat. ¶ De Leo pa.
cima est Leonis pape in sermone de ascensione qui
incipit. Post btām. ⁊c̄. Ubi dicit sic. Ad sanandā
infidelium cordium/ vulnera clauorū/ ⁊ lancee erāt
seruata vestigia vt nedū dubia fide: sed cōstantissi
ma scientia teneretur eandem naturā in dei patris
cōsessurā throno que iacuerat in sepulchro. Et no
ta ꝙ dicit eandem naturam non idem suppositum
nec eandem materiam.

¶ Sic igitur dico omnino ƀm ꝓmissas
auctoritates ꝙ idez corpꝰ Resolu.
singulariter ⁊ naturaliter fuit ip̄ius xp̄i viuū ⁊ mor
tuum. Nec valet qd̄ dicitur ab alijs ꝙ verum ē vnū
supposito: cōtra hoc enim argutū est in prefata qōne
Nec qd̄ alij dicunt ꝙ verū est pro tanto qꝛ vna ma
teria cum affectione quadam derelicta in materia
ex quātitate vel cū quātitate. Nec quod addunt ꝙ
aduenit noua forma in eadē materia ⁊ materia ma
net assumpta nec dicitur verbū aliq̄d de nouo assu
mere. ¶ Cōtra oīa enim ibi est argutum ⁊ omnia
vnico verbo possunt infringi qꝛ per aliquod predi
ctorum nō potest saluari eadem caro sicut patet qꝫ

tamen sancti omnes nitunt saluare. Non enim vnio ad verbum dat esse carnem nec per consequens eandem carnem. Nec materia cum quātitate est caro. Nec materia cū alia forma cadaueris est caro ita caro xpi non quieuisset in sepulchro sed materia xpi vel quātitas qd est nullum dictum et cōtra sanctos et scripturam et euangelium. ¶ Secūdo dico q non solum corpus xpi fuit idē viuum et mortuum sed etiam in alijs idem manet corpus mortuū qd ante viuū fuerat sicut apparentia pbare possunt. Uerum est tamen q corpus aliorum statim tendit ad corruptionem et incinerationem per desiccationem et exhalationē humidi cōtinētis partes a calido statim post separationem aīe quod tñ nō fuit factum in xpo ex miraculo speciali vt dicetur infra. ¶ Ex hijs concludo q qz nō est caro nisi per aliquam formam substantialem qz carō dicit substātiam compositam et mixtam q necessario in corpore mortuo manet illa forma substantialis carnis que prius fuit in viuo sicut manet idem corpus et eadem caro. Sicut enim impossibile est manere idem specie cum aliquo habente formam nisi maneat eadem forma specie. Ita impossibile est manere idē numero nisi maneat eadem forma substātialis numero igitur manet ī corpore hominis mortui eadem forma substātialis carnis que prius p quam est corpus et caro quousqz tādem corpus ipm corrūpatur et putrefiat et aliud ex ipso generetur. ¶ Sic igitur dico q xps fuit idem nūero viuū et mortuū. Hec de secūdo articulo.

¶ Quantum ad tertium articulum tenetur cōmuniter q licet corpus xpi esset putrefactibile et incinerabile sicut corpora aliorum hominum nōdum gloriosa et sicut etiā in vita erat Passibile tamen de facto non fuisset putrefactum nec incineratum etiam si resurrectio nō fuisset accelerata. Hoc enī non decuisset qz ad nichil valuisset nec ad opus nostre redemptionis nec ad aliqd aliud sed indignum fuisset vt ita nobile corpus vnitum verbo putrefieret. De facto autem planum est q nō fuit putrefactum Juxta illud dictū ps. Non dabis sanctum tuum videre corruptionem: qd exponens Augustinus dicit. Non dabis sanctum tuū. id est corpus meum a te sanctificatum videre corruptionem. id est putrefactionem vel incinerationem. (Psalmi.)

¶ Etiam dico q nec corpus illud tenebat in corruptionem marcescēdo et deficiendo paulatiue sm dispositiones ad corruptionem vel incinerationem sicut corpora aliorum tendunt statim aīa separata ad corruptionem: sed de virtute et modo vel miraculo qualiter hoc fiebat est dubitatio.

¶ Et dicunt aliqui q hoc fuit virtute nature scilicet q corpus xpi sic fuit pseruatum et hoc vel qz resurrectio sic fuit accelerata et corpus non putrefit vel corrumpitur ita cito sicut in tribus diebus: sed habet certam peryodū vltra triduum in qua īcipit putrefieri. Uel qz circa corpus xpi fuerūt apposita remedia pseruantia a corruptione mirra scz et aloe in copia et sic preseruauerunt corpus a putrefactione sine aliquo miraculo vsqz ad resurrectionem q̄ fuit accelerata. Sed si resurrectio nō fuisset accelerata sed multum tardata dicūt q corpus xpi fuisset preseruatum p miraculum. Sed non per miraculū nouum sed miraculum antiquum qz eodem miraculo (Opi. quorundam.) quo corpus fuit primo vnitum verbo eodem fuisset a putrefactione pseruatum etiam si resurrectio nō fuisset accelerata nec sunt ponenda miracula plura sine necessitate vt videtur. ¶ Pro primo dicto eorum scilicet q resurrectione accelerata corp9 xpi fuit preseruatum per naturam. Uidetur eē Augustinus de presentia dei. Ubi dicit q xps ita cito resurrexit q corpus eius putrefieri nō potuit. ¶ Uidetur etiam ratio pro eis qz quando aliquid potest fieri per naturam nō est recurrendum pōt fieri per naturam non est recurredum ad miraculum. Potuit autem fieri per naturā q corpus xpi in triduo non putrefieret. Tum ppter frigiditatem loci lapidei in quo fuit positum et aliqua citius putrescūt in locis calidis q̄ in frigidis sm Augustinum tertio de trinitate. Et patet hoc ad sensum. Tum propter breuitatem temporis. Tum ppter remedia apposita. Tum ppter siccitatem corporis qz in corpore xpi pauci remanserant humores qz xpus maximam copiam sanguinis emiserat quare et c. ¶ Sed quia diu fuisset preseruatum si resurrectio nō fuisset accelerata hoc fuisset per miraculum qz ad diutinā conseruationem vltra peryodū determinatā nō valent remedia naturalia. Nec per hoc natura qz nō potest perpetuo pseruare aliquid corruptibile sicut patet. Oportet ergo recurrere ad miraculum sz nō ad nouum miraculum sicut dictum est supra sm eos et nulla est necessitas. Nam verbum assumpsit sibi corpus humanum indissolubiliter secundum Damascenum libro tertio capitulo tertio. (Augusti.) (Damas.)

¶ Contra istā positionem sunt aliqua dubia. Primo q̄tū ad hoc q dicunt q corpus xpi fuit pseruatum p naturam qz nō videtur hoc consonare scripture. Non dabis sanctum tuū videre corruptionem. Uidetur enim q miraculose fuerit hoc factum multo forti9 q̄ de corpore beate virginis et Johānis euangeliste de quibus creditur q corpora eorum non fuerūt putrefacta sed resurrectio eorū accelerata. ¶ Secundo etiam contra illud q corpus habet certam peryodum quādo incipit putrefieri. Dico q corp9 humanū sicut patet per experientiam statim aīa separata incipit marcescere et disponi ad corruptionem et hoc naturaliter. Unde et statim fetere icipit nec potest totaliter ab aliquo remedio ab hoc pseruari. Unde licet mirra illa et aloe aliquid fecissent et aliqualiter preseruassent et locus frigid9 et alia que adducūtur ab alijs nunq̄ tñ totaliter pseruassent. (Zpcedē. ponem.)

¶ Videtur ergo mihi q xpi corp9 fuit miraculose preseruatum a tendentia et dispositione ad corruptionem. (Mens doctoris)

¶ Ad Augustinum dico q ita cito surrexit q corrumpi vel putrefieri non potuit. Uerum est q̄tum corruptionis ipsius corporis qz nō ita cito simpliciter corrumpitur ipm corp9 et aliud generatur ex ipso sed bene quantum ad dispositionem et tendentiā in corruptionem potuisset non obstāte acceleratione resurrectionis nisi preseruatum fuisset miraculose Et dico q non miraculose fuerit hoc factum sicut ostēdetur statim in alio mēbro. ¶ Quantū ad aliud quod dicunt q si resurrectio fuisset tardata corpus xpi fuisset preseruatum a corruptione nō nouo miraculo: sed antiquo. Non videtur mihi hoc verum ¶ Uidetur enim mihi q corpus xpi de facto fuit preseruatum ab illa tendētia et dispositione ad cor- (Quo corpus xpi fuit preseruatum.)

ruptionem vel incinerationem et si resurrectio non fuisset accelerata adhuc fuisset nouo miraculo preseruatū a corruptiōe ipa. ¶ Hoc probo primo sic Passiuum naturaliter dispositum et approximatū actiuo naturaliter nō impedito per causam supnaturalem vel aliam naturaliter si nō patitur. Hoc ē miraculosum qꝛ per causam supernaturalem impeditur. Patuit de tribus pueris in camino babilonis et igne. Sed corpus Christi mortuum cum non esset gloriosum et esset mixtum ex contrarijs erat passiuum dispositum sufficienter approximatum actiuo naturalibus corruptiuis siue ab extrinseco siue ab intrinseco igitur ꝙ non corrumperetur vel ad corruptionem non disponeretur miraculum debet dici. ¶ Dices ꝙ verum est miraculosum fuit sed non fuit nouum miraculum sed eodem miraculo quo corpus vniebatur verbo sicut pseruabatur. Contra. Probo ꝙ nouo miraculo verbū assumēs corpus nō impedit quin agētia extrinseca violēter agerent in corpus viuū nō obstante vnione ipi⁹ ad verbum sicut nō impediuit quin clauus penetraret manum vel extraheret sanguinē et si impediuisset fuisset miraculum stāte passibilitate corporis sicut patet sicut etiam si impediuisset ꝙ non esurisset vel sitisset. ergo similiter in pposito si phibuisset corp⁹ mortuū corrūpi vel ad corruptonē disponi. ¶ Secundo sic. Sicut in generatione est pcessus naturalis qui si impediretur positis omnibus suis naturalibus esset miraculum. Ita in resolutiōe est processus naturalis a perfecto ad īperfectum et continu⁹ processus vsqꝫ ad vltimatā resolutionem qui si impediretur omnibus tamē suis causis naturalib⁹ positis miraculose impediretur vt si verbum prio assumpsisset sanguinem et pcessisset ſm processum generationis naturalis sicut alij positis omnib⁹ causis naturalibus illi⁹ processus si aliquando stetisset ante vltimatam generationem nouum miraculum fuisset. Sic etiam pōt dici de processu augmētationis cum ergo ita fuerit in processu ad corruptionē vel incinerationem corporis ꝙ positis omnib⁹ causis nanturalibus impeditus fuit vt nec corpus xpi corrumperetur nec ad corruptionem vel incinerationem disponeret. Uidetur ꝙ nouo miraculo fuerit factū istud. ¶ Tertio sic et est quasi tactum ī corpore xpi viuo nō obstante vnione ad verbum fuit augmentatio et fluxus partium et refluxus et si fuisset phibitus hoc fuisset nouo miraculo. ergo similiter in pposito vt videtur. ¶ Dico ꝙ licet eodem miraculo fieri potuit forte ꝙ corpus xpi fuisset vnitum verbo et gloriosum effectū et per cōsequēs impassibile et incorruptibile tamē qꝛ de facto videm⁹ ꝙ corpus xpi viuum nō obstāte ꝙ fuerit vnitū verbo fuit tamen passibile et corruptibile non gloriosum et multo fortius mortuū existēs cum nō eēt cōiunctum aīe gloriose non esset gloriosum sine vllo miraculo. Potest argui ꝙ sicut fuisset nouum miraculū preseruādo corpus xpi viuū a passione et lesione. Ita fuit nouum miraculum preseruādo ipm a dispositione et tendentia ad corruptionē et fuisset etiam nouum miraculum preseruando ipm a corruptione et incineratione si resurrectio nō fuisset accelerata. quare et cē. Ex hoc apparet necessitas ponendi nouum miraculum vt videtur. ¶ Ad illud vero quod adducūt de Damas. Dico ꝙ nō est pro eis. Nam pro tanto dicit ꝙ verbum assumpsit corpus

indissolubiliter qꝛ nunqꝫ corpus fuit a verbo separatum non qꝛ nō obstāte ꝙ non potuerit corrumpi vel disponi ad corruptionem vel qꝛ eodem miraculo fuerit verbo vnitum et a corruptione pseruatū. ¶ Uel aliter et melius ꝙ Damas. dicit ibi loquēs de natura humana ꝙ verbum assumpsit eam mirabiliter et inalterabiliter et nō potuit ibi indissolubiliter et pro tanto dicit hoc qꝛ neutra potuit verti in aliam nec ambe in tertiam. Non aūt dicit indissolubiliter ꝙ natura hūana nō potuerit dissolui. Tunc enim nunqꝫ xpus potuisset mori nec fuisset mortu⁹ ¶ Hec de tertio articulo In quo patet ꝙ si resurrectio xpi nō fuisset accelerata vel ipe fuisset senio vel etiam violēter sicut mortu⁹ est corpus suū fuisset pseruatum a corruptione et nouo miraculo alio a miraculo vnionis voluntate diuina circa nouum obiectum volitum nec volitū psequēter ad vnionē vel ratione vnionis. Puta circa suspensionē actionum causarum naturalium ne agerent vel egissent ad corruptionem corporis. Et similiter dico de facto ne agerēt ad dispositionem corporis xpi ad corruptionem in illo triduo. Epilogatio huius arti.

¶ **Ad primū principale dico** ꝙ corpus xpi mortuum habuit pmum eē substātiale corporis et carnis et illud idem quod habuit viuū sed non fuit vita informatum et ita non habuit esse viuū. Nec etiam tale esse puenit corpori xpi intrinsece inqꝫtum corpus siue sit viuū siue non: sed tantum pertinet ad ipm inquātum vnitū anime et viuū ¶ Ad secundū dico ꝙ in secūdo viuo fuerūt et sunt plures forme substātiales: et ita oportet ponere nō solum ad saluandum fidem xpi sed etiam aliud ad saluandum apparentiam et nō solum in xpo ſꝫ etiā in alijs hominibus pari ratione sicut dictū ē in secundo. Et dico ꝙ vna illarum remansit et remanet naturaliter in corpore mortuo. Nec pria corruptio hominis est resolutio vsqꝫ ad materiam primam sicut dictum est in secūdo: licet bene ita sit de generatione puersiua electorum. Et hoc patet per Damascenum in logica sua vbi dicit sic. Unaqueqꝫ hominū ypostasis ex duabus pstituta est naruris/ex aīa dico et corpore et incōfusas has in seipa conseruat testis est que ex morte facta est diuisio. igitur scdm Damas. Facta diuisione anime et corporis p mortem manet eadem natura corporis que prius erat in supposito viuente etiam in quolibet homine nec est statim resolutio ad materiā primā. Nec potes dicere ꝙ verū est qꝛ manet eadem materia qꝛ pari ratione qꝫtum ad hoc quodlibet aliud eēt compositum ex duabus naturis qꝛ manet eadem materia ī generato et corrupto. ¶ Similiter etiam qꝫtum ad generationem ꝙ habeatur vltima hominis forma cum alia precedente sine corruptione illius. Ita ꝙ stent simul due forme. Patet per actorem illum in ecclesiasticis dogmatibus. vbi dicit sic. Et aliqui imponunt librum illum Gēnadio/ alij Augustino Dicimus inquit corpus tantū per piugij copulam seminari creationem vero anime solum creatorem nosce corpus vero coagulari in vulua et cōpingi ac formari atqꝫ formato iam corpore aīam creari et infundi vt viuat in vtero homo ex ipa constans et corpore et egrediatur viuus ex vtero plenus humana substantia. ¶ Ad tertium dico ꝙ licet corpus idē fuerit Christi viuum et mortuum et etiam aliorum

Ad argumēta pncipalia.

Damas.

Gēnadio vl Aug.

hominum: tamē mortuū poteſt putrefieri non aūt manens viuum. Uita enim vel aīa corpus cōtinet ꝙdiu manet ne diſſoluatur vel putrefiat. Nō ſicut autem eſt corpus diſpoſitum vel contentum ab aīa quādo eſt mortuum ſicut patet. vel ſi aīa nō cōtinet corpus tamen nō compatitur ſecum corruptionē.

¶ Ad quartum Dicit vnus ꝙ corpus xpi mortuū remāſit vnitū verbo eadem vniōe qua prius vniebatur viuū. Dicit enim ꝙ illa vnio totalis totiꝰ nature ad verbum ad ſeparationem aīe ꝛ corporis ꝑ mortem xpi fuit diuiſa in duas vniones partiales: quarum vna anima vniebatur ꝛ corpꝰ alia. Et iſte due partiales ꝑus erant vna vnio numero quando tota natura erat vnita ꝛ ipā tota natura tota vniōe vniebatur ꝛ pars parte coniuncta tamen alteri ꝛ cōſtituente vnam totalem vnionem cū alia. Sed quādo partes fuerunt ſeparate tūc quelibet pars. Puta corpus ꝛ aīa ſua partiali vnione vniebatur diuiſa ab alia in actu. Ponitur exemplū Totum albū eſt ſimile alteri toti albo tota albedine ſua fundamentaliter ꝛ tota ſimilitudine formaliter. Si autē diuidatur totum albū diuiditur albedo ꝛ ſimilitudo cōſequēter. ita ꝙ pars albi refertur parte albedinis ꝛ eadem albedine qua prius ꝛ parte ſimilitudinis ꝛ eadem parte qua prius niſi ꝙ modo ē diuiſa ab alia parte que prius erat coniuncta. ¶ Iſta reſponſio nihil valet primo qꝛ ſupponit ꝙ vnio fundata īmediate ſuper totam naturam ꝛ illa que fundatur ſuper corpus ꝛ alia etiam ſuꝑ animam ad ipſū verbum ſint eiuſdem rationis, ita ꝙ prima conſtituatur ex duabus aliīs ſicut totum quoddā homogeneū ex partibus eiuſdem ratiōis: ꝛ patet in exēploeorum de albo ſiue alteri albo: eiuſdem eñ rōnis eſt tota ſimilitudo totius albi cū partiali ſimilitudine partis ipſius albi. Sicut eiuſdem rationis eſt tota albedo ꝛ pars albedinis. Hoc autē falſum eſt ꝛ impoſſibile in ꝓpoſito. Nam tota natura hūana ſuper quam imediate fundatur prima vnio ē entitas alteriꝰ rationis ab entitate corporis vel aīe ſuper que īmediate fundantur alie due ꝛ per conſequens oportet relationes vel vniōes tales neceſſario eſſe alterius rōnis ꝛ ſpeciei ſicut ꝛ fundamenta immediata ꝛ prima ipārum. ꝛ per ꝯñs etiā ſimpliciter eſt impoſſibile ꝙ vnꝗ̄ concurrant ad conſtitutionem alicuius per ſe vnius. Puta illius vnionis totalis. Preterea ex hac poſitiōe ſequitur ꝙ eque primo ſint partes vnite ſicut totum. ¶ Dico ergo aliter ad argumētum. Qꝛ dato ꝙ corpus fuerit idē viuum ꝛ mortuum nō tamen ꝙ eadem vnione vniebatur verbo viuum ꝛ mortuum ſicut poteſt dici ſecundum vnum modū vnū qꝛ exiſtēs vniebatur verbo vnione illa qua tota natura primo vniebatur et ſecūdario corpus ꝛ aīa qꝛ partes in actu totius nature. Sed illa vnio fuit corrupta in morte ſicut ꝛ natura tota. Et tunc dico ꝙ in eodem inſtanti fuit cāta a deo in corpore vna vnio noua ꝛ alterius rationis a prima ꝛ ſimiliter in aīa vna alia quibus corpꝰ ꝛ anima fuerunt vnita verbo in triduo. Nec ex hoc ſequitur ꝙ de nouo aſſumpſerit corpus ꝛ animam quia prius aſſumpſerat iſta alia tamen aſſumptione vel vnione. ¶ Aliter diceretur ꝙ corpus mortuum manſit vnitum eadem vnione qua prius quia cum vnione totius nature erat in corpore viuente ꝓpria vnio preter illam vnionem totius nature et illa remanſit in corpore mortuo. Sed non video neceſſitatem ponendi in corpore viuo aliam vnionem ab vnione totius nature. Et ideo teneo me cū precedenti ſolutione.

¶ Diſtinctionis. xxij.
Queſtio Unica.

Circa diſtinctiōē vigeſimāſecūdā. Quero vtrū xp̄s in triduo mortis ſue fuerit homo. ¶ Uidetur ꝙ ſic. Predicatio ſuperioris de inferiori ſemꝑ ē vera ſicut etiā predicatio eiuſdem de ſeipſo Unde illa ſemper ē vera. Homo eſt animal ꝛ homo eſt homo. Sed xp̄s fuit ꝛ eſt aliq̄d inferius ad hominē ſicut ſortes ſuo modo. ergo ꝛc. ¶ Scd̄o ſic xp̄us in triduo fuit xp̄us ſemper enim ꝑdicatur idem de ſe ipſo. ergo xp̄us in triduo fuit homo. cōſequētia ꝓbatur. Tum qꝛ eſt ab inferiori ad ſuperius affirmādo. Tum quia etiam ex oppoſito ꝯñtis ſequitur oppoſitum antecedentis. Sequitur enim Nō fuit homo ergo nō fuit xp̄us qꝛ xp̄us dicit ſuppoſitū ſubſiſtens in duplici natura diuina ſcꝫ et humana ſm Damaſ. ¶ Tertio ſic. Iſta eſt vera. Sorte corrupto Sortes ē homo ſm multos. ergo ſimiliter iſta eſt vera xp̄o mortuo xp̄s eſt homo. ergo xp̄s in triduo fuit homo. ¶ Quarto ſic. Suppoſitum ſubſiſtens in natura rationali eſt homo. Sed xp̄us ī triduo erat tale ſuppoſitum qꝛ totam naturam humanitatis habebat ſibi vnitā qꝛ corpus ꝛ aīam. Qd̄ patet qꝛ nec poterat denominari a corpore nec ab anima. Non enim verbum poterat dici aīatum nec corporatum vel corporeum igitur oportebat ꝙ diceretur homo.

¶ Contra Chriſtus in triduo fuit hō mortuus. Sed homo mortuus non eſt homo ſimpliciter ſed ſecundum quid ſicut lapideus vel depictus. ergo ꝛc.

¶ In iſta queſtione ſic ꝓcedā

Primo ad euidentiam queſtionis inquirā. Utrū materia ſit de quiditate hominis vel ſpeciei ſubſtātie materialis. ¶ Secūdo ponam aliquas opiniones de queſtione ꝛ motiua earum. ¶ Tertio reſpōdebo aliter de queſtione ꝛ oſtendam ꝙ xp̄us in triduo nō fuit homo ꝛ reſpondebo ad motiua aliorū ¶ Ultimo ad rationes aliorum.

¶ Quantū ad primū eſt vna

opinio ſingularis aliquorum ꝙ materia non eſt de quiditate ſpeciei ſubſtātie materialis ſꝫ ipā forma eſt tota quiditas ſpeciei. ¶ Ad hoc adducūtur rationes. Prima eſt. Illud quod non eſt per ſe intelligibile non pertinetītrinſece ad q̄ditatē rei. Probatio qꝛ quiditas per ſe eſt obiectum intellectꝰ tertio de anima. ꝛ per ꝯñs quicq̄d eſt intrinſecum quiditati eſt per ſe intelligibile ꝛ per cōſequens etiam immateriale ſicut ꝛ intellectus eſt potentia īmaterialis. Sed materia non eſt per ſe intelligibilis primo phiſicorū ſed per analogiam ad formam. ꝙ ꝛc. ¶ Secunda Illud qd̄ eſt principiū quo aliq̄d pōt eſſe vel nō eē non eſt pars quiditatis qꝛ quiditas ſi poſſet eſſe vel non eē poſſet generari vel corrumpi qd̄ eſt falſū ꝛ ꝯtra Ariſtotelem. 7. metaphiſi. Sed

Materia an sit de quiditate hominis. 1. opinio
3. de ani.
1. phisi.

materia est huiusmodi. Est enim principiū quo aliquid potest eē vel nō eē. 7. metaphisice in ꝑncipio ergo ꝛc. ¶ Tertia ratio. Illō quod nō pertinet ad
7. meta. diffinitionem non pertinet ad quiditatem qꝛ diffinitio indicat quiditatem. Sed materia non ptinet ad diffinitionem quia partes diffinitionis sunt forme. Nec partes materiales pertinēt ad diffinitionem vt videtur. 7. metaphisi. ergo ꝛc. ¶ Quarta ratio. Illud per quod natura materialis idiuiduatur non pertinet ad quiditatem quia quiditas specifica nō est ex se indiuidua nec ex aliquo sibi intrinseco. Sed materia est principium indiuiduationis in natura materiali ꝫm philosophum quinto meta
5. meta. phisice. Illa sunt vnum numero quorū materia est vna. Et. 7. metaphi. Dicit ꝙ si primus motor plurificaretur haberet materiam. ergo ꝛc. ¶ Quinta ratio. Illud quod impedit ne quod quid est vel quiditas sit idem eo cuius est nō pertinet ad quiditatē qꝛ nihil intrinsecum per se quiditati impedit idētitatem quiditatis cū eo cuius ē. Sed materia ē huiusmodi qꝛ in conceptis cum materia non est idem quod quid est cū eo cuius est. 7. metaphi. sed ī hijs que sunt per se ꝛ in separatis a materia. quare ꝛc. ¶ Quinta rō. Quiditas rei ꝛ actualitas sunt idē quia per quiditatem est res aliquid in actu. Sꝫ materia cum sit pura potentia ad actualitatem rei nō pertinet. ergo ꝛc. ¶ Septima rō. Illud quod nec est quid nec ꝗtum nō est de quiditate. Sꝫ materia non est quid. 7. metaphisice in principio. ergo ꝛc. ¶ Octaua rō Illud qȯ fluit ī re materiali ꝛ refluit nō pertinet ad illud quod manet. Sꝫ materia fluit ꝛ refluit quiditas vero manet. ergo ꝛc.

¶ **Adducūtur auctoritates.** Pria est septimo me
7. meta. taphice. vbi dicitur ꝙ anima est species ꝛ ratio et quod quid erat esse aīati. Sed aīa est forā. ergo ꝛc. ¶ Secunda est. Dicendum speciē ꝛ vnūquoꝗ in ꝗtum habēs speciē materiale ꝓ nūꝗ ꝫm se dōm ē. ¶ Tertia est ibidē. Quecūꝗ sunt partes vt materia ꝛ in que diuiditur vt in materiam sunt posteriora: sed illa que pertinent ad quiditatē sunt priora. ¶ Quarta est ibidem. quia vltima differentia dicit totam quiditatem. Sed vltima differentia dicit formam ꝛ accipitur a forma. ergo ꝛc. ¶ Quinta est septimo metaphisice. vbi dicitur ꝙ totius com-
7. meta. positi vel simul sumpti est aliquo mō diffinitio vel ratio. Alio modo non. Nam cum materia non est ipsius diffinitio Indiuiduatū eñ est ꝫm substātiā. ¶ Sexta est pmo de celo. Qui dicit celū dicit for-
1. de celo mam qui dicit hoc celū dicit materiam. Sꝫ celū dicit spēm vel qditatē. Hoc celū dicit idiuiduū. g ꝛc. ¶ Septima est ibidem in septimo metaphi. Que
7. meta. cunꝗ non concipiuntur cum materia sed sine materia vt rationes speciei solum hec nō corrūpuntur. ¶ Octaua est. 7. metaphisice. capitulo de forma. Ubi dr ꝙ hō vel hoiem eē nō est idē nisi aīa sit hō. ¶ Ultima est Cōmentatoris. 7. metaphisice. vbi dicit ꝙ quedam diffinitio est vbi apparet materia ꝛ quedam vbi non apparet materia. Ubi apparet materia ibi vna pars posita nō pertinet ad diffinitionem scꝫ materia. Ubi non apparet materia ibi omnes partes pertinent ad diffinitionem ꝛ per cōsequens ad quiditatem. ergo ꝛc. ¶ Dicunt igitur ꝙ materia intrinsece nō pertinet ad quiditatem rei nec ad speciē materialē licꝫ bene secūdum aliquos ipsorum quiditas bene concernat materiam vel forma ipa ad hoc vt dicatur qditas Alioquin nō esset quiditas materialis.

¶ **Sed ista opinio** videtur falsa ꝛ cōtra rationem ꝛ cō- Rōes ꝫ
tra philsopohiam bene intellectā licet videatur se- ꝑce. opi.
cundū philosophiam falsam ꝛ male intellectā. Et arguo contra eam. Primo per rationes. Secundo per auctoritates. ¶ Prima ratio est presupponēdo quid dicitur nomine quiditatis specifice materialis. Non enim intelligo aliud per quiditatē nisi abstractuꝫ eius quod est quid sicut modo intelligo per albedinem nisi abstractum albi ꝛ sic de alijs sicut per quiditatem hominis nō intelligo nisi hūanitatem. ꝛ sic de alijs. Tūc arguo. Causa per se intrinseca substātie composite pertinet intrinsece ad quiditatem eius sicut pars ad quiditatem totius. Sed materia est per se causa intrinseca substantie composite ꝛ speciei materialis. Patet secūdo phisicoruꝫ ꝛ quinto metaphi. qꝛ materia ex qua fit res cum insit. ergo ꝛc. ¶ Secūda rō Quiditas ē illud quod est totalis ratio per se essendi habēti per se qditatem sicut quiditas hominis ē sibi totalis ratio intrinseca essendi ꝛ quiditas ignis est sibi ratio totalis intrinseca essendi. Sed habita totali ratione essendi alicuius potest ipm esse ꝛ haberi sine quocūꝗ essentialiter distincto nō pertinēte ad ipsam rationem essendi. igitur cū materia secūdum te ad qditatem hominis non pertineat ꝫm te potest haberi ꝛ esse homo vel ignis sine materia quod ē plane falsum. ergo ꝛ illud ex quo sequitur. ¶ Tertia ratio. Omnis substātia cōpleta ꝛ perfecta in genere substātie non habēs materiam partem sui ꝛ per cōsequēs ad suam quiditatem pertinētem est substantia incorporea et īmaterialis ꝛ simpliciter spūalis vel saltem est pura forma ita simplex per priuationem substātialis compositionis sicut substantia immaterialis vel spiritualis. Sed quiditas materialis vel habēs ipam nō est talis qꝛ tunc nō haberet materiam causam sui intrinsecam quod est contradictio plana vt patet. ergo ꝛc. ¶ Quarta ratio Illa non est nulla que destruit diuisionem substantie in materiam ꝛ formaꝫ ꝛ cōpositum. Sed ista destruit diuisionem substātie in materiam ꝛ formam ꝛ compositūꝫ: qꝛ nō ponit substātiam specificā per se compositam sicut nec quiditatem. g ꝛc. ¶ Quinta ratio. Illa substātia cuius quiditas nō includit materiam est per se ingenerabilis ꝛ īcorruptibilis Probatio qꝛ materia cū sit principium quo aliqd potest esse vel nō esse est subiectum transmutatiōis substantialis ꝛ tale ex se ꝛ intrinsece nō habet materiam: ꝛ ideo non habet vnde possit generari vel corrumpi. Hoc etiam patet per philosophū. 7. me- 7. meta.
taphisice. vbi dicit ꝙ omne qȯ fit et generatur per se diuiditur in duo ex quorum vno fit ꝛ illud ē materia vel subiectū. Sed homo ꝫm te est talis substātia que non includit in sua quiditate materiā ꝛ asinus, alia. ergo sunt substātie simplices ingenerabiles ꝛ incorruptibiles. Unde dico ꝙ ista positio destruit totum librum de generatione ꝛ corruptione. ¶ Sexta ratio. Ex materia ꝛ forma fit aliquid per se vnum sicut patet secūdo de aīa. ꝛ in pluribus locis alibi ꝛ ratio est qꝛ vnū est actus ꝛ aliud potētia Compositum ergo ex materia et forma habet ꝑ se vnitatem. ergo ꝛ per se entitatem. Sed entitas rei

⁊ quiditas idem sunt. Sed planū est ꝙ entitas ila
includit materiam intrinsece. ergo ⁊ quiditas.
¶ Septima ratio. Ex aliqua quiditate completa
⁊ perfecta secūdum speciem cū quocūqꝫ alio essen-
tialiter distincto non fit aliquid vnum per se perti-
nens ad aliquod vnumgenus. Hoc patet sicut nec
ex vna specie specialissima ⁊ alia specie vel aliquo
alio nō fit vna species per se nec aliquod īdiuiduū
alicuius speciei. Si ergo forma est tota q̄ditas rei
specifica perfecta ⁊ completa sequitur ꝙ ex ip̄a for
ma cum materia nō fit aliqua vna substātia per se
hoc est falsum ⁊ destruere philosophiam. ergo ⁊c̄.
¶ Octaua. Si anima rationalis ſm te qui nō po-
nis nisi vnam formam in homine sit tota quiditas
hominis. Sequitur ꝙ anima separata sit humani-
tas. Nec īpedit hec separatio a corpore quia vnio
cum corpore causa non sit nisi respectus nō pōt sibi
dare eē hūanitatē vel aliquā q̄ditatē absolutā. igr̄
hēm⁹ p̄mo hūanitatē separatā ⁊ sine corpore scdo.
Habemus vltra ꝙ xp̄us in triduo vere fuit homo
vel verbum: q² habuit humanitatem assumptam/
quia aīam ip̄am quod est contra omnes modernos
doctores. quare. ¶ Nona ratio. Si materia non
pertinet intrinsece ad quiditatem ⁊ ad diffinitionē
substātie specifice materialis sequitur ꝙ substātia
materialis specifica ⁊ completa diffinitur per ad-
ditamentum quādo diffinitur per materiā sicut ac-
cidens per subiectum. Sed hoc est falsum ⁊ contra
Aristotelem septimo metaphisice. ergo ⁊c̄. ¶ De-
cima rō. Essentia que nec ē quiditas specifica nec
includit ip̄am nec includitur ab ea, nec ip̄m habēs
quiditatem non est in genere q̄ditatis illius aliquo
modo nec per se nec per reductionez. Sed materia
nec est quiditas puta humanitas nec habēs quidi
tatem. puta humanitatem q² non est homo. Nec in
cludit quiditatem sicut materia includit fomaz nec
ecōuerso. ergo materia nō est in genere quiditatis
substātialis nec per se nec per reductionē ⁊ per con-
sequens nec in aliquo genere ⁊ ita est deus vel ē
dare aliquid creatum qđ nō est in genere. ¶ Unde
cima ratio. Cuicūqꝫ essentie substantiali non repu
gnat esse vniuersale ⁊ abstrahi ab hoc vel ab illo ⁊
accipi in communi non repugnat esse quiditatem
vel partem q̄ditatis vniuersalis. Sed materie non
repugnat hoc ita parum sicut forme. Patet. 7. me
taphisice Ubi dicitur ꝙ homo ⁊ equ⁹ sunt quoddā
7. meta. totum ex hac materia ⁊ hac forma vt vniuersaliter
singulare vero ex vltima materia vbi ptꝫ ꝙ distin-
guit materiam in vniuersalem ⁊ singularem sicut ⁊
formam ⁊ cōpositum. ¶ Et cōfirmatur per ipsum
secūdo phisicorum ⁊ quinto metaphisi. vbi dicit qꝫ
5. meta. effectuum singulariū sunt cause vniuersales ⁊ sin-
gularium singulares. Cum ergo materia sit cā ita
potest esse vniuersalis sicut forma vel compositum
quod est effectus vtrinsqꝫ. ergo. ⁊c̄. ¶ Duodecima
ratio ⁊ vltima ⁊ est contra illud quod apponitur ab
alijs ꝙ forma separata non est quiditas sed vnita ⁊
concernit materiam q² quiditas cū sit vltimate ab
stractum nihil aliud cōcernit. Nec est nisi quiditas
Si ergo forma est quiditas hoc cōuenit sibi vltima
ta abstractione ⁊ absolutissime nō ex cōcretiōe ali-
cuius alterius sicut etiā patet de humanitate q̄ po-
nitur quiditas hominis ergo etiam forme separa-
te cōuenit esse quiditatem rei materialis: ⁊ hec sa-
pit multum dictum platonicum. ¶ Preterea etiā
quiditas accidentis separati licet accidēs ꝯcernat
subiectum vel dependeat ad subiectum nō propter
hoc est minus quiditas eius. ergo similiter in ꝓpo-
sito si sint vera dicta tua.

¶ Adduco etiā auctoritates ad ꝓpo-
situm contra illam 7. me
positionē. ¶ Prima est. 7. metaphisice dicit phi-
losophus ꝙ elemēta pertinent ad diffinitionē silla
be. Sed elementa sunt materia. ergo ⁊c. igitur ma
teria pertinet ad quiditatem. ¶ Secūda est. dicit
in eodem septimo philosophus ꝙ si aīa nō est aīal
tunc dicendum est ꝙ aīa non est tota quiditas. Sꝫ
aīa nō est aīal. ergo ⁊c. ¶ Tertia est q² in eodē. 7.
dicit contra Platonem ꝙ superfluum est auferre
materiam a quiditate rerum naturalium. Sūt eñ
hoc in hoc ⁊ vtrūqꝫ per ꝯsequēs īcludūt. ¶ Quar
ta est in octauo metaphisice vbi dicit ꝙ aliqui diffi 8. me
niunt per materiam ⁊ isti imꝑfecte diffiniunt. Alij
per materiam ⁊ formam ⁊ isti perfecte ⁊ complete
diffininnt. Ex ꝙ patꝫ ꝙ diffinitio ⁊ rō cōpleta sub
stātie composite que nō est ꝑ additamentū ⁊ est me
taphisica est per materiam ⁊ formam. ¶ Quinta ē
contra platonem dicit octauo metaphisice ꝙ dubi
tatio quam antistenici dixerunt habet tempus con
tra Platonem ꝙ ydee nō diffiniuntur. Nam opꝫ
diffinitionem eē orationem longam ⁊ habentē par
tes ⁊ hoc quid vt materiam illud vero vt formam.
Et planum est ꝙ ex hoc vult habere contra plato-
nem ꝙ si ydea diffinitur habet materiam ⁊ formaꝫ
⁊ est composita qđ est contra platonem. Ex quo pꝫ
ꝙ diffinitio de qua tractat in cōmuni est substātia-
rum materialium vtrūqꝫ includit scꝫ materiā ⁊ for
mam ⁊ per consequens q̄ditas ipsa. ¶ Sexta est ⁊
confirmat predictam saltem arguēdo contra homi 7. m
nem. 7. metaphi. dicit ꝙ sicut tota diffinitio ad to-
tam rem sic partes diffinitionis ad partes rei ergo
tota diffinitio īcludit partes suas sicut tota res in-
cludit partes suas ⁊ ecōuerso. ⁊ sicut totum diffini
tum habet partes ita ⁊ tota diffinitio habꝫ partes
Cum ergo tota diffinitio dicat quiditatem totius
dicit etiam partes totius ⁊ ita partes pertinēt ad
quiditatez totius. Dices ꝙ ille partes sunt genus
⁊ differentia non aūt materia ⁊ forma. Contra te ē
q² genus ⁊ differentia ſm te non sunt partes rei di
stincte sed quodlibet eorum dicit totum ergo nō in
telligitur de genere ⁊ differentia sed de materia ⁊
forma. ¶ Septima ē. 8. metaphisice vbi dicit phi-
losophus ꝙ substantia composita habet rationem 8. m
substantie ⁊ nō materia nec forā sicut nec ꝑ se sunt
in genere substātie sed per reductionem. Patet ḡ
ꝙ de quiditate rei materialis est materia nec debe
ret hoc in dubium reuocari.

¶ Dico igitur ꝙ sicut hec maťia ⁊ hec
forma pertinet ad inte-
gritatem ⁊ entitatem indiuidui ⁊ hanc quiditatem opi
sicut partes ei⁹ eēntiales: sic materia ⁊ forā in com
muni pertinent ad quiditatez substātie materialis
in cōmuni accipiendo materiam ꝓut cōmuniter ac
cipitur pro cā intrinseca potētiali ipsi⁹ cōpositi di-
stincta essentialiter cōtra formam. ¶ Ad euidētiā
tñ solutionis rōnū ⁊ auctoritatū aliorū de alia opi
niōe. ¶ Notandū ꝙ phūs multiplr̄ accipit mr̄iam accep
Uno mō accipit materiam ꝓ principio potentiali nes
totius compositi distincto essentialiter contra for-
mam. Isto modo accipit philosophus materiam

secūdo phisicorū ⁊.5°. metaphi.capitulo de causa ⁊ in principio octaui metaphisice. vbi dicit ꝙ materia est ex qua fit aliqd cū insit. Et isto modo pōt accipi dupliciter. Uno modo in cōmuni. Alio mō in particulari sicut materia ⁊ hec materia sicut etiā forma/⁊ hec forma. Et primo modo ꝙ de intentione Aristotelis est ꝙ materia est de quiditate ⁊ eēntia ⁊ entitate ipsius speciei materialis q̄ omnia idē significant sicut pꝫ per auctoritates superius allegatas. Alio vero modo pro hac materia singulari. Dico ꝙ non est de quiditate speciei sicut etiam nec forma hec nec aliquod indiuiduū q2 omnia indiuidua ⁊ singularia in quiditate specifica cōueniūt et distingunt in hac materia ⁊ hac forma. ¶ Secūdo modo accipit philosophus frequēter materiam ꝓ indiuiduo ip̄o cōtrahente quiditatem vel naturam vel pro differentia indiuiduali quā Aristoteles dicit ⁊ vocat formā ⁊ hoc modo Aristoteles accipit materiam ⁊ formā primo de celo qn̄ dicit. Qui dicit celum dicit formam quādo ꝓ hoc celū dicit ma-

12.meta. teriam. Et hoc modo etiam dicit.12.metaphisi.ꝙ si primus motor multiplicaretur haberet materiaꝫ q2 haberet indiuiduum contrahens naturam suaꝫ vel in quo ꝯtraheretur natura sua ad esse hoc ⁊ indiuiduale ⁊ sic natura sua esset cōtrahibilis ⁊ potētialis ⁊ cōtraheretur sicut forma aliquo modo per materiam. Et isto modo etiam dico ꝙ materia nō pertinet intrinsece ad quiditatem specificam sicut nec indiuiduum. ¶ Tertio modo accipit materiaꝫ pro subiecto alicuius forme accidentalis vel ꝓ partibus illius vt accidentaliter disposite sunt aliquibus accidentibus que sunt extra rationē forme specifice vel quiditatis q2 nō pertinēt vt sic ad ꝯceptū formalem ⁊ isto modo vocat partes ligneas circuli materiam vel partes materiales quia accidit circulo ⁊ extra rationem eius est ꝙ partes eius sint lignee vel cupree. Similiter lr̄as eneas vel cereas vocat partes materiales syllabe ⁊ huiusmodi. Et dico ꝙ per ignorantiā isti⁹ diuerse acceptionis male intelligitur a multis Aristoteles in verbis suis de materia ⁊ male exponitur ⁊ multa falsa ꝯn̄ter po-

Spēī/acceptiōes| nuntur. ¶ Similiter etiam species multipliciter a philosopho. Aliquādo enim accipit pro toto specifico composito ex materia ⁊ forma ⁊ aliquādo ī abstracto ⁊ aliquādo in concreto:⁊ sic nunq̄ȝ negauit materiam que est pars ⁊ causa ītrinseca mō supradicto acceptam in cōmuni esse de quiditate speciei nec intrinsecam speciei. ¶ Alio modo etiam accipit speciem pro forma parte ⁊ sic nō pono materiā intrinsecam speciei nec ip̄e ponit. Similiter etiam simul totum aliquādo accipit pro īdiuiduo vel supposito: ⁊ hoc est communius ⁊ magis proprie.

¶ Aliquādo vero pro cōcreto vniuersali cōposito ex materia ⁊ forma ⁊ hoc est minus cōiter/ ⁊ nō ita proprie ⁊ secundum hoc dicit aliquando ꝙ partes materiales pertinent ad simul totum. Aliquando vero non pertinent:quia pertinent ad indiuiduum non autem ad concretum speciei in communi.

subiecti acceptiones. ¶ Similiter etiam de subiecto. Aliquando accipit subiectum pro materia pte. Aliquando pro indiuiduo vel supposito sicut patet de prima substantia que nō dicitur de subiecto.i.de aliq̊ sibi supposito.⁊ tn̄ scd̄a subā de subiecto dr̄ accipiēdo subiectū vniformiter. ¶ His ergo prenotatis respondeo ad rationes aliorum.

¶ Ad primā respōdeo ꝙ cōcessa maiore minor est falsa ⁊ ꝓbo ꝙ materia sit per se intelligibilis. Philoso- Adrōes .1.opi.
phus secūdo metaphisice ꝓbat ꝙ cause nō sunt infinite nec procedūt in infinitū s̄m spēm q2 tunc nichil cōtingeret scire vel intelligere. Et ꝙ nō intelligitur nec scitur aliqd perfecte nisi suis causis intellectis. De illis aūt causis vna est materia in rebus materialibus: ergo si materia nō est intelligibilis seqtur ꝙ nihil ꝯtingit scire sicut si cause eēnt infinite s̄m spēm ꝙ ē ꝯtra Aristotelē:q2 alioqn materie essent infinite ⁊ nihil minus effect⁹ posset cognosci. Tu dicis materia nō cognoscitur nisi ꝑ formam: ita dico tibi ꝙ forma naturalis cognoscit̄ ꝑ materiam. Ptꝫ scd̄o de aīa que diffinitur ꝑ corp⁹ igitur cognoscitur. Similiter etiam forma subālis cognoscitur ꝑ operationē s̄m Cōmentatorē: ⁊ tn̄ s̄m te ip̄a est quiditas. Solue igitur ⁊ ego soluā tibi. Dico igitur ꝙ materia ꝑ se est intelligibilis ⁊ ꝑtinens ad quiditatem substātialem nō tamē primo ⁊ īmediate ꝑmitate originis respectu intellect⁹ nostri pro statu presentis vie cui primo occurrit obiectum prius fantasticū ⁊ cōsequēter obiecta substātialia. Primo aūt quiditates sensibiles accidentales vel indiuidua ip̄aꝝ s̄m illud primo de aīa. Accidentia ꝯferunt ad cognoscenduꝫ qd̄ quid ē. ¶ Ad secundā dico ꝙ est ꝯtra eos ⁊ ex ip̄a ꝓbatur ꝓpositum etiam s̄m suū Aristotelē. Nam eo ip̄o ꝙ materia est illud quo aliquid pōt esse vel nō esse debꝫ necessario ꝙ ꝑtineat intrinsece ad quiditatem cōpositi gn̄abilis ⁊ corruptibilis sicut etiā ip̄e ph̄us dicit ꝙ omne qd̄ fit hꝫ aliquid intrinsecū sibi quo pōt eē ⁊ aliqd quo est primū materia ⁊ scd̄m est forma. Similiter etiā posse esse vel non esse est passio cōis oīs cōpositi gn̄abilis ⁊ corruptibilis.igitur opꝫ ꝙ conueniat eis per naturā cōmunem eis intrinsecam:⁊ hoc nō est nisi materia. Qn̄ igitur dicis ꝙ q̄ditas esset gn̄abilis ⁊ corruptibilis. Dico ꝙ ꝑ se prīo q̄ditas specifica nō est gn̄abilis ⁊ corruptibilis:sꝫ magis ꝑ accidēs vel nō prīo ad gn̄ationē indiuidui vl̄ singularis. Actiones enim ⁊ mutatōes reales sunt circa singularia. Et tunc dico etiam ꝙ materia vt hec ⁊ pertinens ad indiuiduum per se corruptibile ⁊ generabile differt a seipsa in cōmuni secunduꝫ ꝙ pertinet ad speciem vel quiditatem specificam.

¶ Ad tertiam dico ꝙ materia accepta modo predicto pertinet ad diffinitionem ⁊ quiditatem speciei materialis sicut probatum est supra. Quando dicis ꝙ non quia partes diffinitionis sunt forme. Dico ꝙ nō accipit ibi philosophus pro forma quo est principium distinctum contra materiam:sꝫ pro pertinētibus ad per se conceptum formalem diffiniti vel rei diffinibilis. Et tunc dico ꝙ ita bene genus est forma sicut differentia/ ⁊ materia sicut forma. Utrunq̄ȝ enim pro quāto accipitur in diffinitione ⁊ pars conceptus diffinitiui rei diffinite abstrahit ab indiuiduo quod vocatur aliquādo materia sicut dictum est supra. Et ideo etiam aliquo modo dicitur forma:et ꝙ non accipit ibi philosophus formā ꝓut distinguitur ꝯtra materiam causam rei intrinsecam. Patet quia tunc cum in qualibet diffinitione sint plures partes secundū Aristotelem in quolibet diffinito essent plures forme quod tu negares : et omnino/meo iudicio est negandum. Quod dicis de partibus materialibus

Patet ex hijs que dicta sunt supra quia non est ad ad ppositum. Non enim pars materialis ibi dicit materia in cõmuni accepta: sed dicitur indiuiduũ ipm vel pars indiuidui vt indiuiduum est. Et hoc vel etiam partes materie accidẽtalis. Puta talis vel talis que accidit ẜm ꝙ huiusmodi ⁊ extraneat a q̇ditate specifica aliqua sicut exẽplificatũ est supra de partibus eneis circuli vel ligneis vel lr̃is cereis vel huiusmodi ipius simile. ¶ Ad quartũ dico ꝙ materia nõ est principiũ indiuiduatiõis sicut nec forma. Nam ita põt eẽ vniuersalis sicut forma Nec est de se hec sicut nec forma. Ad philosophuz dico ꝙ quinto metaphisice nõ accipit materiam ꝑ parte essentiali distincta cõtra formã q͛ tũc pari ratione forme oẽs que essent in eodem subiecto eẽnt vna forma nũero quod est manifeste falsum: sed accipit ibi materiã vel pro idiuiduo ipo vel pro differentia indiuiduali cõtrahente naturam ⁊ que ẽ extra conceptum formalez quiditatis. Ad illud etiã 12. metaphi. patz quid dicẽdum ex corpore questionis. ¶ Ad quintum dico ꝙ materia in cõmuni accepta modo predicto nõ impedit quicq̇d est eẽ idẽ cum eo cuius est per se primo. Non eñ impedit ps diffinitionis diffinitionẽ esse idem primo cũ diffinito. Unde sicut quiditas vel quodquid est rei immaterialis est eadem cũ re ĩmateriali. ita nõ video quare quiditas vel quod quid est rei materialis nõ obstante ꝙ includit materiam nõ sit idem cũ eo cuius est primo. Puta cũ specie ⁊ diffinito. Sed bene verum est ꝙ materia vt hec ⁊ signata vt spectat ad indiuiduũ impedit illud vel etiã differentia indiuidualis seu indiuiduũ ipm seu etiã materia accidentalis q͛ quiditas specifica cum sit eadem cuilibet indiuiduo nõ põt esse primo eadem ĩdiuiduo quia tunc adequaretur indiuiduo. Nec potest etiã esse eadem primo alicui materie vel subiecto q̃ respiciat per accidẽs. Ex hijs ptz dictum Aristotelis ꝙ in hijs q̄ sunt per se vel sine materia idem est quod quid est cum eo cui⁹ est. ¶ Ad sextũ dico ꝙ quiditas speciei est totalis actualitas sua sicut ⁊ totalis entitas vel eẽntia. Et dico ꝙ materia pertinet intrinsece ad ipam. Tu dicis Materia est pura potẽtia. Quero de qua potẽtia loqueris/ aut de potẽtia obiectiua/ aut que est dr̃a entis q̄ fit actus ⁊ nõ stat cum actu. Et hoc nõ potest dici q͛ tũc materia esset nihil quod est falsum ⁊ cõtra Aristotem primo phisicoꝝ. et. 8. metaphisice. ⁊ p̃io de gñatione. Ubi dicit ꝙ est subiectum gñationis. Aut ĩtelligis de potentia subiectiua que recipit actum ⁊ est pars entis. Et tunc dico ꝙ cũ tali potentia stat ꝙ materia sit ens actu ẜm ꝙ actus ẽ differẽtia entis/ ĩmo in idem cõcurrunt potẽtia ⁊ actus. Et tunc dico ꝙ materia põt pertinere ad actualitatẽ speciei tanq̃ aliq̇d ens in actu incõpletum tamen ⁊ imperfectum ⁊ per se in potentia ad actum qui est forma.

¶ Ad septimũ qñ dicis ꝙ materia nõ est quid. Dico ꝙ verum est q̇d completũ ⁊ pfectum ẜm genus vel speciem: sed bñ est quid incõpletum ⁊ imperfectum. Et ita põt ptinere sicut pars ad ipam quiditatem. Q₃ aũt materia sit quid id est aliq̇d. Patet quia est substãtia. 8. metaphi. Et si argumentũ eẽt bonum/ sequitur ꝙ forma non pertineret ad quiditatem q͛ forma substãtialis etiam non est quid nec q̃tum q͛ nõ est ens completum ẜm genus ⁊ speciẽ ciem: sed ens partiale speciei et incompletum.

Ad phm

ꝙ materia est aliquid.

¶ Ad octauum de fluxu ⁊ refluxu materie. Dico ꝙ forma materialis saltem educta de potẽtia materie ita fluit ⁊ refluit sicut materia. Non enim manet talis forma nisi manẽte sua materia sicut patet. Nec migrat de materia in materiam. Nõ enim informat nisi materiam de qua educta est ⁊ sic argumentum ita currit cõtra formam sicut contra materiam. Solue ergo ⁊ ego soluã. Dico ꝙ materia vt hec ⁊ singularis ⁊ similiter forma fluit ⁊ refluit sed non vt materia in cõmuni vel forma in cõmuni q͛ materia ⁊ forma vel ratio forme in cõmuni saluantur in hac materia ⁊ illa ⁊ similiter in hac forma vt illa ⁊ vt sic pertinent ad rationem quiditatis in cõmuni que manet: sed sicut hec materia ⁊ hec forma fluunt ⁊ refluunt. ita dico ꝙ hec quiditas ẜm partes suas. Dices quiditas corrumpitur ⁊ materia manet. Ita dico tibi ꝙ quiditas vel natura corrũpitur ⁊ forma aliqua manet: puta aĩa rationalis. Solue ergo. Dico ꝙ nõ obstante hoc materia potest esse intrinseca quiditati sicut aĩa humanitati.

¶ Ad omnes auctoritates vno verbo dici potest q̃tum ad illas in quib⁹ ponitur aliq̇d de materia ꝙ per illas Aristoteles non intendit materiã in cõmuni acceptam eo modo quo dictum est supra excludere a q̇ditate speciei sed magis vt accipitur pro ĩdiuiduo vel parte seu differẽtia indiuiduali vel materia seu subiecto actuali. Uñ omnes ex falso intellectu adducuntur sicut apparet ex predictis. ¶ Ad primã vero auctoritatem de aĩa ꝙ ipa est species ⁊ quod quid erat esse aĩati. Dico ꝙ nõ est intentio Aristotelis ꝙ aĩa sit tota quiditas speciei aĩate: sed ꝙ est principalior pars ⁊ formalior ⁊ cõparatur ad corpus sicut for̃a particularis aĩati sicut quiditas suo modo vt forma totalis. Unde ⁊ ibidem subdit ꝙ si non est anima animal nõ est hoc. Dicẽdum scilz ꝙ anima sit tota quiditas aĩalis sed supponit ꝙ ẽ p̃ncipalior pars potest dici. Et potest dici quiditas completiue sicut forma dicitur natura scđo phisicorum. Uel q͛ Aristoteles nõduz determinauerat veritatem de quo quid est contra Platonẽ ⁊ populo dicebat for̃am esse q̇d quid ẽ Aristoteles vtit̃ dicto platonis dicẽdo illud verbũ sic dicitur decimo ethicorum ꝙ homo est intellectus. ⁊c̃. ¶ Ad quartam auctoritatem de differẽtia vltima que dicit totam quiditatem. Dico ꝙ si formaliter diceret totã quiditatem frustra in diffinitiõe poneretur genus. Similiter etiam pari ratione secundum te gen⁹ diceret totam quiditatem q͛ genus est idem penitus quiditatiue extra intellectum cum differentia sicut tu dicis. Et cum idem sit genus plurium specierũ eadem esset quiditas plurium specierum. Dico igitur ꝙ differentia vltima pro tanto dicit quiditatẽ quia ipsa habita secũdum processum diffinitiuum non restat aliquid accipere vltra a corpore de quiditate nec aliquam vlteriorem ⁊ perfectiorem differentiam. sicut patet. Quando dicit vltra ꝙ differentia accipitur a forma. Dico ꝙ differentia vel cõceptus habitus de differentia magis proprie loquendo non accipitur in rebus compositis a forma solum sed a toto composito secundum rationez formalem illam que est prima intentio differentie sicut etiam ⁊ genus suo modo accipitur ab illa intẽtione prima ⁊ realitate formali vel correspondente sicut aĩal ab aĩalitate ⁊ rõnale a rõnalitate licet

Ad auc toritates p. l. op.

bene vna istarum realitatum sit potentialis ⁊ alia actualis respectu alterius ⁊ sic vna aliquo mō habeat rationem materie ⁊ altera rationem forme. ¶ Ad illam auctoritatem de. 8. q̄ hominis esse et homo nō est idem nisi anima esset homo. Potest dici q̄ ſm acceptionem philosophi ibidem sicut aīa nō est homo. ita nec homo ⁊ hominis esse sunt idem sed ibi nō accipit hominē absolute ſm q̄ dicit substantiam vnā specificam per se vnam. Sic enim idē sunt sicut dictum est supra. Sed accipit hominem pro substantia sensibili vt disposita per accidēs vel accidentia ⁊ faciēs vnum per accidēs cum eis ⁊ sic nō est idem homo ⁊ hominis esse sicut nec in hijs q̄ sunt per accidēs idem est quod quid est cū eo cuius est ⁊ sicut etiā aīa nō est hō. Sic ergo q̄tū ad primum articulum videtur mihi oīno dicēdum q̄ materia mō predicto est de q̄ditate spēi rei mr̄ialis.

xp̄s an in triduo fuerit hō. ¶ Quantum ad secundū articulum. An scʒ xp̄us in triduo fuerit homo est triplex opinio vel quadruplex.

1. opino. ¶ Una est opinio dicentium q̄ forma est tota quiditas speciei/ ⁊ sic aīa est tota humanitas ⁊ quiditas hoīs. Et isti dicunt q̄ xp̄us in triduo fuit homo. Quod p̄bant. Verbum in triduo fuit homo: sʒ nō alius homo q̄ xp̄s ergo ⁊c̄. Maior probatur q̄r ī triduo fuit vnita humanitas verbo q̄r anima fuit vnita vt pʒ. ergo ⁊c̄. ¶ P̄. Si xp̄s in triduo nō fuit homo. Sequitur q̄ non habuit humanitatem/ ⁊ sic verbum dimisit vel reliquit qd̄ aliquādo assumpsit cōtra Damascenū.

2. opi. Hugo. ¶ Alia opinio fuit Hugonis lib. primo de sacramentis parte secunda. Ubi ponit q̄ xp̄s in triduo fuit homo ⁊ est proxima precedēti opinioni. Dicit enī q̄ homo non erat nisi aīa ⁊ q̄r verbum habuit aīam sibi vnitam in triduo sequitur q̄ fuit hō. ¶ Secūdo etiam q̄r omne suppositum habēs naturam rationalem est homo. Sed verbum habuit naturā rationalem sibi vnitā in triduo q̄r habuit aīam. g̊ ⁊c̄. ¶ Tertio q̄r sicut anima separa ⁊ sibiip̄i relicta est persona q̄r est nature rationalis indiuidua substantia: ita alteri vnita. Puta verbo cōmunicat sibi eē hominem sicut etiam patʒ ſm alios de humanitate tota sibi relicta vel verbo vnita. Sed anima ī triduo fuit vnita verbo. ergo ⁊c̄.

3. opi. Mgr̄i. ¶ Alia opinio Tertia fuit Magistri in p̄senti distinctiōe q̄ xp̄s in triduo fuit homo ⁊ suū motiuum fuit. Nam licʒ eadem natura fuerit in xp̄o ⁊ in alijs hominibus eadem dico specie tamen xp̄s dicebatur ⁊ erat homo p̄pter vnionem corporis ⁊ aīe ad suppositum ꝟbi non aūt p̄pter vnionem amborum ad inuicem. Uñ licet in vita staret vtraq̄ʒ vnio nō tamē erat homo nisi propter alteram scʒ per illam que erat partium ad verbum nō aūt ad inuicē sed alij homines bene dicuntur homines ⁊ sunt per vnionem partium ad inuicem vel nō sine illa quia igitur ī triduo partes fuerunt vnite verbo sequitur q̄ xp̄us fuit homo. ¶ Hec potest confirmari q̄r tanta fuit illa vnio q̄ hominem faceret deum ⁊ deū faceret hominem ſm Augustinum primo de trinitate. Sed illa non fuit vnio partium adinuicem/ igitur fuit vnio partium ad verbum. ¶ Secundo confirmatur q̄r xp̄us iacuit in sepulchro. Aut ergo secūdum q̄ deus / aut secundum q̄ homo. Non secundū q̄ deus. ergo secundum q̄ homo igitur xp̄s in triduo fuit homo. Hec de secundo articulo principali.

¶ Quantum ad tertium articulum Dico absolute loquēdo q̄ xp̄us vel verbū nō fuit homo veraciter in actu nec realiter ī triduo nec scd̄m logicum/ nec scd̄m metaphisicum seu naturalem philosophum. 4. opi. q̄ doctorʒ ē ¶ Hoc probo sic. Primo Ueritas ⁊ realitas humane nature non fuit vnita verbo in triduo quia fuit corrupta per mortē Alioquin xp̄s nō fuit vere mortuus. ergo nō fuit vnita. Unio enim nature necessario presupponit entitatē nature sicut relatio presupponit fundamētum. ergo verbū non fuit homo. ¶ Nota q̄ īpossibile est aliquid esse hominem nisi per humanitatem sicut nec album nisi per albedinem. ¶ Secūdo sic. Si verbū fuit homo/ aut hoc fuit ſm animam/ aut ſm corpus/ aut ſm vtrumq̄ʒ. Non potest dici q̄ ſm alterū quia neutrum est humanitas sicut ostensum est supra. Nec ſm vtrūq̄ʒ simul vnitum verbo nō ad inuicem quia nec isto modo sunt hūanitas. Probatio. Magis corpus ⁊ anima videntur esse humanitas simul iuncta q̄ cum aliquo alio ⁊ ab inuicem diuisa. Sʒ ista simul iuncta non sunt humanitas sicut p̄batum est in secundo. ergo ⁊c. ¶ Secūdo sic. Sicut generatio xp̄i temporalis terminabatur ad esse hominē ita etiam corruptio ad non esse hominem. Sed generatio temporalis terminabatur ad esse hominem ⁊ ante generationem illam xp̄us nec verbum fuit homo ergo nec corruptio ad non esse hominem. igitur in instanti mortis ⁊ in triduo illo nō fuit homo sicut etiam nec fuit viuus. ¶ Quarto sic. Illud non est homo in quo anima ⁊ corpus vel cuius aīa ⁊ corpus non constituunt aliq̄d per se vnum ī actu Patet q̄r homo vel humanitas dicit aliquid per se vnum cōstitutum ex corpore ⁊ anima. Sed corpus xp̄i ⁊ anima in triduo non constituebant aliquid p̄ se vnum nec aliquam naturā tertiam realem absolutam cuiusmodi est humanitas. Probatio q̄r nō erant simul vnita nec vnum actuabat reliquū. g̊ ⁊c̄. ¶ Ultima ratio quia sicut ratio de se vel in se falsa de nullo est vera sicut Aristoteles dicit quinto metaphisice capitulo de falso. sicut homo irrationalis de nullo alio verificari potest ita de ratiōe in se falsa nihil verificari potest. 5. meth. Sed xp̄us dicebat p̄ triduo cōclusionem vel rationem in se falsam q̄r xp̄us dicit verbum hominem q̄r suppositum subsistēs in humana ⁊ diuina natura ⁊ tunc verbum nō erat homo sicut probatum est supra. Ab eo vero q̄ res est/ vel nō est/ dicitur oratio vel ratio esse vera vel falsa in p̄dicamētis ergo nō verificatur aliq̄d de ip̄a puta homo. Ista ergo est falsa pro triduo Christus est homo sicut ista etiam non homo ē homo. ¶ Dices pari ratione ista esset falsa xp̄s pro triduo fuit mortuus/ q̄r de ratione in se falsa nihil vere predicatur. Obiectō Potest dici q̄ nō est vera etiam Christus est mortuus etiam pro triduo illo quia significat ⁊ predicat mortuum de viuo. Puta mortuum de xp̄o verbo homine ⁊ per consequens vnio accipiendo secundum significata nominum licet secundum rei existentiam verbum pro triduo non sit homo/ et Christus sit mortuus. Et tunc dicendum est q̄ ista est magis propria. Christus est homo mortuus pro triduo q̄ ista. Christus est mortuus/ vel dic q̄ licet de ratiōe in se falso vel vere predicetur

accipiẽdo significata coniunctim ⁊ vtrũq₃ simul tamen diuisim accipiendo potest aliquid predicari. Sed ista solutio parum valet q₂ queritur ratiõe cuius verificatur hoc predicatum mortuus de xp̃o in triduo. Non rõne verbi nec ratione hominis/ quia homo dicit aliquid vnũ. ergo ⁊c̃. ¶ Ideo videretur posse dici ꝙ illa vltima ratio aducta forte patit̃ calumniam vel in maiori dicendo ꝙ de oratione vl̃ ratione falsa nihil verificatur. Uel in minori dicendo ꝙ ista est in se falsa pro triduo verbũ homo vel xp̃us. Si enim eẽt in se ⁊ per se falsa nunq̃ eẽt v̾a. Et ideo lic₃ sit falsa accidẽtaliter tñ falsa nõ sit ista Homo rationalis vt videtur. Qui scit meli⁹ dicere dicat. ¶ Confirmatur positio per Augustinu₃ octauo de trinitate ca. 8. Ubi dicit ꝙ paulus mortu⁹ homo nõ est. Et contra Hug. dicit August. ꝙ homo nõ est aĩa nec corp⁹. 18. de ciuitate dei. Et philosophus ⁊ Cõmentator. 7. metaphi. ⁊ scd̃o de aĩa Et Ambrosius de incarnatiõe. ⁊ Auicẽ. tertio metaphisice ⁊ Damasce. lib. 3. Uñ Hugo dicit falsu₃.

August.

¶ Contra predicta tñ obijcit̃. Primo sic. Ista est per se xp̃us est homo igitur necessaria. ergo semp vera. ¶ Secundo q₂ sequitur xp̃s est mortuus. ergo homo est mortu⁹. Sed nõ sequitur nisi per istud mediũ xp̃s est homo. ergo ⁊c̃. ¶ Ad primũ respõdetur ꝙ ista non est per se xp̃us est homo q₂ ad p̃dicatiõem per se primo mõ nõ solum requiritur in subiecto causa inherentie predicati ad subiectũ: sed etiam ꝙ subiectum sit per se vnum. Unde de vno per accidens vel de vno non per se nihil predicatur per se primo modo xp̃us nõ est aliquid vnũ per se sicut nec verbum ⁊ homo. ideo ⁊c̃. Aliter diceretur ꝙ ppositio necessaria est semper vera saltem aptitudinaliter ⁊ si nõ in actu vel actualiter. Uel si sit vera actualit̃ nõ est vera nisi de aptitudine inherentie predicati ad subiectum. ¶ Ad secũdum dicitur ꝙ ibi nulla est ꝯña si illatio quedam simplex ab eodem in eodẽ/ q₂ idem est sic arguere ac si argueretur homo ẽ mortuus ergo homo mortuus q₂ licet in antecedẽte ponatur verbum ⁊ homo dicẽdo xp̃us est mortu⁹ tamen verbum nihil facit ad illationem illam. Et iõ medium illius illationis nõ est xp̃us est homo: sed homo est homo ⁊ hoc conceditur.

Ↄ p̃dicta

¶ Ad argumenta trium opinionu₃. Ad primũ dico ꝙ humanitas nõ fuit vnita verbo ĩ triduo sicut dictũ est supra nec anima est humanitas ip̃a. ¶ Ad secũdum Dico ꝙ verbum nõ requirit humanitatem ꝓprie q₂ humanitas non remansit in rerum natura. Unde licet humanitas nõ fuerit verbo vnita ĩ triduo nõ fuit relicta: sed tunc fuisset relicta si aliquãdo fuisset ⁊ nõ esset assumpta. Uel dic ꝙ verum est ꝙ verbum nõ dimisit quod assumpsit. puta humanitatem q₂ semper fuit vnita vel in se vel in suis partibus principalibus. ¶ Ad primũ secũde opinionis. Dico ꝙ hugo nõ tenetur/ homo eñ non est aĩa nec ecõuerso sicut dictum est supra. ¶ Ad secũdu₃ dico ꝙ suppositũ habens naturam rõnalem perfectam ⁊ completam secũdum genus speciem ⁊ indiuiduũ est homo. Modo dico ꝙ licet verbum haberet aĩam rationalem tamen aĩa rationalis non ẽ talis natura perfecta ⁊ completa sed partialis ⁊ imp̾fecta. quare ⁊c̃. ¶ Ad tertiu₃ dico ꝙ aĩa separata ⁊ sibiip̃i relicta nõ est persona q₂ habet aptitudinẽ ad alium informandum cum quo cõcurrere potest in vnitatem persone scilicet ad corpus: ⁊ ita sicut non est suppositum ita non est persona. Suppositũ enim sicut dixi in prima questiõe actualis ⁊ aptitudinalis ad extrinsecum suppositum vel ad aliquid cum quo possit constituere vnum suppositum. Qñ dicis ꝙ aĩa est nature rõnalis indiuidua substãtia. Dico ꝙ verum est sed non est completa ƀm genus speciem ⁊ indiuiduũ ⁊ est cõmunicabilis. ¶ Unde magis ꝓprie dicit Ricardus ꝙ persona est nature intellectualis vel rationalis incõmunicabilis subsistentia sicut dictum est in xp̃o. ¶ Ad primũ dico ꝙ non tenetur dictum suum q₂ cũ xp̃us fuerit vniuoce hõ cum alijs ita requirebatur necessario vnio partium adinuicẽ ad hoc ꝙ eẽt homo sicut in alijs nec sufficiebat vnio partium ad ip̃m verbũ. ¶ Ad secundũ dico ꝙ Augustin⁹ intelligit de vnione humanitatis ad verbum nõ de vnione partiũ. ¶ Ad tertium dico ꝙ xp̃us iacuit in sepulchro non ƀm ꝙ verbum vel deus nec ƀm ꝙ homo nec ƀm ꝙ habẽs corpus quod quidem verum corpus iacuit in sepulchro. Unde ẽ ibi loquutio per synodochen xp̃s homo iacuit in sepulchro accipiendo totum homine₃ pro parte que est corpus.

ad argu. .1. opi.

ad argu. 2. opi.

¶ Ad primũ principale dicitur ꝙ xp̃us non fuit in actu ⁊ in re aliquid inferius ad hominẽ in triduo sicut nec vere realiter ⁊ ĩ actu fuit homo nec hic homo nec aliquis homo ⁊ ideo ꝓ illo triduo nõ predicabatur homo de ip̃o tanq̃ aliquid quod cõueniret sibi realiter in effectu ⁊ ĩ actu Tu dicis p̃dicatio superioris de inferiori semp est vera nec requirit existẽtiam terminorũ sed solu₃ ꝙ maneant significata terminorum. Dico ꝙ ita parũ vera est predicatio superioris de inferiori qua predicatur hoc esse hoc realiter ⁊ in actu sicut predicatio accidentis de subiecto quãdo nõ inest. Omnis enim predicatio difformis rei falsa est. Quo modo ergo verificatur ista homo est animal homine non existẽte. Dico ꝙ nõ verificatur in actu ꝙ in re hoc sit illud sed de potentia vel aptitudine vel nõ repugnantia quia rei significate per hominem quotiens cunq₃ ponatur in re non repugnat esse animal imo ipsa posita necessario est animal: ita ꝙ est verificatio actualis de aptitudine vel verificatio potentialis de actualitate essendi. Et ita dato ꝙ Christus sit inferius ad hominem argumentum non concludit tamen proprie loquendo Christus non est inferius ad hominem/ quia non est aliquid per se vnu₃ in genere. ¶ Aliter dicit vnus doctor ꝙ licet ista non sit vera in triduo. Christus est homo quia secundum esse reale ⁊ in actu extra animam. Christ⁹ in triduo non fuit homo tamen secundum esse significatum ⁊ intellectum ista fuit vera in triduo Christus est homo ⁊ ista modo Christus fuit homo ĩ triduo. Christus enim significat hominem ⁊ deum: ⁊ ita sicut idem de se semper predicatur vere sic homo de Christo / ⁊ per consequens animal quod est superius ad hominem ⁊ tunc est sensus propositionis affirmatiue talis. Christus est Christus/ vel homo est homo/ vel animal ꝙ predicatum et subiectum sunt idem quandocunq₃ ponantur: et hoc est verum semper ⁊ redit quasi in idem ista solutio cũ predicta. ¶ Ad secũdum dicitur ꝙ ꝓ triduo xp̃us nõ fuit xp̃us sicut non fuit hõ in re ⁊ in actu extra

intellectum. Quādo dicitur ꝙ idē semꝑ practicat de seipso. Dicitur ꝙ verū est sed non sequitur propter hoc ꝙ sit in re nec ꝓpositio hoc significat. Nā cum termini ꝓpositionum abstrahant a differētijs temporis nō oꝫ ex tali verificatiōe inferre entitatem rei in actu qꝛ nec talis entitas in actu significatur. Vñ licet chimera sit chimera nō tñ est in actu/ nec est qñ practicatur tertio adiacēs hoc significat sed magis sicut patet quando p̄dicatur scd̄o adiacens ⁊ ita non concludit. ¶ Ad tertiū dico ꝙ licet ip̄o sorte corrupto ip̄e sortes nō sit hō in actu ⁊ in re tamen verificatur ista. Sortes est hō eo mō quo dictum est de alijs in solutione p̄mi ⁊ scd̄i argumēti. ¶ Ad quartū Dico ꝙ v̄bū vel xp̄us nō subsistebatur realiter ⁊ in actu ī natura rōnali completa ⁊ ꝑfecta. Qñ dicis ꝙ hēbat corp⁹ ⁊ aīam sibi verbo vnita ⁊ nō poterat denoīari ƀm ip̄a. igitur tm̄ ƀm naturam humanā debat dici homo. Dico ꝙ corp⁹ ⁊ aīa q̄ʒtūcunq̄ʒ verbo vnita nō sufficiūt ad ꝯstituēdum naturam humanā sꝫ necessario req̄ritur vnio ip̄orum adinuicē licet vnio illa intrinsece ⁊ formaliter nō pertinet ad naturā ip̄am. Unde dico ꝙ nō erat homo. Tu dicis nō denoīabatur nec dicebat verbum aīatum ƀm aīam nec corporeum ƀm corp⁹ Dico ꝙ habendo sanū intellectū poterat dici v̄bū aīatum nō tamen ꝑ informationem sꝫ per vnionē sicut dicebatur incarnatum vel humanatum in vita ⁊ similiter corporeum vel corporatum. Aliter dicitur ꝙ corpus ⁊ aīa sunt entia partialia ⁊ incōpleta nō denominant aliquid primo nisi totum suū vel mediāte toto ⁊ qñ sunt partes in actu in toto : ⁊ qꝛ non erant vnita in toto nec adinuicē nō denoīabāt verbum nec etiam natura humana: quia nō erat in triduo. ideo ⁊c̄.

¶ Distinctionis vigesimetertie.
Questio Unica.

Circa distinctiōez

vigesimātertiā quero. Utrū ad actum credēdi ea que sunt fidei sit habitus aliquis necessarius qui dicitur fides infusa. ¶ Uidetur ꝙ sic. Agere supernaturale p̄supponit esse supernaturale. Sꝫ credere articulos fidei est agere supernaturale qꝛ est actus ad quem natura nō attingit. Non enim attingit ad noticiā hui⁹ scꝫ deus sit trinus ⁊ vnus. ergo p̄supponit in intellectu esse supernaturale ⁊ hoc nō est nisi per habitum. ergo ⁊c̄. ¶ Scd̄o sic. Ad actum diligendi deum meritorie necessario requiritur habitus supꝑnaturalis. puta caritas in mēte viatoris. Sꝫ equalis necessitatis ē fides infusa in intellectu sicut caritas in voluntate vel in effectu. ergo ⁊c̄. ¶ Tertio sic. Fides nec dicta sanctorū aliquid ponūt frustra. Sed ex dictis sanctorū ponitur fides infusa necessaria ad credendum: qꝛ sine fide impossibile est placere deo ad hebreos ergo nō ponitur frustra. ergo ē necessaria.

¶ **Contra** Ad actum diligendi deum sup se ⁊ super omnia nō est necessarius aliquis habitus infusus qꝛ hoc potest volūtas ex puris naturalibus sequēs dictamē naturalis rationis recte que hoc dictat. ergo similiter ad actū credendi deum nō est necessarius habit⁹ qui sit supernaturalis ⁊ infusus vt videtur.

¶ In ista questione sic ꝓcedā

¶ Primo inquiram An sit ponēdus in nobis habitus fidei infusus. ¶ Secūdo inquiram An cū ipso eodem infuso sit ponēdus habitus fidei adquisitus. ¶ Tertio An fides adq̄sita ⁊ infusa sint in intellectu. ¶ Ultimo ad rōnes principales.

¶ Quantū ad primum articulum.

Est vna opinio ꝙ fides habitus infus⁹ ponenda est necessario ad actum credēdi ea que tenēt fideles sicut etiā suo mō ponūt ꝙ necessario sit ponendus habitus caritatis infusus in voluntate ad actum diligendi deum meritorie. ¶ Ad hoc autē adducūtur plures rationes ƀm diuersos opinātes ¶ Prima est. Credere firmiter ⁊ īmobiliter ea q̄ excedunt facultatem luminis naturalis nō pōt esse nisi ex aliquo habitu supꝑnaturali ī credēte. Ad habitum eñ pertinet firmiter ⁊ īmobiliter operari secundo ethicorum. Et opꝫ ꝙ respectu supernaturalium ⁊ excedentium lumen naturale ponatur habitus supernaturalis. Nec sufficit habit⁹ naturalis Sed talis habitus nō potest este nisi fides respectu credendorum. ergo ⁊c̄. ¶ Secūdo sic. Sicut se habet lumen glorie ad visionem beatam in intellectu pro statu patrie ita lumen fidei ad actum credendi pro statu vie vt videt. Sꝫ lumen glorie simpliciter est necessarium ad actum visionis beate/ qꝛ ad illud non sufficit lumen naturale qd̄ patet scd̄o metaphisice. Nam sic habet se intellectus noster ƀm lumen suū naturale ad manifestissima in natura sicut oculus noctue ad lumen solis. ergo ⁊c̄. ¶ Tertio sic. Actus credendi est perfectissim⁹ actus adhesionis ad creditum vel obiectum Uñ ⁊ firmius adheret ⁊ perfectius fidelis in credendo q̄ʒ quicunq̄ʒ sciens in sciendo. Patet qꝛ credens exponit vitam vel caput qd̄ nunq̄ʒ faceret purus sciēs. Sed talis ahesio non potest eē nisi ex habitu ⁊ nō videtur ex habitu adquisito quia aliquis prius infidelis cōuersus statim sic adheret ꝙ exponit caput ⁊ planum est ꝙ nō statim habitum adquisiuit. ergo ⁊c. ¶ Quarto sic Nam sicut dictum fuit in primo. Necessarium fuit homini reuelare aliquam doctrinam ad quam non potuit attingere lumine naturali. Nam ex naturalibus intellectus vel remaneret neuter vel dubius vel negaret ea que sunt fidei. Sed ista videtur doctrina fidei ⁊ fides infusa maxīe. ergo ⁊c̄. ¶ Quinto sic. Illud est necessarium ponere in fidelibus quo primo fidelis distinguitur ab infideli vt patet Sed hoc est fides infusa non autem adquisita. Nā infidelis ⁊ hereticus potest habere fidem adquisitam de multis articulis ⁊ de multis credibilibus. ergo ⁊ ¶ Sexta ratio. In homiue tendente in finē supernaturalem ⁊ obiectum supernaturale oportet ponere non solum ex parte affectus : sed etiam ex parte intellectus aliquam participationem illius finis ⁊ aliquod directiuum supernaturale in talem finem. Sed homo viator ad salutem necessario habet sic tendere in aliquid supernaturale. ergo ⁊c̄. ¶ Ad hoc videntur eē multe auctoritates scripture ⁊ sanctorum que dimitto gratia breuitatis.

an sit ponēdus in nobis habitus fidei īfus⁹ .1. opi.

opi. doc. ¶ Sed quātum ad istum articulum videtur mihi dicendum primo ꝙ loquēdo de necessitate absoluta etiam ad consequendum finem supernaturalē nō est necessarium ponere ī mente viatoris aliquem talē habitū infusum qui dicitur fides sed sine omni tali habitu Dico ꝙ absolute loquēdo homo posset consequi et assequi finem suum quēcunqꝫ vt videtur. Qꝫ autē talis habitus nō sit absolute necessarius ad concequendum etiam finem hominis viatoris ⁊ actū credendi ea que tenēda sunt ab homine viatore. Probatur primo sic. Illud quo circūscripto potest viator firmiter assentire credibilibus cognitis non est necessarium ad actum credendi. Sed absolute loquendo potest viator firmiter assentire credibilibꝰ cognitis q² credibilibꝰ auditis vel narratis ab alio quem reputat esse veracē de quibus nullam hꝫ euidentiam rei sed tantūmō habet testimoniū cui adheret. ergo ⁊c. Exemplum ad hoc firmiter assentit quis gestis narratis ab hystoriographis quos reputat fuisse diligentes ⁊ veraces quare non potest ita assentire euāgelio vel quibuscūqꝫ articulis narratis ⁊ dictis ab alio sine omni habitu īfuso nescio quare. ¶ Secūdo sic. Sine illo potest aliquis credere qd nihil oīno confert ad actum credendi. Hoc patet. Sꝫ fides infusa nihil facit ad actum credendi vt videtur q² nec ad substantiā actus nec ad modum aliquem intrinsecuꝫ actus nec ad facilitatem actus nec ad certitudinem actus. ergo ⁊c. Qꝫ non ad subām actus. pꝫ q² nō est potentia nec obiectū nec aliqd pn̄tās obiectū sicut nec aliqs hītus etiaꝫ q² tūc sepatꝰ posset agere ad subām eiusdē actꝰ nec ad gradum intrinsecū vel intentionem actus pari ratione: q² gradus ille est eiusdem rationis cum toto actu vel cum tota substantia eius ⁊ quicūqꝫ gradus potest conuenire potētie nude vt videtur. Pari ratiōe sicut primus actus vel gradus. Nec ad facultatem actus q² nouus baptisatus licꝫ habeat fidem habet tantam difficultatē in credēdo sicut nō baptisatus. Nec ad certitudinem actus vt videtur Sicut enim nō est principium actus ita nec certitudinis actus quia nō video ꝙ sit aliud ip̄e actus ⁊ certitudo actus vel aliquid aliud idem est principium vtriusqꝫ ⁊ nō aliud ⁊ aliud. Unde mihi videtur nec experimur ad quid facit habitus fidei infusus in actum credendi ⁊ q̄ꝫtum ad certitudinem pꝫ quia ita certitudinaliter ⁊ firmiter credit qs ex puris naturalibus assuetus ad aliquod obiectuꝫ sicut habens fidem infusam. ¶ Tertio sic. Si habitꝰ fidei infusus esset absolute necessarius ad actum credendi necessariuꝫ viatori cum intellectus viatoris possit scire ⁊ cognoscere suum actum credendi vel intentionem in actu vel modum alium quēcunqꝫ q² nihil est homini certius sua fide saltem loquēdo de actu posset intellectus viatoris scire se habere ītellectum vel potentiam intellectiuam. Sed hoc ē falsum nec est expertum vt patet. ergo ⁊c̄. Ista rō forte videreť habere instantiā sed non curo. ¶ Quarto sic non plus est necessarius absolute habitꝰ fidei infuse in via ad credendum q̄ꝫ habitus glorie in patria. Sed ille in nullo est necessarius absolute vt dictum est supra in quadā questione ⁊ probatū. ergo ⁊c̄.

Resolutio arti. ¶ Videtur ergo posse dici quātum ad istum articulum. primo ꝙ fides habitus infusus nō est absolute loquēdo necessarius immediate viatoris ad actum credēdi. Sꝫ absolute loquēdo viator potest habere ita ꝑfectum ⁊ firmum actum credendi respectu omniuꝫ credibilium sine fide infusa sicut cum fide infusa sicut absolute loquēdo sicut dictum est in primo/ ita perfectum actum diligendi ⁊ q̄ꝫtum ad substantiā actus ⁊ q̄ꝫtum ad modum quēlibet intrinsecū actꝰ sine caritate habitu infuso sicut cum ipsa. Unde et ita firmiter ⁊ perfecte adheret hereticꝰ ⁊ credit aliquādo sine heresi vel obiecto heresis sue etiam vsqꝫ ad mortem sustinēdam sicut habens fidem infusaꝫ adheret veritati credibili. Et planum est ꝙ non ex fide infusa sed ex aliqua alia causa mere naturali. Nec ip̄a fides etiam ponitur vt habeatur alia noticia de terminis q̄ꝫ illa que habetur a non habente fidem. Unde ⁊ eosdem conceptus habent fidelis ⁊ infidelis de terminis licet eundem assensuꝫ nō habeant sed vnus dissentit cōplexioni terminoruꝫ vel remanet dubius de eadem ⁊ alius assentit. Puta fidelis: sed non video necessarium hoc ponere ꝙ hoc sit per fidem habitum infusum. Licet probabiliter posset dici sicut etiam dicebatur in primo respondendo ad rationes philosophoꝝ in illa questione secunda prologi. Utrum necessarium fuerit homini aliquam doctrinam supernaturaliter reuelari. Nam cum habens fidem etiam infusam non credat nec assentiat nisi volens ⁊ sicut ostensum est supra fides nihil faciat ad actuꝫ. Non apparet ratio quare ex meris naturalibꝰ nō possit aliqs firmiter assentire ex imperio voluntatis ip̄is credibilibus.

¶ Secūdo dicendum est ꝙ ponēda est fides infusa de facto in quolibet viatore in saluando ⁊ licꝫ nō semper tamē firmiter. ita ꝙ nullus saluatur nisi habens fidem finaliter in quolibet vere baptisato ꝓ illo tunc: ⁊ hoc ex ordinatione diuina quam tenemus ex dictis sanctorum ⁊ traditione ecclesie: ⁊ ponitur in decore ad quēdam decorem ⁊ perfectioneꝫ ⁊ sanitatem mentis antecedenter ad caritatem in voluntate: sed ꝙ aliquid faciat ad actū non video sicut deductum est supra. Dices ꝙ īmo quia disponit ⁊ inclinat ad actuꝫ ⁊ facilitat ⁊ firmat perfectiꝰ ceteris paribus/ licet ista non experiamur nec percicipiamus sicut nec ip̄ammet fidem percipimus: licet etiam ponatur in nobis sicut tu concedis. Dico ꝙ non intelligo illam dispositionem quia intellectus seipso sufficienter est dispositus in ratiōe receptiui. Similiter etiam de aliis non video vñ possint talia poni vel dici de habitu fidei/ licet etiā nō videaꝫ per quid possint efficaciter īpugnari: quia tamen pauciora sine experiētia vel cogente ratiōe vel auctoritate sunt ponenda ⁊ ad illas non habeo cogentem rationem nec experientiam nec auctoritatem sicut habeo de fide ponenda non pono istas conditiones fidei conuenire.

ꝙ est ponēda fides ita ⁊c.

Ad ri. .1. opi. ¶ Ad rationes alioꝝ Ad primam Dico ꝙ maior est vera. Potest enim aliquis credere firmiter ⁊ īmobiliter aliquid de supremo obiecto sine habitu supernaturali/ sed ex habitu naturali vel imperio voluntatis precipientis intellectui firmiter assentire audito vel narrato: et dico ꝙ hoc est in potestate voluntatis. Tu dicis. quare ergo discipuli dixerunt Christo. Domine adauge nobis fidem. Dico quod pro tanto petierunt quia bene sciebant ꝙ sine ipso Christo nichil poterant secundum

quēcunq̃ actum ⁊ ideo petebant vt influeret eis ⁊ coageret ad actum fidei perfectuȝ non ꝙ coageret habitus fidei infusē quasi sine fide īfusa nō possent firmiter credere. Tu dicis obiectum est supernaturale. Dico etiam ꝙ obiectū scientie naturalis de deo est supnaturale nō tamē opȝ ꝙ habitus ꝓpter hoc sit supnaturalis sicut magis declaratū est ī primo ⁊ similiter pȝ hoc de naturali amicitia respectu dei. ¶ Ad secūdum dico sicut dixi supra ꝙ habitꝰ luminis glorie absolute loquēdo nō est necessarius ad actum videndi deū in patria. Quādo dicis de intellectu nostro ꝙ se habet sicut oculus noctue ad visionem dei. Dico ꝙ verum est pro tāto qꝛ ex suis puris naturalibus sine speciali influentia dei non potest habere actum videndi deum clare sicut euidenter intelligit ista materialia vel ꝙ hoc verū est pro statū presentis cōiunctionis impfecto non ꝓpter carentiam habitus. ¶ Ad tertiū dico ꝙ actꝰ credendi q̃ztum ad hoc ꝙ experimur nō habet maiorem firmitateȝ adherētie q̃ȝ quicūq̃ alius actus sicut patet de actu adherendi primis principijs de quibus nullo modo dubitat ⁊ de actu adherēdi scito vel conclusioni scite ⁊ de actu adherendi alicui heresi vel etiam alicui falso ex opposito non solum clusioni verum etiam alicui vero principio ⁊ etiaȝ de actu adherendi alicui cōclusioni false qui pōt eē rectus sicut ⁊ actus scientie sicut patet septio ethicorum ⁊ ad aliquod istorum nō reqritur aliquid qd nō possit haberi ex meris naturalibus sicut etiā dico de adhesione fidei in actu credendi. precipue cū ſm multos saltem ſm aduersarios per naturalē rationem possit haberi ꝙ deus reuelans aliquid credendum nō potest fallere nec falli ⁊ per ꝯñs sibi sic firmiter adherendum. Tu dicis credēs exponit vitam ⁊ caput pro sua heresi. Dicis vltra sciens non exponit caput. Dico ꝙ hoc non est propter maiorē certitudinem que sit necessario in sciētia q̃ȝ in actu credendi sed qꝛ pro tali expositione non sperat sibi premium conferri sicut fidelis pro fide vel etiā hereticus pro sua heresi. Sic patȝ de certitudine adherentie de certitudine euidentie patet qꝛ nō ē certitudo euidentie in fide vñ fides sȝ in scientia ē talis certitudo. ¶ Ad quartū diceretur ꝙ licet necessarium fuerit aliquo tempore doctrinaȝ aliquā forte supernaturaliter releuari hoc posito nō propter hoc ꝯcluditur habitꝰ fidei necessarius ad actū credendi sed in ip̄o actu credendi vel intelligēdi. Puta in aliqua noticia abstractiua actuali potuit illa doctrina reuelari ad quam licet homo a principio non potuerit oīno effectiue attingere ⁊ ideo oportuit aliqua reuelari tamen postq̃ȝ illa reuelata tradita sunt ⁊ ab alijs sub testimonio accepta possunt esse credita ex meris naturalibus sicut potest esse fides ex auditu secūdum apostolum ad Romanos sicut etiam dato ꝙ aliquis non possit inuenire geometriam ex naturalibus suis potest tamen credere docenti eam ⁊ addiscere ex meris naturalibus. Tu dicis credibilia excedunt lumen naturale. Diceretur ꝙ verum est vt videātur clare non autem vt credantur alio narrante vel credēte. Aliter diceretur ꝙ predicta solutio non bene concordat cum aliquibus predictis qꝛ licet probabiliter posset dici aliquam doctrinam necessario fuisse reuelatam eo modo quo dictum est in primo ⁊ precipue doctrinā fidei. Hoc tamen non fuit propter impossibilitatem

Certitudo adherentie ⁊ euidētie

actus credendi circa aliquod obiectum credibile sine habitu infuso sed propter difficultatem. ita ꝙ licet absolute habitis conceptibus terminorum potuisset homo credere ⁊ cōplexioni firmiter assentire ex puris naturalibus ⁊ ita absolute loquēdo nō fuerit necessarium doctrinā talē reuelari q̃ztūcūq̃ nō hēat euidentiā ex terminis tñ difficile fuit / ⁊ iō necessariuȝ fuit hoc reuelari nō ꝙ fides faciat facilitatē sed qꝛ secundū talem doctrinam reuelataȝ in actu aliquo certificauit deus sic eē ⁊ hoc veruȝ esse ⁊ sic adhesit cui reuelatum est hoc ⁊ vltra: quia iste qui audit nō potest etiam credere ex puris naturalibus ꝙ hoc est isti reuelatum potest facilius assentire licet absolute posset firmiter assentire. ¶ Ad quintum diceretur ꝙ licet ista sit de facto mō ꝙ fidelis primo distinguatur ab infideli per fidem īfusam saltē in paruulis qui baptizantur quia de adultis est aliud forte tamen hoc nō est absolute necessariuȝ sed posset fidelis distingui ab infideli ꝑ actū credendi sine omni habitu tali vel per habitū fidei adquisitum ⁊ tunc parulus nō habens actum credendi nec fidem adquisitā nō diceretur fidelis nec distingueretur ab infideli. ¶ Ad sextum dico ꝙ actus credendi vel habitus adquisitus ex puris naturalibus est sufficiens participatio necessaria ex parte intellectus respectu obiecti vel finis supernaturalis. Nec aliquis talis habitus infusus necessario requiritur ad actum credendi vt videtur ⁊ probatum est supra sicut nec in voluntate necessario requiritur habitus infusus caritatis licet ibidem secundum diuinam ordinationem quam tenemus et etiam habitus infusus fidei in intellectu sit ponēdus. Hec de primo articulo principali.

¶ Quantum ad secundū articulum

An sit ponēda fides adq̃sita in nobis ⁊c̄

ticulum videretur alicui ꝙ supposito habitu fidei infuso in intellectu nō est ponēda fides adquisita ī nobis. ¶ Primo si poneretur fides adquisita cum infusa in intellectu de eodem obiecto. Sequeret ꝙ duo accidentia eiusdem rationis essent simul qꝛ fides adquisita ⁊ infusa cum sint eiusdem obiecti et essent eiusdem subiecti essent eiusdem ratiōis. Sȝ hoc est īpossibile quinto metaphisi. precipue de accidentibus absolutis. ergo ⁊c. ¶ Secūdo sic. Adueniente vel manente perfectiori habitu non stat nec manet imperfectior precipue eiusdem ratiōis sed vel cedit vel ꝯcurrit in eundem habitum cū perfectiori. Sȝ fides infusa est perfectior habitꝰ ⁊ eiusdem rationis vt probatum est. ergo ⁊. ¶ Tertio sic. Si isti habitus stant simul quero quo mō se habent ad actum credendi. Nō potest dici ꝙ ex equo quia habitus infusus est nobilior ⁊ perfectior. Nec potest dici ꝙ infusus magis principaliter quia infusus nihil facit ad actum credendi ⁊ per conseq̄ns non potest dici ꝙ adquisitus magis principaliter nec minus. Cum igitur nullo modo se possint habere ad actum simul nullo modo sunt ponendi simr vt videtur. ¶ Quarto sic. quia si geometria esset adquisita in aliquo ita ꝙ eēt perfectus geometer per adquisitionem frustra sibi infunderetur geometria. ergo similiter econuerso si alicui est infusa fides perfecta frustra ponitur adquirere fidem ⁊ fides in ipso adquisita. ergo ⁊c. Et similiter potest argui ꝙ in habente caritatem infusam non sit ponenda aliqua adquisita.

opi. doc. ¶ **Sed hijs nõ** obstantibus dico ꝙ po nẽda est ĩ adultis fides adquisita habitus quidẽ generatus ex frequentibꝰ actibus credẽdi sicut etiam amicitia naturalis adquisita ex actibus frequẽtibus amandi non obstãte fide vel caritate infusa. ¶ Hoc patet primo sic. Facilitas in actu credendi vel ad actum credẽdi ẽ signum habitus generati secũdo ethicorum. Sed experimur ꝙ aliquis pronꝰ est ⁊ faciliter credit ea q̃ sunt fidei ⁊ non per habitum infusum sicut ostẽsuȝ

August. est supra. ergo ⁊c̃. ¶ Secũdo sic. Augustinꝰ cõtra epistolam fundamẽti vel contra fundamẽtum manichei dicit sic. Euãgelio inquit non crederẽ si ecclesie non credem. Unde ⁊ ibidem subdit. Euãgelium nazareorum nõ recipio q² nec ip̃m ecclesia recipit. Sed hoc dictum nihil esset nisi ex testimonio ecclesie posset haberi fides adquisita. g̃ ⁊c. ¶ Tertio sic. Si puer iudeus vel sarracenꝰ nutriretur cũ xp̃ianis a puericia sua ita posset credere articulos sicut puer xp̃ianus. Sed hoc nõ per fidem infusam q² fidem infusam nõ haberet. Et dato etiam ꝙ haberet sicut probatum est supra igitur videtur etiaȝ ꝙ ponẽda sit fides adquisita in adulto xp̃iano.

Apl's ad Roma. ¶ Quarto sic. Apostolꝰ ad Romanos arguit sic. Quo modo credẽt ei quẽ non audierunt ⁊ concludit ergo fides ex auditu/auditus autẽ per verbum xp̃i. Sed non minus potest quis credere verbo dei ⁊ audire habẽs fidem infusam q̃ȝ nõ habens igitur ita potest adquirere fidem sicut nõ habens fidem ⁊ planum est de fide adquisita loquitur apostolꝰ ibid̃ quia nõ oportet statim ad auditum verbi dei dato ꝙ creditur sibi ꝙ infundatur caritas nec per cõsequens fides q² deus nũq̃ȝ infundit fideȝ primo sine caritate licet bene conseruet ip̃am informen ⁊ sine caritate. ¶ Quinto sic. Aliq̃s habens modo fidẽ infusam de omnibus statim fit hereticus circa aliquem articulum ⁊ tamẽ firmiter ⁊ ex habitu inheret ⁊ adheret alijs articulis sed non ex habitu infuso quia habitus fidei infuse licȝ stet cum omnibus alijs peccatis etiam cũ odio dei quod est maximuȝ peccatum non tamen ẽm cõmuniter loquentes stat cum heresi ⁊ peccato infidelitatis. ergo prius cum fide infusa habuit fidem adquisitam de istis.

Resolutio. ¶ **Sic igitur** dico ꝙ in adultis ex actibus credẽdi generatur habitus fidei adquisite nõ obstãte fide infusa. ¶ Secundo dico ꝙ non sunt eiusdem rõnis fides infusa ⁊ adquisita sicut nec caritas infusa ⁊ adq̃sita ⁊ hoc statim videri potest q² habitus illi non sunt eiusdẽ rationis ad quorum vnum nõ põt natura attingere: sed est simpliciter supnaturalis ita ꝙ a solo deo immediate causari ⁊ ad aliũ natura põt attingere causando ip̃m. Sed sic est in ꝓposito de fide infusa ⁊ adquisita vt ptȝ ergo ⁊c. ¶ Secũdo hoc patȝ q² illi habitus non sunt eiusdem rõnis quorum vnꝰ facilitat ad actum aliquem ⁊ alius nõ. Sed fides adquisita sicut experimur facilitat ad actum credẽdi non autem fides infusa. ergo ⁊c. ¶ Tertio etiaȝ q² fides infusa habetur ante omnem freq̃ntationẽ actus: fides aũt adquisita presupponit actꝰ frequẽtatos ⁊ per ip̃os generatur nec per ip̃os potest infusa generari sicut nec caritas. ⁊c̃. ¶ Notandum ẽ tamen circa hoc ꝙ eadem fides ẽm numerum vel specieȝ posset infundi cum illa que adquiritur. Et dico ꝙ non esset eiusdem rationis cum illa que nõ infunditur: sed simpliciter alterius rationis sicut fides adquisita ab infusa.

Ad rõe 1. opi. ¶ **Ad rationes alioꝝ** Ad primam q̃n dicitur ꝙ duo accidentia eiusdem rationis ponerẽtur in eodem subiecto simul si poneretur fides adquisita cũ infusa. Dico ꝙ non est verum sicut apparet ex predictis. Quãdo dicis ꝙ sunt eiusdem subiecti ⁊ obiecti concedo sed nõ sunt ꝑpter hoc eiusdem rõnis sicut dixi in primo ꝙ in eodẽ subiecto respectu eiusdem obiecti possunt esse diuersi habitus ⁊ diuerse noticie alterius ratiõis sicut dixi in primo ꝙ in eodem subiecto respectu eiusdem obiecti possunt esse diuersi habitus ⁊ diuerse noticie alterius rationis sicut noticia abstractiua ⁊ intuitiua eiusdem obiecti. Et dato ꝙ essent eiusdem rationis ex hoc nõ sequitur ꝙ non possent simul stare in eodem subiecto sicut dictum est supra. ¶ Ad secũdum dico ꝙ non sunt eiusdẽ rationis nec ex ipsis potest cõstitui vnꝰ habitus nec possunt concurrere in vnũ. Et dato ꝙ essent eiusdem rõnis non oportet tamen ꝙ alter habitum cedat vel ꝙ vnus ex ambobus cõstituatur sicut non oportet ꝙ ex duobus luminibus in medio fiat vnum lumen sed stant simul distincta in eadem parte medij vel etiam due species duorum indiuiduorum eiusdem rationis in fantasia vel in intellectu angelico sicut dictum est in secũdo. ¶ Ad tertium dico ꝙ fides infusa nihil facit actum sed adq̃sita bene facilitat ad actum. Et quãdo dicis ꝙ infusa est nobilior ⁊ perfectior. ¶ Dico ꝙ verum est in se sed non in ordine ad talem actum. Si dicas ꝙ frustra ponitur habitus qui nõ est principiũ actus Dico ꝙ non est verũ de aliquo habitu puta de infuso. Ponitur em̃ ad decorem ⁊ perfectionem creature cui ĩfunditur ⁊ nõ frustra. ¶ Ad quartum dico ꝙ fides infusa quã ponimus non est eiusdem rationis cũ adq̃sita ⁊ ita neutra est frustra. Preterea etiã dato ꝙ essent eiusdem rationis adhuc neutra esset frustra q² vtraq̃ȝ perficeretur homo ⁊ pluribus modis per plures q̃ȝ per vnam. Hec de secundo articulo principali.

Fides infusa ⁊ adq̃sita an sint in intellectu ⁊c. ¶ **Quantum ad tertium ar/ticulum.** An scȝ fides adquisita ⁊ infusa sint in itellectu sicut in subiecto eodem vtriusq̃ȝ. ¶ Videt̃ ꝙ non sint in intellectu sicut in subiecto. Tum q² infidelitas cum sit peccatum nõ est in intellectu sicut ĩ

1. opi. subiecto sed in voluntate. Tum q² ẽm Augustinũ cetera potest quis nolens credere nõ potest nisi volens. igitur fides nõ est in intellectu sed in volũtate. Tum q² actus credendi est meritorius. Meritũ vero ad volũtatẽ ꝑtinet p̃ncipalr̃.

opi. doc. ¶ Sȝ dico ꝙ fides quecũq̃ȝ siue ĩfusa siue adq̃sita est in itellectu sicut in subiecto. Qd̃ pȝ. Tũ q² fides est hītꝰ cognitiuus ĩtellectualis. Tum q² nõ est hītus volũtatis esset em̃ hītꝰ amatiuus vel odituus qd̃ est falsum. Tũ q² credere ẽ actꝰ intellectꝰ ⁊ nõ volũtatis. Actꝰ dico elicitꝰ. Hoc patet etiã sicut credere etiã principijs ⁊ ꝯclusionibus demonstratis. ergo similiter fides est habitꝰ intellectꝰ ¶ Qȝ aũt actus credẽdi

August. sit actꝰ intellectꝰ pȝ ꝑ August. q̇ dicit ꝙ credere nõ est nisi cũ assensu cogitare. Cogitare aũt ad intellectũ ꝑtinet sicut pȝ. Utrũ aũt ad intellectũ speculatiuum vel practicũ req̃re in illa questione vltima prologi in prĩo vtrũ theologia sit practica vel spe

culatiua in fine. In qua etiam dicūtur aliqua de fide infusa que modificātur ꝛ determinātur per predicta in presenti questione sicut ꝛ aliqua dicta etiā in prima questione eiusdē prohemij sicut apparet ex predictis.

ad.1.opi. ¶ Ad primum aliorum dico ꝙ infidelitas duo dicit. Unum qđ est error circa credibile aliquod et sic est in intellectu sicut ꝛ fides. Aliud qđ est velle errare vel errorē defendere vel negligere errorē deponere ꝛ istud formaliter est peccatum ꝛ est in volūtate nec opponitur fidei formaliter ideo nō concludit. ¶ Ad secūdum dico ꝙ in actu credēdi ſm seipsum formaliter nō cōsistit meritū sed pro quāto est actus imperatus a voluntate. ¶ Ad tertium qđ debuit esse secundū quādo dicit Augustinus ꝙ credere non potest quis nolēs. Dico ꝙ hoc nō obstante credere ptinet ad intellectuꝫ sicut ꝛ fides sicut habitus licet bene depēdeat actus credēdi a voluntate imperante q̄tum ad illa saltem que nō sunt euidētia ex terminis sicut sunt credibilia per fidē christianam qđ dico ad differētiam credulitatis primorum principiorum si tñ credulitas debet dici vel etiā ad differētiam credulitatis conclusionis ex principijs euidētibus deducte si etiā credulitas debet dici extendendo nomen credulitatis.

Ad pncipalia argumēta. ¶ Quātum ad pricipalia argumenta dico ad primū ꝙ credere his q̄ sunt fidei nō est actio supernaturalis sꝫ ī hoc patet intellectꝰ lumine naturali eo modo quo dictum est superius ꝛ probatū. ¶ Ad secūdum de actu dilectionis meritorie patet quid sit dicēdum ꝙ ad ipsam absolute te loquēdo non requiritur habitus infusus caritatis sicut dictū est in primo. ¶ Ad tertiuꝫ dico ꝙ fides infusa non est frustra: qꝛ est ad decorem aīe ꝛ pfectionem ꝛ signū quoddam nobile: licet non sit necessaria ad actum credēdi: vt dictū est supra. Quomodo aūt sit necessaria in saluādis dictū est supra.

¶ Distinctionis Uigesimequarte.
Questio Unica.

Circa distictionez Uigesimāquartā quero. vtrū fides ꝛ sciētia possint stare de eodem obiecto in eodem intellectu. Sed qꝛ de hoc satis dictū est in prima questione primi. Quero vnā aliam questionem. Utrum scꝫ deus sit obiectum fidei per se principium ſm propriam rationē diuinitatis. ¶ Uidetur ꝙ non. Duorum habituū repugnātium ꝛ incōpossibilium nō est idē obiectū ſm eādem rationē. Sed fides ꝛ scientia de deo euidens siue sit viatorum siue beatorum sunt repugnātes nec possunt simul stare: ḡ ꝛc. ¶ Scđo sic. Duarum virtutū specie ꝛ genere differentiū ꝛ ad diuersas potētias pertinētium nō est idem obiectū sub eadē ratione acceptū. Sed deus ſm propriam rationē deitatis est obiectum caritatis que pertinet ad voluntatē. Non ergo fidei que pertinet ad intellectū. ¶ Tertio sic. Obiectū intellectus est verū ꝛ ratio formalis eiꝰ est ratio veritatis vt videt. Sed fides ad intellectū pertinet: igitur deus ꝛ si sit obiectum fidei per se primū non tñ ſm rationem deitatis sed veritatis.

¶ Contra Idem est obiectum fidei et doctrine fidei ꝛ sub eadeꝫ ratione Sed obiectum doctrine fidei scilicet theologie nostre est deus sub ratiōe propria deitatis sicut dictū est in primo: ergo ꝛc.

¶ In ista questiōe sic pcedā.

¶ Primo inquiram de obiecto fidei per se primo et ratione eius ꝛ de obiectis secūdarijs. ¶ Secundo inquiram. An sit meritorium credere per fidem obiectis talibus excedentibus facultatem nature. ¶ Ultimo ad rationes principales.

¶ Quātum ad primū. Supponitur ab omnibus ꝛ est verū ꝙ deus est obiectū primarium ꝛ per se ipsius fidei. Tuꝫ quia fides est virtus theologica ꝛ ita respicit deum pro obiecto immediato per se primo ꝛ pro fine. Tum qꝛ deꝰ est subiectuꝫ articulorū fidei vt patet discurrēdo. Tū quia per attributionē ad deum cadunt omnia alia sub fide sicut patet. ¶ Hoc ergo presupposito est vna opinio ꝙ fidei obiectū per se primum est deus sub ratione reuelati. Ita ꝙ ratio reuelati est ratio formalis obiectiua fidei. Nec aliquid creditur per actū fidei. Nec alicui assentitur nisi inq̄tum reuelatum. Hoc probatur. Tum qꝛ de non reuelatis ꝛ his que naturali ingenio attingūtur etiam de deo ſm ꝙ huiusmodi non est fides. Tum qꝛ fides innititur specialiter diuine scripture reuelate ꝛ dictis sanctorum quibꝰ reuelauit deus. Tum qꝛ est de nō apparentibus que non possunt esse cognita nisi reuelētur quare ꝛc.

De obiecto fidei p se pmo

1.opi.

2.opi. ¶ Alia est opinio ꝙ deus est obiectum fidei sub ratione nō apparētis. Ita ꝙ nō apparētia vel non euidētia seu obscuritas est ratio formalis in obiecto fidei. Hoc probant. Tuꝫ quia hoc dicit apostolus. Fides est argumētum non apparētium ad hebreos.11. Et similiter Augustinus in litera. Fides est credere qđ non vides. Tum qꝛ per hoc distinguit fides a scientia ꝛ a quacūꝗ noticia clara que est obiecti apparentis ꝛ euidenter. Tum qꝛ in idem tendit fides ꝛ spes. Spes autē tēdit in non visum ſm Apostolum qui dicit ꝙ quis videt quid sperat: ḡ ꝛc. Et hec sunt due opiniones de ratione formali obiecti fidei.

Fides quid.

3.opi. ¶ Tertia opinio potest addi ꝙ deꝰ est subiectū fidei sub ratione credibilis: sicut aliquid est obiectū visus sub ratione visibilis. Tū qꝛ fides est habitus creditiuꝰ Tum quia etiam scibile ſm ꝙ scibile est obiectum scientie. Sed hoc nichil est: quia ratio credibilis in obiecto non dicit nisi denominationē rationis ꝛ respectum. Fides autē est habitus realis. Similiter dico de scibili ꝛ visibili. Obiectum ergo sciētie est aliquid reale per propriam rationem ꝛ obiectū visus sicut color vel lux.

Ꝯ.1.opi. ¶ Contra primā opinionem arguo. Primo sic. Habitus realis alicuiꝰ eo modo quo distinguitur habitus realis ab habitu rationali oportet ponere rationē formalem obiectiuam realem. Patet: quia habitus talis mēsurabilis est per obiectū suū. Sed fides est talis habitus vt patet. Esse autē reuelatum in obiecto nō

dicit niſi reſpectum rationis:ergo ⁊c. ¶ Secūdo ſic ab aliquibus. Si obiectiua ratio formalis fidei eſt eſſe reuelatum. Sequitur ꝙ nullus aſſentit alicui credibili niſi inquantum reuelatū. Unde nō creditur in deum niſi inquantum reuelatus. Nec credit alicui articulo vel aliquē articulum ſeu aliquis articulus niſi inquantum reuelatus:⁊ tunc hic articulus. Deus eſt trinus ⁊ vnus nō creditur niſi inquantum reuelatus. Querūt ergo per quid nouit hoc eē reuelatum ⁊ non poteſt dici niſi per fidem. Et tūc etiā oportet ꝙ credat hoc eſſe reuelatum:⁊ tūc non credet hoc niſi quia eſt reuelatū:⁊ tūc querit per quid ſciet hoc eſſe reuelatum ⁊ ſic in infinitū:quare ⁊c. ¶ Tertio ſic. Obiectum viſionis nō eſt deus inquantum viſus:quia ratio viſi in deo nō ponit niſi reſpectum rationis ad vidētem:ergo ſimiliter obiectuʒ fidei nō eſt deus inquantum reuelatus:immo qđ fortius eſt nec inquantum creditus:quare ⁊c.

Ḣ.2.opi. ¶ Contra ſecūdam opinionē. Primo ſic. Obiectum per ſe primū habit⁹ poſitiui ⁊ realis nō poteſt poni niſi ſm rationē formalem poſitiuam. Sed ratio non apparētis vel nō viſi non eſt poſitiua ſed negatiua:ꝫ ⁊c. ¶ Secūdo ſic. Si deus ſub ratione nō apparētie vel nō viſi eſſet obiectuʒ formale fidei pari ratione apparentis vel viſi eſſet obiectum alicuius noticie euidētis de ipſo vel viſionis. Sed hoc eſt falſum:quia illud vel nichil dicit ex parte ipſius dei vel ſoluʒ dicit reſpectum rationis qui beatificare nō poteſt. ¶ Tertio quia habitus habet reduci ad ſuum obiectū ſm rationem eius formalem. Sed affirmatio nō reducitur ad negationē nec poſitiuum ad negatiuū:ꝫ ⁊c.

opi.doc. ¶ Dico ergo quantum ad iſtum articulum Primo qꝛ obiectum per ſe principium fidei eſt aliquid incōplexuʒ puta deus ⁊ ſm formalē rationē proprie deitatis ⁊ nō ſm aliquam aliam rationē ſicut obiectum per ſe ſimpliciter primū ſcientie fidei que eſt theologia noſtra eſt deus ſm propriam rationē deitatis: vt dictum eſt in primo ⁊ quaſi per eaſdem rationes poſſet probari de fide. ¶ Secūdo dico ꝙ alia ſunt obiecta ſecūdaria ad illud per primū reducta ⁊ precipue obiecta cōplexa cuiuſmodi ſunt articuli fidei formati de deo ſicut de obiecto primario ſicut ſuo modo cōcluſiones ſcite in quibus cōcludūtur paſſiones de ſubiecto ⁊ p̄dicant de eo ſunt obiecta cōplexa ſcientie eo modo quo dicitur obiectū ſcientie non ſolum illud de quo aliquid ſcitur ſed etiā concluſio que ſcitur ⁊ in qua concluditur paſſio que etiam ſcitur de ſubiecto. Sic etiā articuli creduntur que ſunt propoſitiones cōplexe quib⁹ aſſentitur credēdo ſicut ⁊ proprie eſt aſſenſus reſpectu talis veritatis complexe magis quam reſpectu termini ſimplicis vt videtur. Et in hoc etiā puta in credēdo iſtas veritates cōplexas multū euidēter diſtinguitur fidelis ab infideli. Multi eñ ſunt infideles qui credunt deū eſſe: tñ non credunt articulos fidei formatos de ipſo ſicut patet tñ etiā iſti nō credūt in deum proprie ſicut patet in litera Magiſtri diſtin.24. Ubi ponit differentiam inter credere deo ⁊ deum ⁊ in deum. Hec de iſto articulo.

Ad motiua alioꝝ. ¶ Ad rationes alioꝛum. Ad primā de ratione reuelati dico et ſimiliter ad ſecundum ⁊ ad tertium ꝙ licet fides ſit de reuelatis ⁊ forte non ſoluʒ de reuelatis ſed etiā de demonſtratis ⁊ ſimiliter licet innitatur ſcripture reuelate ⁊ dictis ſanctorū quibus reuelauit de⁹ precipue fides adquiſita que innititur ⁊ teſtimonijs alioꝛum ⁊ miraculis reſoluēde ad iſta ex quibus rationabiliter etiā mouetur ad credēdum ſm dictamē recte rationis vt videtur:quia fides infuſa ſoli deo innititur immediate:tñ non ſequitur ex hoc ꝙ ratio reuelati ſit ratio formalis obiectiua ſicut nec ratio crediti vel ſcripti vel teſtificati licet nō ſit niſi de creditis ⁊ innitatur ſcripture teſtificanti ſicut nec ratio ſciti eſt ratio formalis obiectiua ſcientie: licet ſcientia ſit de ſcito. ¶ Ad alia ſecūde opinionis dico ꝙ licet fides ſit non apparētium:qꝛ nō eſt noticia ex ſe euidēs nec obiectuʒ fidei euidēs eſt per fidem licet aliunde poſſit eſſe euidēs ſicut dictū eſt in primo:non tñ euidentia vel non apparētia obiecti eſt ratio formalis obiectiua:immo forte nec eſt aliqua ratio ſe tenēs formaliter ex parte obiecti nec apprehenſa in obiecto ſed eſt denominatio quedaʒ negatiua ipſius obiecti ab aliquo extrinſeco. puta ex actu vel habitu fidei qui non eſt clarus nec euidēs circa tale obiectum:⁊ ideo obiectum denominatione extrinſeca dicitur nō euidēs vel non viſuʒ Et dato adhuc ꝙ ſe teneat a parte obiecti : tamen nō pōt eſſe ratio formalis ſicut oſtenſum eſt ſupra. ¶ Ad ſecūdum dico ꝙ per hoc non diſtinguitur primo fides a ſcientia vel noticia euidēte de deo:quia ratio formalis obiectiua fidei ſit non apparētia vel nō viſio:ſed per hoc magis quia noticia fidei ex ſe eſt enigmatica non euidēs ſcientia autem vel viſio euidēs eſt:licet eiuſdem obiecti ⁊ ſm eandē rationem formalem. ¶ Ad tertium dico ꝙ licet ſpes tēdat in non viſum ſicut fides:non tñ ratio nō viſi eſt ratio formalis obiecti:ſed magis ratio deitatis.

¶ Quātum ad ſecūdum articulum primo de fide infuſa dico ꝙ eſt idē ⁊ vnicus numero habitus in habēte ipſam reſpectu omniuʒ credibilium ſiue reſpectu primi credibilis incōplexi qđ eſt deus ſiue reſpectu alioꝛum credibilium cōplexoꝛum cuiuſmodi ſunt om̄es articuli ⁊ que poſſunt ex ipſis deduci. Non enim video neceſſitatem ponēdi multos habitus reſpectu omniū predictorum obiectoꝛum. Sicut non video neceſſitatē ponēdi plures habitus caritatis īfuſos reſpectu plurium diligibilium ex caritate ſed ad omnia diligēda ſufficit vnus habitus nūero et vna caritas. Et ratio poteſt eſſe ad hoc. Nam ſicut predictū eſt nec habitus caritatis nec fidei ex actibus diuerſis circa diuerſa credibilia generātur ⁊ vnum primū obiectuʒ ſimplex reſpiciunt vt per ſe primariū ⁊ ideo non multiplicātur nec ſm plures actus alteri⁹ rationis circa diuerſa obiecta credibilia variatur. De fide infuſa.

¶ Sed de fide adquiſita eſt magis dubium. Et dico de hoc ꝙ fides adquiſita nō eſt vnus habitus reſpectu omnium credibilium ſed eſt multi habitus quoꝛum vnus eſt circa deū obiectum per ſe primarium ⁊ eſt vnicus in habente ſicut fides infuſa ſuo modo. Alij vero ſūt circa articulos ſingulos et ſinguli circa ſingulos. Et patet ꝙ ſunt plures habit⁹ quia generantur per plures actus alterius ⁊ alterius ſicut ⁊ obiecta cōplexa puta articuli ſunt alterius ⁊ alterius rationis ⁊ ſunt obiecta primaria talium habituum. Similiter etiā vnus poteſt haberi et adquiri ſine alio vel corrūpi etiam ita ꝙ nō ſimul De fide adquiſita.

sed vicissim generātur sicut experimētaliter patet per frequētationes diuersorum actuum alterius ꝛ alterius rationis circa diuersos articulos: ita ꝙ fides adquisita nō eodem habitu vel actu versat̄ circa oīa obiecta credibilia sicut fides infusa est idem habitus oīum sed vno habitu primo versatur circa obiectum primariuꝫ qđ est deus ꝛ alijs habitibus et actibus versatur circa obiecta complexa ꝛ quasi isto modo dictū fuit in primo de vnitate theologie nostre q̄ est doctrina fidei: quare ꝛc̄. ¶ Predicta vero patent: quia planū est ꝙ aliquis potest frequētare actus credēdi circa aliquē articulum ꝛ aggenerabat sibi habitum respectu illius ꝛ nō respectu alterius. Similiter etiam aliquis potest errare circa vnū articulum ꝛ habere fidē adquisitam rectaꝫ de alijs sicut patet de heretico errante in vno articulo tenēte tamen firmiter omnes alios ex fide adquisita ƀm predicta: ergo potest exponi dictum apostoli dicētis vna fides. Verū est de fide infusa in quolibet vel de fide in cōi sicut de baptismate in cōmuni. Et hoc de secundo articulo principali.

an credere oīa obiecta fidei supradicta sit meritorium. 1. opi.

¶ Quātum ad tertium articulum

videretur alicui nō esse meritorium nec rationabile credere omnia obiecta fidei supradicta. Tum q: videtur ꝙ sic credēs exponat se periculo: quia credit eis que non potest scire esse vera. Tum quia credit sine ratione ꝛ abijcit a se rationē naturalem: quia fides nō habet meritū cui ratio humana prebet experimētum. Tum quia aut habet motiuum necessarium aut probabile. Non habet motiuum necessarium: q: tunc necessario crederet. Si autem habet motiuum vel signū probabile tūc nō debet credere nisi ꝓbabiliter ꝛ nō assertiue vel firmiter omnino. Tum q: si est aliquid qđ inducat rationabiliter ad credēdum illud est precipue multitudo miraculorum exhibitorum pro fide christiana. Sed miracula fallunt. Patet de miraculis antichristi: ergo ꝛc̄.

opi. doc.

¶ Sed his non obstantibus dico ꝙ rationabile est ꝛ meritorium potest esse credere his que tenēt fideles ꝛ ecclesia fidelium ꝛ ita credere omnes articulos fidei ꝛ ea que possunt deduci ex ipsis nō obstante ineuidētia ipsorum. Tum quia ista sunt approbata a tāta multitudine virorum probatorum ꝛ cōcorditer qui in scripturis sacris mēdacium dānauerūt ꝛ nō est probabile ꝙ ipsi fuerint mēdaces. Tum q: ipsi qui ista diuulgauerunt viri pauperes ꝛ modici ꝛ illiterati fuerūt ꝛ totū mūdum isti fidei subiugarūt. Et hoc est valde magnū miraculum. Tum quia illi passim ꝛ cōmuniter ad ista roboranda vitam huius mundi contēpserunt ꝛ vitam propriam posuerunt. Tum quia etiā per miracula creberrima insolita ꝛ inaudita hanc fidē roborauerunt ꝛ firmauerunt. ¶ Si dicas ꝙ sunt fallacia sicut etiam erunt miracula antichristi. Ad hoc respondebo infra et ex predictis dico ꝙ rationabile est etiam ƀm rationem naturalem credere his que tenet fides ꝛ puto ꝙ si aliquis surgeret modo de terra in puris naturalibus ꝛ proponeretur sibi. An aliqua fides vel secta sit ab antiquo per tātas cōitatē hoīm immuniū a peccatis huius mundi contra rectam rationem ꝛ tales quales fuerunt supradicti/ ꝛ ꝑ tot signa ꝛ miracula insolita approbata ꝛ sic de alijs ipse iudicaret ƀm rectam rationē naturaleꝫ ꝙ ipsa est tenēda. Unde dico ꝙ rationabile est credere omnibus que sunt fidei ꝛ possunt ex ipsis deduci ꝛ est actus meritorius de cōdigno si sit formatus a caritate ꝛ debite circūstantionatus.

ad rōnes 1. opi.

¶ Ad primum aliorū dico ꝙ non exponit se periculo credēdo aliqua q̄ nō potest euidēter noscere vera esse. Alioquin quilibet credēs aliquid factuꝫ vel gestum qđ ipse nō vidisset testimonio aliorū q̄tūcunq; probo rum ꝛ bonorū seipsum exponeret periculo qđ non est verū. Et dico ꝙ nō credens exponit se periculo ꝛ contra rationē rectam discredēdo sic approbatꝫ. ¶ Ad secūdum dico ꝙ licet credat sine ratione faciente sibi euidentiam pro tanto: quia non oportet ipsum habere talem rationeꝫ ad hoc ꝙ credat licet etiam talē rationē quasi incompossibilem sue fidei non abijciat: quia talis ratio bene est cōpossibilis cū fide aliquorum articulorū q̄uis propter talē rationē non credat: quia nichil minus crederet dato ꝙ talem rationē non haberet. Non tñ creditur rationabiliter: ita ꝙ irrationabile sit credere: sed rationabile magis vt dictum est supra. ¶ Ad tertiū dico ꝙ credēs non habet medium necessarium faciens euidētiam de credito nec requirit tale mediū sed dico ꝙ habet tale medium vt sufficiēter inductiuum ad credēdum ƀm iudicium ratiōis recte vt certitudinaliter credat nō sicut euidēti vero ꝛ testimonio ꝓprio: sed sufficiēter approbato testimonio alieno per media que possunt haberi de talibus sicut patet de credētibus rationabiliter romā esse: licet nunq̄ viderint ꝛ huiusmodi: quare ꝛc̄. ¶ Ad quartū dico ꝙ magnū motiuum est credendi his q̄ sunt fidei de miraculis exhibitis ad testificationē fidei ꝛ ad miracula etiā docebat xp̄s iudeos recurrere qui antiquitus Moysi crediderāt propter miracula per ipsum exhibita ꝛ ipsis diuulgata cū dicebat eis. Et si mihi nō vultis credere operibꝰ credite ꝛ multa similia. Quādo dicis ꝙ erāt fallacia miracula: quia antichristus etiam faciet miracula et tñ nō erit sibi credēdum. Dico ꝙ christus faciēs vera miracula docuit illa miracula antichristi futura esse fallacia: ꝛ per consequēs ꝙ eis non sit credēdum ꝛ cū hoc sunt facta miracula aliqua sub lege et fide que nunq̄ faciet antichristus sicut visio diuine essentie in raptu pauli ꝛ reuelatio futurorum contingētium que cōperta est esse vera in scripturis que non poterit scire nec sciet antichristus. Si dicas ꝙ paulus fuit deceptus vel ꝙ ipse mētitur. Non videtur verisimile ꝙ mentiatur qui ita mēdacium detestatur. Nec ꝙ fuit deceptus. Non enim plus potest aliquis decipi de visione diuine essentie circa se q̄ de intellectione primi principij: vt videtur.

resolutio

¶ Dico igitur ꝙ cū ad fidei attestationē deus qui non potest esse testis falsus operatus fuerit predicta miracula ꝛ alia denūciauerit sicut falsa ꝛ mēdacia ꝙ fidei credēdum est pro qua adducta sunt ista. Uñ multa sunt que rationabiliter adducūtur cōtra infideles scilicet auctoritas scribētium ꝛ tradētium/ diligētia recipientium/ concordia scripturarū rationabilitas creditorum ꝛ contētorum in lege christi irrationabilitas cōtrariorum errorum ecclesie stabilitas in lege ꝛ fide carni ꝛ sanguini cōtraria con

tra pronitatem hominū miraculorum varietas sicut predictū est. Non credo tū ꝙ habeatur demonstratio certa nec propter quid. Nec quia ꝙ Christus fuerit verus deus vel etiā verus homo etiam suppositis factis eius: quia omnia potuerunt fieri apparētrr vel etiam realiter saltem a diuina virtute assistente ⁊ non vnita vero hominum sicut vnita ⁊ hoc de tertio articulo principali.

¶ Ad primum principale dico ꝙ fides ⁊ quecūqꝫ noticia euidēs de deo etiam noticia patrie non sunt habitus formaliter incompossibiles sicut inferius apparebit. Aliter dici potest ꝙ licet essent habitus incōpossibiles: tū posset eē idem obiectum ipsorum sicut patet de deo ꝙ de eodem obiecto potest esse scientia ⁊ error in intellectu ⁊ op. contrarie que nō sunt minus incōpossibiles per naturam ꝙ̄ scientia ⁊ fides. ¶ Ad secūdū dico ꝙ illa maior non est vera. Non obstante enim ꝙ fides ⁊ caritas sint diuersi habit⁹ specie ⁊ genere: tū possunt habere ⁊ habent idem obiectum ꝰm eandē rationem formalem. Puta deum ꝰm ppriā rationē deitatis: immo qd plus est dico ꝙ intellectus et voluntas omnino habēt idem obiectū formale. ¶ Ad tertium dico ꝙ nō intelligo obiectuꝫ formale intellectus esse ens sub ratione veritatis: prout veritas ab entitate vel veritate distinguitur sicut alias dixi. Nam veritas vt sic nō dicit nisi vel respectum rationis ad intellectum vel negationeꝫ difformitatis ab intellectu: quare ⁊c̄. ¶ Nota hic ꝰm alios ꝙ veritas bonitas ⁊ deitas sunt penitus idem extra intellectum: ꝙ̄ si vnum est ratio obiectiua alicuius habitus vel potētie oportet ꝙ reliquū et patet ꝙ oportet esse idem obiectū formale intellectus et voluntatis. Alioquin velitum non esset nisi per accidēs intellectum ⁊ econuerso per rationem annexam quod est falsum.

¶ Distinctionis Uigesimequinte. Questio Unica.

Circa distictioneꝫ Uigesimāquintā quero. vtrū pro omni tēpore fuerit necessarium ad salutē cuilibet credere explicite et distincte illa que credūt modo ⁊ tenēt fideles. ¶ Uidet ꝙ sic. Pro quocunqꝫ tēpore necessarium fuit ⁊ est vitare errores circa quēlibet articulum fidei. Sed hoc nō fuisset sibi possibile nisi quēlibet articulum distincte cognouisset: ꝙ̄ ⁊c̄. ¶ Secundo sic. Fides infusa semp fuit eiusdē ratiōis ⁊ est in qualibet. Sed aliquibus ⁊ aliquādo fuit necessariuꝫ ⁊ est credere omnia distincte ꝰm fideꝫ infusam: ergo cuilibet ⁊ pro omni tēpore. ¶ Tertio sic. Ad plus non obligatur vnus fidelis ad credēdum ꝙ̄ alius: quia in fide xp̄i omnes debēt esse equales. Sed aliqui sunt qui obligantur ad credēdum omnia distincte ⁊ in speciali sicut pastores ecclesie et doctores: ergo ⁊ omnes.

¶ Contra qꝛ paucis fuerunt reuelata sub lege nature vel etiam sub lege scripta misteria incarnatiōis ⁊ redēptionis humane eo modo quo sunt cōpleta: ergo alij nō tenebantur scire vel credere nec modo etiā simplices tenentur credere distincte ⁊ in particulari oīa vt videt.

¶ In ista questiōe sic procedā breuiter. ¶ Primo ostēdam ꝙ fides infusa semper fuerit necessaria ad salutem in quocūqꝫ ⁊ ꝙ secus est de adquisita. ¶ Secūdo inquiram. An pro omni statu ⁊ lege fuerit vel sit necessarium ad salutem credere illa que credit ecclesia. ¶ Tertio. An fuerit necessariū vel sit ꝙ quilibet crederet vel credat explicite. ¶ Ultimo ad rationes.

¶ Quātum ad primum dico ꝙ sicut deus disposuit non saluare aliquem nisi habētem finaliter gratiam vel caritatē in voluntate. Sic etiam nō disposuit aliquē saluare nisi habētē fidē infusam. Unde ⁊ in paruulis ⁊ in adultis pro omni statu ⁊ lege necessaria fuit ex diuina ordinatione fides infusa in saluādis ad decorem ⁊ perfectionē ⁊ signaculum mētis sicut ⁊ caritas suo modo sed non sic de fide adquisita. Non enim fuit necessaria nec est necessaria paruulis non habētibus vsum liberi arbitrij vel rationis. Sed adultis pro tēpore ⁊ loco necessaria fuit saltem ꝙ̄tum ad actū vel actus etiam per quos potest habitus fidei infuse generari. Ita ꝙ non puto aliquē adultum saluādum vel saluatum nisi aliquādo habeat actum credēdi circa deum nō impeditus ⁊ omnis adultus tenetur ex precepto affirmatiuo colendi deū aliquādo credere ⁊ elicere actum vel actus credēdi sicut etiam tenetur ad actum diligēdi deum vt dictū est in primo ⁊ hoc concomitante caritate infusa. Sic etiam dico hic concomitante fide infusa. Hec de primo articulo.

De necessitate fidei infuse.

¶ Quātum ad secūdum articulum. Dico ꝙ sicut videtur probabiliter cū sit eadem fides infusa que fuit semp ⁊ eiusdem ratiōis loquēdo de ipsa pro omni statu ⁊ lege necessarium fuit credere habitualiter saltem om̄ia ad que sicut ad per se obiecta ⁊ per se deducibilia ex ipsis fides catholiqua seu infusa se extēdit. Etiam paruuli quibus erat necessaria fides infusa: vt dictū est in tertio articulo precedētis questionis. Loquendo vero de actu fidei vl' fide adquisita. Dico ꝙ de paruulis non est dubium sed de adultis ꝙ adultis fuit necessarium semper ⁊ est credere aliquid: immo oīa breuiter que tenet fides sicut p se obiecta ⁊ deducibilia modo tū qui dicet in tertio articulo subsequēti.

De his que credit ecclesia.

¶ Quātum ergo ad tertium articulum dico ꝙ ꝰm diuersitatē statuum hominū saluādorum paulatiue fuit explicata fides ꝰm maiorem ⁊ maiorem perfectionē statuum. Unde magis fuit explicita sub lege scripta ꝙ̄ sub lege nature ⁊ maxime ⁊ perfectissime est explicita tēpore legis gratie sicut ⁊ status legis talis est pfectissim⁹. Tunc dico ꝙ̄tum ad primum statum legis scꝫ nature ꝙ non tenebātur adulti credere omnia explicite q̄ tradit modo fides licet aliqua bene ꝰm dispensationē reuelationis diuine que fiebat maiorib⁹ et prouectioribus psonis pro illo statu ⁊ illi tenebantur ea credere ⁊ alijs pro loco ⁊ tēpore minoribus publicare ⁊ puto ꝙ tenebant credere explicite plura. Puta ꝙ deus est ⁊ ꝙ est remunerator bonorum

An sit necessarium credere explicite ⁊ qb⁹ ⁊c.

et punitor malorum tanq̃ iustus ſm apostoluȝ ad hebreos ⁊ aliqua de mediatore redẽpturo mundũ q̄ mũdus redimẽdus esset per aliquẽ mediatorem licet nesciret ipsum distinguere. Unde ⁊ ſm Augustinũ in enchiridion. Nullus antiquorum salutẽ inuenire potuit nisi in fide mediatoris a deo prouisi ad reparationem ⁊ redẽptionem saluãdorum. In lege vero scripta adhuc magis explicite ⁊ distincte tenebanẽ adulti credere ſm q̄ plenius misteria fidei sub illa lege fuerunt reuelata superioribus et prouectioribus personis sicut Moysi ⁊ prophetis qui tenebantur explicite credere omnia sibi reuelata ⁊ alijs etiam pro loco ⁊ tẽpore cũ expediret publicare ⁊ alij ad publicationẽ eorum tenebanẽ credere. ¶ Tamen absolute loquẽdo simplices ⁊ populares non tenebantur omnia explicite credere q̃ tenebantur credere pastores sinagoge ⁊ doctores. Uñ sufficiebat eis aliqua explicite credere ⁊ alia ĩplicite quasi cõmittẽdo fidem suam sinagoge ⁊ pastoribus ⁊ rectoribus ipsius. In lege vero gratie ⁊ sub ipsa dico q̄ omnes adulti tenẽtur explicite credere aliqua que tenet fides precipue aliquos de articulis magis vulgatis ⁊ sensibilibus vel perceptibilibus cõmunitati ⁊ plura tenẽtur credere explicite q̃ tenerẽtur adulti cõmuniter sub lege scripta sicut etiã illi plura q̃ sub lege nature. Alia vero oĩa debẽt saltẽ implicite credere volẽdo credere quod credit mater ecclesia in suis prouectioribus ⁊ doctoribus in fide quasi cõmittendo ipsis fidẽ suam.

Ad heb. — *August.*

¶ De doctoribus vero ⁊ pastoribus ecclesie precipuis saltem sicut sunt episcopi vel superiores plati qui ex officio habẽt populum regere ⁊ instruere dicitur q̄ debẽt omnia explicite scire que tenet fides saltẽ q̃tum ad articulos fidei quos debẽt credere ⁊ alios docere: ⁊ similiter precepta decalogi q̃ debẽt implere ⁊ peccata mortalia que debẽt vitare ⁊ similia necessaria que cõmuniter occurrũt hominibus ad salutẽ vel impedimẽtum salutis. ¶ Sed quid de scriptura sacra tenetur ne aliquis scire eaȝ ⁊ cõtrouersias ⁊ errores contra eam vt posset oẽs errores vitare sicut ⁊ tenetur quilibet vitare. Dico q̄ difficile esset ⁊ graue hoc imponere hominibꝰ. Et posset dici q̄ bene requiritur credere scripture sacre ⁊ nolle errare circa ipsam ⁊ eruditio aliqua ĩ ipsa q̃tum ad pastores ⁊ doctores ecclesie nõ tãta q̄ quilibet eorum solus sic sciat perfecte scripturã et oĩa sed talis ⁊ tanta q̄ in toto corpore ecclesie ſm diuersa mẽbra inueniatur sufficientia excludẽdi errorem in fide ⁊ moribus si oriatur ⁊ ad ecclesiã deuoluatur ⁊ isto nunq̃ ecclesia fuit frustrata nec frustrabitur deo dante. Aliqua tñ de predictis nõ assero: quia iudicare de talibꝰ est difficile ⁊ nescimꝰ quid diuina voluntas sup hoc determinauit necessarium in particulari fore vel nõ fore. ¶ Notandũ tñ q̄ sicut quilibet nõ tenetur scire omnia peccata mortalia vel de omnibus peccatis. An sint mortalia vel non: quia nec hoc sciunt prouectiores ⁊ maiores. Frequẽter tamen tenetur quilibet vitare omnia peccata mortalia: quia aut nouit illa esse peccata mortalia ⁊ sic potest vitare. Aut nõ nouit sȝ dubitat vel timet: ⁊ tunc debet recurrere ad ecclesiaȝ que si iudicet peccatum vel dubium debet se cõformare iudicio ecclesie ⁊ sic potest vitare sicut etiam quilibet licet teneatur vitare oẽm errorem circa fidem ⁊ scripturam sacram precipue circa fidẽ ⁊ articulos ⁊ deducibilia per se ex ipsis. Non tñ tenetur scire omnẽ scripturam vel oẽm articulum fidei explicite. Potest enĩ nõ assentire alicui dubio sibi vł in se falso nisi prius iudicio ecclesie ꝯsulto sicut patet. ¶ Ex predictis apparet q̄ nũq̃ pro aliquo tẽpore suffecit adulto ad salutẽ credere omnia implicite ⁊ in cõmuni sic q̄ nichil distincte ⁊ explicite sȝ sub omni lege necessariũ fuit semper q̄ adultꝰ crederet aliquid vel aliqua explicite ⁊ hoc diuersimode eo modo quo dictum est supra.

Uide de pastoribus ecclesie. — *nota hec*

¶ Ad primuȝ principale dico q̄ ex predictis patet quid sit dicẽduȝ quomodo potest vitari error circa quẽlibet articulum licet nõ teneatur homo credere quẽlibet articulum in particulari. ¶ Ad secũdum de fide infusa dico q̄ nõ bene concludit q̄ habitualiter ſm fidem infusam necessarium fuit eadem credere ſm substãtiam omnibus pro quocũq̃ statu sicut fuit fides eiusdẽ rationis ⁊ est pro omni statu: sed non cõcludit de actu fidei vel fide adquisita. ¶ Ad tertium dicitur q̄ ad plus non obligatur vnus fidelis ad credendum q̃ alius inq̃tum fidelis est absolute sed bene inq̃tuȝ talis fidelis assumẽs sibi statum ⁊ actum pastoris vel doctoris ad plura explicite credenda ⁊ scienda tenetur vt possit suum officium exercere circa populũ quẽ habet gubernare. Dices si sic est ⁊ populares tenẽtur pastoribus ⁊ doctoribus credere: ergo si pastores ⁊ doctores informẽt eos in errore sequitur q̄ tenẽtur errare. Dico q̄ nunq̃ tenẽtur errare: quia neutri parti in talibus tenetur assentire si proponatur de nouo a pastore vel doctore donec ecclesia predicauerit vel docuerit. Dices. Quomodo sciet q̄ neutri parti debeat assentire vnus q̃ est totus nouus in fide: pari ratione de omnibus propositis dicetur q̄ neutri parti debeat assentire. Cogita de hoc quia circa istam materiam difficile est multa bene soluere ⁊ vitare.

Ad principalia argumẽta.

¶ Distinctionis Uigesimesexte. Questio Unica.

Circa distictioneȝ Uigesimãsextã quero vnam questionẽ scȝ. Utrum spes sit virtus theologica distincta a fide ⁊ caritate. ¶ Uidetur q̄ non. Si spes est virtus theologica oportet q̄ ptineat ad superiorem portionẽ: ⁊ per consequẽs ad intellectũ vel voluntatẽ: quia ad memoriam ptinere non potest sicut nec aliquis actus elicitus qui sit qualitas absoluta sicut est sperare. Sȝ vnius potẽtie perfectibilis videtur sufficere vna pfectio. Ad intellectum vero pertinet fides ⁊ ad voluntatẽ caritas: igitur nõ alia virtus ipsa spes: vt videtur. Secundo sic. Uirtus theologica nõ consistit in medio q2 respicit deuȝ pro obiecto circa quẽ non põt esse excessus nec in ipso est aliquid mediãdum. Sed spes consistit in medio q2 mediat inter p̄sumptionem ⁊ desperationem: ẽ ⁊c. ¶ Tertio sic. Uirtus theologica nõ est in nobis nisi a deo infundẽte. Sed spes potest esse ĩ nobis ex meris naturalibus: quia sine omni habitu infuso possumus sperare promissa dei sicut ⁊ promissa hominis quẽ re-

putamus veracem: ergo ꝛc.

1. ad Co-rin. 13. ¶ Contra primo ad Corinthios. 13. Nūc autē manent fides spes caritas tria hec. Et planū est ꝙ loquitur ibi apostolus de virtutibus infusis theologicis: ergo ꝛc.

¶ In ista questiōe sic ꝓcedā.

¶ Primo inquiram quid sit virtus theologica et quot sunt: ꝛ per consequēs ꝙ spes est virtus theologica distincta a fide ꝛ caritate. ¶ Secūdo inquirā in qua potētia sit tanꝗ in subiecto. ¶ Tertio inquiram de actu ei⁹ ꝛ obiecto quis scꝫ debeat dici eius actus an scilicet desiderare vel aliquis act⁹ alius. ¶ Ultimo ad rationes.

Virtus theologica quid. ¶ Quātum ad primum dicitur cōmuniter ꝙ virtus theologica est habitus infusus habēs deum immediate pro obiecto ꝛ fine ꝑ hoc ꝙ est habitus infusus distinguitur ab omni habitu adquisibili virtute nature siue in se siue in simili sibi ſm speciem: quia nullus talis actus pōt dici virtus theologica. ¶ Ex quo patet dato ꝙ fides adquisita vel amicitia dei adquisita vel etiam spes adquisita habeant deū pro obiecto immediato ꝛ fine non tñ debent dici ꝓprie ꝛ stricte virtutes theologice nisi forte per reductionē aliqualem ad illas tres infusas. Per hoc autem ꝙ habet deū pro obiecto immediato ꝛ fine distinguitur virtus theologica ab habitu morali alio ꝛītellectuali ꝛ debet intelligi hoc de fine simpliciter quia finis simpliciter immediatius ipsius habitus theologici est deus ꝛ similiter obiectuꝫ. ¶ Dicitur autē ꝙ sunt tres virtutes tales tñ scꝫ fides spes ꝛ caritas/ quarū triū est idem obiectum formale ſm eandem rationē formalem obiectiuā puta deus. Et istarum sufficientia multipliciter assignatur. Sunt eñ predicte virtutes quibus immediate tēdimus ꝛ ordinamur habitualiter saltem in deum cōsequēdum qui est premium nostrū merēdo ipsum. Ad meritum vero requiritur ꝙ premium cognoscatur: ꝛ sic ponitur fides ꝙ de premio cōfidatur ꝙ merēs non desperet sed habitualiter in ipsum qd est sibi impossibile assequi ꝛ hoc est per spem ꝙ premiū diligatur ꝛ ametur ꝛ hoc est per caritateꝫ. ¶ Aliter ponitur ꝙ ad meritū premij summi qd est deus requiritur ꝙ homo vniatur ꝛ tēdat in diuinā veritatē qd fit per fidē in diuinā maiestatē ꝛ liberalitatē qd fit ꝑ spem que respicit arduum attingibile tñ sibi ꝙ tendat in diuinā bonitatem ꝛ hoc per caritatem. Non ꝙ iste sint rationes formales obiectiue istarū virtutuꝫ in obiecto diuino sed rationes quedā concomitantes obiectū ſm rationē obiectiuā que est vna. ¶ Tertio modo assignatur sufficientia qꝛ per virtutes theologicas mens tota ꝛ portio superior debet perfici ꝛ in deum habitualiter tēdere ꝛ ordinari ꝛ ſm hoc est aliqua virtus theologica que perficit intellectū et partem rationalē ꝛ hec est fides. Alia que perficit irascibilē ꝛ hec est spes. Tertia que perficit concupiscibilem et hec est caritas. Nam licet ista duo irascibile scilicet ꝛ cōcupiscibile nō distinguantur in voluntate vt potētie diuerse sicut etiā nec in appetitu sensitiuo de quo magis videretur vel saltem non minus tamē eiusdē potentie possunt esse diuersi actus ꝛ eadem potētia aliqualiter a seipsa potest distingui vt sic vel sic aliqñ diuersimode noīetur.

Que sunt. 3. vtu. the.

¶ Ex predictis dico ꝙ spes que ponitur habitus īfusus suo modo sicut fides ꝛ caritas est ṽtus theologica ꝛ disticta a fide ꝛ caritate eo modo quo passio spei distinctā est in appetitu sensitiuo a noticia sensus ꝛ a gaudio ꝛ a quacūqꝫ passione appetitus sensitiui hoc magis in sequētibus apparebit. Hec de primo articulo principali. ꝙ spes di-sti. a fide

¶ Quātum ad secūdum articulum. Est vna opinio ꝙ spes ꝑtinet ad intellectū formaliter sicut ad subiectum. Tum quia ad spem pertinet decipi quādo quis sperat se non posse assequi beatitudinē ꝛ est desperatus. Unde tali predicandū de credēdo ꝙ credat posse cōsequi. Sed errare pertinet ad intellectū ꝛ credere: ergo ꝛc. Tuꝫ quia idem est habitus rei in vniuersali ꝛ in particulari ꝛ ad eandē potētiam pertinet vt idem est habitus de ista in vniuersali. Omnis iustus finaliter saluabitur ꝛ de ista petrus iustus saluabitur finaliter Sed primus habitus est fides. Secundus vero est spes. Nihil enim aliud est aliquem habere spem ꝗ credere se saluari per gratiam dei. Nec valet si dicatur ꝙ spes est de futuro: ꝛ fides de p̄senti: qꝛ presens preteritum ꝛ futurū nō variant rationē obiecti. Non eñ ratio futuritionis vel presentialitatis sunt rationes formales obiectiue spei ꝛ fidei sꝫ ratio diuinitatis. Alioquin spes nō est virtus theologica sed haberet obiectū tēporale. ¶ Ponūt igitur isti ꝙ sicut in prima nō sunt nisi due potētie perfecte ſm duos actus beatificos sic in via intellectus scꝫ ꝛ voluntas que perficiuntur per duos habitus infusos scꝫ intellectus per fidem ꝛ voluntas ꝑ caritatem que sufficit ad omnē actum voluntatis siue sit velle ordinatū siue nolle ordinatum respectu tamen alicuius obiecti: ꝛ ſm aliquē modum agendi requiruntur ambo habitus simul ꝛ sic spes dicitur tertia virtus non formaliter sed aggregatione vel magis cōnotatione: quia spes cum sit idem habit⁹ qd fides principaliter est in intellectu: cōnotat tamen caritateꝫ vel actum caritatis in voluntate ad actum suū: quia actus suus ex meritis ꝛ gratia prouenit sicut dicit Magister. Spes inquit est certa expectatio future beatitudinis ex meritis et gratia proueniens. Spes in qua pote-tia. 1. opinio.

¶ Aliter videtur michi dicendum ꝙ spes ponēda est omnino in voluntate sicut in subiecto ita ꝙ est virtus appetitiua cuius ratio est. Nā sicut spes passio ptinet ad appetitū sensitiuum ita videtur ꝙ spes virtus ad appetitū intellectiuum. Sed spes passio ptinet ad appetitum sensitiuum patet: ergo ꝛc. ¶ Secūdo sic. Si spes pertineret ad intellectum videtur ꝙ actus eius esset credere quoddā de aliquo particulari. Sed hoc est falsum: quia desperans de vita eterna potest credere vitam eternam: ergo similiter credens vitam eternam potest non sperare vitam eternam. quare ꝛc. ¶ Tertio sic. Ad intellectum nō pertinet exequi prosecutionē nec fugam: sed tñ dictare. Sed ad potētiam cuius est spes ptinet prosecutio vel fuga: ergo ꝛc. ¶ Quarto sic. Ad eādem potētiam pertinet de re adepta ꝛ de re adipiscēda. Sed gaudium pertinet ad affectū ꝛ voluntatem: igitur ꝛ spes. ¶ Dico igitur ꝙ spes est in appetitu intellectiuo sicut in subiecto scꝫ in voluntate: spes dico que est virtus infusa. Idem dico de opi. doc

ſpe adquiſita circa obiectū intelligibile qđ eſt de⁹. Sed hoc conceſſo dicunt aliqui ꝙ ſpes eſt in volūtate inꝗ̄tum concupiſcibilis ⁊ non inꝗ̄tum iraſcibilis dato ꝙ per iraſcibile ⁊ concupiſcibile diſtinguatur ⁊ de hoc magis in ſequentibus apparebit. ¶ Dico igitur ꝗ̄tum ad preſentē articulū ꝙ ſpes pertinet ad voluntatem ſicut ad ſubiectum.

ꝙ ſpes ꝑtinet ad volūtatē

¶ Ad primū alioꝛū dico ꝙ ad ſpem nec ad potentiā in qua eſt ſpes ſicut in ſubiecto non pertinet decipi nec errare licet bene ad deſperātem ẜm vnā aliam potētiam: puta ẜm intellectum ẜm quā poteſt errare. Unde dico vltra ꝙ deſperanti magis eſt predicandū ꝙ habeat bonam voluntatē ꝗ̄ ꝙ bonā fidē et magis ⁊ magis ꝙ ſperet ꝗ̄ credat ⁊ magis ꝙ cōfidat ꝗ̄ ꝙ cognoſcat. ¶ Ad ſecundū dico ꝙ credere ad ſpem nō pertinet niſi cōcomitatiue: q2 ſperare preſupponit credere in intellectu: ita ꝙ credere me ſaluari ſi ſim iuſtus ad fidem pertinet ſed confidere in dño ⁊ ſperare in eo ad fidem non pertinet: ſed ad ſpem vt videtur. ¶ Ad tertium dico ꝙ ſpes pro per ſe primo formali obiecto non reſpicit niſi deum ⁊ nō preſens ẜm ꝙ huiuſmodi vel futurū ſed deum. Quādo dicis. Spes non eſt niſi futuri. Dico ꝙ licet de cōmuni lege nō ſit niſi futuri ſic ꝙ conditio annexa ſubiecto ſit futuritio adipiſcēdi. Non tamen neceſſariū hoc. Nec ratio formalis obiectiua eſt futuritio ipſa/ ⁊ dato ꝙ ſpes eſſet alicuius futuri adipiſcēdi ſicut eſt gloria formalis ⁊ intrinſeca illud tñ nō eſt primū obiectum: ſed deus. Et vltra dico ꝙ non obſtātibus predictis ſtat ꝙ ſpes ſit alius habitus a fide. Nam circa idem obiectū ẜm eandē rationē formalem poſſunt eſſe diuerſi habitus ⁊ alterius rationis ſicut pluries dictum eſt ſupra. Hec de ſecundo articulo principali.

Ad dicta 2. opi.

¶ Quātum ad tertium articulum. Dicunt aliqui ꝙ actus ſpei eſt deſiderare ipſum ſummū bonum qđ eſt bonū diuinum et ꝑtinet per conſequēs ad voluntatē vt concupiſcibilis magis ſicut ⁊ caritas licet ſpes nō ſit caritas nec act⁹ ſpei ſit actus caritatis. ¶ Qꝫ autē deſiderare ſummum bonū ſit actus ſpei probant. Tuꝫ quia nō eſt actus fidei patet. Nec actus caritatis de qua magis videretur: quia actus caritatis cū ſit ſuprema et nobiliſſima virtus eſt amor amicitie ſummi boni qui eſt amor perfectiſſim⁹ quo diligitur ſummū bonū deus in ſe ſibiipſi ⁊ propter ſe. Actus autem deſiderādi deum non eſt amor amicitie ſed quo diligitur et deſideratur ipſi deſideranti. ¶ Similiter etiā patet: quia caritas ⁊ actus eius ferūtur in deū ẜm affectionē iuſti ſed deſiderare ẜm affectionē cōmodi. Similiter voluntas dato ꝙ non eſſet libera deſideraret ſicut appetitus ſenſitiuus non tñ haberet caritatē nec aliquē actum ei⁹. Tum q2 expectare pertinet ad ſpem. Sed expectare non eſt niſi deſiderare. Probatio. Expectare ẜm om̄es eſt actus voluntatis. Aut g̃ eſt velle aut nolle. Nō eſt nolle planū eſt nec velle rei pñtis: igit̃ eſt velle rei abſentis ſed velle rei abſentis nō eſt niſi deſiderare: g̃ ⁊c̃. ¶ Tertio ſic. Eiuſdē potentie ⁊ ẜm eandē rōnē vt cōcupiſcibilis eſt videt̃ tēdere in obiectū ⁊ quietari in ipſo ⁊ amouere etiam impedimēta ſi poteſt: ſꝫ voluntatis vt concupiſcibilis eſt quietari in deo ꝑ caritatem: igitur eiuſdē eſt tēdere in ipſum ꝑ ſpem ſed nō niſi per actum deſiderandi: g̃ ⁊c̃. ¶ Dicunt ergo iſti ꝙ actus ſpei eſt deſiderare ſibi ſummū bonum poſſibile haberi ſicut actus fidei eſt credere ⁊ actus caritatis eſt amare vel diligere amore amicitie. ¶ Secundo dicunt ꝙ licet per ſe primum obiectum ſpei ſit deus ẜm propriam rationē deitatis ſpes tñ in ipſum cū aliqua conditione annexa ſcilicet vt eſt bonū ſperantis. Non eñ vt dicunt ſpero deum abſolute ſed deum michi bonū vel fore mihi ſicut appetitus ſenſitiuus ſuo modo ẜm paſſionem ſpei ſperat non bonum abſolute ſed bonum ſperantis: quare ⁊c̃.

De actu ſpei pria opinio.

¶ Sed iſtam opinionē nō teneo. Dico eñ ꝙ deſiderare non eſt actus ſpei nec pertinet ad ipſam. Qđ probo ſic primo. Sicut deſiderium in appetitu ſenſitiuo ad ſpem nō pertinet ſed eſt alia paſſio ita vt videtur deſiderare in appetitu ſenſitiuo ad ſpem non pertinet ſed ibi non pertinet ad ſpem: ergo nec hic. ¶ Secundo ſic. Aliquis deſperatus de aliquo poteſt ipſum deſiderare ſimpliciter ⁊ actu elicito ſicut et deſiderio naturali ſicut dānati deſperati de beatitudine poſſunt ipſam ſibi deſiderare actu elicito conformi ad deſiderium naturale vt videtur: g̃ deſiderare nō eſt actus ſpei vt videtur. Dices ꝙ dānati non ſimpliciter deſiderant beatitudinē: quia ſimpliciter ſunt deſperati ſed ẜm quid deſiderant vel deſiderare poſſunt puta ſub conditione aliqua impoſſibili eis. Contra: quia ſaltem aliquo modo deſiderant vel poſſunt deſiderare actu elicito: ſed nullo modo poſſunt ſperare nec ſperant: ergo ſperare vel actus ſpei nō eſt deſiderare. ¶ Tertio ſic. Deſiderare eſt actus amoris reſpectu rei abſentis vt patet. Sed ſpes non eſt habitus amatiuus in volūtate. Tunc eñ eſſet caritas infuſa vel amicitia naturalis adquiſita: g̃ ⁊c̃. ¶ Quarto ſic. Eodē habitu poteſt quis amare aliquē amore amicitie ⁊ velle ſibi bonū amando illud in ſe ⁊ aliud ſibi propter ipſum. Sed deſiderare ſibi bonū non eſt niſi amare ſe amore concupiſcētie: g̃ ſicut caritate poteſt ſeipſuꝫ diligere ita caritate poteſt ſibiipſi bonū deſiderare igitur non eſt ille actus ſpei. ¶ Dico igitur ꝗ̄tum ad iſtum articulum ꝙ deſiderare non eſt actus ſpei ſed magis ſperare vel expectare qđ quidem nichil aliud eſt ꝗ̄ erigere affectum ⁊ voluntatē ad deum ſummū bonum arduum attingibile a ſperāte ſicut beatitudo obiectiua poteſt attingi ꝑ beatitudineꝫ formalem inherētem que etiam cadit ſub ſpe tanꝗ̄ obiectum ſecundariū per rationē primi obiecti qđ eſt deus. Non ꝙ arduitas vel attingibilitas in obiecto ſpei ſint ratiōes formales obiectiue. Sed ipſa ratio diuinitatis eſt ratio obiectiua ⁊ finalis immediata per quā beatificat: ſed ſunt ratiōes vel cōditiones concomitantes ⁊ apprehēſe in obiecto ꝑ actū fidei naturaliter precedētem actū ſpei. ¶ Et ſimiliter dico de illa ratione quā ponūt alij ꝙ act⁹ ſpei tēdit in deum bonū non ſimpliciter ⁊ abſolute ſed bonū ſperantis quare ⁊c̃. Et dico ꝙ actus ſpei vel ſpes ipſa ad voluntatē pertinet magis: vt iraſcibilis ⁊ nō vt concupiſcibilis quomodocunqꝫ iraſcibile ⁊ concupiſcibile diſtinguātur in ipſa eſt reſpectui ardui attingibilis et poſſibilis attingenti modo predicto. Et ſicut ſpes paſſio eſt in iraſcibili ⁊ non in cōcupiſcibili ſuo modo vt ſic perficiatur rationalis per fidem concupiſcibilis per caritateꝫ

opi. doc.

reſolutio

et iraſcibilis per ſpem que ponit in voluntate qua
ſi ad tuendũ vel defenſandũ ne cõcupiſcibilis a bo
no ſuo retrahatur vel etiã impediatur ſicut etiã ira
ſcibilis ĩ parte ſenſitiua habet tueri ⁊ roborare cõ
ſpes ſm Mgr̃m. cupiſcibilem. Unde ⁊ paſſiones iraſcibilis ſunt ꝓ
pter paſſiones concupiſcibilis. ¶ Scd̃m predicta
ergo poteſt intelligi deſcriptio Magiſtri de ſpe et
poteſt intelligi de ſpe actu ꝑ̃cipue. Spes inquit eſt
certa expectatio future beatitudinis ex meritis et
gratia preueniens. Expectatio inquit ecce actus
ſpei circa nõ certitudine cognitionis: ſed eo modo
quo dicitur virtus certior omni arte certitudine ĩ-
mobilitatis ⁊ firmitatis future beatitudinis ecce
obiectum qđ eſt beatitudo obiectiua deus futura
ſperãti licet non ſimpliciter vel obiectum ſecunda
rium qđ eſt beatitudo creata futura ſimpliciter ipſi
ſperãti ſicut accidẽs formaliter in futurum ſibi ex
meritis ⁊ gratia prouenĩes q̃tum ad medium vel
motiuum actus ſperãdi ⁊ etiã attingẽdi obiectum
ſperatum quod non attingitur niſi mediãte gratia
Nec aliquis debet moueri ad ſperandũ cõſequi ta
le obiectum niſi ex gratia dei ⁊ ex aliquibus meri-
tis ſiue ſuis ſiue alterius puta chriſti qui nobis me
ruit gloriam ſicut dictũ eſt ſupra. Si autẽ velis ac-
cipere deſcriptionem pro habitu tũc dicas ꝙ ſpes
eſt expectatio certa habitualis ⁊c.

ad rõnes 1.opi. ¶ Ad primũ aliorum dico ꝙ deſide
rare non eſt
actus ſpei ſed caritatis vel amoris magis. Quan
do dicis ꝙ actus caritatis eſt actus amicitie. Dico
ꝙ verũ eſt actus principalior ſuus ſed actus minꝰ
principalis poteſt eſſe actus concupiſcẽtie relatus
in finẽ debitũ: ⁊ ita dato ꝙ deſiderare ſit actus con
cupiſcẽtie adhuc poteſt dici et eſſe actus caritatis
⁊ preterea põt dici ꝙ deſiderare deũ eſt actus ami
citie licet minus perfectus q̃ꝫ actus fruendi deo ꝑ-
fectus qui erit de deo preſente quia viſo per intel-
lectum clare. Quãdo dicis vltra ꝙ deſiderare deũ
eſt ſm affectionẽ cõmodi. Dico ꝙ non obſtãte hoc
ꝙ poteſt poni actus caritatꝫ minus tñ principalis
ſicut dictũ eſt immediate ⁊ poteſt etiã dici ꝙ deſi-
derare deum cũ non ſit niſi amare ipſum non viſuꝫ
eſt ſm affectionẽ iuſti. Ad aliud dico ꝙ ſi volũtas
non eſſet libera nunq̃ꝫ deſideraret deuꝫ libere. Ita
ꝙ actus deſiderãdi deum quẽ ponimus nunq̃ꝫ con
ueniret ſibi. ¶ Ad ſecũdum principale aliorum di
co ꝙ expectare vel ſperare nõ eſt deſiderare forma
liter ſed cõcomitatiue bene vt cõmuniter. Quãdo
dicis ſi pertinet ad volũtatẽ oportet ꝙ ſit velle vel
nolle. Diceretur primo ꝙ verũ eſt ⁊ diceretur ꝙ eſt
velle. Et dato ꝙ reſpectu abſentis non ſequitur ꝙ
ſit deſiderare quia nõ eſt velle voluntatis vt concu
piſcibilis: ſed vt iraſcibilis vt dictum eſt ſupra.
¶ Ad tertium dico ꝙ voluntatis vt concupiſcibi
lis eſt bene eſt quietari in obiecto ⁊ tendere in ipm
per actum deſiderij ſed nõ per actum ſpei eo modo
quo ſpes tendit in ipſum vt dictum eſt ſupra. Nec
etiam tueri ſicut ſpes tuetur. Hec de tertio articu-
lo principali.

ad pnci. argu. ¶ Ad primum principale di-
co ꝙ ſpes nec aliquis habitus ad memoriam perti
net vnde memoria. Sed ad volũtatẽ pertinet ſpes
ſicut ⁊ actus ſperãdi. Et dico ꝙ eo modo quo poni
tur ſpes ad actum ſi ponatur neceſſaria ſicut ⁊ cari
tas que ſimpliciter loquendo non ſunt neceſſarie ſi
cut etiam dictũ eſt ſupra de fide ſi tamen hoc pona
tur dicẽdum ꝙ non ad omnẽ actum voluntatis ſuf
ficit caritas elicitiue niſi tñ imperatiue ⁊ referẽdo
in finẽ ſed ad aliquẽ requiritur ſpes habitus infu-
ſus vel adquiſitus ſicut poſſunt accipi iſti actus ne
ceſſarij ad actum ſm multos. Quando dicis omis
actus voluntatis ordinatus vel eſt velle vel nolle.
Dico ꝙ verum eſt ſed nõ ad omne velle ſufficit ca-
ritas ſed ad aliquod requiritur ſpes vel ſaltẽ aliqđ
dici põt actꝰ ſpei: licet ad ipm nichil faciat ſpes in
fuſa ſicut etiam dicitur actus caritatis licet ad ip-
ſum nichil faciat caritas infuſa. ¶ Ad ſecundũ di
citur ꝙ ſpes virtus theologica cum non ſit niſi cir
ca deum pro per ſe primo obiecto nõ mediat inter
paſſiones. Unde non mediat inter deſperationem
et preſumptionẽ ſi ponantur paſſiones. Nec intro
mittit ſe de ipſis ſꝫ magis aliqua alia virtus adqui
ſita quecũq̃ꝫ ſit illa. Aliter dicitur ꝙ licet ex parte
obiecti virtus theologica non mediet: q2 paſſioneꝫ
pro obiecto non reſpicit: tamẽ ex parte ſubiecti be
ne quia diſponit ſubiectum ne in paſſionẽ iſtaꝫ vel
illam incidat. Puta in deſperationẽ vel p̃ſumptio
nem ſalteꝫ habitualiter ſicut diſponit quia ad actũ
elicitũ ſpes infuſa ſm me nichil facit ſicut vnifor-
miter dictum eſt ſupra de fide ita ꝙ non eſt neceſſa
ria in ſperãte niſi ex ordinatione diuina. ¶ Ad ter
tium dico ꝙ ex meris naturalibus poſſumus ſpera
re certitudinaliter omnia promiſſa dei ſicut ⁊ cre-
dere. Nec pono ſpem virtutẽ infuſam neceſſariam
in aliquo qđ faciat vel conferat ad actum ſperandi
ſed ſolum ex ordinatione diuina. Ordinauit enim
deus ꝙ nunq̃ꝫ actum ſperandi acceptabit ſine ſpe
infuſa ſicut nec ſine fide actum credẽdi ſicut nec ſi-
ne caritate actum amãdi: licet fides ⁊ ſpes non ſuf
ficiant ad acceptationẽ talium actuum: ſed cuꝫ eis
neceſſario caritas requiratur ex ordinatione diui-
na propter qđ etiã dicit apoſtolus ad hebreos.11. ad he.
ꝙ ſine fide impoſſibile eſt placere deo ⁊ eſt verum
de fide infuſa ⁊ ita parum ſine ſpe: tamen non ſuffi
ciunt iſta: ſed cum hoc requiritur caritas propter
quod etiã ipſe dicit.1.ad Corin.13. Si linguis ho- ad co.
minum loquar ⁊c. caritatem autem non habeaꝫ ni
chil ſum. Sic de iſto.

¶ Diſtinctionis Uigeſimeſeptime.
Queſtio Unica.

Circa diſtinctionez
Uigeſimãſeptimã q̃ro. vtruꝫ
creatura rationalis vel intel-
lectualis ex meris naturalibꝰ
ſine quocunq̃ꝫ ſupnaturali ha
bitu infuſo poſſit diligere deũ
ſuper ſe ⁊ ſuper omnia. ¶ Ui
detur ꝙ nõ. Amicabilia ad al
terum procedũt ex amicabilibꝰ ad ſeipſum. 8.ethi 8.ethi.
corum. Tunc arguo propter qđ vnũquodq̃ꝫ tale et
illud magis. Sed aliquid aliud amore naturali di
ligit quis propter ſeipſum: igitur ſeipſum magis.
¶ Secũdo ſic. Si hoc eſſet, poſſibile. Sequeretur
ꝙ habitus caritatis infuſus non eſſet neceſſarius
ad actum diligẽdi meritorium quia actus diligẽdi
ſuper omnia maxime videtur eſſe meritorius. Sed
hoc ẽ falſum ⁊ ꝯtra apl'm p̃terea ad Cori.13. ⁊c.

Bernardꝰ ¶ Tertio sic. Bernardus de diligendo deum ponit quatuor gradus diligendi vnus est quo homo diligit seipsum secundus est quando diligit deum propter seipsum propterea ꝙ est sibi beatificus. Tertius est quo diligit ꝓpter se ⁊ in seipso. Quartus est quãdo omnia diligit propter deum. Ita ꝙ nec se nec aliquid aliud diligit nisi propter deum⁊ dicit ꝙ primi duo gradus sunt naturales. Alij vero non. Videtur ergo ꝙ natura attingere non possit ad diligẽdum deum super se et super omnia sed ad hoc solum eleuet caritas et habitus supernaturalis.

¶ Contra natura ex se recta

potest in actũ ex puris naturalibus sed rectus actꝰ est ꝙ diligatur deus a creatura rationali vel intellectuali super se⁊ super omnia sicut ipse est summũ bonum et peruersus actus esset diligere se super deum:ergo ⁊c.

¶ In ista questiõe sic ꝓcedã.

¶ Primo inquiram vtrũ creatura rationalis vel intellectualis pro statu nature integre id est nõ corrupta per peccatum vel sequelam peccati possit diligere deum super se et super omnia ex meris naturalibus. ¶ Secundo inquiram hoc idem de natura pro statu ipsius lapsa. Utrum pro statu lapsus hoc possit. ¶ Tertio ostẽdam ex his ⁊ concludam An caritas habitus ĩfusus sit necessarius ad actũ diligẽdi deum super se et super omnia et an faciat aliquid ad talem actum seu ad actum meritorium ¶ Ultimo ad rationes principales:⁊c.

¶ Quãtum ad primum vide

.opinio. tur esse⁊ fuisse vna opinio ꝙ impossibile est creaturam intellectualem vel rationalem etiam pro statu nature integre diligere deum super se ⁊ super omnia. Ita ꝙ intensiori actu in se ⁊ perfectiori diligeret deum q̃ se.

Ratiões .opi. ¶ **Ad hoc** adducunt alique rationes. Prima est ista. Amor naturalis fundatur super vnitatem ⁊ propinquitatem dilecti ad diligentem ⁊ econuerso. Unde ⁊ amor naturalis variatur secundũ diuersas propinquitates vel vnitates. Alius est enim amor naturalis inter ciues. Alius inter parẽtes et sic de alijs. Quanto igitur vnitas est maior tanto amor naturalis est maior. Sed vnitas vel propinquitas eiusdem ad seipsum est maxima:ergo ⁊c. ¶ Secundo sic. Amor naturalis non videtur esse nisi amor recuruus ad seipm̃ et per consequens amor concupiscentie sicut et natura semper ad seipsam incuruatur ad conseruationem sui.igitur quicquid amat aliquis amore naturali propter seipsum amat:⁊ per consequens amor sui est mensura cuiuslibet alterius amoris naturalis:ergo est maximus et intẽsissimus amor naturalis. ¶ Tertio sic. Amor pure naturalis nõ trãscẽdit naturam. Sed si amore naturali quis plus diligeret deum q̃ naturam suam oppositum esset verum ergo ⁊c. ¶ Quarto sic voluntas vel potẽtia aliqua perfectius et intensius fertur in obiectum suum simpliciter primum et sibi adequatum q̃ in quodcunq̧ aliud vt patet. Sed bonum creature vel bonum ipsius nature diligentis est obiectum simpliciter primum sibi adequatum patet ex summa proportione amborum adinuicẽ ergo ⁊c. ¶ Quĩto sic. Creatura rationalis vel intellectualis pro quocunq̧ statu non potest plus cognoscere deum q̃ seipsam. Sed mensura dilectionis sequitur mẽsuram cognitionis sicut dilectio sequitur cognitionem ergo ⁊c. ¶ Sexto ⁊ vltimo sic. Si homo plus naturaliter posset diligere deum q̃ seipsum sequitur ꝙ plus posset eligere seipsum non esse q̃ deum et difficilius posset seipsum odire q̃ deum. Hoc autem est falsum ⁊ frequenter experimur contrarium non esse a natura cuius est ipsum esse non est eligibile nec appetibile quia negat totum bonum nature ergo ⁊c. ¶ Dicunt ergo isti ꝙ creatura intellectualis vel rationalis quãtumcunq̧ instituta recta a creatore non potest naturaliter et ex meris naturalibus plus vel intensius diligere q̃ seipsaꝫ nec diligere deum super se et super omnia sed magis seipsam quãtum ex meris naturalibus diligit super omnia. Nec potest diligere deum super omnia nisi per aliquem habitum supernaturalem infusum eleuetur supernaturaliter ad talem amoreꝫ supernaturalem. Agere enim sequitur esse: ⁊ ideo amor naturalis qui sequitur esse naturale maximꝰ est respectu nature cuius est ipm̃ eẽ et si sit aliquis maior oportet ꝙ sequatur aliquod esse supernaturale per habitum infusum supernaturalẽ vt videt̃.

¶ Sed quantum ad istum ar

ticulum dico ꝙ creatura rationalis vel intellectualis ex meris naturalibus potest diligere deum super se et super omnia idest actu intensiori q̃ diligat seipsam. Opi. ꝓpria doctoris. ¶ Ad hoc adduco rationes. Prima est. Illud potest voluntas creature diligere super se et super omnia quod recta ratio naturalis dictat esse diligendum super omnia. Hoc patet ex conformitate quam potest habere voluntas ex meris naturalibus ad rationem rectam naturalem. Sed ratio naturalis recta potest ex meris naturalibus iudicare ⁊ dictare ꝙ deus est summe diligendus et super omnia ⁊ actu intensiori q̃ aliqd aliud supposito ꝙ deus sit sicut questio presupponit quia deus dicit vnum ens summum bonum infinitum continens omnem aliam bonitatem creatam eminenter vel perfectionaliter multo nobiliꝰ et perfectius q̃ sit in seipsa. Est enim quo maius excogitari non potest secundum Anselmum .ergo ⁊c. Ratio dilectionis dei. ¶ Dices ꝙ ista ratio concludit ꝙ voluntas non solum deum sed ⁊ quancunq̧ creaturam perfectiorem illa natura cuius est vel etiam nobilioris vel perfectioris gradꝰ in eadeꝫ natura deberet et posset diligere super seipsam vel super illud cuius est voluntas quia alia creatura est maius bonum ⁊ per consequens magis diligibilis simpliciter. Dico ꝙ non valet hoc:quia licet creatura alia sit maius bonum et magis sit diligibilis ab aliqua voluntate:non tamen ab omni. Nã non est tale bonum quale deus continens eminenter perfectionẽ creature alterius diligentis nobilius et perfectius q̃ sit in seipsa ⁊ illimitate:ideo ⁊c. ¶ Dices iterũ ꝙ ratio nõ valet:quia pari ratione posset argui sic Illud potest intellectus ex meris naturalibus perfectius intelligere quod potest ratio naturalis dictare vel iudicare plus esse intelligibile.

Sed ratio naturalis potest dictare deum esse summe intelligibile: quia summe ens ī actu: ergo intellectus ex meris naturalibꝰ potest ipm̄ summe ītelligere. Hoc autem est falsum. Patet. 2. metha. ergo ⁊c. Dico ꝙ non valet hoc. Nam ratio naturalis non iudicat deum esse maxime cognoscibilē ex parte creature cognoscentis ex puris naturalibus sed magis ex parte ipsiꝰ dei cognoscibilis ita ꝙ potiꝰ iudicat ꝙ ratio cognoscibilitatis dei sit cognoscibilitas creature q̄ econuerso saltē q̄tum ad intellectum nostrū pro statu presenti sed totum ecōuerso iudicat de diligibilitate. Non em̄ iudicat ꝙ bonitas creature vel diligibilitas eius sit ratio diligibilitatis dei: sed magis econuerso licet deū nō cognoscat ex creaturis: sed econuerso iudicat diligibilitatem ⁊ bonitatē diuinam sicut diligibilitatem finis esse rationē diligibilitatis creature sicut eius qd̓ est ad finē / ⁊ ita licet plus possit cognoscere creaturā q̄ deū ex meris naturalibꝰ plus tm̄ debet diligere deū q̄ creaturā etiā ſm dictamen rationis naturalis. ¶ Secunda ratio principalis. Voluntas creata non corrupta per peccatum nec per sequelā peccati non est prona ad actum peccati sed magis ad actum rectum. Sed si non posset diligere plus deum q̄ seipsam ex puris naturalibus: sed seipsam plus diligeret ex meris naturalibus prona esset ad actum peccati ⁊ ab arte diuina deuiaret et a rectitudine in qua est a deo instituta. Plus enim se diligere q̄ deum est peccatum mortale ⁊ fuit peccatum quod ordinauit ciuitatem dyaboli. Puta inordinatus amor sui ſm Augustinū de ciuitate dei: ergo ⁊c. Sicut enim ordinatus amor fundat ciuitatē dei. Puta amor dei vsq; ad cōtēptū sui. Sic amor sui vsq; ad contēptum dei fundat ciuitatē dyaboli ergo ⁊c. Inconueniens em̄ est valde dicere cū deꝰ ſm Dionysium de diuinis nominibus omnia conuertat in amorem ꝙ ipse faciat vnā creaturam intellectualem que ex meris naturalibus nō possit et debeat ipsum plus diligere q̄ seipsam. ¶ Tertia ratio est: quia caritas nō contrariatur inclinationi nature sicut nec corrūpit naturam sed magis perficit ipsam. Sed caritas ſm alios saltem inclinat ad diligēdum deum super se ⁊ super omnia. Cum igitur sua inclinatio non sit contraria inclinationi nature sed conformis et perfectiua nature videtur ꝙ ex meris naturalibus possit homo diligere deū super omnia. Ita ꝙ natura inclinet ipsum ad hoc: licet perfectius cuꝫ caritate q̄ sine caritate saltē ſm alios. Si dicas ꝙ caritas nichil facit ad actum nec ad substātiam actus nec ad modum: tūc multo fortius habetur propposituꝫ: quia cum creatura possit diligere deum super se ⁊ super om̄ia ⁊ ad hoc nihil faciat caritas sequitur ꝙ ex meris naturalibus.

¶ Quarta ratio ⁊ sumitur ex dictis aliorū. Creatura potest diligere deum supernaturaliter sup̄ se et super omnia: quia ipse est bonum supernaturale ⁊ vt fontalis plenitudo boni supernaturalis ipsius creature puta gratie ⁊ glorie. Sed sicut deꝰ est fontalis plenitudo boni sup̄naturalis creature ita est fontalis plenitudo boni totius uaturalis ipsiꝰ creature: ergo creatura conformiter mere naturaliter vel ex meris naturalibus sic potest diligere deū super se et omnia alia. ¶ Quinta ratio accipitur ab aliquibus et alij impugnant eam ⁊ est talis. Appetitus intellectiuus non est minus ordinatus ex naturalibus suis q̄ appetitus naturalis ⁊ sensitiuus hoc patet. Sed naturali appetitu ens partiale ⁊ īperfectum exponit se propter bonum totius et bonum perfectum saluandum. Sicut manus exponit se pro toto saluādo ⁊ similiter ens partiale vniuersi videtur magis inclinari ⁊ tendere in bonum vniuersi q̄ in bonuꝫ proprium. Vnde ⁊ aqua ascendit ne sit vacuum in vniuerso. Patet in fistula attracto aere qui est in fistula ꝙ aqua ascēdit si ponatur fistula in aqua: ergo appetitus ītellectiuus vel voluntas non minus est ordinata. Ita ꝙ magis inclinatur vt magis diligat bonum ⁊ precipuum bonū vniuersi quod est bonum diuinum: quia q̄to bonū cōmunius tanto diuinius ⁊ econuerso primo ethicorum. ¶ Contra istam rationem dicitur probabiliter ꝙ appetitu naturali ⁊ sensitiuo magis appetitur bonum proprium etiam partis ab ip̄a parte q̄ bonum sui totius. Quod probatur: quia si terra esset extra centrum ⁊ separetur pars terre a terra illa moueretur ad centrum ⁊ non ad totum propter cōseruationem sui in centro dimissa entitate ⁊ cōseruatione totius quod potest habere per partem illā. Vnde pars nō se exponit uec vnq̄ nisi ſm inclinationem propriam vel motum se exponeret pro toto sed ab alio exponitur pro toto. Sic autem non est de appetitu libero qui est voluntas. Magis em̄ uaturaliter ⁊ sequendo rationem ⁊ iudicium rectū naturale tanq̄ regulam suam diligit bonum diuinum vel bonum commune q̄ proprium bonum et pro ipso deberet homo se exponere et carens fide rationis vel spe virtutis eterne: vt patet de virtute pollitica fortis et non propter aliquod bonum suum nec premium sibi inexistens principaliter: sꝫ tantum vt saluetur bonum diuinum vel commune. Vnde sicut simpliciter appetitus qui est liber est altertus rationis ita et in hoc. Et patet: q2 alias voluntas naturaliter esset non recta si plus diligeret seipsam q̄ bonum diuinum vel commune: quia difformis regule sue recte iudicio rationis. Iterum etiam contrariaretur inclinationi vel saltem dispositioni caritatis quod nō est verum. Nec alij appetitus ideo sunt non recti: quia plus in bonum suuꝫ feruntur q̄ totius vel boni communis: quia in hoc non dissentiunt a regula sua scilicet forma naturali vel apprehensa per sensitiuum: quia nō respiciūt pro obiecto inquod inclinantur nisi bonū: vt nunc et bonum proprium. Non sic autem de voluntate. Et ita ista ratio dubia est nec in ea volo multū stare. ¶ Contra istam rationē dicitur ab alijs ꝙ appetitus naturalis et sensitiuus non magis inclinātur in bonum aliud q̄ in bonum proprium. Vnde et manus seipsam non exponit pro salute totius: sed magis totum exponit ipsam pro seipso conseruando vel pro parte nobiliori cōseruanda sicut pro capite vel huiusmodi. Similiter etiam aqua secundum propriam naturam et appetitum natutalem non ascendit: sed mouens et regens vniuersum sic mouet eam ne sit vacuum in vniuerso quod quideꝫ vniuersum et natura abhorrent. ¶ Sed ab alijs dicitur ꝙ immo naturaliter secundum appetitū sensitiuum manus exponitur pro toto et aqua ascendit ne sit vacuum in vniuerso: quia prompte ⁊ faciliter vnūquodq; istorū: sic mouet ad bonū vel ꝓpter bonū

August.

Dionysi.

totius animati ⁊ totiꝰ vniuersi: sed vnūquodq̃ naturaliter sic agitur prompte ⁊ faciliter sicut natum
2.phis. est agi secundo phisicorum: ergo ⁊c̃. ¶ Non videtur michi ꝙ ista instantia valeat. Nam aliquid potest prompte ⁊ faciliter exponi vel moueri: quod tamen non naturaliter sic mouetur: nec est aptum natum naturaliter sic moueri ⁊ hoc ex predominātia vel prestantia virtutis mouentis vel aliqua alia de causa: licet enim vnūquodq̃ tunc agatur naturaliter quando agitur sicut natum est agi. Non tamen est hoc ad propositū sicut patet intuenti. ¶ Sexta ratio ⁊ vltima est. Talibus bonum diuinū non minus preponderat bono proprio nature nec est minus diligēdum ꝗ bonum cōmunitatis pro quo exponit se fortis sed ex meris naturalibus virtuosus fortis exponit se pro bono ꝯmunitatis ⁊ preponit ⁊ plus diligit bonum cōmunitatis ꝗ bonum proprium eligēs mori pro bono cōmunitatis sicut probatur per philosophum quarto ethicorū: ergo ⁊c̃. Dices ꝙ fortis exponit se propter bonum propriū proprie virtutis: quia alias non esset virtuosus nisi exponeret se tempore ⁊ loco pro bono cōmunitatis ⁊ ita non exponit se propter bonum aliud a bono proprio. Dico ꝙ non valet. Nam ⁊ si exponat se pro bono virtutis proprio ne cadat inuicium ⁊ turpe sicut propter finē quo: tamen se exponit propter bonum cōmunitatis quaꝫ reputat virtuosam sicut propter finem cuius modo planū est ꝙ finis cuius est principalis ⁊ non finis quo et ex bonitate finis cuius actus fortis sortitur bonitatem. Unde si aliquis exponeret se morti pro cōmunitate latronum vel pro alia cōmunitate que nō esset laudabilis nō esset actus suꝰ virtuosus: quare ⁊c̃. Similiter etiā vt bene sit cōmunitati eligit non esse proprium bonum ⁊ virtutē etiam nec sperat resurrectionē: quia hoc ignorant infideles virtuosi tn̄ ẜm virtutes politicas vel morales.

resolutio doctoris ¶ **Dico igitur** ẜm premissas ratiōes ꝙ creatura ītellectualis et rationalis plus debet ⁊ potest diligere deum ꝗ seipsam ⁊ debet ipsum diligere super se ⁊ super omnia. Hoc potest cōfirmari per Augustinum primo retractationum.13. Ubi dicit plus debeo me deo meo ꝗ michi. Et Magister in secūdo suo dicit ꝙ homo ex puris naturalibꝰ poterat vitare om̄e peccatum licet non posset mereri: quare ⁊c̃.

ad motiā 1.opi. ¶ **Ad primū aliorum** dico ꝙ licet amor vl' amicitia bene fundetur super vnitatem vel vnionē seu cōmunicationem non tamen maior super vnitateꝫ idētitatis. Cum enim amor magis respiciat bonū ꝗ vnum non oportet ꝙ magis diligibile sit magis vnum cum diligente sed potius ꝙ magis bonum. Nec requiritur inter obiectum ⁊ potētiam vnitas idētitatis sed proportionis. Alioquin eñ cum caritas non faciat idētitatem creature ad deū nō posset plus diligi etiā deus a creatura ꝗ ipsemet per caritatē qđ est contra eos ita ꝙ non obstante ꝙ aliquid magis sit vnum cum diligente sufficit ꝙ aliquid aliud sit magis diligibile etiam ẜm iudiciū recte ratiōis naturalis. ¶ Ad secūdū dico ꝙ maior est falsa. Amor eñ naturalis potest esse amor amicitie non solum concupiscētie quo aliquis seipsum diligit vel aliquid sibi. Et ita dico ꝙ amore mere naturali potest diligi deꝰ perfectius ⁊ amore amicitie ꝗ diligatur creatura a seipsa amore concupiscētie. Tu dicis ꝙ natura semper est recurua ad se ipsam. Dico quicquid sit de natura nō rationali vl' intellectuali non est verū de natura rationali ⁊ intellectuali ⁊ libera. ¶ Ad tertium dico ꝙ amor ex meris naturalibus transcendit ⁊ transcendere potest naturam cuius est non soluꝫ obiectiue sed etiā intensiue vt nō solum sit obiecti nobilioris ⁊ perfectioris ꝗ sit ipsa natura cuius est sed etiā actus sit perfectior ⁊ nobilior ⁊ intensior alicuius alteriꝰ ꝗ nature cuius est. Nec est aliqđ inconueniens sicut etiam noticia mere naturalis potest esse perfectio alicuius alterius ꝗ suiẏpsius. ¶ Ad quartum dico ꝙ obiectum simpliciter primū ⁊ adequatum voluntatis create non est ipsa natura cuius est sꝫ magis ipse deus loquēdo de adequatione obiecti ẜm intensionem perfectionis ⁊ proportionis nō auteꝫ equalitatis vel idētitatis. Nec talis adequatio requiritur inter obiectum ⁊ potētiam. Et dico ꝙ in solo deo quietatur ⁊ quietari potest sicut ī obiecto perfectissimo inter omnia obiecta sua. ¶ Ad quintum dico ꝙ mensura dilectionis non est ẜm mensuram cognitionis: licet non possimus ex meris naturalibus perfectius deum cognoscere ꝗ creaturam non tamen ex meris naturalibus possumus ipsum perfectius ⁊ intensius diligere et amor intrat vbi scientia foris stat licet omnino incognita non possumus diligere. ¶ Ad vltimū dico ꝙ ẜm recte rationis naturalis iudicium creatura magis deberet eligere non esse ꝗ deum non esse. Tu dicis. Nō esse non est eligibile. Dico ꝙ verum est per se: sꝫ respectu maioris mali est eligendum. Et dico ꝙ sine cōparatione maius malū esset deū non esse ꝗ creaturā nō esse. Hec de primo articulo principali.

¶ **Quātum ad secūdum articulum.** Est opinio sicut de primo ꝙ natura rationalis vel intellectualis lapsa per peccatum pro statu lapsus habens peccatum vel sequelam peccati nō potest ex naturalibꝰ suis diligere deum super se et super om̄ia. ¶ Primo quia nec hoc potest creatura in rectitudine pura naturali cōstituta: ergo multo fortius nec per peccatum deprauata. ¶ Secundo sic. Quia aliter demones possent penitere: quia possent diligere deum super se et super omnia. 1.opinio.

¶ Tertio quia alias homo posset per seipsuꝫ a peccato resurgere ⁊ ex puris naturalibus mereri vt videtur. Tum quia non minus aggrauat̃ anima post peccatū per corpus corruptibile ⁊ impeditur a bene volendo ꝗ a bene intelligendo. Sed post peccatum pro tempore lapsus anima sic aggrauatur per corpus corruptibile ⁊ deprimitur ꝙ deum non potest cognoscere nisi imperfectissime: ergo ⁊c̃. Corpus enim quod corrumpitur aggrauat animam: ergo voluntas sic incuruatur et obliquatur ꝙ nō potest deum velle nisi imperfectissime. Non ergo potest ipsum diligere ex naturalibus suis super se et super omnia.

¶ **Sed his non obstan**tibus dico ꝙ natura q̄dam intellectiua vel rationalis ꝗtumcūq̃ per peccatū deprauata et pro statu lapsus potest diligere deū ⁊ dꝫ sup̄ se ⁊ sup̄ oīa ex suis naturalibꝰ absolute loquēdo ⁊ sibiẏpsi relicta. Hoc ptꝫ p̄mo ī demonibꝰ. Nāẜm btm̄ Dionẏ. Nālia ī ipsis remāserūt Dionysi.

integra. Sicut ergo ex meris naturalibꝰ ante pec-
catum hoc ita ⁊ post sibi ipsis relicti. Per idem pa
tet hoc de animabus damnatis ꝙ non substracta
ab eis influentia generali possent diligere deum
super se ⁊ super omnia. Non plus enim anima vel
natura hominis q̄tum ad suam perfectionem in-
trinsecam ⁊ substātialē fuit peiorata per peccatuꝫ
q̄ natura angeli sicut dictū est in scđo. Hoc patet
de homīe viatore. ❡ Et ad hoc adduci pōt prima
ratio ⁊ secūda ⁊ tertia ⁊ quarta ⁊ quinta ⁊ sexta al
terius articuli: qꝛ ſm me naturalia intrīseca ⁊ sub-
stātialia quibus potest homo vel posset in puris na
turalibus diligere deū super se ⁊ super omnia ma-
nēt integra ⁊ ideo potest hoc idem post peccatū si-
cut ante etiā pro statu lapsus moderno: licet nō ita
prompte vel faciliter vel expedite sicut si nō habe-
ret peccatū vel sequelam seu penā peccati inflictā.
Pronitas em̄ ad maluꝫ magis est pena q̄ natura.
resolutio ❡ Sic igitur omnis creatura rationalis vel intel-
lectualis absolute loquēdo non subtracta ab ipsa
influentia generali potest diligere deū sup se ⁊ sup
omnia. Dico tn̄ ꝙ creature dānate ex ordinatione
diuina nō possunt habere talē actum: qꝛ deus ordi
nauit nunq̄ influere ipsis ad talē actum ⁊ de meri-
to eorū ſm conditionē status dānatorum de quibꝰ
ordinatū est ꝙ nunq̄ reuertētur ad bonū. ❡ Sed
de hominibus viatoribus dico q̄tumcunq̄ depra
uētur per peccatū possunt tn̄ licet cum difficultate
maiori diligere deū super se ⁊ super omnia ex cona
tu voluntatis ⁊ sic etiā reuerti ad bonū et penitere
et seipsos ad gratiam de congruo preparare. Non
em̄ ordinauit deus de viatoribꝰ saltem de lege cō-
muni sicut ⁊ de dānatis subtrahere eis influentiaꝫ
ne possint reuerti nec hoc congruit statui vie sicut
patet. ❡ Adducitur etiā ad hoc vna ratio ꝙ si ho-
mo pro statu nature lapse ex meris naturalibꝰ non
posset diligere deū super se ⁊ super omnia cum ho
mo posset ī seipso experiri talem actū. Sequeretur
ꝙ posset scire se habere habitum illum supernatu-
ralem caritatis necessariū ad talem actum ſm posi-
tionem aliorum. Sed hoc est falsum: ergo ⁊c̄.

ad rōnes 1. opi. ❡ **Ad primū aliorum** dico ꝙ de de
monibꝰ ⁊ de
damnatis sicut dixi prius ꝙ absolute loquēdo nisi
subtraheret̄ ab eis influentia generalis ꝙ possent
diligere deū super se ⁊ super omnia ex conatu ⁊ li-
bertate voluntatis secūdū rectum iudicium ratio-
nis naturalis. Et dico ꝙ hoc possunt viatores ho-
mines q̄tumcūq̄ peccatores hoc fuit ſm argumē-
tum. ❡ Ad secundum patuit in precedēti articulo
ꝙ natura vel creatura in suis puris naturalibus et
naturali rectitudine constituta hoc potest. ❡ Ad
tertium dico ꝙ homo per seipsum cum generali in
fluentia potest in talē actū ⁊ potest penitere ⁊ me-
reri ⁊ se ad gratiam de congruo disponere. Nec est
hoc incōueniēs. Sed ꝙ caritatē ⁊ gratiam habeat
et ꝙ mereat̄ de cōdigno sine gratia ⁊ caritate hoc
est impossibile ſm mera naturalia vel ex meris na-
turalibus suis hoc est impossibile. Oportet em̄ ne
cessario ꝙ deus infundat caritatē ⁊ gratiā habēti-
bus ipsam ⁊ ꝙ acceptet actum ad hoc ꝙ sit merito
rius. ❡ Ad quartum dico ꝙ non obstante aggra-
uatione aliqua ipsius volūtatis vel pronitatis ad
malum ex peccato vel sequela peccati pro statu na
ture lapse quomodocūq̄ debeat hoc intelligi. Vo

luntas tn̄ ex sua libertate ⁊ conatu potest ꝑfectius
et intēsius diligere deum: quia super se ⁊ super om
nia non obstante ꝙ intellectus non possit deum ita
perfecte cognoscere sicut multa alia vt dictum est
supra in articulo precedenti. Nec oportet ꝙ mensu
ra dilectionis sequatur mensurā cognitionis. Hec
de secundo articulo.

❡ **Quantum ad tertium ar-**
ticulum. Est opinio illorū qui ponunt primas opi
niones primi articuli ⁊ secūdi ꝙ necessario ad actū
diligendi deum super se ⁊ super omnia ⁊ etiam me
ritorie necessario requiritur habitus supernatura
lis infusus qui est caritas ipsa ⁊ ꝙ facit aliquid ad Carit
talem actum vel ad modum talis actus. ❡ Est ta- ad ac
mē vnus modus ponēdi specialis. An caritas ali- merito
quid faciat ad actum meritorium qui dicit ꝙ sic et riū an
facit gradum quendam intrinsecū actui quo actus qd fac
elicitus a voluntate cum ipsa caritate est in se per- 1. opin
fectior et intensior ceteris paribus q̄ actus quicū
q̄ elicitus a nuda voluntate ⁊ super talem graduꝫ
correspondentem caritati in actu fundatur ratio
vel respectus meritorij in actu que quidē ratio ni-
chil aliud est q̄ respectus acceptationis passiue vel
obiectiue ipsius actus ad deum acceptantem et ad
premium ad quod acceptatur ⁊ est duplex respectꝰ
ratiōis in actu. ❡ Est igitur causa partialis talis
actus vt patet ſm istos et hoc cum voluntate: vt
alia causa partiali. Qꝛ autem caritas ipsa aliquid
faciat ad actum vel modum actus seu gradum in-
trinsecum probant. Tum quia caritas est influen-
tia formalis et habitualis primi principij: vt agēs
est ⁊ reducens creaturam in finem supernaturalē:
ergo est actiua necessario respectu actus vel alicu-
ius modi sui seu gradus intrinseci. Tum quia ha-
bitus caritatis non est minus perfectus nec minꝰ
efficax respectu actus diligendi de quo magis vi-
detur q̄ habitus morales adquisiti virtuosi qui ta
men sunt cause actuum q̄tum ad aliquid quia ha-
bitus est quo quis operatur cum vult. 3. de anima. 3. de a
Et virtus est que habentem perficit et opus eius
bonum reddit et patet de intellectualibus habiti-
bus. Nam ars in secundo phisicorū ⁊ in quinto me 2. phi
taphisice reducitur ad genus cause efficiētis ⁊ ha
bitus omnes in sexto ethicorum a cōmentatore po
nuntur principia actuum: quia in nono metaphisi-
ce dicuntur esse potentie quedam. Tum quia cari-
tas est per se dispositio potētie actiue que est volū-
tas: igitur per se facit aliquid ad actum. Tuꝫ quia
pari ratione posset dici ꝙ fides ⁊ spes nichil faciūt
ad actum credendi vel sperandi ⁊ sic frustra ponū-
tur: quia actus per ipsas non est meritorius nec ac
ceptus. Similiter etiaꝫ caritas frustra maneret in
patria: quia nec faceret aliquid ad actum nec daret
esse meritorium actui: quia actus patrie nō est me-
ritorius. Hoc autem est incōueniens: ergo ⁊c̄. opi. ..

Sed q̄tum ad presentem articulum dico pri-
mo ꝙ ad actum diligendi deum super se
et super omnia nō est necessarius aliquis habitus
infusus supernaturalis cuiusmodi ponitur caritas
vel quicūq̄ alius. Hoc patet ex precedentibus ar
ticulis: qꝛ talis actus haberi pōt ex puris naturali
bus sicut ꝓbatū est supra. ❡ Scđo dico ꝙ ad actū
meritoriū de ꝯdigno vite eterne nō absolute loquēdo
hitus aliq̄s supnaturalis īfusus: sꝫ posset absolute

loquendo aliquis actus esse meritorius ex ꝯdigno etiam ex diuina acceptatione sine omni tali habitu sicut ꝓbaui ⁊ declaraui in primo distin.17.in.1.q. ¶ Tertio dico ꝙ ẜm diuinā ordinationē quā tenemus ex dictis scripture ⁊ sanctorū ad actum meritorium necessari⁹ est habitus talis infusus. Ordinauit em̄ deus ꝙ nunꝙ̄ acceptabit aliquē actū cuiuscūqꝫ ad vitam eternā nisi habeat talem habituꝫ sibi infusum quasi quēdam spiritualē decoreꝫ quo placeat ⁊ consequēter vel cōcomitāter actus ipsi⁹ sint accepti quasi actus alicui⁹ qui placet acceptāti ⁊ est amicus licet habitus ille nō sit ratio formaliter acceptādi nec essendi amicū sed concomitāter tm̄ ex diuina ordinatione ⁊ hoc diffusius in primo dictū est ⁊ probatū. ¶ Quarto ⁊ vltimo dico ꝙ talis habitus infusus in merēte nichil omnino facit ad actū diligēdi meritorium nec ꝙ̄tum ad substantiam actus nec ꝙ̄tum ad aliquē modum vel gradū actus intrinsecū plus ꝙ̄ faceret grāmatica si deus ordinasset ꝙ nō acceptaret actū alicuius nisi habētis grāmaticā. ¶ Ad hoc adduco rationes. Prima est ista. Sicut se habet fides infusa ad actū credendi sic suo modo caritas infusa ad actū diligēdi Sed sicut probatum est supra fides infusa nihil facit intrinsecū ad actū credēdi: ergo nec caritas ad actum diligēdi. ¶ Secūda ratio. Ad illū actū nichil facit caritas qui totus ⁊ ꝑfectus pōt preesse ⁊ presupponi caritati ꝙ̄tum ad oīa sua intrinseca sꝫ talis est actus meritorius. Potest em̄ idem actus cōtinuatus non nūc esse nō meritorius adueniente caritate: ergo ⁊c̄. ¶ Tertia ratio. Opera mortificata prius per peccatū per sequētem caritatem reuiuiscūt ⁊ iterato acceptātur ipsa aduenīēte. Sed planum est ꝙ ad talia opera vel tales actus precedentes nichil facit caritas sequēs: ergo ⁊c̄. ¶ Quarta ratio. Si caritas causat aliquid intrinsecū actui meritorio. Aut hoc est substātia actus aut gradus aliquis intrinsecus. Aut aliquis modus puta modus meritorij. Non pōt dici substātia actus: quia planum est ꝙ substātia actus pōt cōuenire potētie nude ex naturalib⁹ sicut probatū est supra. Nec gradus intrinsecus qui est alteri⁹ eiusdeꝫ rationis. Nā sicut potētia nuda pōt in substātiam actus ita ⁊ in quēlibet gradū intrinsecū actus ⁊ eiusdē rationis cuꝫ toto actu. Unde sicut ex modico conatu pōt voluntas elicere actū imperfectū: ita ex maiori ꝑfectiorē actum ⁊ intēsiorem vt videt̄ nec ad aliquē modum alium: quia modus ille vel esset aliquid reale vel rationis. Si rationis puta respectus rationis actus ad deū acceptātem ad premiū ipsum. Planū est ꝙ illū respectū nec aliquod sibi intrinsecū facit volūtas caritas vel ratio vel intellectus. Si sit aliquid reale aut absolutū est aut respectiuum ⁊ nō est dare quid est iste modus vnde ⁊ fictus videt̄. ¶ Quinta ratio. Si habitus est causa partialis actus diligēdi deum sicut species suo modo respectu act⁹ intelligēdi sicut ponit̄ ī illo modo dicēdi supradicto. Sequit̄ ꝙ si esset separatus ita posset esse cā actus meritorij sicut etiā si spes esset separata idem faceret ad actū qđ coniuncta ẜm eos etiā ⁊ sic habitus separatus mereretur qđ est incōueniens. ¶ Sexta ratio: quia aliquis nō habēs caritatē ita intense ex conatu voluntatis pōt deū diligere sicut habēs caritatē nec oppositū in aliquo experimur. Unī etiā et aliquis vsqꝫ ad mortē potest alium diligere ⁊ ponere animā suam sine omni caritate infusa: ergo similiter ⁊ deum. Alioquin si nō posset hoc cū possit aliquis scire se diligere deuꝫ etiam vsqꝫ ad mortē pro ipso libēter sustinēdam posset scire seipsum esse in caritate ⁊ habere caritatem infusam ad talē actum necessariaꝫ vt videtur. ¶ Dico igitur ẜm predicta ꝙ habitus caritatis nō obstante ꝙ ponatur necessarius ad actum merendi modo supradicto ex ordinatione diuina nichil tamen facit ad actum nec ad aliquid intrinsecum actui.

rōnes au ctoris.

¶ Ad primū aliorum dico ꝙ caritas est habitus quidam influxus a deo vel infusus ad illud qđ dictum est supra sed non vt sit principium actus vllo modo. ¶ Ad secundum dico ꝙ nec habitus adquisiti sunt principia actuum nec ꝙ̄tum ad substātiam actus nec ꝙ̄tum ad aliquē modum actus: sed tātum sunt dispositiones potentiarum quibus habitis potentie exeunt prompte ⁊ faciliter in actus licet illi habitus nichil faciant ad tales actus. Sicut suo modo ignis approximatus stupe prompte ⁊ faciliter agit in ipsam ⁊ non sic elongatus: et tamen approximatio in igne nichil facit ad talē actū nec ꝙ̄tum ad substātiam nec ꝙ̄tum ad modum aliquē ipsius actus. Nec etiam inclinat ignē ad actū sicut patet. Non enim plus inclinatur ignis proximus stupe ad comburendum ꝙ̄ ignis remotus sicut patet. ¶ Si dicas ꝙ habitus cum sit nobilior specie creata nō est minus actiuus ꝙ̄ species intelligibilis. Dico quicquid sit de maiori vel minori nobilitate ꝙ non est necessarium ponere de vno sicut de alio: quia ante speciem non habetur nec pōt haberi actus sicut ante habitum/⁊ cū intellectus possibilis contineat virtualiter habitum: ⁊ per consequens quicquid posset causare habitus adquisitus non est necessarium ponere ꝙ habitus coagat. Nō sic autem continet virtualiter speciem: quare ⁊c̄. Et sic possunt intelligi omnes probationes adducte ad qđ pro tanto verificantur: quia habitus sunt dispositiones vel perfectiones quibus habitis potentie actiue faciliter ⁊ prompte exeunt in actum: licet ipsis nō habitis absolute possent exire in act⁹ Quod patet: quia exeunt in actus consimiles ante generationē habitus. Modo dico etiam ꝙ sic non est de talibus infusis qui non generantur nec sunt generabiles ex actibus nō obstante ꝙ in se sint nobiliores ⁊ perfectiores: quia sunt simpliciter supernaturales. Nec sunt in potestate nature in seipsis: nec in aliquibus alijs eiusdem rationis cum ipsis. ¶ Ad tertium dico ꝙ licet habitus sit dispositio ⁊ perfectio potentie non tamen est causa actus vt dictum est. Nec oportet hoc quod assumitur in maiori. ¶ Ad quartum dico ꝙ fides et spes vt dixi supra nichil faciunt ad actum credendi vel sperandi: et tamen non sunt frustra: quia sine ipsis ordinauit deus nunꝙ̄ acceptare actum nec aliquem sibi placere saltem pro statu vie tanꝙ̄ sine iocalibus suis: licet non sufficiant ad acceptationem actus: sed cū hoc etiam caritas requiratur. Similiter etiam caritas non manet frustra in patria licet actus beatificus nō causetur ab ipsa nec sit meritorius per ipsam: quia est ad decorem et perfectionem mentis. ¶ Dices. Quomodo ergo dicit Gregorius ꝙ amor dei nūꝙ̄ est ociosus. Operatur enim magna si est. Si autem operari rennuit amor non est.

ad rōnes aliorum.

Dico ꝙ pro tanto dꝛ caritas operari: qꝛ est ꝑfectio operantis et dispositio et habens ipsam operatur magna non ꝙ caritas infusa sit principium operādi. Hec de tertio articulo.

Ad principales rationes

¶ Ad primum principale respondet ꝙ sm̄ propositionē Aristotelis prius origine diligit aliquis seipsuꝫ q̄ aliū: sed nō sequitur ꝙ magis ⁊ perfectius ⁊ prius perfectione. Aliter dicitur ꝙ amicabilia ⁊c̄. Verū est pro tāto: quia signū amicitie ad aliū est quādo facio sibi qđ ⁊ mihi vel quādo volo sibi bonū sicut mihi. Non quin possim ipsum plus diligere ⁊ magis velle sibi bonū q̄ michi. Unde ipi deo pōt creatura velle amore amicitie maius bonū q̄ sibi possit velle vel saltē magis debet complacendo in bono diuino qđ habet ⁊ est amor nō beneficētie: quia deus bonorū meorū non eget: sed est amor beniuolētie. Non quo quis vult alteri bonū non habitū sed quo ꝯplacet in bono iā habito ab illo quē amat. ¶ Ad scđm dico ꝙ caritas nō est necessaria ad talem actum nisi modo supradicto ad actū meritorium ⁊ sic saluatur auctoritas apostoli. ¶ Ad tertiuꝫ dico de Bernardo ꝙ ipse intēdit ꝙ diligere propter seipsum ⁊ omnia ꝓpter ipsum meritorie supple sunt supnales gradus nō q̄tum ad actus vel modos aliquos seu gradus aliquos actibꝰ intrinsecos ita ꝙ in tales actus non possit natura. Sed quia cōmuniter tales actus stāt cum habitu supernaturali ⁊ ad hoc ꝙ sint meritorij oportet ꝙ habitus concomitetur ⁊c̄.

¶ Distinctionum. xxviij. xxix. ⁊. xxx. Questio Unica.

Circa distictiōes xxviij. xxix. ⁊. xxx. quero vnā questionē tm̄. vtrū scilicet solus deus sit obiectū caritatꝫ. ¶ Videtur ꝙ sic. Solus deꝰ est obiectū per se virtutꝫ theologice. Sed caritas est virtꝰ theologica: ḡ ⁊c̄. ¶ Secūdo sic. Sicut se habet amor naturalis ad obiectū naturale sic supernaturalis ad supernaturale. Sed obiectū amoris naturalis videt̄ esse naturale tm̄ igitur obiectū amoris supnaturalis vl' caritatꝫ est supnaturale tm̄ puta deꝰ. ¶ Tertio sic. Si aliquid creatū est obiectū caritatis cū respectu illius possit esse in voluntate amor naturalis. Sequitur ꝙ simul in eadem volūtate erūt duo habitus amoris ⁊ per ꝯñs ibidem poterūt esse duo actus simul. Hoc autē est falsum: ḡ ⁊c̄.

¶ Contra Non solum deus diligēdus est ex caritate vel sm̄ caritatē: sed etiam tenetur quis seipsum ⁊ amicū ⁊ inimicum ⁊ multa alia: ergo ⁊c̄.

¶ In ista questiōe sic ꝓcedā. ¶ Primo inquirā vtrū deus sit per se primū obiectum caritatis ⁊ sub qua ratiōe. ¶ Scđo inquirā de obiectis secūdarijs ex parte persone diligētis. ¶ Tertio ex parte aliorum a diligēte vel habente caritatem. ¶ Ultimo ad rationes.

Deꝰ an. I. obiectuꝫ cari. ⁊c̄.

¶ Quātum ad primum conueniūt omnes ꝙ deus est obiectum per se primum habitus caritatis. Tum quia ipsa est virtꝰ theologica. Tum non habet minus nobile obiectum q̄ fides. Tum idem est obiectum fruitionis beate et caritatis que manet etiā in patria. Tuꝫ qꝛ ꝑfectissimus habitus dilectiuus respicit pro obiecto ꝑ se primo supremū diligibile in quo solo pōt diligens ꝑfecte quietari. Tale autē est deꝰ: ḡ ⁊c̄. Sed de ratione sm̄ quā deus est obiectū formale ꝑ se primuꝫ ipsius caritatis dubiū est apud aliquos. ¶ Et dicūt aliqui de hoc ꝙ deus est primū ⁊ formale obiectum caritatis ⁊ actus diligēdi deū meritorie sm̄ ꝙ est ꝓncipiū ⁊ finis boni nostri supnaturalis. puta gratie ⁊ glorie ⁊ sic vt est bonū nostrū beatificū supnaturaliter. Hoc probāt. Tum qꝛ deus est obiectū amoris naturalis ad ipsum sm̄ ꝙ est principiū et finis boni naturalis ipsius creature vt videtur. Tum qꝛ ratio formalis in obiecto accipiēda est sm̄ mediū ductiuū vel motiuū ipsius potētie ī tale obiectuꝫ. Modo tales ꝑfectiones supnaturales sunt media inductiua ⁊ motiua voluntatis ad diligēdū deū ex caritate ⁊ amore supnaturali. Tū qꝛ si deus nō esset bonū creature beatificū. dato ꝙ in se esset summū bonū nunq̄ esset diligēdus a nobis caritatiue. puta si esset vnus deus alius qui nō beatificaret nos. Sicut etiā si esset vnus alius deus qui nō conferret nobis bona naturalia nec intromitteret se de isto mūdo nō esset diligēdus naturaliter a nobis: ḡ ⁊c̄. ¶ Dicūt igitur isti ꝙ deus est obiectū caritatis inq̄tum summū bonū in se ⁊ nobis nec alterū sufficit ⁊ inq̄tum summū bonū supnaturale nobis cōferens bona supnaturalia gratie ⁊ glorie sꝫ est obiectū amoris naturalis circa ipsuꝫ vt est summū bonū nobis cōferēs bona nature vt principiuꝫ ⁊ finis nostrorū naturaliū: ⁊ ita nō sm̄ eandē rationē formalem est obiectum caritatis ⁊ amoris naturalis vt patet ex predictis. Nā amor naturalis ad rationē supernaturalē in obiecto attingere nō pōt sed solū amor supernaturalis qui dicit̄ caritas. I. opi.

¶ Contra istaꝫ opinionē arguo. Primo sic. Obiectū habitus ꝑfectissimi dilectiui nō potest accipi nisi sub ratiōe vel sm̄ rationē formalē nobilissimā ⁊ ꝑfectissimā. Sed caritas est talis habitus ratio autē boni nostri ꝙ scꝫ deus sit bonus nobis vel bonū nostrū non est ratio nobilissima in deo. Non eñ ratio nobilissima aliqua in deo accipitur per cōparationem ad nos: ergo ⁊c̄. ¶ Secundo sic. Deus sm̄ ꝙ bonum nostrum magis est obiectum affectionis ꝯmodi q̄ affectionis iusti vt patet. Sed caritas pertinet magis ad affectionem iusti: quare ⁊c̄. ¶ Tertio sic. Si deus est obiectum formale caritatis inq̄tum bonū nostrū. Aut inq̄tum bonum nostrum actualiter aut aptitudinaliter. Si aptitudinaliter cum illa aptitudo nichil reale sit in actu sequit̄ ꝙ ratio formalis obiectiua caritatis non sit aliquid reale in actu. Si actualiter tunc cum hoc non dicat in deo nisi respectum rationis ad nos quorum est bonum gratificādo nos ⁊ beatificando: sequitur ꝙ respectus rationis sit ratio formalis obiectiua caritatis. Hoc autē est falsum: ergo ⁊c̄. ¶ Quarto sic. Caritas non querit q̄ sua sunt. I. ad Corin. 13. Sed si obiectū caritatꝫ esset deꝰ inq̄tū bonū nostrū caritas q̄reret q̄ sua sunt: ḡ ⁊c̄. ¶ Confirmat̄ hoc: qꝛ amor caritatiuꝰ ꝓncipal'r ⁊ respectu ꝓncipalis obiecti ē amor

[right margin notes: "S. i. pte den. q̄" beside "Contra istaꝫ opinionē"; "I. ad Corin. 13." beside "querit q̄ sua sunt"]

amicitie. Amor autē amicitie est amor quo diligit amicus in se ⁊ bonū amici. Patet. 9. ethicoꝝ. Unde amicus nō solum amat bonū propriū et gaudet de bono proprio: sed amat bonū amici ⁊ gaudet de bono amici sicut etiā tristatur de malo amici in se. Cum igit amor caritatiuus sit amor amicitie principaliter dico breuiter ꝙ respicit pro obiecto pͥmo formali ⁊ principali bonū diuinū in seipso vel deū qui amatur in seipso: ⁊ cuius bonū intrinsecū placet amāti ⁊ de tali bono ⁊ perfectione diuina intrīseca gaudet amans caritatiue deum ⁊ in ipso et de ipso delectatur.

opi. doc. **Sic igitur** dico ꝙ impossibile est esse talem rationē obiectiuam caritatis nec per se includi in per se ratione formali obiectiua ipsius caritatis. Si eñ dicas ꝙ deꝰ nō est obiectū primū caritatis inq̄ʒtum bonū nostruʒ tm̄: sed oportet cōcurrere cum hoc ꝙ sit summū bonum in se: tūc non erit per se vna ratio formalis obiectiua: sed tm̄ per accidēs. quia summū bonū in se est ratio boni nostri vel nobis nō faciunt vnuʒ nisi per accidēs ⁊ sic habitus caritatis non erit vnꝰ per se: quare ⁊c. Dico igitur ꝙ deus ſm propriā rationē absolutam proprie deitatis qua deus est debet poni obiectū formale per se primū ipsius caritatis. Et hoc probo. Tum quia ſm istā rationē est obiectū sue caritatis ⁊ beate visionis create ⁊ fruitionis. Per istā eñ rationē formaliter beatificat. Tum quia circūscripta omni alia ratione in ipso ꝓ possibile vel impossibile adhuc esset obiectū conueniens caritatis. Unde ⁊ si poneret alius deus per impossibile dico ꝙ esset obiectum cōueniens caritatis alicuius licet nō eiusdem rationis forte cum caritate nostra vel forte eiusdē ratiōis nō curo modo. Tum quia in idem obiectū formale tēdit fides spes ⁊ caritas. Idem eñ obiectum formale ſm eādem rationē per actum credēdi intelligitur vel presentatur ⁊ per actū sperandi expectatur ⁊ per actū amandi diligitur. Sed deus est obiectum fidei ſm propriam rationē deitatis: vt ostensum est supra: g̃ ⁊c. Dices ꝙ nō sed ſm rationem bonitatis. Dico ꝙ licet ratio bonitatis sit cōcomitans nō est tamen ratio formalis obiectiua q꞉ ſm me bonitas vt distinguitur ab entitate vel deitate non dicit aliq̄d positiuum reale sed tantum vel respectuʒ rationis ad voluntatē seu ad velle diuinū vel negationē imperfectionis cuiuscūq꞉ modo nullus respectus rationis nec aliqua negatio potest eē ratio formalis obiectiua caritatis sicut etiā dixi supra de obiectiua ratione fidei ꝙ nō pōt esse ratio veritatꝫ. Secundo dico de hoc ꝙ idem formale obiectū ſm eandem rationē potest esse amicitie naturalis ⁊ caritatis deus ipse. Nec est aliquod incōueniens ꝙ duo habitus tales quoꝝ vnus est naturalis ⁊ adquisitus: et alter supernaturalis ⁊ infusus sint respectu eiusdē obiecti formalis: sicut etiam dictū est supra de fide adquisita ⁊ infusa circa deum. Tertio dico ꝙ ex predictis apparet nullam rationē esse ī obiecto diuino quā respicit caritas ad quā non possit attingere amor mere naturalis sine omni caritate. Nulla est eñ ratio que nō possit presentari per fideʒ adquisitā sine fide quacūq꞉ infusa: quia ad actū credēdi nō est necessaria fides infusa sicut ostēsum est supra ⁊ dato ꝙ esset necessaria fides tñ oīa possunt presentari per fidē infusam informē sine caritate: ⁊ per consequēs diligi sicut dictum est supra. Sic igit patet de obiecto per se pͥmo ipsiꝰ caritatꝫ.

Ad primū aliorum dico sicut patet ex p̄dictꝫ ꝙ deus est obiectū amoris naturalis vel saltem esse potest ſm rationē deitatis sue qua fundamētaliter est summū bonū. Et dico vlterius ꝙ proprie loquēdo non est obiectum per se formale amoris naturalis vt principium vel finis amoris naturalis: quia ista non dicunt in deo ſm actū nisi respectus rationis ad creaturam licet bene sint rationes concomitātes vel precedētes in obiecto diuino amorē naturalem. Ad secūdum dico ꝙ ratio formalis obiectiua nō est sic accipiēda in obiecto: vt ipsa sit cuiuscūq꞉ medium deductiuum vel etiā inductiuū voluntatis ad amandū vel dic ꝙ primū motiuuʒ ⁊ inductiuum volūtatis ad amorē caritatiuum non est illa: quia scʒ sit bonum nostrū ⁊c. sed q꞉ est deus ⁊ per consequēs summū bonum modo supradicto. Ad tertiū dico ꝙ si deus qui est modo non esset principium aliquod boni creature per impossibile Ita ꝙ posset stare creatura sine hoc ꝙ deus principiaret ipsam adhuc esset obiectū conueniēs ⁊ debitum caritatis create que ponitur modo si esset ⁊ poneretur in creatura. Quādo dicis de alio deo ꝙ si poneretur nō esset diligendus ex caritate. Dico ꝙ si idē habitus posset esse respectū duorum deorum tūc alius deus esset obiectū conueniens caritatis. Si nō tunc nō obstat proposito: quia ꝙ caritas nostra nō esset obiectiue alterius dei hoc nō eēt: quia alter deus nō esset bonū nostrum sed q꞉ alterius rationis respectu autē duorum primoꝝ obiectorum alterius rationis non potest esse idē habitus sicut diceret aliquis nō curo. Quicquid autē sit de hoc dico ꝙ de deo nostro quē habemꝰ nō circūscripto per impossibile ꝙ nō esset principiū boni nostri in aliquo nec ipsiꝰ caritatꝫ ꝙ adhuc esset obiectū conueniēs caritatis ſm quā deberet diligi sup oīa ⁊ ī se ⁊ ꝑpter seip̄m. Ad vltimū q̄d tangit in vltimo dicto positionis alioꝝ ꝙ amor naturalis attingere nō pōt ad aliquā rationē supnaturalē in obiecto diuino. Nō tñ sic supnaturalis quin possit attīgi ab aliquo ex meris naturalibus sine quocūq꞉ habitu infuso q̄ ex pte intellectꝰ in credēdo siue ex pte affectus in amādo. Non eñ video ꝙ magis possit attingi ratio deitatꝫ vel magꝫ sit nālis vel minꝰ supnaturalꝭ q̄ꝫ rō glorificatiōis vel hmōi ⁊ q꞉ actꝰ mere nālis ex pte p̄ncipij vel subiecti nō possit attīgere ad aliquam talē rationē ideo ⁊c. Hec de primo articulo principali.

Quātum ad secūdum articulū de obiectis secūdarijs caritatis ex parte diligētis vel habētis caritatē. Dico ꝙ habēs caritatē debet diligere seip̄m animā ⁊ corpus suū ⁊ ꝟtutes suas ⁊ actus bonos ⁊ hoc siue sint adquisite siue infuse nō stando in istis sicut in fine: sed ista referēdo in deum ⁊ diligēdo ista in ordine ad deū ⁊ ista magis vel minus potest cū caritate diligere ſm ꝙ magis vel minus ꝑfectius vel imperfectius ordinant vel ordināt in deum qui est finis vltimus ⁊ deꝰ ipsius diligentis ⁊ summum bonum eius ⁊ debet esse summe dilectus. Unde magis debet diligere se totum q̄ꝫ aliquam partem sui ⁊ magis animam q̄ꝫ corpus et magis virtutes infusas quam adquisi-

ad rōnes 1. opi.

de obiec. scda. car. ex pte dili.

tas ⁊ inter infusas magis caritatem q̄ alias ⁊ magis bona spiritualia q̄ corporalia vel naturalia ceteris paribus ⁊ magis naturalia vel corporalia q̄ fortuita vel tēporalia. ¶ Et dico ꝙ respectu oīm istorum obiectorum secūdariorum idem est habit⁹ infusus numero in habēte cum illo qui est respectu dei vt obiecti primarij sicut dictū est supra de fide. Ita caritas infusa non multiplicatur nec variatur sm obiecta secūdaria. Sed dico ꝙ caritas adquisita vel amicitia nō est idem numero habitus respectu obiectorum secūdariorum sed multiplicat̄ necessario sicut dictū est supra de fide ⁊ potest suo modo probari hoc sicut supra de fide dicebat̄. Hec de secundo articulo principali.

de obiec. scda. car. ex pte alte. pso.

¶ Quātum ad tertium articulum de obiectis secūdarijs se tenētibus ex parte alterius persone a diligēte. ¶ Dico ꝙ illa obiecta sunt multa sicut videri potest in cōmunib⁹ scriptis tn̄ inter illa dicūtur esse proximus ⁊ amicus ⁊ inimicus. Et dico ꝙ oēs istos pro statu vie ⁊ in statu vie existētes habēs caritatem pro tēpore ⁊ loco debet diligere ⁊ affectu ⁊ effectu precipue in tempore necessitatis ⁊ quādo potest cum effectu. Et dico ꝙ per proximū intelligitur omnis homo viator et omnis decedēs in gratia vel qui decessit habēs aliquid purgabile quare detinetur in purgatorio. Et similiter omnes sancti ⁊ electi dei siue homines siue angeli qui omnes ordinātur in deum vel ordinari possunt vt cōmunicēt bonū diuinū qd est deus ⁊ obiectum diuinū per rationem deitatis que ponit̄ ratio formalis obiectiua caritatis. De dānatis vero non puto ꝙ sint diligēdi ab habēte caritatē saltem sm ꝙ huiusmodi. Unde ⁊ Origenes super illud. Et odio habebis inimicum tuum per inimicū accipit dyabolum. Et consimiliter potest accipi de quolibet dānato. Si tn̄ sunt diligēdi aliquo modo hoc est sm naturam suā qua sunt ad imaginem dei ⁊ naturaliter in deū ordinātur sicut in finē vltimū per propriam rationē deitatis. ¶ De amico ⁊ inimico dicitur ꝙ habēs caritatem vtrūq3 debet diligere pro loco ⁊ tēpore. Non sic ꝙ inimicitia in inimico sit ratio diligēdi ipsum nec etiā sit dilecta in ipso: sed persona eius sit dilecta. Debet autē vterq3 diligi pro loco ⁊ tēpore ⁊ amore beniuolentie quo diligēs vult bonū salutis dilecto ⁊ orat pro eo. vnde non debet aliquis excludere inimicum etiā alterius legis ab oratione sua cū orat pro alijs ⁊ amore beneficentie pro loco ⁊ tēpore necessitatis quando potest ⁊ nō est alius qui faciat. Nec ratio inimicitie d3 minuere actū diligēdi nec augere: q2 in inimico est q̄tum ad personā eadē ratio diligēdi sicut in amico. Uerum est tn̄ ꝙ magis meritorium est diligere equaliter vel plus inimicum q̄ amicū: quia difficilius est ceteris paribus ⁊ non inclinatur sic homo nec iuuatur ad diligēdum inimicū sicut amicum. Et ideo ꝙ illud sit ex maiori conatu voluntatis ⁊ actus sit perfectior ⁊ intensior ceteris parib⁹. ¶ De alijs pluribus ad hanc materiam pertinētibus require in cōmunibus scriptis. Ratio autē cōmunis quare quilibet debet diligere proximū qui est in statu salutis vel in via vel potest esse sicut quilibet viator ponitur: quia diligēs alium debet velle ꝙ quilibet ali⁹ cui nō repugnat hoc diligat etiā ipsum ⁊ ideo sicut aliquis diligit deum debet velle ꝙ proximus diligat ipsum ⁊ ad ipsum attingat et hoc est diligere proximū debent ergo diligere proximos ⁊ nunq̄ odire eos. Unde semp tenētur ⁊ p semper non odire non velle eis malum culpe precipue ⁊ dānationis licet nō pro semper teneantur diligere eos sed pro tēpore ⁊ loco sm preceptū affirmatiuum. Hec de tertio articulo.

Orige.

¶ Ad primum principale dico ꝙ licet solus deus sit obiectum per se primariū ⁊ formale virtutis theologice. Puta caritatis tn̄ bene aliqua creata sunt obiecta secūdaria sicut dictū est supra de fide que habet aliqua alia a deo pro obiectis secūdarijs sicut spes ⁊c. ¶ Ad secūdum patet ex dictis in corpore questionis ꝙ amor naturalis ⁊ supernaturalis nō oportet ꝙ distinguant̄ ex parte obiecti: immo ꝙ omne obiectū amoris supnaturalis puta caritatis potest esse obiectū amicitie naturalis. Naturalis dico quia habite ex puris naturalibus. ¶ Ad tertium dico sicut dictū est supra de fide ꝙ in voluntate simul possunt esse duo amores habituales respectu eiusdem obiecti scilicet amor adquisitus ⁊ quasi vniformiter posset hoc probari sicut probatum est ibi de fide. Nec est hoc aliquod incōueniens. Tu dicis eadē ratione simul poterunt stare in voluntate duo actus. Dico ꝙ nō sequitur. Non enim sic habitus perficit potētiā sicut actus ⁊ preterea dico ꝙ habitui caritatis infuse nullus actus proprius correspondet sicut dictū est supra.

ad rōnes pncipa.

¶ Distinctionis Trigesimeprime. Questio Unica.

Circa distictionem Trigesimamprimam quero vnam questionem. Utrū scilicet sola caritas inter virtutes infusas maneat i patria ⁊ nō euacuetur. ¶ Videtur ꝙ nō maneat sicut nec alie q2. i. ad Corin. 13. Cum venerit quod perfectum est euacuabit̄ qd ex parte est ⁊ imperfectum. Sed caritas vie est imperfecta respectu caritatis patrie: g illa adueniente euacuabitur ista. ¶ Secūdo sic videtur ꝙ si caritas maneat oportet fidē manere ⁊ spem: q2 fides spes ⁊ caritas sunt idem habit⁹ essentialiter vt videtur: licet distinguātur formaliter sicut etiā ⁊ subiecta ipsarum. Puta intellectus ⁊ voluntas. Nec est necessitas aliqua ponēdi ꝙ sint plures habitus vt videt̄: g si vna manet puta caritas videt̄ ꝙ alia maneāt puta fides ⁊ spes. ¶ Item si fides ⁊ spes nō manerēt hoc eēt ppter incōpossibilitatē ad statū vel actū patrie: sed isti habit⁹ nullā habēt incōpossibilitatē ad statū vel actū patrie quicqd sit de actib⁹ earū vel eorū sicut dicetur infra: g ⁊c.

¶ Contra prima ad Corinthi. 13. dicitur ꝙ sola caritas nunq̄ excidit et de alijs dicitur ꝙ cessabunt ⁊ euacuabuntur.

ad co.

¶ In ista questiōe sic procedā

¶ Primo īquirā de habitu fidei ⁊ spei an possint manere in patria. ¶ Secūdo de actibus earūdem. ¶ Tertio ↄcludā an sola caritas maneat de facto ⁊ quō ⁊ ad quid. ¶ Ultimo ad ratiōes pncipales.

Habitus fidei ⁊ spei an maneant ĩ patria.

Prima opi.

¶ Quantum ad primuz articulum. Est vna opinio ꝙ habitus fidei ⁊ spei non possunt manere in patria cũ visione ⁊ fruitione beata. Hoc probatur. Primo de fide. Scdo de spe. ¶ De fide arguitur sic. Habitus inclinãs in actũ incompossibilem primo est incõpossibilis statui patrie/ ⁊ per ꝯñs nõ manet. Sz fides est huiusmodi qꝛ inclinat in actum respectu obiecti non visi nec euidentis: qꝛ fides est non apparentiũ ⁊ ea que videntur non hñt fidem sed agnitionẽ ƀm Gregoriũ. Sicut igitur actus fidei est incompossibilis visioni qꝛ sequeretur idem obiectum simul eẽ visum ⁊ non visum ita ⁊ habitus inclinãs ad talem qꝛ incõueniẽs est habitum posse manere pro aliquo statu pro quo nõ possit habere actum suum. ¶ Secũdo sic. Adueniẽte perfectiori lumine cessat necessario imperfectius lumen vel cedit in vnũ cum ipõ vt videt̃. igitur adueniente lumine glorie habituali necessario cedit lumen fidei imperfectũ vel fit vnũ cũ ipõ. Sz non potest fieri vnum cũ ipõ qꝛ sunt alteriꝰ ⁊ alterius speciei ⁊ rõnis. ergo cedit lumen habituale fidei nec manet fides q̃tum ad habitum. ¶ Tertio sic. Actui alicui perfecto in aliqua potẽtia non solum est incompossibilis actus oppositus: sed etiaz habitus sicut actui perfecto temperãtie non solum est incõpossibilis actus intemꝑantie sed etiam habitus. Sed actus visionis perfectus est. igitur non solum sibi repugnat actus sibi oppositus puta actꝰ imperfectus fidei ⁊ enigmaticus sed etiam habitꝰ fidei vt videt̃.

Grego.

De spe.

¶ De spe arguitur. Primo sicut arguitur de fide qꝛ inclinat ad actum incõpossibilem patrie qꝛ actus sperandi est respectu obiecti absentis. Non aũt visi vel presentis. Unde ⁊ apostolus dicit ꝙ spes que videtur nõ est spes ⁊ ꝙ quis videt quid sperat. ergo ⁊c̃. ¶ Secũdo sic. Illud non manet in patria quo posito in aliquo non est beatꝰ. Sz spe posita in aliquo sequitur ipm̃ nõ esse beatum. Probatio qꝛ spes est habitus credendi in terminũ non aũt quiescendi in termino. ergo ⁊c̃. ¶ Tertio sic quia magis est compossibilis spes statui dãnatorum q̃ beatorum: qꝛ magis distant a fine ⁊ termino ⁊ obiecto sepato ⁊ non habent ipm̃ pñs ⁊ visum sicut beati. Sed spes nõ est neceẽ potest in damnatis. ergo nec in beatis. ¶ Dicunt igitur isti ꝙ impossibile est absolute habitum fidei ⁊ spei manere ĩ patria ⁊ per consequens oꝫ tales habitus euacuari ⁊ non manere.

Opi. auctoris.

¶ Sed istam positionem nõ intelligo esse verã. Videt̃ enim mihi ꝙ absolute loquẽdo habitus fidei ⁊ spei possunt manere in patria: ita ꝙ nullã incõpossibilitatẽ habent nec repugnantiam formalem ad actum aliquem vel habitum glorie vel patrie. ¶ Et hoc ꝓbo sic primo. Fides ⁊ spes non habẽt maiorem repugnantiam nec incõpossibilitatez ad aliquẽ habitum vel actum glorie q̃ duo cõtraria in suis intelligentijs circa idem subiectum vt patet. Sed duo contraria possunt simul stare sicut ꝓbatũ est supra in quadã questione. ergo ⁊c̃. ¶ Secũdo sic. Fides ⁊ scientia nõ habent repugnantiam formalem nec incõpossibilitatem in eodẽ intellectu de eodẽ obiecto sicut ostensum est in prima questione primi. Nõ obstante ꝙ fides non faciat euidentiã de obiecto ⁊ scientia faciat euidentiam. ergo similiter nec isti habitus habent repugnãtiam ad habitũ vel actũ glorie nõ obstante ꝙ per gloriam obiectum sit euidẽs ⁊ pñs nõ aũt per fidem nec per spem. Dices ꝙ euidentia obiecti maior est ⁊ perfectior in patria. Dico ꝙ nõ est vis de hoc ne facit ad ꝓpositum. Nam non plus repugnat fidei maior euidentia q̃ minor quia si aliquam excludit omnem excludit. ¶ Tertio sic. Scientia ⁊ opinio ⁊ fides omnia stant simul Non obstante ꝙ opinio non faciat certitudinem ⁊ alie faciant. ergo similiter in proposito. ¶ Quarto sic. Paulus in raptu suo vidit diuinam essentiã ƀm Augustinũ penultima questione ad Orosium. Sed non est ꝓbabile qꝛ tunc perdiderit habitũ fidei: igitur habitus fidei stat cum visione ⁊ pari ratione habitus spei. ¶ Hoc potest etiã confirmari per Augustinum. 83. q. q. 48. Ubi dicit ꝙ aliquorum est fides que possunt intelligi ⁊ aliquãdo ĩtelliguntur. Ex quo videtur dicere ꝙ non repugnat fidei ꝙ suum obiectum ipa manẽte sciatur vel videatur seu ĩtelligatur. Dico igitur ꝙ nullam video repugnãtiam istorum habituũ ad aliquem habitũ vel actũ glorie ⁊ ita possunt absolute loquendo nec opꝫ eos euacuari in gloria vel etiã nõ manere.

August.

Ad rões 1. opi. de fide.

¶ Ad primũ aliorũ de fide. Dico ꝙ maior nõ est vera. Nam habitus quicunq̧ põt stare cum negatione vel priuatione actus non obstante ꝙ inclinet ad actum oppositum ⁊ incõpossibilem illi negationi. Et similiter dico in proposito dato ꝙ fides inclinaret ad actum incõpossibilem statui patrie nõ tamẽ ꝓpter hoc eẽt incõpossibilis actui vel statui patrie Ad maiorem. Dico ꝙ habitus fidei infusus nõ inclinat ad aliquẽ actum nec facit aliquid ad aliquez actum sicut dictum est supra. Et dato ꝙ inclinaret ad actum incõpossibilem adhuc ratio non ꝯcludit ¶ Ad secundum dico ꝙ nõ oportꝫ maiori lumine adueniẽte cedere minus lumen vel fieri vnũ ex ipis Nam de luminibus eiusdem rõnis dictum est in secũdo ꝙ possunt esse duo lumina distincta eiusdem rationis in eadẽ parte medij illuminabilis nec altero adueniẽte lumine siue sit maius siue minus opꝫ aliud cedere vel fieri vnum ex ipis. De luminibus etiam alterius rõnis cuiusmodi sunt lumen fidei ⁊ glorie. Dico ꝙ nec est necessarium ꝯstitui vnum lumen ex ipis nec oportet ꝙ alterum cedat qꝛ nullaz habent incõpossibilitatem vel repugnãtiam formalem sicut probatum est supra. ¶ Ad tertium dico primo ꝙ nõ sic opponũtur habitus fidei ⁊ luminis glorie ⁊ actus credendi ⁊ videndi sicut opponũtur temꝑantia ⁊ intẽperantia ⁊ actus ipsorum: ⁊ ideo non sequitur ꝙ si actus perfectissimꝰ temꝑantie nõ potest stare cum intemperãtia ꝙ actus visionis nõ possit stare cum fide. Secũdo dico ꝙ nõ video necessitatem quare actus temperantie perfectus non possit stare cum habitu intemꝑantie ex quo nõ habent formalem requgnãtiam. Unde ⁊ vlterius dicendo puto ꝙ habitus temperãtie ⁊ intemperãtie possent simul stare saltem virtute diuina sicut dictũ est supra de duobus ꝯtrarijs in eodez subiecto. q̃re ⁊c̃. ¶ Ad primum de spe. Dico ad maiorem sicut dictum est ad primum de fide. Ad maiorem dico primo sicut dictum est de fide infusa nõ inclinat ad aliquem actum. Et dato ꝙ inclinaret ad actum incompossibilem nõ tamen habitus eẽt incõpossibil'. ¶ Ad secũdum dico ꝙ spes habitu posita ĩ aliquo

Ad rões 1. opi. de spe.

nihil impedit ipm esse beatum. Tu dicis spes ē habitus credendi nō ergo quiescēdi. Dico ꝙ bene cōcluditur ꝙ spe nō est aliquis beatus nec sicut actu nec sicut habitu: sed quin possit stare cū actu vel habitu beatifico non ɔcluditur. ¶ Ad tertium dico ꝙ nō video habitum spei incompossibilem esse statui damnatorum nō dico de actu sicut etiam nō est incompossibilis statui corꝫ fides infusa ⁊ informis. Vel dic ꝙ licet incompossibilis sit statui damnatorum spes qꝛ sunt desperati nō tamen beatorū. Tu dicis damnati magis sunt remoti ⁊ absentes. Dico ꝙ sic sint remoti a bono diuino ꝙ ei cōiungi nō possunt: ⁊ ita magis repugnat eis habitus spei ꝙ̄ beatis. Hec de primo p̄ncipali.

Actus fidei l' spei an maneant ī patria.

¶ Quantum ad secundū articulum.

1. opinio

Est vna opinio ꝙ actus credendi vel sperandi non possunt stare nec manere in patria: sꝫ oꝫ tales actus cessare ⁊ euacuari. ¶ Ad hoc adducūtur rōnes de actu fidei ⁊ quasi tacta est supra de habitu fidei: impossibile est ꝙ idem obiectū respectu eiusdem potentie simul sit visum ⁊ euidens ⁊ nō euidens. Sed obiectum diuinū per visionem in patria est visum ⁊ euidens: sed per actum fidei est nō euidens vel ineuidens. ergo ⁊c̄. ¶ Secūdo sic. Actus fidei est aliqua noticia de obiecto: aut ergo est noticia euidens: aut ineuidens. Non potest dici ꝙ euidens patet. Si ineuidens ergo idem obiectū simul est euidens ⁊ ineuidens. ¶ Tertio sic. Actus fidei est noticia abstractiua/ ⁊ actus visionis est noticia intuitiua. Sed noticia abstractiua est obiecti absētis. Intuitiua est rei presentis. Impossibile est autem ꝙ idem obiectum sit simul absens ⁊ presens. ergo ⁊c̄. ¶ Quarto sic. Actus fidei est mediāte specie. Sed actus visionis est actus īmediatus sine specie. Sed impossibile est quod idē obiectum sit notū simul mediate ⁊ immediate. ergo ⁊c̄. ¶ Quinto sic. Impossibile ē ꝙ aliquis totaliter ⁊ perfecte adhereat obiecto ex euidētia rei vel obiecti ⁊ adhereat simul imperfecte ex aliquo alio. Sed intellectus ex visione totaliter ⁊ perfecte adheret ex euidētia rei. Non ergo potest adherere ex fide per actū credendi. quare ⁊c̄. Ponitur exēplum. Si aliquis credat mare esse absens quādo est p̄sens mari ⁊ videt ipm iam non credit.

De actu spei.

¶ De actu spei arguitur primo sicut de actu fidei qꝛ actus spei est obiecti nō presentis sicut tangebatur supra de habitu. ¶ Secundo sic. Actus spei est desiderare. Sed desiderare non potest esse rei habite sicut motus esse nō potest habito termīo. ¶ Tertio sic. Actus spei est expectare ꝫm alios. Sed res presens ⁊ que scitur esse p̄ns non expectatur. ergo ⁊c̄. ¶ Quarto sic qꝛ idem non est simul promissum ⁊ exhibitum. Sed actus spei est respectu promissi ⁊ actꝰ glorie respectu exhibiti. ergo ⁊c̄.

Opi. peculiaris doctoris

¶ Sed hijs nō obstātibꝰ

videt̄ mihi posse dici ꝙ tā actꝰ fidei ꝙ̄ spei absolute loquēdo possunt manere ī patria nec habent aliquam incōpossibilitatem actui cuicūqꝫ vel habitui patrie vt videtur. ¶ Ad hoc adducūtur rōnes. Prima est ista. Illi actꝰ possunt stare simul quorum media vel motiua ad ip̄os p̄nt stare simul. Sed medium fidei puta auctoritas vel testimonium potest manere cum presentia obiecti/ vel cum obiecto presente in ratione īmediate ⁊ clare cognoscibilis vt videtur. igitur actus credēdi ⁊ actus visionis possunt stare simul. Dices ꝙ nō quia plures actus intelligendi nō possunt stare simul. Dico ꝙ non est verum. Patet de noticia rei abstractiua ⁊ intuitiua que possunt stare simul sicut videretur ⁊ dictum est in secūdo de cognitione angeli. ¶ Scd̄a ratio. Si repugnaret actum fidei ⁊ visionis ⁊ spei ⁊ tentiōis stare simul hoc videretur ꝓpter ineuidentiam actus fidei ⁊ absentiam obiecti spei. Sed hoc non obstat. Accidit eñ actui fidei ineuidentia ⁊ obiecto spei absentia ⁊ ꝙ obiecto vel etiaꝫ actui fidei accidat ineuidentia. Probatū est in primo. Et pari ratione dici potest de absentia in obiecto spei. ergo ⁊c̄. ¶ Tertia ratio. Quecūqꝫ actum pōt deus facere vel cōseruare obiecto absente eundem actum potest facere vel cōseruare obiecto presente. Sed per te deus pōt facere vel ɔseruare actū credendi vel sperandi obiecto absente. ergo ⁊ ipso presente. quare ⁊c̄. ¶ Quarto sic. ꝓbat vnus sꝫ nō curo. Non magis repugnat idem obiectū simul eē euidens ⁊ nō euidens ꝫm diuersos actus fidei ⁊ visionis ꝙ̄ idem esse magis euidens ⁊ minus euidens vt patet qꝛ nō plus illud quod est minus euidens ē magis euidens ꝙ̄ illud quod est non euidēs est euidens. Sed idem obiectum ī patria simul est magis euidens in verbo ⁊ minus euidēs in ꝓprio genere ergo ⁊c̄. ¶ Quinto arguit etiaꝫ sic. Actus fidei ⁊ visionis sunt actus alterius rationis quorum vnus ē perfectus ⁊ alius impfectus ⁊ tale perfectum ⁊ imperfectum possunt stare simul. ergo ⁊c̄. ¶ Ultimo pōt sic. Argui sicut argutū est supra de cōtrarijs q̄ p̄nt stare simul. ergo ⁊c̄. Et pōt adduci auctoritas Augustini superius adducta de habitibus que magis videtur esse ꝓpria de actibus. ¶ Dico igitur ꝙ absolute loquēdo de possibili non est repugnantia aliqua quare nō possint simul stare actus fidei ⁊ visio/ ⁊ actus spei ⁊ tentio. Resolutio.

Ad rōnes 1. opi. de actu fi…

¶ Ad primū de

actu fidei. Dico ꝙ obiectum fidei non est necessario nō euidens vel non apparens licet ita sit communiter. Quādo dicis ꝙ actus fidei est non apparentium. Dico ꝙ verum est pro tanto qꝛ obiectū licet possit esse euidens aliunde non tamen ex fide vl' actu fidei ē euidens. quare ⁊c̄. ¶ Ad secūdum qđ videtur ɔfirmatio. Dico ꝙ actus fidei ē aliqua noticia non euidēs nec faciens euidētiam nec etiā ineuidentiam sicut dixi in primo. ita ꝙ neutrum facit. Et tunc dico vltra ꝙ obiectum nō est euidens per fidem id est ex fide vel actu fidei nō habet euidentiam licet aliunde possit habere. Puta ex visione ⁊ planum est ꝙ hic nulla est repugnātia. ¶ Ad tertium dico ꝙ noticia abstractiua ⁊ ītuitiua possunt simul stare. Quādo dicis ꝙ nō qꝛ tunc idem obiectum ab eodem cognosceretur mediate ⁊ immediate. Dico ꝙ nō est incōueniēs ꝫm diuersos actꝰ. q̄re ⁊c̄. Non eñ repugnat idem esse p̄ns in seipso īmediate ⁊ in representatiuo mediāte specie vt videt̄. Dicis obiectum noticie abstractiue est p̄ns: sꝫ obiectum intuitiue est absens. Dico ꝙ accidit obiecto abstractiue vel intuitiue absolute loquēdo esse absens vel presens sicut dictum est in prima questiōe primi. Et dico ꝙ noticia abstractiua ita potest esse absentis sicut presentis ⁊ ecōuerso: vnde nihil ad ꝓpositum. ¶ Ad quartū dico ꝙ possibile est aliquē perfecte adherere ex euidētia rei ⁊ minus perfecte ex testimonio alterius vel auctoritate. Nec totalis

ter adequatur virtus adhesiua per primam adhesionem saltē extensiue quin possit se extendere ad aliā adhesionem. Ad exemplum de mari dico idem.

Ad rōes 1. opi. de actu spei

¶ Ad primum de actu spei dico ꝙ accidit obiecto actus spei absolute loquēdo eē presens vel absens sicut probatum est supra. Precipue qr nec presentia nec absentia sunt per se ratiōes obiecti. Nec ad per se rationem intrinsece pertinētes: licet de lege cōmuni obiectum sit absens quoquo°. Nota hic ꝙ actus sperandi ꝛ desiderandi abstrahunt ab absentia vel p̄sentia obiecti ꝛ sunt vterqꝫ compossibiles sicut noticia abstractiua suo mō. ¶ Ad secundum dico ꝙ desiderare non est actus spei sicut dictū est supra. Et dato ꝙ esset adhuc ꝑtentione. Vñ ꝛ beati fruuntur ꝛ frui magis sitiūt ꝛ in deum desiderāt angeli prospicere saltem nō videtur hoc impossibile. ¶ Ad tertium de expectare dico ꝙ ꝓprie loquēdo ꝛ vniuersaliter nō est act⁹ spei nisi spei puri viatoris cui obiectum est absens vel nō presens beatifice sed sperare magis. Et dico ꝙ sperare q̄tuz ad substātiam actus potest esse rei presentis. ¶ Et ꝑ idem quartum de sperare quod est respectu ꝓmissi Idem eñ simul potest esse ꝛ exhibitum ꝛ ꝓmissum vel actus spei nō est necessario respectu promissi sꝫ tantum in puro viatore. Hec de scd̄o articulo p̄ncipali. ¶ Nota hic ꝙ nō speratur futuritio vł absentia vt patet: sed speratur quod creditur ꝛ amatur. Unde ista accidunt per se obiecto spei. quare ꝛc̄.

¶ Quantum ad tertium articulum

An sola caritas maneat ī patria 1. opi.

Videretur ꝙ caritas vie nō maneat in patria. Tum qr actus vie diligēdi nō manet in patria tunc eñ vel essent simul duo actus fruēdi in voluntate beata quod nō videtur vel actus vie esset beatificus ꝛ eiusdem rationis imo ideꝫ cū actu patrie ꝛ tunc viator eēt beatus. Tum qr caritas nihil faceret ad actum beatificū qr respectu illius voluntas ex se est summe disposita ꝛ se habet pure passiue ad ip̄m nec facit actum patrie esse meritoriū vt patet ergo frustra. Tum qr scientia vie euacuatur in patria non obstante euidētia ipsius scientie ẜm Apostolum prima ad Corinthios. 13. ergo similiter ꝛ caritas vel dicatur quare non ergo ꝛc̄.

Rñs doctoris.

¶ Sed dico cum apostolo de habitu caritatis ꝙ maneret in patria non qr sit necessitas absolute ad actum beatifice fruitiōis sicut dicunt aliqui qr sicut ostensum est supra in quadaꝫ questione. Nullus habitus est absolute necessari⁹ ad actum beatificum. Sed ex ordinatione diuina qua deus sic ordinauit vt caritas q̄ est nobilissima ꝛ suprema virtutum infusarum ꝛ donum dei excellētissimum distinguēs inter filios regni ꝛ perditiōis maneret in filijs regni. Qꝛ aūt caritas sit talis patꝫ per Augustinum. 15. de trinitate. ¶ Secūdo dico ꝙ actus caritatis vie nō manet qr actus fruitionis beate est actus perfectior alterius rōnis. Nec opꝫ ꝙ maneat prior actus licet forte absolute loquēdo ꝛ sine forte posset manere. ¶ Tertio dico ꝙ habitus fidei ꝛ spei non manent in patria ẜm apostoluꝫ ꝛ doctores. Non ꝓpter incompossibilitatē vel repugnantiam formalem ad statum vel actum patrie sicut dictuꝫ est supra: sed ex ordinatione diuīa qua sic disposuit ꝙ non maneant licet possent manere. Sunt enim habitus imperfecti de quib⁹ non est ita decens ꝙ maneant sicut de caritate. Non eñ distingunt inter filios regni ꝛ perditionis. Possunt eñ stare in filijs perditionis sicut patꝫ. ¶ Quarto dico de actibus fidei ꝛ spei vel potius de actibus credendi ꝛ sperandi qui non manent in patria ex eadē ordinatione sicut dictum est de habitib⁹ fidei ꝛ spei infusarum. Et vlterius idē dici potest de habitib⁹ adquisitis fidei ꝛ spei ꝙ non manent in patria. Et similiter de habitu amoris adquisiti. ¶ Ultimo dico ꝙ cum xp̄us ab instanti sue conceptōis fuit beatus ꝛ cōprehensor ꝙ in ip̄o fuit fides nec spes nec actus ip̄arum seu actus credendi vel sperandi deū sic/sicut ponitur eē in alijs ex ordinatione diuina q̄ cōmunis est ꝛ generalis de beatis: licet magis fuisset decens ꝙ in xp̄o fuissent ip̄a q̄ȝ in alijs pure beatis qr cum hoc ꝙ erat beatus simul etiam erat viator. Sed in ip̄o fuit caritas perfecta vie ꝛ q̄tuz ad habitum ꝛ q̄tum ad actum diligēdi meritoriū qui simul stetit cum actu fruitionis patrie et: cum actu visionis etiam sicut dictum est supra. Et hoc fuit ī xp̄o singulare ꝛ in hoc ab alijs beatis differebat sicut etiam viator erat ꝛ non pure comprehensor. Sic de isto.

Ad motiua. 1. opinio.

¶ Ad primum contra hoc Dico ꝙ licet actus diligendi vie non maneat in patria tamen habitus vie manet ibi habitus dico caritatis infusus sicut etiam suo modo manet ibi potentia generandi ꝛ non manet ibi act⁹ eius. ¶ Ad secūdum dico ꝙ caritas nihil facit ad actum beatificum ꝛ tamen manet ibi ratiōe supradicta. ¶ Ad tertium de scientia magis apparebit in quarto quando agetur de noticia anime separate. Forte enim scientia manebit in patria secundū aliquos: licꝫ nō maneat quātum ad modum cognoscendi ex fantasmatibus necessario recurrendo ad ip̄a quem habet modo intellectus pro statu vie huius ꝛ ita saluatur apostolus. Uel dato ꝙ non maneat non oportet propter hoc ꝙ caritas non maneat. Non est enim eadem congruentia de scientia ꝛ caritate.

ad argumēta p̄n.

¶ Ad primū principale patꝫ ꝙ siue caritas vie sit imperfecta siue non sed sit equalis in habitu caritati patrie: licet actus non sit ita perfectus quod apostolus loquitur ex intentiōe loquitur non de caritate de qua caritate dicit postea ꝙ ip̄a manebit. ¶ Ad secunduꝫ dico ꝙ fides spes et caritas quicquid dicatur ab aliquibus non sunt idem habitus essentialiter. Non oportet ꝙ tanta sit vnitas in habitibus quāta in potentijs nec ī posteriori sicut in priori. Patet manifeste. Nam ī eadem potentia simplici oportet ponere plures habitus sicut patet. Tu dicis nō apparet necessitas ponendi ꝙ sint plures habitus. Dico ꝙ imo ex dictis sanctorum ꝛ doctorum: quia fides ꝛ spes infuse manent informes ꝛ manere possunt sine caritate. ¶ Ad tertium dico ꝙ fides et spes non manerent de facto: licet possent manere. Et hoc non est propter aliquam incompossibilitateꝫ ad actum vel statum patrie sicut dictum est supra. ꝛc̄.

¶ Distinctionis trigesimesecūde.
Questio Unica.

Circa distictionez trigesimā scdam quero. Utrū deus diligat omnia equaliter ex caritate. ¶ Videtur ꝙ nō Deus non diligit omnia quia ẜm Augustinū in lr̄a Jnaīata non sunt diligibilia. Simi-liter etiam deus odit peccatores ⁊ dānatos: quia irascitur eis ⁊ punit eos. Altissimus enim odio habet peccatores. ergo deus non diligit omnia equaliter ex caritate. ¶ Secūdo sic. Deus nihil diligit ex caritate qꝛ in deo non est ponendus habitus caritatis. Probatio qꝛ potentia ex se perfectissima cuiusmodi est diuina voluntas non indiget habitu vt videtur. Habitus enim non est perfectio nisi potentie ex se imperfecte que non est suus actꝰ. ergo ⁊c̄. ¶ Tertio sic. Deus nō vult omnibus equale bonū: sed aliquos sibi eligit alios reprobat ⁊ inter electos maius bonum vult vni q̃ alteri sicut petro vult maiorem gloriam q̃ lino: ⁊ similiter cū sit ordinate diligens diligit vnūqdq̄ ẜm ꝙ est diligibile ⁊ planum est ꝙ non oīa sunt equaliter diligibilia. ergo ⁊c̄.

August.

¶ Contra Deus diligit omnia sic ꝙ ei eq̄liter cura est de omnibus. Sed hoc est equaliter diligere. ergo ⁊c̄.

¶ In ista questione sic ꝓcedā

¶ Primo ꝙ deus ab eterno diligit oīa. ¶ Secūdo ꝙ equaliter diligit omnia aliquo modo ⁊ aliquo modo nō. ¶ Tertio inquiram an oīa dilecta a deo sint bona: qꝛ ab ip̄o dilecta vel econuerso. ¶ Ultimo ad rationes principales.

¶ Quantum ad primū articulum.

Deus ab eťno an diligat omnia.

Dico ꝙ in deo distinguitur duplex amor. Unus qui dicitur amor simplicis cōplacētie ⁊ aliꝰ qui dicitur amor efficax. Primo amore dico ꝙ deꝰ ab eterno diligit omnia diligibilia vel entia nō solum illa que aliquādo fuerunt vel sunt vel erunt in actu: sȝ etiam omnia possibilia. Nam ab eterno intellexit omnia talia perfecte per rationem sue eēntie q̃tum ad entitates simplices ipsorum. Et dico ꝙ voluntati sue ꝯplacuit in ip̄is eadem ratiōe qua dilexit suam essentiā. Nam talia eminēter ⁊ perfectionaliter in eēntia cōtinentur. Ita ꝙ placuit sibi bonum cōueniēs omni creature possibili ⁊ sic dilexit eam vt videtur. Qꝛ aūt sic dilexerit creaturā ab eterno. Patet qꝛ in ip̄o ab eterno est actus diligendi qui non potest esse de nouo alicuius obiecti quia deus est imutabilis/ mutabilis aūt esset sicut dictū est in primo si modo diligeret aliquid quod priꝰ nō dilexisset. ¶ Si ergo omnia diligit ab eterno volēdo eis bonum suum ⁊ sic cōplacendo in bono eorū ab eterno nō tamē omnia dilexit ꝓ eterno q̃tuȝ ad bonum reale ip̄orum qꝛ nō cōplacuit sibi talem bonitatem realem vel tale bonum reale inesse ab eterno vel pro eterno sicut nec aliquid aliud ab ip̄o est eternum vel ab eterno in esse reali: sed tamen q̃tuȝ ad bonitatem ratiōis vel entitatē etiam omnia dilexit ab eterno ⁊ ꝓ eterno qꝛ omnia pro eterno ⁊ ab eterno habent entitatem ⁊ bonitatem rationis ⁊ cōplacuit deo ⁊ voluit ꝙ illā haberent ⁊c. ¶ De amore efficaci. Dico ꝙ deꝰ nō dilexit omnia ab eterno sed solum illa que disposuit fienda ⁊ fore bona bonitate reali pro aliqua differentia temporis. Unde respectu talium dicitur esse amor efficax vel efficacie: ⁊ est amor diuinus quo voluit efficaciter ipsas res produci in esse reali ⁊ voluit hoc ab eterno licȝ non voluerit eas producere vel produci pro eterno sed pro tempore. Et de istis magis apparuit in primo. vbi agebatur de voluntate diuina. Hec de primo articulo.

¶ Quantum ad secundū articulum.

De eq̄litate dilectiōis de[...]

Dico ꝙ equalitas dilectionis vel amoris potest attendi in ꝓposito vel ex parte actus amandi ⁊ habitus ipsius diuine caritatis vel absolute accipiendo actum in se vel inq̃tum transit super tale vel tale obiectuȝ secūdarium: vel potest attendi ex parte obiecti amati cui deus vult bonum aliqđ vel ex parte boni voliti ip̄i amato vel dilecto. Primo modo certum est ꝙ cum deus diligat omnia diligibilia ex eodē actu ⁊ habitu amoris infinito ⁊ indistincto ꝙ equaliter diligit omnia. quia ī illo actu simplicissimo ẜm se ⁊ absolute nō potest attendi aliqua diuersitas vel inequalitas. ¶ Si autem accipiatur secūdo modo actus prout transit super obiecta diuersa sic est idem sicut accipiendo equalitatē amoris ex parte obiecti vel boni voliti. Et sic dico ꝙ non equaliter diligit deus omnia. Nam aliquibus obiectis dilectis vult maiora bona q̃ aliis. Et patet hoc tam in creaturis intellectualibus q̃ in creaturis irratiōalibus. Vult enim creature rationali vel intellectuali maius bonum q̃ creature irrationali ⁊ alicui rationali vel intellectuali maiꝰ bonum q̃ alteri sicut maiorem gloriam vel gratiā ⁊ huiusmodi. Et dico ꝙ hoc potest eodem actu infinito sicut pluribus actibus finitis posset creatura plus diligere vnum q̃ alium/ ⁊ velle maius bonum vni q̃ alteri. Hec de secundo articulo principali.

¶ Quātum ad tertium articulum

De bonitate creature.

ꝙ bonitas creature duplex est sicut entitas suo modo. Una rationis quam habuit ab eterno ⁊ pro eterno per actum intellectus diuini sicut dictū est in secūdo. Et alia realis quam habȝ pro tempore in esse reali vero extra animam ꝑ sui productionem. ¶ De prima bonitate potest dici ꝙ creatura non est bona qꝛ volita vel dilecta a deo/ sed magis quia ītellecta. Nam per actū voluntatis non constituitur creatura in tali bonitate nec in tali entitate rationis: sed magis per actum ītellectus siue antecedenter ad actum voluntatis siue cōcomitanter siue cōsequenter tamen magis videtur ꝙ antecedēter sicut ⁊ actus intellectus antecedit actum volūtatis ẜm rationem: ⁊ tūc posset dici ꝙ creatura nō est bona quia a deo volita sed magis ecōuerso. Si tamē aliquod istorū potest dici. Nam prius magis est ratio posterioris q̃ ecōuerso. ¶ Sed loquēdo de bonitate reali quā habet creatura in effectu vel habitura est videtur dicendum ꝙ creatura bona ē quia a deo volita ⁊ amata amore efficaci. Nam cū actus creandi ⁊ ꝓducendi creaturam sit actus voluntatis ⁊ amoris efficacis quo deus vult creaturam fore vel esse bonam pro tali tempore vel instāti sequitur ꝙ creatura bona est quia volita ⁊ amata non aūt ecōuerso sicut ens est qꝛ creata ⁊ producta non aūt ecōuerso. Hec de tertio articulo.

Ad pnci.argu. ¶ Ad primum principale Dico q deus ex caritate diligit omnia bona etiā inanimata nō tamen ad idem bonum ad quod diligit creaturam rōnalem. Puta ad bonū gratie vel glorie ad quod saltem ꝫm voluntatem antecedētem diligit omnē creaturam rōnalem sicut ꝫ ꝫm illā vult omnes homines saluos fieri. Quando dicis vltra de peccatoribus ꝫ damnatis q deus odit eos. Dicit vnus q licet deus irascatur peccatoribus nō qꝫ ira passio sit in ipo: sed qꝫ ad modum irati cōminatur ꝫ infligit eis penam: ꝫ sic etiam aliquo mō proprie odiat eos q̄tum ad hoc q nō vult eis efficaciter bona gratie ꝫ glorie nō tamen ꝑprie odit eos. Tunc em̄ vellet eos nō esse ꝫ tunc statim adnihilarentur: sed amat eos ꝫ vult eis saltez bonū nature. ¶ Ad secūdum dico q habitus caritatis ponēd⁹ est in deo nō ad perficiendū voluntatem quasi aliquid inherens sibi distinctum ab ea essentialiter sic in nobis sed sicut aliquid idē essentialiter ꝫ realiter cum voluntate licet distinctū formaliter ꝫ sicut ꝑor perfectio q̄ actus voluntatis. Unde ꝫ habitus pro quāto habet aliquid imperfectionis annexū nō ponitur in deo sicut etiam nec actus vel potentia sed quātum ad id quod est perfectionis. ¶ Ad tertiū patet quid sit dicendum ex ꝑdictis q aliquib⁹ vult maius bonum nō obstāte q equaliter diligat q̄tū est ex parte substātie actus ꝫ vnūquodqꝫ sicut ē diligibile ꝫm rectam rationem diligit q vnicuiqꝫ ꝫm rectam rationem vult bonum sibi ꝯueniens ex parte obiecti: licet eodem actu ꝫ conatu voluntatis.

¶ Distinctionis Trigesimetertie. Questio prima.

Circa distīctionez Trigesimamtertiā quero primo. Utrum virtutes morales sint in appetitu sensitiuo sicut in subiecto vel in voluntate.

¶ Uidetur q in appetitu sensitiuo qꝫ ibi est aliquid formaliter vbi est suum materiale vł sua materia. Sed materia virtutū moraliū Puta passiones ipse sunt in appetitu sensitiuo non autez in voluntate. ergo ꝛc. ¶ Secūdo sic. Ubi sunt extrema ibi est medium. Sed virtus est mediū inter passiones extremas. ergo est in appetitu sensitiuo sicut ꝫ passiones extreme. ¶ Tertio sic. Opposita nota sunt fieri circa idem nisi alterum sit determiatum a natura. Sed vitium est in appetitu sensitiuo Patet de primis motibus viciosis qui sunt in appetitu sensitiuo ꝫm glosaz ad Romanos. 8. ergo ꝫ virtus moralis que opponitur vicio.

¶ Contra In eodem est virtus ꝫ peccatū virtuti oppositū. Sed peccatuz formaliter ꝫ principaliter est in voluntate. Est em̄ peccatum voluntariū/ꝫ adeo volūtarium q si non est voluntarium nō est peccatum ꝫm Augustinum de libero arbitrio ꝫ ꝫm Anselmum de cōceptu virginali. ergo ꝛc.

¶ In ista questiōe sic procedā ¶ Primo ponam aliquos modos dicendi de questione cum motiuis eorum. ¶ Secūdo arguā contra eos ꝫ ponam vnum alium modum dicēdi ꝫ ipm declarabo. ¶ Tertio soluam ad motiua aliorum. ¶ Ultimo ad rationes principales.

¶ Quātum ad primum ergo articulum. Est vna opinio q nulla virtus moralis adquisita simpliciter loquēdo debet poni in voluntate sed omnes debent poni in appetitu sensitiuo. 1 opinio

¶ Ad hoc ꝓbandum adducūtur rationes ꝫ auctoritates. ¶ Prima ratio est. Uirtus moralis ē moderatiua passionū. Sed in voluntate non sunt passiones sed tantum in appetitu sensitiuo. ergo ꝛc. ¶ Secūda ratio. In illa potētia que necessario et determinate sequitur iudicium rationis ꝫ determinatur ad bonum iudicatum nō est ponenda aliqua virt⁹ moralis qꝫ frustra poneref. Nec em̄ determinaret nec facilitaret ad actum. Sed voluntas ē talis potentia. ergo ꝛc. Ita q sufficit prudētia in intellectu. ¶ Tertia ratio. Si virtutes morales ponerentur ꝫ generarentur in voluntate per frequentationem actuum bene volendi ꝫ non essent in appetitu sensitiuo: pari ratione possent generari ꝫ poni virtutes morales ī diijs id est in angelis vel substantijs separatis que non habent appetitum sensitiuum sed voluntatem. Sed hoc est falsum ꝫ cōtra philosophum. 10. ethicorum. ergo ꝛc. ¶ p. In illa potentia que maxime deuia est ꝫ ordinata a bono simpliciter ꝑpter sui conuersionem ad bonum simpliciter debet boni virtus ꝫ habitus rectificans ipsum. Sed appetitus sensitiuus est talis potētia nō aūt voluntas qꝫ ipa respicit bonū simpliciter ꝓ obiecto ad quod est determinata non autem bonuz vt nunc. ergo ꝛc. ¶ Prima auctoritas est Aristotelis in fine vbi ponit q virtutes morales sunt ī rationali per participationem. Et dicit ibi cōmentator q per rationale per participationem intelligit medium inter plātatiuum ꝫ rōcinatiuum. Hoc autem non videtur nisi sensitiuus appetit⁹. ergo ꝛc. Aristō.

¶ Secūda auctoritas est tertio ethicorum capitulo tertio. Ubi dicit de virtutibus moralib⁹ q videntur hee irrationabilium partiū esse: quod exponēs Cōmentator dicit sic. Non igitur dicit vidētur qꝫ alique sint irrationabilium partium ꝫ alique nō qꝫ omnes sunt irratiōabilium partium: sed qꝫ ante tēpora sua nō fuerat opinatū. ¶ Tertia auctoritas est secūdo ethicoꝝ. vbi dicit philosophus q omnia que sunt in anima/aut sunt passiones/aut habitus aut potentie. Ubi dicit Cōmetator. Animam dicit ipe que irratiōalis partis est. Uult igitur q habitus morales sint in appetitu sensitiuo sicut ꝫ passiones. ¶ Quarta auctoritas est primo Politice Ubi dicit Aristoteles q aīa dn̄atur corpori ꝑncipatu despotico id est dn̄atiuo quo domiatur aliqs alicui sicut seruo qui nō habꝫ ius nec vim repugnādi vel rebellādi: sed dn̄atur appetitui sensitiuo ipa ratio appetitu politico vel ciuili qꝫ habꝫ vim rebellandi. Ex hoc arguit q qꝫ appetitus sensitiuus potest repugnare rationi ponēdi sunt in ipo habitus virtutum moralium vt prompte ꝫ faciliter moueatur ꝫm imperiū rationis ꝫ non in voluntate vt vr. Idem. 3. ethicorū 2. ethicorum. 1. politi.

¶ Alius est modus dicendi qui sequitur primū in parte q̄ ponit q virtutes morales alie a iusticia sunt in appetitu sensitiuo sicut fortitudo ꝫ temperantia ꝫ huiusmodi. Sed iusticia in voluntate est eo modo quo dicetur 2. opinio

infra ꝫm eos. ¶ Quod autem fortitudo ⁊ temperãtia sint in appetitu sensitiuo. Hoc potest ꝓbari per rationes adductas superius pro primo mõ ⁊ ꝑ auctoritates etiam: sed adhuc videñ esse de istis speciales rationes ⁊ auctoritates. ¶ Prima ratio ẽ
3. ethico. de fortitudine. Nam dicit philosophus. 3. ethicoꝝ ꝙ actus fortitudinis est moderate timere. Sz moderate timere est actus appetitus sensintiui. ergo ⁊ fortitudo est habitus appetitus sensitiui. Et similiter potest argui de temperãtia cuius est moderate delectari. ¶ Secũda rõ. Fortitudo respicit arduum pro obiecto ⁊ temperãtia delectabile: sz iste rationes sunt rationes appetitus sensitiui vt distiguitur per irascibilem ⁊ cõcupiscibilem/ voluntas autem nõ sic distinguitur. ergo ⁊c. ¶ Tertia ratio Nunꝗ̃ actus fortitudinis vel temperantie est perfectus nec facilis nisi appetitus sensitiuus sit perfectus aliquibus habitibus. Sed isti habitus nõ videntur esse nisi fortitudo ⁊ temperãtia in ip̃o. g ⁊c.
5. ethico. ¶ Ad hoc est philosophus. 3. ethicoꝝ. vbi dicit ꝺ temperantia ⁊ fortitudine ꝙ sunt irrationabilium
7. ethi. partium. ¶ Secũda auctoritas est. 7. ethicorum capitulo. 14. vbi ponit philosophus differentiam inter cõtinẽtem ⁊ temperatũ ⁊ dicit ꝙ cõtinẽs habz passiones quibus tamen resistit/ sed temperatus nõ habet passiones: sed hoc nõ esset verũ nisi in appetitu sensitiuo temperati esset habitus generat⁹ qui dicitur temperantia per quem excluduntur passiones. ergo ⁊c. ¶ De iusticia vero dicũt aliqui ipsorum ꝙ iusticia quelibet ad voluntatem pertinet siue legalis ⁊ cõmunis siue particularis. Et hoc probatur. Tum qꝛ quelibet earum est moderatiua ⁊ regulatiua hominis in ordine ad alterum: quod non cõuenit alicui virtuti appetitus sensitiui qꝛ appetitus sensitiuus nõ respicit alterũ vel bonum alterius sed bonum ꝓprium tantum. Tum qꝛ quelibet earum inuenit medium diuersum ⁊ variabile ĩ hijs que sunt ad alterum pro diuersitate temporum qꝺ non potest facere appetitus sensitiuus cum semper vniformiter ⁊ mere naturaliter se habeat ad obiectum. Tum qꝛ vtraqꝫ versatur circa operatiões hu
anselm⁹. manas que precipue dependent ⁊ oriuntur a voluntate ⁊ maxime. ergo ⁊c. ¶ Et hoc videtur confirmari per Anselmum qui dicit ꝙ iusticia est rectitudo voluntatis ꝓpter se seruata. Alij vero ponunt iusticiam legalem tantum in voluntate sed particularem in appetitu sensitiuo. Justicia enim legalis respicit bonum cõmune ⁊ debitum cõmunitati qꝺ non potest facere appetti⁹ sensitiuus sed tantũ bonum particulare. Justicia aũt particularꝫ respicit bonuz particulare ⁊ debitũ singulari ꝑsone ⁊ ẽ moderatiua passionum appetitus sensitiui circa singularia bona ⁊ bona vt nũc. Puta circa diuitias vel pecunias ⁊ huiusmõi. Unde ⁊ videtur pertinere ad appetitum sensitiuum.

3. opinio ¶ Tertius est modus dicẽdi cuiusdam doctoris ꝙ omnes ꝟtutes
Volũtas triplex. morales essentialiter ⁊ ꝑ̃ncipaliter sunt in voluntate. ¶ Voluntas tamen põt cõsiderari tripliciter ⁊ accipi. Uno modo vt natura. ⁊ sic naturaliter fertur ⁊ determinatur in bonum vel ad bonun. Nec in
August. diget aliquo habitu ⁊ sic precipue tendit in finem. Et hoc modo dicit Augustinus. 8. super Genesim ꝙ naturale est nobis bene eẽ ⁊ bene viuere. Et. 17. de trinitate ꝙ vnusqꝫ naturaliter appetit beatudinem ⁊ ad hoc non requiritur aliquis habitus vt sꝫ. ¶ Alio modo potest accipi vt deliberatiua: ⁊ potens imperare intellectui de consiliando super obiecto volibili seu eligibili ⁊ circũstantijs eius ⁊ potens seipsam sistere vel prosequi tale obiectuz. Unde vt sic dicitur deliberatiua sicut etiam intellect⁹ dicitur consiliatiuus vel ratio practica dicitur consiliatiua: ⁊ sic indiget habitu determinãte ⁊ inclinãte in bonum ad bene eligendum qꝛ vt sic indeterminata est ⁊ quasi indifferens ad quãlibz partem ⁊ vt sic ponẽde sunt in ip̃a virtutes morales omnes eẽntialiter ⁊ formaliter qꝛ vt sic consideratur nõ fertur in bonum naturale necessitate sicut ip̃amet vt natura. ¶ Tertio modo consideratur voluntas vt arbitrio libera: ⁊ sic habita deliberatione plena de eligibili non obstante cũ hoc etiam inclinatione habit⁹ vel virtutis que poniẽ in ip̃a vt deliberatiua. Nec etiam naturali inclinatione quam habet ad bonuz simpliciter adhuc potest tenere motũ vtriusqꝫ ⁊ nõ eligere id quod iudicatum est a ratione/ ⁊ ad quod habitus virtutis etiam determinat ꝗ̃tum est ex se vel inclinat/ ⁊ sic in ea non ponitur virtus nec aliqs habitus. Hoc enim sue libertati repugnat. Cum enim virtus ⁊ habitus inclinet ⁊ determinet in modum nature ⁊ voluntas vt arbitrio agere nõ possit per moduz nature nec necessitari circa aliud bonũ ꝗ̃ circa bonum diuinum clare visum videtur ꝙ in ip̃a vt sic nullus habitus sit ponẽdus nec aliq̃ virtus ¶ Secũdo dicit ꝙ cũ hoc in appetitu sensitiuo ponẽde sunt alique impressiones habitualesq̃ sunt virtutes quasi per participationem: quia enim irascibilis ⁊ cõcupiscibilis ĩ appetitu sensitiuo sunt rebelles rationi. Oportet in hijs habitus aliquos ponere quibus ꝯformiter se habeant ad rationez ⁊ de facili pareant volũtati sicut dñe: ⁊ mouẽti. Et vlterius sunt ponẽde tales impressiones in exterioribus membris vt facile exsequantur imperium rationis non minus ꝗ̃ in animalibus brutis de quibus ptz ꝙ habituãtur ⁊ domantur ꝫm imperium hũane rationis ⁊ tales habitus minus habẽt de ratione virtutis ꝗ̃to magis elongantur a ratione. Unde ĩ voluntate que est proxima rationi maxime habẽt rationem virtutis ⁊ essentialiter ĩ appetitu sensitiuo minus ⁊ quasi per participationẽ. Jn membris exterioribus adhuc min⁹ et in animalibus brutis q̃si nihil. Jste est tertius modus dicendi nisi ꝙ adducit aliquas ratiões ad ꝓbandum ꝙ virtutes morales essentialiter sunt in voluntate ⁊ illas inferi⁹ adducam pro meip̃o qꝛ vidẽtur mihi bene.

¶ Sed contra oẽs opiniões istas volo arguere qꝛ non [illegible]
videñ mihi vere. Et primo cõtra primam que dicit ꝙ omnes virtutes morales sunt in appetitu sensitiuo ducendo rationes eius ad oppositũ. De prima sic. Jn illa potẽtia sunt ponẽde virtutes moderatiue passionum in qua ponũtur ille passiones ꝫm eos. Sed hec est voluntas qꝛ in voluntate poniẽ tristicia/ ⁊ gaudium ⁊/ timor/ ⁊ huiusmodi passiones. nonsolum in appetitu sensitiuo licz non eo mõ quo ibi vt dicetur infera. ¶ Ex secũda arguo. Jn illa potentia que nõ est determinata ex se ad bonũ simpliciter eligendum prompte ⁊ faciliter non obstãte ꝙ sit iudicatum a ratione ponẽda est virtus moralis ꝑ te. Sed hec est volũtas qꝛ alioquin vel eẽt impeccabilis vel non posset aliquid contra iudicium

rationis quod est falsum sicut ostẽsum ẽ in.2. ꝙ ⁊c.
Preterea concludit ꝙ in voluntate nulla virt⁹ mo
ralis sit ponẽda nec infusa nec adquisita: ⁊ ita si ra
tio est bona caritas non est in voluntate. ¶ Ex ter
tia etiam. Si ad positionez virtutum moralium in
voluntate sequitur ꝙ ponẽde sunt in dijs vel in an
gelis in quibus nõ est appetitus sensitiuus: ita di-
co ꝙ ad positionẽ virtutũ moraliũ in appetitu sen-
sitiuo in quo cõuenit homo cum brutis sequitur ꝙ
in brutis possunt poni virtutes dato ꝙ in eis nõ sit
voluntas nec ratio; sed per motionem ⁊ regimen ex
trinsece rõnis. Et ita in equo domito ad ambulan
dum ⁊ in huiusmodi ponẽda est virt⁹ vel etiã in ca-
ne domito ad abstinẽdum a cibo erit temperantia
quod tu non ꝯcederes. ¶ Ex quarta potest sic ar-
gui. In potẽtia obliquabili ⁊ deuiabili a bono sim
pliciter ⁊ potente eligere bonum apparẽs ⁊ vt nũc
dimittendo bonum simpliciter ⁊ que nata est cõfor
miter inclinari cum appetitu sensitiuo ⁊ congaude-
re sibi ⁊ contristari. Ponẽdus est habitus virtutis
vt videtur pari ratiõe qua ponitur in appetitu sen
sitiuo ꝭm te. Sed talis potentia est voluntas. ꝙ ⁊c.
Auctoritates etiã Aristotelis quas adducunt non
Resolutio. sunt pro eis vt inferius. ¶ Dico igitur ꝙ impossi-
bile est ꝙ omnes virtutes morales sint in appetitu
sensitiuo ⁊ nullo modo in volũtate. Et apparet pre
cipue de iusticia: ⁊ ideo melius ponunt alij qui po-
nunt iusticiam in voluntate.

Z.2. opi. ¶ Contra eos tamen de fortitudine ⁊ tẽ
perantia ꝗ̃tum ad secun
dum modũ dicendi possunt retorꝗ̃ri rationes quas
faciunt. Timere enim vt oportet est actus volũta-
ris ⁊ nõ solum imꝑatus sed etiã forte elicitus. Et
dato ꝙ nõ nisi imperatus tamẽ nõ oportet ponere
in voluntate habituz ad bene ⁊ prompte ⁊ faciliter
imperandũ talem actum ⁊ ita fortitudinem oportz
ibi ponere principalem. ¶ Ex secũda etiam rõne
quia non minus sicut dictũ est in secũdo distingun
tur irascibile ⁊ incõcupiscibile in voluntate ꝗ̃ in
appetitu sensitiuo: q̃ vtrobiqꝫ ꝭm rõnez. igitur ita
potest poni fortitudo ⁊ temperantia in volũtate si-
cut ibi. ¶ Ex tertia etiã ratione. Dico ꝙ sicut act⁹
nunꝗ̃ est perfectus nisi appetitus sensitiu⁹ sit habi
tuatus. Posito etiã ꝙ actus virtus temꝑantie vel
fortitudinis sit actus elicitus appetitus sensitiui.
Ita nec vbiqꝫ est perfectus nisi imperatus a volun
tate perfecta ⁊ habituata. ergo ⁊c. Similiter etiaz
auctoritates nõ cogunt sicut dicetur infra. ¶ Con
tra vltimos vero de illo modo dicendi qui ponunt
ꝙ iusticia tm̃ legalis est in volũtate ⁊ nulla alia: vi
detur ꝙ ratio eorum nõ moueat ꝭm eos q̃ non ob-
stante ꝙ fortis exponat se pro bono cõitatis. Ita
ꝙ fortis exponẽdo se habeat aspectũ ad bonũ cõi-
tatis / tamẽ fortitudo ꝭm ip̃os debet poni in appe-
titu sensitiuo ⁊ nõ in voluntate ⁊ pari ratione dice
tur eis de iusticia legali. quare ⁊c.

Z.3. opi. ¶ Contra illos de tertio modo dicẽdi põt
argui primo ꝙ illa distinctio vo
luntatis in voluntatem vt natura ⁊ libera nihil va
let: q̃ natura voluntatis nõ est nisi libertas ⁊ in oẽ
illud in quod fertur libere fertur. Similiter etiam
alia duo mẽbra coincidunt. Nam idem est volũtas
deliberatiua ⁊ arbitrio libera cõtra primũ dictum
de primo mẽbro ꝙ in voluntate vt natura nõ poni
tur virtus vel habitus q̃ est determinata natura-
liter ad bonum simpliciter. Nam ita intellect⁹ est
determinatus ad verum sicut voluntas ad bonum
et tamen in ip̃o ponũtur habitus a multis. etiã re-
spectu primoꝝ principiorum vel saltez cõclusionũ
euidẽter deductarum ⁊ respectu summi veri dei po
nitur lumen glorie in patria a multis ⁊ caritas ip̃a
in voluntate respectu primi boni respectu cuius se
habet voluntas vt natura ꝭm te. Similiter appe-
titus sensitiuus etiam determinatus est naturali-
ter ad bonum vt nũc apprehẽsum ꝑ sensum ⁊ tamẽ
in ip̃o ponitur habit⁹ ad hoc ꝙ recte se habeat cir
ca ip̃m etiam ꝭm te. Et est ista ratio contra ꝑ̃mos
opinãtes. Similiter etiã de vltimo mẽbro ꝙ in vo
luntate inquãtum libera nõ est ponẽdus habitus.
¶ Contra per tuam rationem de voluntate inquã
tum deliberatiua q̃ pro tãto ponẽdus est habit⁹ in
voluntate vt deliberatiua q̃ nõ est naturaliter de-
terminata ad bonum sicut voluntas vt natura / sed
indifferens est. Cum ergo nõ minus cõueniat hoc
voluntati vt libera oportet ponere virtutem. Nec
oportet ꝙ talis habitus necessitet ip̃am q̃ inclinat
per modum nature sicut etiã nõ necessitat volunta
tem vt deliberatiua. Nec sicut caritas necessitat vo
luntatẽ. Volũtas em̃ semꝑ manet libera nec aliq̃d
sibi tollitur de sua libertate per quẽcunqꝫ habitum
informantem vel superueniẽtem posito ꝙ quilibet
inclinet per modũ nature q̃ nullus habit⁹ liber est
sed sola voluntas. Hec de prĩo articulo ꝑ̃ncipali.

¶ Quantum ad secundũ ar/ Opi. auctoris.
ticulũ. Videtur mihi dõm primo ꝙ omnes ꝟtutes
morales quotquot sunt ponẽde sunt eẽntialiter in
appetitu intellectiuo qui est voluntas. Hoc autem
ego probo per ratiões que etiam quãtum ad aliq̃s
includũt auctoritates. ¶ Prima est ista. Perfe-
ctio hominis ꝭm ꝙ homo ⁊ vt distĩguitur a brutis
debet poni in potentia aliqua que cõuenit homini
ꝭm ꝙ homo ⁊ vt distinguitur a brutis. Patet. Sz
virtus est perfectio hominis pro ꝗ̃to distinguitur
a brutis. Patet q̃ in nullo bruto potest poni ꝟtus
moralis. ergo ⁊c. Unde ymaginatur ista ratio ꝙ si
virtus essentialier poneretur in appetitu sensitiuo
ex imperio rationis ⁊ moderatiue pari rõne posset
poni in brutis domabilibus. Puta in cane vel asi-
no vel equo ⁊ huiusmodi. ¶ Scđa ratio Uirtus ẽ
habitus electiuus determinatus recta rõne secũdo
ethicorum. Sed habitus electiuus est in voluntate
sicut eligere / sicut etiam habitus rõcinatiu⁹ vel in-
tellectualis est in intellectu sicut in subiecto. Elige
re nanqꝫ non est nisi voluntarie acceptare consiliuz
a ratiõe vel oppositum eius. ergo ⁊c. ¶ Tertio sic.
Sicut se habet virtus intellectualis ad intellectuz
sic moralis ad volũtatem vel appetitum intellecti
uum. Sicut enim intellectualis est habitus intelle
ctiuus sic moralis est habitus electiuus ⁊ volitiu⁹.
Sed intellectualis virt⁹ est in ĩtellectu sicut in sub-
iecto. Patet de prudentia. ergo ⁊c. ¶ Quarto sic
arguitur ab aliquibus. In illa potẽtia ponenda ẽ
virtus ꝭm quã necessaria fuit huiusmodi / ⁊ est ꝑ oĩ
statu eoꝛ ip̃o ꝙ virtus est humana perfectio. Sz ꝭm
voluntatem necessaria est homini virtus pro omni
statu vel fuit. Statu dico vie ⁊ nõ ꝭm appetitũ sen
sitiuum. Nam in statu innocẽtie nõ fuit necessari⁹
aliquis habit⁹ in appetitu sensitiuo. Eo ꝙ sine re-
bellione obediebat rationi nec repugnabat vel re-

bellabat. ergo ⁊c̃. nõ curo de ista rõne. ❡ Quinto arguo sic. Voluntas per frequẽtationem bene volendi ⁊ recte circa passiones vel circa materiam virtutis in qua ꝯuenit recte agere ⁊ nõ recte potest in se adquirere aliquem habitum qui nõ est ĩtellectualis sicut intellectus põt sibi adquirere habitum intellectualem prudẽtie. Sed talis habitus nõ videt̃ esse nisi virtꝰ moralis. ergo ⁊c̃. ❡ Sexto sic. Si virtutes morales essent in appetitu sensitiuo sequeretur ꝙ virtus nõ esset habitus ꝑncipij liberi ⁊ ꝙ aliquis nolens posset amittere virtutem ꝑ coactionẽ appetitus sensitiui sicut castitas in aliquo vel aliqua posset perdi per frequẽtem coactionez ad actũ libidinis. Oportet eñ necessario appetituz sensitiuum delectari et deordinari in tali actu ꝗtũcunqꝫ cogatur persona. Sed hoc est incõueniẽs ꝙ virtus noluntarie amittatur. ergo ⁊c̃. ❡ Septimo sic. In appetitu sensitiuo hominis nõ adquiritur habitus virtuosus nisi q̄ rationalis per participationẽ ꝺm alios. Unde nec alia ratione negatur ab eis virtus in appetitũ sensitiuo bruti. Cum ergo voluntas sit appetitus rationalis primo ꝑ participationem q̄ immediate ⁊ primo se habet ad rõnem ergo multo magis in ip̃a debet poni virtus moralis q̄ in rõnali per essentiam scꝫ in ratiõe nõ põt poni. ❡ Octauo sic. distincti habitus circa diuersa obiecta particularia debent poni in potentia que respicit obiectum cõmune illis particularibꝰ obiectis sicut ꝺm alios in intellectu que respicit veruz in cõmuni pro obiecto debent pbni habitus respicientes hoc vel illud. Sed habitus diuersi virtutum moralium respiciũt diuersa bona pro obiectis ⁊ diuersa media hec ⁊ illa circa diuersas vel possunt diuersas passiones cum voluntas respiciat bonum in cõmuni pro obiecto quomodocũqꝫ intelligitur videtur ꝙ oĩs virtutes morales ad voluntatem pertineant sicut ad obiectum.

Resolutio. ❡ Videtur ergo dicẽdum ꝺm aliquas premissarum rõnũ ꝙ virtutes morales eẽntialiter ⁊ for̃aliter sũt in volũ-

Aristo. tate sicut in subiecto. Hoc patet ꝑ aristotelem etiã primo ethicorum in illa auctoritate quam alij allegant pro seipsis. Nam in tertio capitulo volens inquirere de felicitate que consistit in bono hominis secũdum ꝙ homo ⁊ in actu virtutis ⁊ per cõsequẽs de subiecto virtutis distinguit partes anime in rationale ⁊ irrationale. Et irrationale distinguit in vegetatiuum ⁊ sentiuum que non sunt hominis ꝺm ꝙ homo: sed cõueniũt alijs ab homine ⁊ per consequens in eis non potest poni felicitas nec virtꝰ aliqua in vltimo capitulo eiusdem primi: rõnale diuidit in rationale per essentiam ⁊ per participationẽ quod est suadibile vel obaudibile ⁊ illud vocat irascibile ⁊ concupiscibile: ⁊ tunc dicit ꝙ secũdum hec virtutes distinguãtur q̄ quedam sunt intellectuales que ponuntur in intellectu vel rationali ꝑ essentiam quedam morales que in rationali per participationem: sed illud nõ intelligit appetitum sensitiuum q̄ supra excluserat ip̃m respectu felicitatis q̄ non cõuenit homini secũdum ꝙ homo ⁊ pari ratione respectu veritatis/ igitur intelligit hoc. ergo ⁊c̃. Hoc probatur etiam secũdo ethicorum q̄ actꝰ virtuosus ponitur eligere ⁊ habitus ponitur electiuꝰ ⁊ per cõsequens ad voluntatem pertinere. Tertio ꝓbatur hoc per Augustinũ de moribus ecclesie/ et primo de ciuitate dei. Ubi dicit ꝙ ꝟtutes sũt amores boni honesti. Sed amor boni honesti ad voluntatem pertinet. ergo ⁊c̃. Et per Anselmum apparuit supra de iusticia precipue ꝙ ad voluntatẽ pertinet q̄ est ip̃a rectitudo voluntatis. Unde ⁊ ꝑ voluntatem diffinitur sicut per subiectum proximum ⁊ immediatum. quare ⁊c̃. Ad idem est auctoritas Augustini. 18. ꝺ trinitate capitulo. 9. ⁊ Magister allegat in hoc. 3. ꝙ virtutes cardinales manent in 18. ꝺ tri.
patria vel anima separata ⁊ cõmuniter conceditur hoc saltem ꝗtum ad habitum: sed hoc nõ esset nisi perficerent voluntatem ⁊ nõ appetitum sensitiuũ/ q̄ anima separata non manet organũ eius. q̄re ⁊c̃.

❡ Secũdo dico ꝗtum ad presentem articulum ꝙ in appetitu sensitiuo sunt aliqui habitus generati bene ex frequẽti motione voluntatis ⁊ necessariuz pro statu presenti ad hoc vt appetitus sensitiuꝰ cui dominatur voluntas principatu politico ⁊ qui habet vim repugnãdi ⁊ rebellandi prompte ⁊ faciliter ⁊ bene obediat voluntati secũdum iudicium rationis. Sed tales habitus nõ debent dici virtutes essentialites ⁊ principaliter: sed quasi per participationem ⁊ secũdum quid ⁊ minus principaliter. Qꝫ autem oporteat ponere tales habitus in appetitu sensitiuo. Videt̃ dicere Aristoteles ꝑmo politice qui dicit ꝙ ⁊ in domino vel precipue requirit̃ virtus ad principandum ⁊ in seruo vel subiecto ad obediẽdum. Et precipue dico ꝙ in subdito qui habet ius ⁊ vim repugnãdi cuiusmodi est appetitꝰ sensitiuus respectu volũtatis vel rationis. ❡ Tertio cico ꝙ non video magnam necessitatem ponẽdi habitus in mẽbris exterioribus quibus dominat̃ anima ꝑncipatu despotico nec habent vim repugnandi licet aliqui hoc ponãt. Hec de scꝺo articulo.

❡ Quãtum ad tertium articulum restat respondere ad motiua aliorũ. ❡ Ad primum prime opinionis dico ad maiorem ꝙ non oportet ponere virtutem formaliter vbi est passio moderata sed magis in voluntate moderante ibi ⁊ imperante appetitui sensitiuo. ❡ Secũdo dico ꝙ Ad mo. 1. opini.
in voluntate bene sunt passiones scꝺm. 14. de trinitate: et nono de ciuitate dei. capitulo quarto. per totum et capitulo quinto in ꝑncipio sicut gaudere ⁊ restari ⁊ huiusmodi imo naturale est volũtati cõgaudere ⁊ contristari appetitui sensitiuo licet non sit alteratio in voluntate secũdum tales passiones sicut est in appetitu sensitiuo vel eius organo q̄ibi fiunt septimo ethicorum. ❡ Ad secũdũ dico ꝙ voluntas prompte ⁊ faciliter nõ eligit bonum iudicatum a ratione sine habitu: ⁊ ideo ponẽdus est habitus adquisitus in ip̃a secũdum vnãquãqꝫ materiaz virtutis. Nec sufficit prudentia in intellectu sicut etiam ponẽdus est habitus adquisitus in appetitu sensitiuo: licet sit ex se determinatus ⁊ necessario ꝑ bonum ap̄p̃hensum per sensum ⁊ non possit in aliũ nisi in bonum apprehẽsum per sensum ⁊ multo magis in voluntate que secũdum veritatem non necessario eligit nec vult bonum iudicatum a ratione sꝫ ip̃m potest non velle oppositũ diligere sicut dictũ est in secũdo. ❡ Ad tertium dico ꝙ in dijs vel in substantijs separatis seu in angelis nõ ponũtur cõmuniter virtutes morales adquisite que sunt circa passiones moderãdas in habẽte q̄ in ip̃is nõ sunt passiones moderande sicut nec appetitus sensitiuꝰ

saltem passiones appetitus sensitiui. Non qȝ ꝟtutes morales sint in appetitu sensitiuo eētialiter ⁊ formaliter: sed magis materialiter ⁊ q̄si obiectiue sicut circa materiam. Uirtus etiā est de bono ⁊ difficili ⁊ angeli nō hn̄t difficultatē circa passiōes moderādas. quare ⁊c̄. Aliter dr̄ ꝙ nō est magnū incōueniēs ponere in angelis ꝟtutes morales adq̄sitas Dato ꝙ non habeāt passiones appetit⁹ sensitiui vl̄ qȝ pn̄t habere passiones volūtatis vel qȝ nō est necessarium ad hoc vt sit aliq̄s ꝟtuosus ꝙ habeat in se habitū voluntariū quo tales passiones moderaret ⁊ in ipsis mediaret si ibi essent sicut ex ꝑ frequēter velle distribuere liberaliter peccunias si haberet pōt aliq̄s adquirere habitum libertatis dato ꝙ nunq̄ hēat vel distribuat peccunias. ¶ Ad quartum dico ꝙ in appetitu sensitiuo qui deuiat a bono simpliciter qd̄ est bonū rōis recte ⁊ pōt rebellare rationi ponēdus est habitus: sȝ nō ꝟtus principalit̄ nec eētialiter sed magis in voluntate q̄ nō est etiā determiata ad faciliter eligendū bonū simpliciter prout bonū simpl'r distiguitur ꝯtra bonū apparēs sed pōt eligere bonū apparens ⁊ couerti ad bonuȝ vt nūc etiā ꝯtra iudiciū rōnis. quare ⁊c̄.

Ad auc. .opinio.

¶ Ad primam auctoritatem

Aristotelis de primo ethicorum. Dico ꝙ per rationale ⁊ per participationem intelligit voluntatem que non est ratio ipsa essentialiter sed appetitus in ratione obaudiens ⁊ suasibilis a ratione. Si enim esset intētio sua de appetitu sensitiuo sicut ponunt alij tunc omnes qui ponunt iusticiam in voluntate contradicerent Aristoteli. quod tamen non videtur. ¶ Ad secundam auctoritatem de primo politice. Patet ꝙ non solum ponendus est habitus in appetitu sensitiuo/ sed principalius in voluntate sicut in principante. ¶ Ad tertiam Dico ꝙ loquitur ibidem philosophus in tertio Ethicorum de fortitudine ⁊ tempantia ꝙ sint in appetitu sensitiuo concupiscibili scilicet ⁊ irascibili prout formaliter ⁊ essentialiter sunt virtutes sed secundum participationem quandam: ⁊ magis secundum quid vel per irascibiles partes intelligit irascibile ⁊ cōcupiscibile in voluntate. Uel dic etiam ꝙ ip̄e non asserit sed dicit ꝙ videtur quocūqȝ exponat eū cōmentator. ¶ Ad quartam. Dico bene ꝙ in appetitu sensitiuo ⁊ in anima secūdum ipsum sunt passiones ⁊ habitus aliqui: sed nō virtutes principaliter vel per irrationalem partem potest accipi voluntas que non est ratio ipsa nec rationalis per essentiam sicut est intellectus. Eodem modo posset dici ad illud dictum Aristotelis magnorum moralium ꝙ si virtutes intellectuales: ⁊ morales essent eedem destrueretur in aīa pars irrōnalis scȝ voluntas: quia tunc sequeretur ꝙ esset eadem potentia cum intellecu.

Ad motiua.2.opinio.

¶ Ad primum pro scd̄a opinione q̄n dicitur ꝙ moderate timere ⁊ vt homo est actus fortis vel fortitudinis. Dico ꝙ supposito ꝙ timere sit ī appetitu sensitiuo tm̄ sicut dicerent alij ꝙ timere nō est actus fortitudinis nec alicui⁹ virtus sed magis est passio moderata ꝑ actū virtutis ⁊ per ꝟtutem. Et dato ꝙ esset actus ꝓut actus ⁊ operatio distinguitur cōtra passionē tn̄ nō esset actus elicitus ꝟtutis: sed magis impat⁹ a virtute que est ī volūtate formaliter ⁊ eētialiter sicut dictum est supra. ¶ Ad secūduȝ dico ꝙ suo modo ita distinguūtur irascibile ⁊ cōcupiscibile in voluntate sicut in appetitu sensitiuo ⁊ arduū ⁊ delectabile ex parte obiecti. Unde nec in voluntate nec ī appetitu sensitiuo intelligo ꝙ sint diuerse potentie vl̄ diuerse vires disticte ex natura rei sed vna simplex potentia simpliciter indistincta ex natura rei: ⁊ ita nihil habeo ad propositum: sed habemus ꝙ virtus principaliter ⁊ essentialiter debet poni in volūtate ¶ Ad tertium dico ꝙ bene ī appetitu sensitiuo potentia habitus aliq̄s ad hoc vt habēs perfecte operetur virtuose ⁊ appetitus sensitiuus prompte ⁊ faciliter obediat voluntati pro statu presenti nature lapse sed ille nō est essentialiter nec formaliter ꝟt⁹.

Ad aucto.p.2.opiniōe.

¶ Ad primam auctoritatem dico sicut superi⁹ est responsum ꝙ fortitudo ⁊ potentia videntur eē irrationabilium partium. ⁊c̄. ¶ Ad secūdam. Dico ꝙ in appetitu sensitiuo tempati bene est habitus impressus ⁊ generatus quo excluditur passio saltē vehemens. Sed ille nō est ꝟtus formaliter sed poti⁹ habitus qui est in voluntate sicut dictū est supra.

ad dicta 3.opi.

¶ Ad dictum aliorum qui ponūt iusticiā legalem tm̄ in volūtate ⁊ non iusticiam particularē. Dico ꝙ vtrāqȝ est ponere in voluntate sicut dictū est supra. Et ꝙ volūtas versari pōt ⁊ ꝟsatur circa bonuȝ particulare ⁊ hoc debitū huic persone singulari ⁊ difficile multū ē capere qūo appetitus sensitiuus ꝟsetur vel possit versari circa bonū ad alterū cum non habeat sic cōparare. Dices ꝙ rationabile est ponere vnam tantuȝ virtutem in voluntate. Puta iusticiam legalem sicut sufficit in intellectu vna prudentia vt sic totus homo sit pefectus per quatuor ꝟtutes cardinales. Intellectus per prudentiā/ voluntas per iusticiaȝ cōcupiscibilis in appetitu sensitiuo per temperantiam ⁊ irascibilis per fortitudinem ponendo istas duas in appetitu sensitiuo. Dico ꝙ in intellectu nō sufficit vna prudentia circa materiam omnium virtutum: sed multiplicantur prudentie sicut ⁊ virtutes morales ⁊ materie ip̄arum. Prudentie Dico adquisite sicut magis poterit alias videri si occurrat ⁊ ita oportet prudētias illas ponere in intellectu: ita etiam omnes virtutes morales oportet ponere in volūtate. Nec appetitus sensitiuus per aliquam virtutem moralem perficitur quia perfectio virtutis est perfectio hominis vt excedit appetitū sensitiuum ⁊ distinguitur a brutis vt dictum est supra. Perficitur tamē aliquibus habitualibus impressionibus que non sunt formaliter virtutes nec essentialiter sicut nec sunt in appetitu bruti alicui⁹ domiti ad aliquem actum exercendum: licet magis de propinquo respiciat virtutem in voluntate sibi coniuncta q̄ in brutis in quibus appetitus sensitiuus non coniūgitur voluntati. ¶ Ad illa que sunt pro tertia opinione pro quāto sunt contra predicta apparuit arguendo contra eam.

Ad p̄n. argumē.

¶ Ad primum principale

Dico ꝙ passiones non sunt materia in qua vel ex qua respectu ipsarum virtutum: sed materia circa quam se tenens ex parte obiecti: ⁊ ita non oportet ꝙ virtutes sint formaliter ī appetitu sensitiuo dato etiā ꝙ in ip̄o solo sint passiones. ¶ Ad secundum dico ꝙ virtus non est medium: sed magis ponit et

tenet medium ⁊ dato ꝙ esset mediū inter passiones non tamē mediū per cōpositionem sicut medius color ſm aliquos sed est mediū per abnegationem: ⁊ ita nō opꝫ virtutē esse formaliter vbi sunt extreme passiones. ¶ Ad tertiū dico ꝙ vicium vel potius peccatū formaliter ⁊ principaliter est in volnntate. Unde ⁊ primi mot⁹ q̄ sunt in appetitu sensitiuo nō sunt peccata sed potius materia virtutis vel peccati in voluntate.

¶ Distinctionis trigesime tertie. Questio Secunda.

SEcūdo quero vtrū omnes virtutes p̄ter theologicas insint homini a natura vel ex adquisitione. ¶ Videtur ꝙ a natura qꝛ qđ potest inchoari a natura / potest etiā perfici a natura: qꝛ natura non incipit motum vel effectum quem nō possit terminare. Sed ꝟt⁹ in nobis inchoatur a natura qꝛ principium ꝟtutis est naturale in homine ⁊ aptitudo ad ꝟtutem. ergo ⁊c̄. ¶ Secūdo sic. Natura non deficit in necessariꝭs. 3°. de aīa ⁊. 2°. de celo

3. de aīa.

Sꝫ ꝟtutes sūt homini necessarie ſm naturā vel statum nature. Nam homo naturaliter ordinatur ad felicitatem naturalem saltem ad quā attingere nō potest nisi mediātibus ꝟtutib⁹ adquisitis. ergo ⁊c̄. ¶ Tertio sic. Illud inest homini a natura cui⁹ oppositum est innaturale vel cōtra naturam. Sꝫ oppositum virtutis. Puta viciū est hmodi innaturale ⁊ ꝯtra naturā qꝛ ꝯtra rōnem naturalem. ergo ⁊c̄.

¶ Contra Quod est homini naturale conuenit omnib⁹ hominib⁹ vel saltem pluribus. Sed ꝟtutes nō insunt homini vt in pluribus nec insunt omnibus. ergo ⁊c̄.

¶ In ista questiōe sic ꝓcedā.

¶ Primo inquirā vtrū virtutes alique alie a theologicis insint hoī a natura vel ꝑ adq̄sitionē ⁊ qūo. ¶ Scđo inquirā. An in adquisitiōe ꝟtutū moraliū principali⁹ se habeat volūtas ꝙ̄ intellectus vel aliquid pertinēs ad intellectū. ¶ Tertio. An cū virtutib⁹ adq̄sitis moralib⁹ vel aliꝭs a theologicis necesse sit ponere in homine alias īfusas. ¶ Ultimo ad rationes principales.

¶ Quātū ad primū articulū

1. opi. cū suis rōnibus.

Videtur fuisse vna opinio q̄ satis recessit ab aula ꝙ virtutes insunt hoī a natura ⁊ nō per adq̄sitionē Ad hoc vidētur alique rōnes. ¶ Prima est ista. Illud quod nihil positiuū ⁊ reale absolutū dicit super potentiā si est aliq̄d reale inest hoī a natura: et sicut potentia ip̄a naturalis inest a natura. Sꝫ virtus est hmōi. Nā sicut videm⁹ in cōnaturalib⁹ ꝙ virtus gressibilis nihil dicit nisi potentiā gressiuā vel motiuam nō impeditā sicut vr̄ ꝙ ꝟtus nichil dicat super potentiā ip̄am nō impeditā. Ita ꝙ potentia ip̄a nō impedita ⁊ ꝑ ꝯn̄s faciliter potēs exire ī actū est ip̄a virtus. ergo ⁊c̄. ¶ Scđa ratio. Non minus actus liberi arbitriꝭ est naturaliter rectus ⁊ ex naturalibus ꝙ̄ actus potētie vegetatiue vel sensitiue Est enim multo perfectior potētia. Sed actus illi naturaliter sūt recti. ergo ⁊ iste. Cū ergo nō possit esse rectus sine virtute videt̄ ꝙ virt⁹ insit a natura.

¶ Tertia ratio. Si ꝟtus moralis nō inest natura / oportet ꝙ insit per adquisitionē. Patet qꝛ de ꝟtutibus infusis nō est mō sermo: sed hoc nō pōt eē. Si em̄ ꝟtus adquiritur hoc est per accidēs vel actum Aut igitur per vnū aut per plures. Non per vnum Patet primo ethicoꝝ. Una em̄ hyrundo nō facit vel: nec vnus actus facit hominē ꝟtuosuꝫ vel viciosum. Non per plures. Probatio qꝛ plures act⁹ nō sunt simul quādo habitus gn̄atur: qđ aūt nō est nō agit nec est causa alicui⁹. Si dicas ꝙ per vltimum actum in virtute p̄cedentiuꝫ. Contra qꝛ in virtute eius quod non est nihil agit ⁊ p̄cedentes actus non sunt. Similiter etiā cōtingit ꝙ vltimus actus ē imperfectus valde ⁊ in modico conatu mō per talem actum non videtur hītus perfectus generari qꝛ cā totalis nō est minus nobilis vel perfecta ꝙ̄ effect⁹ eius sed magis si sit causa equiuoca. g ⁊c̄. ¶ Quarta ratio. Si hītus ꝟtutis adq̄ritur per actus ⁊ non inest a natura. Aut adquiritur per act⁹ virtuosos / aut per actus viciosos. Non per act⁹ viciosos. Pꝫ Nec per actus ꝟtuosos: qꝛ tales actus p̄supponūt virtutem ⁊ per ꝯn̄s nō generant ip̄am. quare ⁊c̄. ¶ Quinta ratio. Actus ille per quem adquiritur virtus. Aut est cū hītu / aut nō. Si nō / nō est cā habitus. Si sic oportet ꝙ sit ꝟtuosus ⁊ nō est virtuos⁹ nisi ex habitu: igitur habit⁹ est causa eius ⁊ cum sit etiam cā habit⁹ sequitur ꝙ idē erit causa suip̄ius. Hoc est impossibile ⁊ falsum sicut ꝙ idem sit aliud a seip̄o ⁊ prius ⁊ posterius seip̄o. ergo ⁊ dependēs realiter a seip̄o. ergo ⁊c̄. ¶ Sexta rō. Iusticia originalis pro statu nature institute ⁊ statu innocētie non erat aliq̄d additū nature sed homini inerat ex suis naturalib⁹. Unde nō videtur fuisse nisi naturalis rectitudo ab origine existēs: ergo similiter in ꝓposito videtur de ꝟtute. quare ⁊c̄. Sic igitur videt̄ ꝙ virtutes id qđ sunt a natura ⁊ ex naturalibus insunt ⁊ nō oportet nisi tollere impedimēta per consuetudinē ⁊ exercitationē circa materias ꝟtutuꝫ ⁊ virtutes que insunt naturaliter faciliter possint exire in actus suos vt videtur.

¶ Sed istā opinionē non teneo: sꝫ dico aliter ꝙ ꝟtutes ineē homini a natura vel naturaliter potest intelligi dupliciter. Uno modo in potētia ⁊ aptitudīaliter. Alio modo in actu ⁊ formaliter. Prīo mō dico ſm Aristotelem scđo ethicorum ꝙ virtutes insunt homini a natura seu naturaliter. Scđo modo non. ¶ Primū pꝫ de es. Nec oportet ꝓbare hoc nec ad ꝓbādū insistere: ⁊ tam de intellectualib⁹ ꝟtutib⁹ ꝙ̄ de moralibus. Natura em̄ hominis nata ē ⁊ apta perfici per tales ꝟtutes. Unde ⁊ oēs homines natura scire desiderāt ⁊ nō puto ꝙ talis aptitudo sit passiua tm̄ respectu ꝟtutū: sꝫ in hoīe est actiuitas respectu ꝟtutū: ita vt nō solū possit eas recipere sed etiā adquirere. In aliq̄bus tn̄ ē maior aptitudo ꝙ̄ ī aliꝭs ad aq̄rendum ſm meliorē vel peiorē ꝯplexionē corporalē vel quācunqꝫ aliā dispositionē vel rationeꝫ que posset assignari. ¶ Scđm ꝓbatur scꝫ ꝙ ꝟtutes in actu ⁊ formaliter ⁊ cōplete nō insunt hoī a natura. ¶ Prīo sic. 3°. de aīa. Dicit phūs ꝙ ītellect⁹ ante suū intelligere ē tanqꝫ tabula rasa ī qua nihil depictum est depingibilis tn̄ est. igit̄. Simil'r ⁊ volūtas est q̄si tabula rasa in q̄ nihil depictū est tn̄ depingibilis est ꝟtutib⁹. Sed hoc nō eēt veꝝ si virtutes intellectuales vł morales ineēnt hoī a natura. g ⁊c̄.

Op[...]

3. de a[...]

¶ Secūdo habitus viciosi nō īsunt homini a natura: sed generantur ex actibus malis vel ꝯsuetudinibus: ergo similiter habitus virtuosi nō insunt homini a natura sed a ꝯsuetudine. ¶ Tertio habitus qui inest ex cōformiter velle ad iudicium recte rationis non inest naturaliter. Sed hoc est virtꝰ quia est habitus electiuus īmediate ꝯsistens determinatus recta rōne ꝑm ꝙ sapiēs determinauit. ergo ꝛc̄. ¶ Quarto Ex hijs que insunt mere a natura vel naturaliter non laudamur nec vituperamur Scdo Ethi. qꝛ talia non sunt in potestate nostra. Sed virtutibus laudamur. ergo ꝛc̄. ¶ Quinto ꝟtutes ꝑm Augustinum. 4. de ciuitate dei capitulo. 21. Sunt quasi artes bene viuēdi sicut ergo ex actibꝰ mechanicis ꝛ consuetudine ipsorum generātur artes mechanice in aliquo sicut videtur ꝙ ex actibꝰ virtuosis generātur virtutes. Sed planū est ad sensum ꝙ sic est in illis qꝛ ex frequēti citharisare fit aliqs citharista: ꝛ sic de alijs. ergo ꝛc̄. ¶ Sexto sic. Illud quod facit in nobis vel inducit facultatē bene operandi virtuose inducit in nobis virtutem vel habitum virtutis qꝛ habitus est quo quis faciliter operatur cū voluerit. Sed ꝯsuetudo ē huiusmōi. ꝗ ꝛc̄. ¶ Ad hoc pn̄t adduci multe auctoritates Aristotelis ꝛ Cōmentatoris quas dimitto causa breuitatis nisi ꝙ in scdo ethicoꝝ expresse ex intentiōe hoc determinat philosophus dicēs. Manifestū qm̄ neqꝫ vna moralium ꝟtutum natura nobis insit vel insit. Un̄ moralis virtus dr̄ ab ethos qd̄ ē mos quasi habita ex more vel ꝯsuetudine sicut dicit Cōmentator. 2o. ethicoꝝ ꝯmento primo: ꝛ multis locis alibi repetitur similis sentētia in libro ethicorum.

2. Ethi. — August. — 2. Ethi.

quō gn̄atur hitꝰ ꝟtutum.

¶ Sed de modo per quē generatur habitꝰ virtutis Dico omnibus mōis dicendi ꝓtermissis ꝙ per actꝰ multos habitꝰ gn̄atur. Non qꝛ actus sit causa per se effectiua elicitiua generationis habitus qꝛ nō puto ꝙ actus effectiue ꝑ istum modum attingat ad habitum nec ad aliquaꝫ dispositionem habitus sicut nec habitus est cā actꝰ vt dictum est supra de quo tamē nō minus videreꝫ Sed dico ꝙ cōcomitanter vel ꝯn̄ter ad actum ordine nature eadem causa effectiua que efficit actū generat habitum ꝛ nō generat habitū totum siml' cōsequēter ad vnum actū tm̄: sed gradū post gradum ꝯn̄ter vel cōcomitāter ad actū ꝛ actū ꝛ perfectiorē vel imperfectiorē gradum ꝑm perfectiorē vel imperfectiorem actum: verū est tamē ꝙ anteqꝫ habitꝰ sit perfectus ꝛ firmatus illud qd̄ generatū est de habitu non dr̄ habitus nec meretur nomē habitus licet sit eiusdem rationis cū toto habitu: sed magis meretur dispositio tanqꝫ adhuc imperfecta ꝛ de facili mobilis. Un̄ ꝛ dispositio fit habitus: ꝛ habitꝰ aliquā dispositio dicitur qꝛ includit quicqd̄ erat realitatꝭ in dispositione: licet cedat īperfecto adueniēte gradu perfectiori ipsius: sed ecōuerso dispositio non dr̄ habitus. ¶ Ex quo statim apparet opinionē illoꝝ falsam esse qui dicūt ꝙ habitus est forma simplex ꝛ indiuisibilis non habens in se latitudinē graduū ꝛ ꝙ simul totus adquiritur licet paulatiue in subiectum per plures actus disponatur ꝛ hoc magis apparuit in primo in illa questione de augmēto caritatis. Nulla em̄ dispositio alia necessaria est. Nam illa vel esset eiusdem rōnis cū habitu ꝛ hoc redit in aliam opinionē ꝙ habitus nō est oīno indiuisibilis sed adquisibilis ꝑm gradū/ ꝛ gradū quoꝝ gradꝰ imperfectus dr̄ dispositio ꝛ cedit ꝛ vno cū gradu vel parte perfectiori adueniēte ad ꝯstitutionē vniꝰ totalis hitus. Aut illa dispositio eēt alterius rōnis ꝛ nō ē determinare talem nec qd̄ est tal' dispō vt vꝫ.

¶ Ad primum aliorū ꝓbatuꝫ ꝙ ꝟtutes insunt a natura. Dico ꝙ virtus dicit aliquid positiuū reale absolutū supra potentiam in quā ponitur ꝟtus: ita ꝙ nō est potentia ipa siue impedita siue nō impedita sed ꝙ ponere hoc est multum appropinquare opinioni platonis ꝙ nostrū addiscere nō sit nisi quoddā reminisci Quādo dicis de ꝟtute gressiua vl' motiua. Dico ꝙ virtus ꝛ potētia idē sunt ibi: ſꝫ sic nō pōt dici quia certum est ꝙ aliqn̄ potētia est sub ꝯtrario hitu ꝛ opposito ipius ꝟtutis vel etiā sub ꝓuatione ꝛ ita non pōt poni idem cū virtute tūc em̄ esset sub opposito sui ipius vel sub negatione. quare ꝛc̄. ¶ Ad scdm̄ dico ꝙ actꝰ aliqs liberi arbitrij pōt esse rectꝰ ex puris naturalibus sicut actus qui est prior ꝟtute ꝛ generatiuꝰ ꝟtutis. Sed dico ꝙ faciliter ꝛ expedite in talē actū nō pōt sine habitu nec ita deteriate sicut cum habitu. Tu dicis vegetatiua potētia ꝛ sensitiua nō indigent ad rectitudinē sui actꝰ nisi mera naturalia. Dico dato ꝙ verū sit hoc nō est simile de libero arbitrio ꝛ hoc ꝓpter sui libertatem vel indifferentiam ad opposita obiecta ꝛ indetermiata ꝛ ꝓpt̄ difficultatē circa aliqd̄ ipsorum vel dato ꝙ nō sit necessarius hitus ꝓpter hoc tn̄ nō seqtur ex hoc ꝙ sit ꝯnaturalis potētie vel idem ipi potētie ꝓpter cām ꝑdictam in solutione ꝑme rōnis. ¶ Ad tertiū dico ꝙ virtus adqri pōt per actus ꝛ nō adquiritur cōiter per vnum actū saltem virtꝰ moralis quicqd sit de intellectuali de qua nō curo mō tamen nec de ipa puto ꝙ adquiratur per vnum actum siue itellectus principij si ponatur habitus siue sciētia de cōclusiōe. Quādo dicis ꝙ plures actus nō sunt siml' Dico ꝙ verū est nec simul etiā totꝰ habitus sed gradatim sicut dictum est supra. Unde dico ꝙ non oꝫ dare illā solutionē ꝙ vltimo actu in virtute aliorū adquiritur habitꝰ. Et ꝯtra hoc bn̄ arguitur. Nec valet exēplū qd̄ adducitur de cauatione lapidis ab vltima gutta. Nā quelibet gutta facit qd̄ suū est in virtute ꝓpria precedētes vltimā scꝫ disponendo ꝛ mollificādo lapidem ꝛ vltima auferendo partē lapidis ꝛ expellendo. ¶ Ad illud qd̄ additur ꝙ vltimus actus quādocūqꝫ est imperfectior ꝛ ex minori conatu qꝫ alij precedentes. Dico ꝙ verūtamen est aliquid perfectius totum ex eo ꝙ precessit de habitu ꝛ qd̄ aduenit qꝫ illud solum quod prefuit. Nec oportet ymaginari ꝙ actus sit nobilior habitu vel eo quod habetur de habitu cōsequenter vel concomitanter ad actum quia actus sicut dictum ē supra non ē causa effectiua totalis habitus imo nec causa effectiua nisi forte per modum dispositionis necessitatis que non est ratio recipiendi. ¶ Ad quartum dico ꝙ actus per quos adquiritur habitus vel mediantibus quibus nō debent dici virtuosi: quia nō consequuntur habitum. Nec viciosi tamen sunt eiusdem rationis cum illis qui postea sequūtur habitum ꝛ denominātur vel dicūtur virtuosi. ¶ Ad quintū dico ꝙ actus ille mediante quo adquiritur habitus est prior natura habitu: ꝛ est in re cū hitu quādo hitus adqritur. Nec oꝛꝫ ꝙ dicatur ꝟtuosꝰ qꝛ nō seqtur ꝟtutē sꝫ magis ecōuerso. Simil'r etiā forte nō oporteret ꝙ eēt cū hitu qꝛ nō ē cā eiꝰ ꝓprie vt

Ad mo. 1. opi.

dictum est supra: sed nõ curo de ista solutiõe teneo
me cũ prima. ❡ Ad sextum dico ꝙ iusticia origia
lis erat habitus superadditus nature hominis licz
non esset adquisitus sicut dictum est in scdo ⁊ ꝙ̃tuz
ad hoc ꝙ nõ erat adq̃situs nõ est simile de ip̃o ⁊ no=
stris ꝟtutibus adq̃sitis. Hec de primo articulo.

qđ i gña ❡ **Quantum ad secundũ ar/**
tiõe ꝟtu= ticulum. Est vna opinio vni⁹ doctoris ꝙ in gñatio
tis ꝑnci= ne virtutis moralis principalius se habet intelle=
pali⁹ se ctus vel aliquid se tenẽs ex parte intellectus ꝙ̃ vo
habeat. luntas. Obiectum enĩ vt apprehensum per intelle
1. opi. ctum ⁊ ꝫm formam quã dat sibi apprehensio ẽ illđ
vnde actus habet ꝑncipaliter suam bonitatem vel
maliciam moralem sicut dicit ⁊ nõ ex volũtate vel
aliquo alio. ❡ Secũdo dicit ꝙ vtriqꝫ scilicet tã vo=
luntati ꝙ̃ rõni attribuẽda est imputabilitas actus
moralis licet magis ꝯueniẽter attribuatur volun=
tati vel magis cõmuniter. ❡ Primũ ꝓbat multis
vijs. Primo sic. Ex illo principalius ⁊ verius hẽt
actus bonitatem moralẽ ex quo habet naturã ⁊ spe
ciem suam ⁊ a quo specificatur. Nam bonitas mo
ralis vel malicia sequũtur ip̃am substãtiã actus vł
speciem ꝫm perfectionem ⁊ ĩperfectionẽ actus. Sz
ab obiecto per rationem apprehẽso / vt bonum vel
malum habet actus suam speciem effectiue ⁊ etiaz
terminatiue. Unde ex ip̃o specificatur sicut motus
ex termino ad quem. 5. phisicoꝝ. ⁊ potentia ex actu
5. phisi. ⁊ secũdo de anima. Et qꝛ actus diuersificãtur ꝫm di
2. de aĩa uersitatem obiectorum ⁊ nõ ex volũtate q̃ est potẽ=
tia pure passiua ⁊ mere receptiua talis act⁹. ꝙ̃ ⁊c̃.
Potentia enĩ passiua nõ perficit actũ nec largitur
sibi perfectionẽ: sz magis ecõuerso actus talẽ potẽ
tiam perficit. ergo ⁊c̃. ❡ Secũdo sic. Ab illo ẽ bo=
nitas vel malicia moralis in actu per cõformitatez
vel difformitatem dicitur actus bonus moraliter
vel malus. Sed hoc est per obiectum a rõne appre
hensum. Nam si voluntus ꝯformiter velit ad ratio
nem rectam vel obiectum dictatũ per rõnem rectã
eo ip̃o bene vult ⁊ actus bon⁹. Si difformiter act⁹
est malus. ergo ⁊c̃. ❡ Tertio sic. Ab illo hz actus
voluntatis suam bonitatẽ vel maliciam moralẽ qđ
est per se mensura ei⁹. Sed hoc est obiectum appre
hensum sicut etiã obiectũ est mensura actus sciẽdi.
quinto metaphi. ⁊ habitus etiã. ergo ⁊c̃. ❡ Quar
to sic. Bonitas moralis in actu precipue dependet
ex lege diuina. Patet. Sed ad intellectum practi
cum seu ad obiectum eius apprehensum precipue
pertinet lex diuina sicut dictamẽ quoddam practi=
cum vel obiectum dictatũ a ratione recta. ergo ⁊c̃.
❡ Quinto sic. Si voluntas daret suo actui boni=
tatem moralem ⁊ illã nõ haberet ex obiecto appre
henso. Sequeretur ꝙ oĩs act⁹ voluntarius esset bo
nus vel malus moraliter sicut esset volũtarius ⁊ ita
nullus eẽt actus indifferens qđ est falsum ⁊ contra
illa que dicta sunt in scdo. Leuare enĩ festucam sic
absolute est act⁹ indr̃ns ⁊ nõ videtur hoc nisi ex ob
iecto. ❡ Ultimo cõfirmatur hoc per auctoritatem
scripture Osee. 9. Facti sunt abhominabiles sicut
⁊ ea q̃ dilexerunt. Ecce ꝙ act⁹ hz maliciã moralez
ex obiecto suo nõ ex voluntate diligente. Uñ nõ di
Osee. 9. cit scriptura. Facti sunt abhominabiles qꝛ ea dile=
xerunt sed qꝛ dilecta obiecta sunt ⁊ erãt abhomia=
bilia. ❡ Sic ꝙ̃ dicerẽt isti ꝯñter ꝙ sicut intellect⁹
vel aliquid se tenẽs ex parte eius puta obiectũ ap=
prehensum ꝫm formã rõnis dat actui bonitatẽ vel
maliciã moralẽ ⁊ non voluntas ip̃a cũ sit pure pas=
siua sic principaliter concurrit ad generationẽ vir=
tutum moralium ⁊ voluntas nõ ꝯcurrit sicut mere
passiua ⁊ receptiua actus sui ad quẽ ꝯñter vel con=
comitanter gñatur habitus moralis virtutis nõ in
ip̃a sed in appetitu sensitiuo ex motione volũtatis
⁊ ratione ꝑncipaliter vel potius obiecti per ratio=
nem apprehensi. ❡ Secũdum declarãt scz ꝙ actus
habet imputabilitatẽ ex vtroqꝫ scz voluntate ⁊ ra=
tione qꝛ per vtrũqꝫ habet hõ ꝙ actus nõ solum ex=
terior sed etiam interior sequẽs plenã deliberatio=
nem sit ĩ sua potestate per hoc ꝙ ꝫm istas potẽtias
potest reflecti super suos actus ⁊ deliberare plene
quid sit eligendum vel nõ. Tamẽ ĩputabilitas ista
magis ⁊ cõmunius attribuitur voluntati ꝙ̃ ratiõi
quia voluntas propinquior est actui exequendi ꝙ̃
ratio. ideo ⁊c̃.

❡ **Contra istã opi**nionem intẽdo pri=
mo arguẽ ⁊ postea
aliter ad istũ articulũ respondere ⁊ ad rationes opi ꝯ ꝑcedẽ
nionis. ❡ Contra opinionẽ dico primo ꝙ ip̃e pre opiniõẽ
supponit vnum fundamẽtum falsum ⁊ ꝑiculosuz ⁊
excõicatum scz ꝙ voluntas respectu sui actus elici
ti qui est velle qui solus formaliter ⁊ primo est mo=
ralis ꝫm istos sit pure passiua. Per hoc enĩ tolliẽ
omne meritum ⁊ demeritũ ⁊ omnis imputabilitas
actus sicut ostẽdi in scdo. Et ideo dico ꝯñter ꝙ to=
ta opinio vel positio est falsa. ❡ Tamẽ arguo ꝯtra
eam. Primo sic. Ip̃i dicũt ⁊ bene ꝙ actus volũta=
tis formaliter ⁊ primo solus est moralis: ⁊ alij act⁹
non sunt morales nisi ꝫm participationẽ aliquam
vel habitudinẽ ad talem actum. Tũc sic. Uolũtas
dicitur bona moraliter vel iusta ex actu suo bono
moraliter: et similiter mala vel ĩiusta ex actu malo
vel iniusto moraliter. ptz ꝫm oẽs. Sed null⁹ dr̃ ma
lus vel ĩiustus moraliter ex eo solũ ꝙ patitur iniu= 5. ethico.
stum vel malũ. Patet. 5. ethicoꝝ. Nã iniustũ ⁊ ma=
lum patitur quis nolẽs ergo volũtas respectu act⁹
moralis boni vel mali nõ solum est passiua sed etiã
actiua. Alioqñ non esset per ip̃m iniusta. Si dicas
ꝙ nõ est iniusta ex hoc precise ꝙ patitur: sed ꝙ vo=
luntarie patiẽ ⁊ posset impedire ne hoc ab obiecto
pateretur. Dico ꝙ ex hoc seq̃tur semꝑ aliqua acti=
uitas volũtatis respectu actus sui: ⁊ ita bonitas vł
malicia in actu est ex actiuitate volũtatis. ❡ Se=
cundo sic. Habitus vel actus essentialiter electiu⁹
habet moralitatem ex voluntate vel potentia ele=
ctiua non minus ꝙ̃ ex ratione vel ex obiecto vt vi=
detur. Nam a voluntate habet ꝙ sit voluntarius.
Si autem non sit voluntarius impossibile est ꝙ sit
moralis. Sed habitus vel actus moralis est electi=
uus sicut et habitus vel actus moralis virtutis se=
cundo Ethicorum. ergo ⁊c̃. ❡ Tertio sic. Ab illo
non habet totaliter actus ꝙ sit moraliter bon⁹ cir=
ca quod idem existens potest esse moraliter actus
malus. Patet quia oportet ꝙ ex aliquo distingua
tur actus moraliter bonus ab actu moraliter ma=
lo. Sed circa idem obiectum non variatum omni=
no presentatum per rationem potest esse actus mo
raliter bonus vel malus. Puta circa dare elemo=
sinam vel subuenire pauperi quia si propter finem
bonum fiat secũdum alias circũstantias est act⁹ bo
nus. Si propter finẽ malum est actus malus. Dico
malicia ꝯtria bonitati morali rõe positiue circũstã=

tie male nō solum malus malicia priuatiua ꝓpter
carentiam debite circūstantie.ergo ⁊c̄. ¶ Quar=
to sic. Ab illo principalius habet esse actus bonus
vel malus a quo habet ꝙ sit meritorius vel demeri
torius magis ꝙ̄ ab alio ⁊ etiā imputabilis ad lau=
dem vel premium vel ad vituperiū ⁊ penam. Sed
hoc habet magis a voluntate ꝙ̄ ab obiecto. Obie
ctum eñ ꝙ̄tūcunqꝫ presentatū per rationē nō agit
nisi mere naturaliter ⁊ libere ⁊ determiate ad vnū
ꝙ̄tum est ex parte sua nec est liberū habens in po=
testate ip̄m actū sed volūtas ip̄a. quare ⁊c̄. ¶ Hoc
potest confirmari per auctoritatem philosophi .2.
ethicorū. Ubi querit questionē de per se causa vir=
tutis ⁊ determinat eā dicens ꝙ electio est principa
2. Ethi. lis causa. Electio aūt per se ꝑtinet ad voluntateꝫ
licet ꝯsiliatio pertineat ad rationem ⁊ p̄cedat. Uñ
⁊ Cōmentator ibi dicit. Justus eñ vere est q̄ vult
⁊ agit iusta ⁊ temperatus similiter ⁊ prudens ⁊ for
tis. ¶ Similiter ista est determinatio philosophi
scd̄o ethicoꝝ ⁊ Cōmentatoris ⁊ lyncoñ. Similiter
hec est intētio Anselmi de casu dyaboli. Ubi dicit
Necesse est in voluntate iusta concurrere ꝙ velit ⁊
Ansel. qūo quatenꝰ se temperet et subdit vt scilicet ꝑ hoc
ꝙ volet liberum arbitriū possit modum excedere.
Per hoc autem ꝙ iuste nolit vel nō velit excedere.
Ecce ꝙ expresse attribuit modū ⁊ excessum in qui=
bus consistit virtus ⁊ viciū attribuit volūtati. Uñ
quia ad voluntatem principaliter ⁊ libere pertine=
ret modificare actū. Dico ꝙ ab ip̄a p̄ncipalit̄ actꝰ
habet moralitatem ⁊ imputabilitatem ⁊ nō ab ob=
iecto vel rōne: ⁊ per ꝯn̄s ꝙ voluntas multo princi=
palior est in generatione virtutis moralis ꝙ̄ obie=
ctum vel ratio apprehendens.

¶ Quantū igitur ad istum articulū. Dico p̄rio ꝙ actꝰ
Opi. p̄=p̄a doct. moralis voluntatis pōt habere triplicem bonitatē
Unam que est bonitas nature que ꝯuertitur cū en=
titate ⁊ istam habet ex seip̄o formaliter ex suis per
se causis causaliter de ista non est sermo. Secūdaꝫ
bonitatem habet q̄ dicitur bonitas ex genere. ⁊ est
bonitas ista in actu ex obiecto cōueniēte. Ex hoc
eñ ꝙ actus trāsit sup̱ obiectū ꝯueniēs ꝫm iudiciū
rationis recte siue sit finis siue ordinabile in finem
dicitur esse actus bonus ex genere ⁊ ista prima bo
nitas moris: ⁊ dicit̄ bonitas ex gñe q̄ꝛ bonitas ista
non ꝯtrahitur ex obiecto ad aliquam specialem bo
nitatem moralem. Sed sicut genus cōtrahibile est
per quācunqꝫ differentiam suā ad speciē. Sic etiā
bonitas ista ex obiecto ꝯtrahibilis per aliquas cir
cunstantias ad bonitates speciales morales. Hāc
aūt bonitatem ex obiecto habet actus vel habitus
formaliter ex habitudie ad obiectū tale vel ex seip=
so in ordine tamen habitudine actuali vel aptitudi
nali ad obiectum causaliter habet eam a suis cau=
sis. Tertia bonitas est actus qui dicitur perfecte
moralis ⁊ ista formaliter ꝯsistit in integritate ꝯue=
nientie actus debite ꝫm omnes circūstātias q̄ pos=
sunt ⁊ debēt inesse ꝫm iudiciū rōnis recte. Quarū
prima est precipua ⁊ videtur esse circūstantia finis
cōueniēs. Alie vero sunt multe vt circūstantia mo
di agendi ⁊ temporis ⁊ loci ꝯueniētis ⁊ huiusmodi
quādo fit actus ꝓpter qd̄ oportet ⁊ vbi oportet. ⁊c̄.
Ita ꝙ bonitas moralis in actu est integritas cōue
nientie actus ꝫm oēs circūstantias debitas inesse.
Nec videtur dicere ista bonitas nisi modificationē
actus ꝫm oēs circūstātias. Ita ꝙ bonitas moralis
in actu nō videt̄ dicere nisi cōformitatem actus ad
rationem dictātem tales circūstantias vel habitu=
dines plures siue relationes ad finem ꝯueniētem ⁊
alia ꝫm que dicitur actus circūstātionari: licꝫ actꝰ
vel habitus moralis in se ꝙ̄tum ad suam substātiā
⁊ naturam cui insunt tales habitudines vel respe=
ctus sit aliquid absolutum ⁊ de prima specie quali
tatis ⁊ ꝙ̄tum ad illos respectus vel illum respectū
Dicit Aristoteles. 7. phisicoruꝫ ꝙ virtus est aliq̄d
⁊ similiter de actu virtutis potest dici. ¶ De mali
ciis aūt p̄me ⁊ scd̄e bonitati oppositis Ptꝫ ꝙ actꝰ
tunc est malus ex genere qñ trāsit sup̱ obiectum dis
conueniēs ꝫm iudiciuꝫ rōnis recte qd̄ nec est finis
cōueniēs nec ordinabile in talem finem ꝯuenientē.
Similiter etiā actus est malus moraliter loquēdo
de malicia priuatiua quādo caret aliqua circūstan
tia debita in esse ꝫm iudicium rationis recte. Sed
loquēdo de malicia ꝯtraria tunc est malus qñ non
solum caret circūstantia debita: sed etiā habet cir=
cunstantiam ꝯtrariam: vt quādo nō solum nō ordi
natur in finem debitum sed etiam quādo fit ꝓpter
malū finē vt dare elemosinā ꝓpter vanā gl̄iaꝫ ⁊ hꝰi.
¶ Ad ꝓpositū igitur dico ꝙ cū predictas ꝯditio
nes bonitatis vel malicie moralis principalꝰ ha= Resolu=
bet actus vel habitus moralis a voluntate sicut a tio.
potentia electiua dñatiua ⁊ libera ⁊ imperatiua ꝙ̄
a ratione vel intellectu potentia ꝯsiliatiua ⁊ persua
siua seu ab aliquo pertinēte ad itellectū. Puta ab
obiecto app̄hēso sicut patet per ratiōes adductas
superius ꝙ ad generationem virtutū moraliū p̄nci
palius ꝯcurrit voluntas ꝙ̄ intellectus vel aliq̄d se
tenēs ex parte intellectus cuiusmodi est obiectum
apprehensum.

¶ Ad primum aliorum quādo dicūt ꝙ ab eodem est moralitas Ad di=
actus ⁊ species vel natura specifica ipsius Dicitur cta. 1. opi
vno modo ꝙ ista ꝓpositio nō est vera: quia tunc se= nio.
queretur ꝙ sicut substātia actus est principaliter a
deo / ita etiam malicia eius moralis esset a deo ⁊ sic
peccatum p̄ncipaliter esset a deo. Ad maiorem cū
dicitur ꝙ species actꝰ est ab obiecto app̄henso: ita
ꝙ ex ip̄o actus specificatur nō ex voluntate. Dr̄ ꝙ
aliquo mō verum est ꝙ̄tum ad innotescētiā q̄ꝛ eniꝫ
obiecta magis variātur ꝙ̄ voluntas ⁊ sunt aliquo
modo priora magis īnotescit dr̄a specifica actuum
ex obiectis ꝙ̄ ex voluntate. Nō tamē sequitur pro
pter hoc ꝙ obiectū sit p̄ncipalior causa actꝰ ꝙ̄ volū
tas ip̄a. Causa dico effectiua īmo ꝫm aliquos nul
lo modo est causa effectiua nec totalis nec nec par
ticularis ꝫm alios: licꝫ sit particularis nō tñ est p̄n
cipaliter sed magis volūtas ip̄a in cuiꝰ p̄tāte libe=
ra est ⁊ ita seq̄tur oppositū ꝯclusiōis ex rōne ducta
ad oppositūꝫ. Qñ dicūt ꝙ motus distinguūtur ex
terminis. Alias dixi de hoc ꝙ ad eundem terminū
specie pōt esse aliꝰ ⁊ aliꝰ motus spē. Uñ ⁊ ꝯmētator Cōmen.
dicit. 5. phisicoꝝ ꝙ distinctio motuū uel motꝰ ꝑ ter
minos non est formalis sed magis materialis. Uñ
dicit ꝙ motus habet duplicēꝫ ꝯsiderationē qm̄ ꝫm
materiam est in genere eius ad qd̄ est motꝰ ꝫm aūt
formam id est ꝫm ꝙ est transmutatio cōiuncta cum
tp̄e est in predicamēto passionis. Et Aristo. ponit Aristo.
motū in tribus gñibus q̄ꝛ tria genera sunt materia
motus. Materia circa quā ꝓsatur motus scilicꝫ vt
circa terminū. Ecce ꝙ motus ē aliud formal̄r a forma

Auicen. vel termino. Et hoc etiā dicit Auicē. 2. phisicorū.
ca. 3. Abhorreo inquit dicere ꝙ nigrescere sit qua=
litas ⁊ augeri quātitas. Imaginantur ergo falsuȝ
aliȷ ꝙ motus sit idem cū forma. Et dato ꝙ ymagi=
nantur ipm esse idem vel nō idem nō habent ꝓpo=
situm q̄ꝛ si est idem tunc causaliter nō distinguitur
a termino sicut nec idem est causa suiipius. Simi=
liter etiam nō sic se habet actus ad obiectum q̄ꝛ nō
est idem sibi. Si non est idem Dico ꝙ nec distingui
tur principaliter a termino sicut nec causatur: sed
magis a mouente. Ita dico ꝙ actus a volūtate ꝑn
cipaliter agente. Quod dicūt vltra ꝙ actus varia
tur ſm variationem obiectorum. Dico ꝙ istam va
riationem formaliter ⁊ intrinsece habent actus ex
seipsis cāliter vero magis ꝑncipaliter vel forte to=
taliter a voluntate: licȝ sit vna idistincta ꝑ modum
cause equiuoce respectu plurium effectuū. Innote
scenter vero magis ex obiectis sicut potētie ex acti
bus suo mō. Quod dicūt vltimo volūtatem eē pu
re passiuam falsum est ⁊ periculosum dictum sicut
ostensum est in secūdo. ¶ Aliter dicitur ad primā
rationem totalem ꝙ ⁊ si aliquid concludat nō con=
cludit nisi de bonitate naturali actus nō aūt de bo
nitate morali. Alia est enim bonitas moralis act⁹
Alia bonitas naturalis sicut supra est ostensum.
Et diceretur ꝙ aliunde habet actus vnam ⁊ aliun
de aliam. Moralem vero ꝑncipaliter habet ex vo
luntate intendente in finē ⁊ circūstantionatā libere
actum suum ſm predictas circūstantias sicut ostē=
sum est supra. ¶ Ad secūdum ꝑncipale ipsorum di
citur vno modo ꝙ licet bonitas moralis in actu vo
luntatis nō possit esse sine cōformitate ad dictamē
rationis recte vel saltem cū difformitate q̄ꝛ si actus
est difformis rōni etiā nō recte semper ē moraliter
malus: tamē ex hoc nō sequitur ꝙ bonitas vel ma=
licia moralis principalius sit in actu ex ratione sed
magis ex voluntate causante libere ⁊ voluntarie in
actu suo talem conformitatē vel difformitatem ad
rationem. Ita ꝙ bene cōformitas vel difformitas
accipitur ex ratione sicut relatio ex termino: sed nō
sicut ex principali causa vel principio. ideo ⁊c̄. Ali
ter dicitur ꝙ intellect⁹ practicus vel ratio practica
in sua rectitudine. Iudicādo depēdet ex appetitu
finis. Ita ꝙ rectum iudiciū practicū ꝑsupponit in
voluntate appetitū finis boni: ⁊ ita adhuc princi=
palis causa rectitudinis ⁊ rationis practice ⁊ act⁹
moralis in voluntate. Voluntas ipa ⁊ appetitus
tendens libere in talem finem. Qꝛ aūt appetitus fi
nis sit principiū intellectus ⁊ rationis practice. pȝ
6. Ethi. sexto ethicorum in ꝑncipio. ¶ Ad tertiū dicit ꝙ
ꝙtum ad bonitatem vel entitatem naturalem / vel
etiā ex genere actus voluntatis mēsuratur ex obie
cto sicut ⁊ actus intellectus suo modo: sed ꝙtuȝ ad
bonitatem moralem magis mensuratur ex voluta=
te libere intendente finem ⁊ ponētem circūstantias
circa actū vel magis causatur ⁊ principali⁹ vt ostē
sum est supra. ¶ Ad quartū de lege dico ꝙ nō con
cludit nisi ꝙ a rōne vel obiecto dictato per rationē
dependet actus moralis tanꝙ ex cōsiliante vel diri
gēte. Sȝ hoc nō est pricipali⁹ causare actū vel ha=
bitum moralem sed magis a voluntate imperante
⁊ mouēte vt dictum est supra. Obiectum enim cuȝ
sit indifferens ſm se ad actum bonū vel malum mo
raliter nec sit liberum nō potest esse causa principa
lis ⁊ determiātiua moralitatis i actu ponēdo ipaȝ
in actu imo nec ratio ipa licet possit dictare. Et isō
sicut dicitur. 9. metaphi. requiritur voluntas ⁊ pro
heresis sicut principale determinās hoc fieri vel nō
¶ Ad quintū qn̄ dicūt ꝙ nullus actus esset indif=
ferens Dico ꝙ imo sicut apparuit in secūdo. Quā
do dicis ꝙ nō q̄ꝛ quilibet est voluntari⁹ ⁊ causat⁹ a
voluntate. Ita tibi dico cōtra te ꝙ quilibet eēt cau
satus ab obiecto. Si igitur ex obiecto apprehenso
habet actus moralitatem: ita bene sequitur ꝙ qui=
libet est bonus vel malus ⁊ nullus indifferēs. Di=
co ergo ꝙ est aliquis actus indifferens a voluntate
ita bene sicut ab obiecto esse posset. Nam volūtas
potest actum suū elicere indifferentē circa aliquod
obiectum. Ita bene sicut per te posset ipm recipe=
re ab obiecto. ¶ Ad vltimuȝ de auctoritate. Dico
ꝙ peccatores facti sunt abhomiābiles sicut ea que
dilexerunt. Non q̄ꝛ malicia moralis sit principali=
ter in actu ipsorum ex obiecto sicut ex causa: sed q̄ꝛ
cognoscitur abhominatio eorum ex obiectis abho
minabilibus dilectis vel finibus: licet ꝑncipali⁹ sit
a voluntate diligente. Unde magis causaliter lo=
quendo. Facti sunt abhominabiles ex malis volū=
tatibus ex malis obiectis. Unde ⁊ circa obiectum
malū ⁊ abhominabile sicut circa fornicari vel adul
terari potest aliquis habere bonum actū ⁊ merito
rium detestādo ⁊ odiēdo ipm. Et similiter circa ob
iectum bonum pōt habere actum malum detestan
do ipm vel etiā actum malum ſm arbitriū volunta
tis. Unde dico ꝙ ipa est ꝑncipalis causando actuȝ
bonum vel malū moraliter: ⁊ per ꝯn̄s ad gn̄ationē
habitus moralis cōcurrit ꝑncipalius ꝙ intellect⁹
vel aliquid se tenēs ex parte intellect⁹. ¶ Ex pre= Correlarium.
dictis apparet ꝙ imputabilitas actus debet attri
bui voluntati soli sicut soli potētie libere rōne cui⁹
actus est in potestate agentis ⁊ per ꝯn̄s ꝓmiabilis
vel punibilis: ⁊ sic imputabilis ad laudem vel pre=
mium vel ad vituperium vel penā. Unde ⁊ ipa so=
la volūtas ſm Anselmum punietur sicut dictuȝ est
in secundo. Hec de secūdo articulo.

¶ Quātum ad tertium arti/ De sufficientia virtutum 1. opi.
culum An scilicet in nobis sufficiāt virtutes adq̄si
te cū theologicis vel sit necessariū ponere alias in=
fusas cū theologicis ⁊ adquisitis i nobis. Est vna
opinio ꝙ sic. ita ꝙ oportet ponere aliquas ꝩtutes
infusas ⁊ eodē modo nominatas cum adquisitis si
cut iusticiam infusam ⁊ prudentiam ⁊ fortitudineȝ
⁊ temperantiam. ¶ Quod ꝓbant. Tum q̄ꝛ sicut
ſm virtutes adquisitas oportet hominem ordina=
ri ad ciuilitatem vel policiam iuxta se ⁊ temporalē
Ita per aliquas infusas oportet eum ordinari ad
ciuilitatem supernam ⁊ supra se ad ciuilitatem bea
titudinis vt videtur. ¶ Secundo quia ſm exigen
tiam finis accipienda sunt ea que sunt ad finem. er
go sicut ad finem naturalem ꝯn̄dum. Puta ad feli
citatem naturalem requiruntur virtutes naturali=
ter adquisite. Sic ad felicitatem vel finē supernatu
ralem requirūtur virtutes supernaturaliter ifuse.
¶ Tertio q̄ꝛ nō minus ꝑficit de⁹ paruulū i baptis
mo per cōparationē ad alios actus ꝙ per cōpara=
tionem ad actuȝ credendi: q̄ꝛ actus iuste ⁊ temꝑate
operandi necessarius est sicut ⁊ act⁹ credēdi. ꝙ non
minus ifundit paruulo ceteras ꝩtutes ꝙ fidem vt
videtur. ¶ Quarto q̄ꝛ sicut in voluntate req̄ritur
virt⁹ ifusa ad bene mouēdū ⁊ oꝑandū puta caritas

Ita in appetitu sensitiuo ad seruiendū. quare ꝛc. Et dicuntur iste infuse morales nō qꝛ ex more: sed quia versantur circa materiam moraliuꝫ. Secūdo dicūt ꝙ iste ꝟtutes infuse sunt alterius rōnis a virtutibus adquisitis qꝛ nō vident necessitatem ponēdi eas si essent eiusdem rationis.

ꝫ ꝓcedē. opi. **Sed istam** opinionem nō teneo. Non em̄ video aliquā necessitatem ponēdi tot habitus vel virtutes in nobis. Tū quia non videtur probabile ꝙ paruulus a batismo suo sit prudens habitualiter ꝛ temperatus ꝛ fortis ꝛ huiusmodi. Tum qꝛ sufficere videtur ad omnia supernaturalia ꝙ intellectus per fidem perficiatur ꝛ voluntas per spem ꝛ caritatem ꝙtum ad portionē superiorem. Tum qꝛ nec appetitus sensitiuus nec alie virtutes imediate versantur circa aliqd supnaturale sed tantum circa passiones vel operationes naturales licet oēs respiciant finem remotū supernaturalēꝫ. Et qꝛ non sunt ponēda plura sine necessitate vel rationis vel cogentis auctoritatis nō pono eas sicut nec ponerē fidem ꝛ caritateꝫ que tamē magis viderentur ponēde nisi haberem de ipis cogentes auctoritates scripture ꝛ sanctorū. opi. doc. Dico igitur ꝙ sufficiunt virtutes adquisite cū theologicis nec alie sunt ponēde. Et dico ꝙ inter virtutes adquisitas quatuor dicūtur cardinales que sunt inter alias principales ꝛ ad quas alie reducūtur. Et dicūtur cardinales a cardine. Nam sicut hostiū in cardine voluitur sic tota vita humana in istis virtutibus ꝛ ſm ipas circa materias ipsarum dꝫ volui. 4. ꝟtutes car. Et sunt quatuor in genere/ scꝫ prudentia/ iusticia/ fortitudo/ ꝛ temperantia. Quarū sufficientia accipitur sic. Uirtus em̄ cardinalis aut est intellectiua perficiens intellectum/ ꝛ sic est prudentia. Aut moralis vel appetitiua/ ꝛ sic vel perficit appetituꝫ seu voluntateꝫ in ordine ad alterū: ꝛ sic est iusticia que est circa operatiōes ad alteruꝫ. Aut perficit hominem in ordine ad seipm̄. Et hoc dupliciter vel ꝙtū ad appetitum irascibilē: ꝛ sic est fortitudo vel ꝙtū ad concupiscibilem: ꝛ sic est temperantia.

ad moti. 1. opi. **Ad primum** aliorū. Dico ꝙ non reqritur necessario aliq̄ virtus īfusa etiam theologica ad ordinandū hominē ad illam ciuilitatem supernaturalem ex natura rei sed tantum ex ordinatione diuina ꝛ ꝙtum ad hoc ꝙ requirūtur si tn̄ alique requirūtur sufficiunt virtutes theologice que habent deum pro obiecto immediato ꝛ fine. Alie vero adquisite sufficiūt respectu aliorum obiectorum ꝛ finium īmediatorū. Eo modo ad secūdum. Ad tertiū Dico ꝙ nō decet ꝙ sic infundantur alie ꝟtutes sicut fides/ ꝛ spes/ et caritas ipsis paruulis in baptismo: qꝛ non sunt ita nobiles ꝛ perfecte: ꝛ sunt etiam adquisibiles ꝑ actꝰ ꝙtum sufficit ad perfectionem vite hūane. Ad quartum Dico ꝙ sufficiunt impressiones habituales adquisite in appetitu sensitiuo que nō sunt virtutes vere: ꝛ formaliter dicēdo ad hoc vt bene obtemperet voluntati. Nec ipa caritas ponitur necessaria in voluntate ad bene imperandum: quia nihil facit ad actum sicut dictum est supra: sed tantū ponitur ibi sicut quidam decor ꝛ ornatus spiritualis sine quo deus ordinauit nō acceptare aliquē actū.

Adrōes ꝓncipa. **Ad primum principale** Dico ꝙ natura non sic inchoat virtutē ꝙ aliquid virtutis habeat formaliter ꝛ in actu nisi mediāte actu quo adquirit eam: sed solum sicut habet principia. ꝛ ideo sicut potest inchoare per illa principia adquisitionem virtutis/ ita ꝛ perficere ꝛ nihil cōtra me. Ad secūdum dico ꝙ natura nō deficit in necessarijs ꝙtum ad naturalia sed ꝙtum ad superuenientia: ꝛ precipue tales habitus nō dat nisi principia ꝛ hoc sufficit nec in hoc deficit. Ad tertium dico ꝙ viciū nō est inaturale sic ꝙ priuet vel destruat naturam ꝛ aliquid quod inest a natura: ꝛ ideo non oportet ꝙ ꝟtus insit a natura: sed bene qꝛ est preter vel contra iudicium rationis. ideo ꝛc.

Distinctionis trigesimetertie. Questio Tertia.

Tertio quero vtꝝ omnes virtutes morales cōsistant in medio circa passiōes. Uidetur ꝙ nulla virtꝰ sit circa passiones. Illud qđ est habitus firmus ꝛ certus non est circa aliquid variabile et mutabile. Sed virtus est habitus certus imo certior omni arte ſm philosophū Passiones vero sunt variabiles ꝛ mutabiles. ꝗ ꝛc. Secūdo sic. Qua ratione virtus esset circa vnā passionem eadem ratione circa passionem contrariam moderando ambas ꝛ mediādo inter eas. Sꝫ hoc est falsum. Tum qꝛ oporteret contrarias passiones simul stare quod est impossibile. Tum qꝛ habitus virtutis nō sic est cōtrariorum sicut habitus scientie ſm philosophū quinto ethicorū. Nam habitus ꝟtutis determinate inclinat in vnū per modum nature. ergo ꝛc. 5. ethico. Tertio sic videtur ꝙ nulla virtus cōsistat in medio qꝛ qđ est extremum non est medium nec ꝯsistit in medio. Sed virtus est extremum. Uiciū vero aliud vel malicia. ergo ꝛc.

Contra secūdo ethicorum. Dicit philosophus ꝙ ꝟtus est mediū inter duas malicias. Qꝛ aūt circa passiones sint oēs virtutes morales: videtur eē planū de alijs a iusticia. 2. Ethi. Sed de iusticia etiā q̄ versatur circa passiones vꝫ manifestū qꝛ opationes ad alterū nō pn̄t bene moderari vel mediari, nisi moderētur passiones. Patet manifeste. ergo ꝛc.

In ista questione sic ꝓcedā

Primo inquirā vtrū oēs virtutes morales sint circa passiones moderādas. Secūdo vtrū oīs consistant in medio vel nō. Tertio quale sit illd medium. Ultimo ad rationes.

Quantum ad primū vide/tur fuisse ꝛ esse opinio aliquoꝝ ꝙ oēs ꝟtutes morales sunt circa passiones / etiam iusticia de qua minus videtur. ꝟtu. mo. an circa passiōes 1. opi. Ad hoc adducuntur rationes. Omnis virtus moralis mediat aliqd vel moderat seu reducit ad medium. Sed hoc nō videtur nisi aliqua passio. ergo ꝛc. Secūdo sic. In subiecto impassibili non potest esse aliqua virtus moralis nec adquirit ꝛ vnde ꝛ subiecto adquirēti virtutem moralem repugnat īpassibilitas. Sed hoc non est nisi qꝛ ꝟtutes morales sūt circa passiōes. ꝗ ꝛc. Tertio sic. Si aliq̄ ꝟtꝰ nō eēt circa passiōes/ hoc maxie

videretur de iusticia. Sed iusticia est circa passiones siue legalis siue particularis. De legali patet. Nam ipa precipit actus virtutũ que versantur circa passiones sicut ⁊ lex. Unde ⁊. 5. ethicorum dicit
5. Ethi. philosophus ꝙ lex ꝑcipit que fortis sunt facere. puta non derelinquere aciẽ nec fugere vel abijcere arma. Precipit etiã q̃ tempati sunt. puta nõ mechari ⁊ huiusmodi: ergo versatur circa passones ipa legalis iusticia. Similiter etiam legalis iusticia non est pars virtutis sed tota virtus. Cũ ergo alie virtutes sint circa passiones/ videtur etiã ꝙ iusticia q̃ est tota virtus. ¶ Quarto sic. ⁊ est de particulari iusticia. Homo debet magis amico ꝙ̃ alijs. Nullus aũt debet eẽ ita amicus alteri sicut sibiipi: ⁊ ita nõ minus ex iusticia debet bonũ sibiipi ꝙ̃ alteri. Sed bonum suiipius nõ põt esse sine moderantia passionum. igitur ex iusticia tenetur moderare passiones non solum alicuius sibi ꝯiuncti sed etiam suiipsius ⁊ ita iusticia est circa passiones vt videtur ⁊ per cõsequẽs oẽs ꝟtutes morales sunt circa passiones.

¶ Sed dico aliter ꝙ̃tum ad hunc articulum ꝙ virtutes morales non
opi. doc. sic absolute loq̃ndo sicut dicũt isti sunt circa passiones sed alie ꝟtutes a iusticia sunt circa passiões magis/ magis per se ⁊ directe vel ĩmediate circa operationes ad alterum siue illud alteꝝ sit cõitas sicut iusticia legalis siue ꝑsona singularis sicut iusticia particularis: licet etiã mediate ⁊ scd̃ario bene sit circa aliquas passiones. Primũ pꝫ sicut etiã ꝓbat philosophus scd̃o ethicorũ circa eandẽ materiam hñt esse vicia opposita ꝟtutibus ⁊ virtutes qꝛ circa eãdem materiam bene se hñdo fit homo ꝟtuosus male hñdo frequẽter fit viciosus. Sed vicia opposita virtutibus alijs a iusticia sunt circa passiões. Puta delectatiões vel tristicias/ timores vel audacias ⁊ huiusmodi vt pꝫ. ergo ⁊c̃. ¶ Secũdo sic. Circa illa hñt esse virtutes ꝑdicte que ꝓsequendo vel fugiendo fimꝰ deteriores vel meliores/ Sed iste sunt passiones vt delectationes vel tristicie ⁊ huiusmodi passiones vt pꝫ. ergo ⁊c̃. ¶ Tertio sic. ꝓpter delectationes ꝯñdas mala opamur ⁊ ꝓpter tristicias vitandas a bonis recedimus. Ex quo pꝫ ꝙ necesse est virtuosum sic se hr̃e ad delectatiões ⁊ tristicias ⁊ huiusmodi passiones ꝙ nec ꝓpter delectatiões cõsequẽdas malũ faciat qd̃ fit per temperãtiaꝫ nec ꝓpter tristicias vitãdas a bono recedat: ⁊ hoc fit per fortitudinẽ ⁊ sic sunt tales virtutes circa hmõi passiones. ¶ Quarto sic. Delectatio est nobis a principio vite ꝯplãtata ⁊ incorporata ⁊ per ꝯñs ad hoc ꝙ in nobis moderetur ⁊ etiã refrenet faciliter videtur requiri aliq̃s habitus ⁊ hoc nõ nisi habitus virtutis moralis que est de bono ⁊ de dissimili ex parte operis. ergo virtus moralis circa passionẽ versatur sicut circa materiã suã ꝓximam ĩmediataꝫ ⁊ ꝓpinquam. ¶ Nota hic ꝺm Aristotelem virtutes
Nota. non sunt ĩpassibilitates sed moderatiue passionuꝫ. Unde ⁊ virtuosi non sunt ĩpassibiles sed passiones moderãtes. Et hoc idẽ tractat Augustinꝰ. 9. de ciuitate capitulo quarto ⁊ quinto vide ibi. ¶ Aduertendũ est tñ ꝙ licꝫ oĩs virtus moralis ꝑficiẽs hoĩeꝫ versetur circa passiones moderandas nõ tamẽ oẽs circa easdem. puta circa voluptates vel delectationes ⁊ tristicias sed diuerse circa diuersas ⁊ isto modo sunt circa passiones vt circa aliqua moderabilia vel modificabilia per ipas vel actus iparum/ ⁊ hoc siue tales passiones sint in voluntate vel in appetitu intellectiuo vel in appetitu sensitiuo. Uerũ est tamen ꝙ si passiones moderabiles ponantur in voluntate ꝙ ĩmediatius respiciuntur ⁊ moderantur a virtute ꝙ̃ passiones appetitꝰ sensitiui. ¶ Secundo notandũ est ꝙ nõ sic ꝑcise virtus moralis respicit passionẽ q̃n aliquo modo respiciat operationem vel interiorem que est operatio volũtatis ꝺm virtutem ⁊ de tali operatione nõ est sermo qꝛ planũ est ꝙ quelibet virtus suã operationeꝫ sic ĩmediate respicit sed non sicut materiam sꝫ magis sicut actũ ꝓprium siue etiã exteriorẽ operationẽ sicut operationes ĩperatas mẽbrorum exteriorũ ad quas voluntas virtuosa mouet. De iusticia aũt que perficit hominem ad alterũ. Dico ꝙ nõ est sic ĩmediate circa passiones ad alterũ reddendi scꝫ alteri quod suũ est mediãdo ⁊ modificãdo tales opationes ꝺm philosophum quinto ethicoꝝ: ⁊ de vtraꝗ iusticia hoc dicit. Unde ibidẽ ca. 4. postꝙ̃ ostẽdit aliam eẽ iu- 5. Ethi.
sticiam legalem a particulari ⁊ in iusticias ipis oppositas eẽ alias ⁊ diuersas ꝙ ambe in eo ꝙ ad alterum habent potẽtiam. Puta circa operationẽ statuendo in ea mediũ ꝺm debitas circũstantias operatio aũt ad alterũ passio non est vt patet. Unde distributio vel cõmutatio non est passio sed operatio vel actus quidam. Dico tamẽ ꝙ qꝛ frequẽter cõcomitantur passiones quibus nõ moderatis nõ ẽ perfecta iusticia. ¶ Sed ad opera ĩiusta mouetur q̃s
ex passionibus que sunt principia operationũ sicut Nota.
ex ira ad occidendum vel dãnificandum ⁊ ex cõcupiscentia oculorum ad furandũ vel rapiendũ iniuste ⁊ ex cõcupiscentia carnis ad mechãdum cũ vxore primi ⁊ faciendo sibi talem iniusticiam cõcomitanter vel secũdario. Iusticia respicit passiones inꝙ̃tum virtutes cõcomitantes que sunt circa passiones vt fortitudo ⁊ temperãtia ⁊ hmõi Iuuãt iusticiam vt predictum est quoquoᵒ vel etiã inꝙ̃tum legalis iusticia precipit actus virtutũ sicut superius est adductum ⁊ ꝓbatum per philosophũ in arguendo pro opinione aliorum. ¶ Uñ circa ꝑdicta ẽ ad-
uertendum ꝙ virtus potest intelligi versari vel eẽ ꝟtus cir
circa aliquid tripliciter. Uno modo per se ⁊ primo ca aliq̃d
Secũdo modo ꝑ se nõ primo. Et tertio modo per ꝟsaꝝ tri
accidẽs. Ita ꝙ nec per se nec prĩo. ¶ Primoᵒ tẽ- pliciter.
perantia est circa medium rationis in delectationibus ꝺm gustum vel tactuꝫ: ⁊ fortitudo circa mediũ timoris ⁊ audacie/ ⁊ iusticia circa mediũ iustum in operatione ad alterum: ⁊ sic de alijs suo modo.

¶ Secũdo modo temperantia ⁊ fortitudo sunt circa obiecta passionum quas moderãt: ⁊ iusticia circa obiecta operationum. ¶ Tertio modo iusticia est circa passiões per accidens scilicet modo supradicto inꝙ̃tum fortitudo ⁊ temperantia que moderant passiones concomitãtur perfectam iusticiam ⁊ iuuãt ipam/ ⁊ iusticia ipa ꝺm equalitatem que debetur ad alteruꝫ imperat actus rectos ⁊ media predictarum virtutum obseruari in passionibus circa quas versantur ꝑfate virtutes. ¶ Et similiter etiã apparet ex dictis ꝙ tempantia ⁊ fortitudo sunt circa operationes per accidẽs inꝙ̃tũ moderãt passiones sine quibus moderatis nõ sunt operatiões perfecte: sed de facili deficiunt a medio iusticie. quare ⁊c̃. ¶ Sic ergo patet ꝙ non vniformiter iusticia et alie virtutes sunt circa passiones: sed multum differenter.

ad rōnes 1. opi.

¶ Ad primū aliorum dico q iusticia per se primo mediat operationē non passionē sed alie moderant passiones. ¶ Ad secundum dico bene q virtutes non sunt impassibilitates nec adquirūtur in subiecto impassibili cōmuniter: sed nō propter hoc oportet q quelibet moderet per se primo passiones sed q possit cōcomitari passionē: quare rc. ¶ Ad tertium dico q bene concludit iusticiam legalē versari per accidēs vel remote circa passiōes pro quāto imperat actus illarum virtutum que versant circa passiones. ¶ Ad quartū de iusticia particulari dicēdum q proprie loquēdo non est alicuius ad seipsum sed ad alterū. Unde nec est proprie et per se circa passiones nisi quia faciliter hoc deuiat a iusto particulari debito alteri nisi sit moderatus in seipso q̄tum ad passiones per alias virtutes sicut ostēsum est supra. Hec de primo articulo principali.

ōis virt⁹ moralis an ↄsistat in medio 1. opi.

¶ Quātum ad secūdum articulum videtur q non omnis virtus moralis cōstet in medio. ¶ Primo quia magnanimitas r virginitas r paupertas sunt virtutes: r tamē omēs iste tenēt extremū. Prima honoris secūda in abijciendo voluptates venereas omnino. tertia in abijciendo diuitias tēporales. ¶ Secūdo quia passiones sunt simplices r indiuisibiles r tote simul in instāti sicut etiā Aristoteles dicit in. 4. ethi. de visione. ¶ Tertio quia virtutes intellectuales non consistunt in medio sed circa vnitatem indiuisibilem. ¶ Quarto quia si consisterent in medio oporteret q illud medium esset reale sicut r virtutes sunt reales r maxima bona quibus nullus male vtitur ꝫm

August.

Augustinū. 2. de libero arbitrio r sic quelibet virtus moralis semp esset in medio reali: r per consequēs pūctuali r indiuisibili r inuariabili quod est falsum. ¶ Quīto quia de extremo ad extremū nō est transitus nisi per medium: r per cōsequēs si virtus mediaret inter duas malicias de vna malicia vel de vno vicio nō esset trāsitus ad aliud nisi p virtutem. ¶ Sexto quia iusticia non cōsistit in medio duarū maliciarum. Auferre eñ ab aliquo plus q̄ suū vel accipere vitium est vel vitiosum sed accipere vel recipere minus non est vitium vt p3: ꝫ rc.

Modus aucto.

¶ Sed his non obstantibus dico cum philosopho. 2. ethicorū q omnis virtus moralis consistit in medio r ponit medium in passionibus vel in operationib⁹. Et loquor de moralibus adquisitis: non autē de theologica morali q̄ est caritas: si tñ ē moralis. ¶ Hoc declaro sic. Uirtus excludit a passiōe vel operatione superabundātiam r defectum ꝫm dictamen rationis rectum. Patet. 2. ethicorū. Sed hoc nō est aliud q̄ virtutē constare in medio r ponere mediū ergo rc. ¶ Scdo sic. Sicut bonū regulati r mēsurati est qd non excedat regulam r mēsuram nec deficiat ab ipa sicut patet i artificiato respectu artis Sic bonū morale est qd nō excedit nec deficit a mēsura sua que est ratio recta operantis. Sed hoc est stare in medio ꝫm debitas circūstantias: ergo rc. ¶ Tertio sic. Uirtus est moderatiua vel modificatiua passionis vel operationis sicut dictū est supra Sed tale moderare vel modificare nō est nisi ponere medium vitādo superabundātiam r defectū ergo rc. ¶ Dico igitur q virt⁹ quelibet moralis in

Resolu.

medio consistit vel circa mediū. Sed quomodo est hoc intelligēdum. Dico q non est intelligēdū virtutem vel actū virtutis esse formaliter quoddā medium inter extremas passiones vel operationes inequales quasi aliquid compositū ex ipsis. Et ita ipsam virtutē formaliter in medio consistere p hunc modum. Sed magis intelligitur stare in medio vl circa medium obiectiue vel quasi effectiue pro tanto: quia habētem virtutem non permittit excedere nec deficere ꝫm passionem vel in operatione. Uirtus eñ existens formaliter in voluntate mediante actu suo elicito imperat appetitui sensitiuo r refrenat ipsum ne excedat in passione vel deficiat sicut nec fortitudo excedat per audaciā vel deficiat per timorem sed passionē audacie r timoris temperat vt mediocriter r ꝫm q oportet audeat r etiam passionem timorem vt moderate fortis timeat r vt homo. Nec oportet q simul semper insint iste due passiones quando inest actus fortitudinis sed sufficit q altera insit per talē actum tēperata vel possit inesse. Sic igitur dico etiā de alijs suo modo q virt⁹ quelibet moralis consistit in medio ponēdo mediū predictu3 r amouēdo superabundātiam r defectū in passione vel operatione.

quale sit medium virtutū.

¶ Sed vt expediam me etiā de tertio articulo qui satis est ꝓximus isti secundo articulo quale medium est istud mediū. Dico q aliud r aliud medium ponitur in virtutibus circa passiones ad seipm r in iusticia que est ad alterum. Nam in primis ponitur mediū rationis qd dicitur pro tanto medium rationis nō: quia sit tm̄ ens rationis sed quia dictatum est a ratione recta Sic q nō distat equaliter ab extremis sicut mediū rei distat equaliter: licet etiam dictatū sit a ratione sed ipsum medium rationis plus accedit ad alterū extremorum r debet accedere ꝫm rationē rectā et patet in exemplo. Nam medium qd obseruat tēperantia est medium rationis: quia eñ proni sumus naturaliter ad prosequēdum delectationes r superabundātias ipsarū delectationes dico ꝫm gustum et tactum ratio recta dictat q virtus obseruās medium in delectationibus magis debet elongare se a superabundantia talium q̄ a defectu. Similiter etiā quia difficile est aggredi terribile et proni sumus ad resiliendū ratio recta dictat q fortitudo vl fortis obseruās medium in aggressione terribiliū magis debet elongari a timore q̄ ab audacia r sic dico de istis virtutibus q consistūt in medio rationis. ¶ Sed de iusticia dico q cōsistit in medio rei qd quidem sic dicitur non quia nō sit iudicatū a ratione: sed quia equaliter ꝫm proportionē aliquam reale3 tale mediū distat ab extremis r est idē apud omnes. Non sic medium rationis. Et hoc declaratur sic. Est eñ ꝓportio arismetica r ꝓportio geometrica r varie ꝓportionalitates inter istas. Proportio eñ habitudo duorum terminorum vel duorum extremorū. Sed proportionalitas est habitudo duarū ꝓportionū r similis habitudo. Et quia proportionalitas nō potest esse in paucioribus terminis q̄ in tribus in quibus oportet esse medium ideo proportionalitas etia3 medietas nominatur.

ꝓportio ꝓportionalitas.

¶ Notandū ergo q in proportionalitate geometrica proportiones sunt equales sed illud in quo extremū vel terminus vnius proportionis differt vl distat ab alio termino vel extremo non est equale il

Nota de proport. geo.

li in quo terminus alterius proportionis differt ab alio verbi gratia quaternarij ad binarium est proportio dupla et octonarij ad quaternariũ similiter. Sed illud in quo differunt quaternarius et binari⁹ nõ est equale illi ĩ quo differũt quaternari⁹ et octonari⁹: qz octonari⁹ excedit q̃ternariũ ĩ quatuor: sed quaternarius nõ excedit binarium nisi in duobus. Binarius autẽ non equatur quaternario. Similiter etiã si ponatur proportionalitas geometrica in quatuor terminis vt inter terminos vnius proportionis. 16. et 8. et terminos alterius proportionis. 6. et tria vel quatuor et duo. In proportionalitate vero arismetica proportiones sunt inequales et dissimiles: sed differẽtie terminorũ sunt equales vt patet in proportionalitate q̃ consistit inter duas proportiones quarũ vna est ternarij ad binariũ et alia quaternarij ad ternarium: quia proportio ternarij ad binariũ est sesquialtera sed quaternarij ad trinariũ est sesquitertia: et tñ quaternari⁹ nõ distat a trinario nisi in vnitate sicut nec trinarius a binario.

resolutio de medio virtu. ¶ Ad propositũ igitur applicãdo dico sicut patet quinto ethicorũ q medium qd est equale et iustũ in operatione ad alterũ in iusticia cõmutatiua et forte etiam in iusticia legali de quo tñ non curo qz nec de hoc facit ibidem Aristoteles mẽtionẽ accipitur ɓm proportionalitatẽ arismeticam: quia differentie terminorum dati et accepti sunt equales ɓm q̃titatem. Unde si accipio a te decẽ debeo tibi dare valorem istorũ decẽ: et econuerso ɓm iusticiam cõmutatiuam. ¶ Sed medium in iusticia distributiua accipitur ɓm equalitatẽ proportionalitatis geometrice. Nam per iusticiam distributiuã sic debẽt aliqua distribui. Puta bona cõmunitatis psonis vtilibus cõmunitati q proportio bonorũ distributorum inter se equalis sit proportioni personarum quibus distribuuntur vt si psona plus valet in duplo cõmunitati q̃ alia plus detur sibi in duplo q̃ alijs. Non tñ oportet q differẽtie terminorum sint equales quia plus datur vni q̃ alteri sicut termin⁹ vnius proportionis in proportionalitate geometrica in plus excedit alium q̃ alius alterius proportionis excedat alium. Non sic est in iusticia cõmutatiua que respicit equalitatem q̃titatis ɓm valorem dati et accepti. Et ita licet inter personas possit esse inequalitas proportionis: non tñ debet esse inter terminos proportionũ sed debet esse equalitas simpliciter dati et accepti quasi inter differentias terminorum.

ad rõnes aliorum. ¶ Ad primũ in contrarium per quod probatur q virtus non cõsistit in medio. Dico q magnanim⁹ querẽdo maximos honores non excedit medium rationis: qz non querit maximos honores simpliciter et absolute sed statum suum vel ad personam decentes et ɓm qd oportet et quando oportet et propter qd oportet: licet ergo querat et intẽdat honorem maximum sibi conuenientẽ: non tñ excedit quia non querit honorẽ maximũ vel tantum honorem q̃tus est debitus maiori se vel meliori hoc eñ esset superbia. ¶ Ad illud de virginitate dico q tenet medium non rei sed rationis qz abstinet quomodo oportet et quãdo oportet et propter quod oportet. Et similiter de paupertate. Uñ et recta ratio dictat sic abstinere declinando ad aliud extremũ eo q multum sumus proni et inclinati ad delectationes venereorum et huiusmodi.

¶ Ad secũdum dicitur q licet passiones ɓm se et in essentia sua sint simplices et indiuisibiles et sic in eis non sit dare medium tñ aliquomodo ɓm magis et minus per accidẽs variantur inq̃tum ɓm diuersas circũstantias inuenitur eis magis et minus: et p consequẽs medium et sic virtus tenet mediũ in passionibus. Aliter videtur michi dicendum q passiones et licet possint esse simul tote in instanti nec sint diuisibiles in partes successiuas sicut motus tñ diuisibiles sunt intra se et possibiles intẽdi vel remitti: et per consequẽs mediari et ad mediũ redigi ɓm dictamen rationis recte et hoc etiam dicit cõmẽtator. 2. ethicorũ cõmento. 10. vbi facit istud argumẽtum et soluit. ¶ Ad tertium nõ est simile de virtute intellectuali et morali sicut patet. Uirtus eñ intellectualis consistit immediate circa obiectũ suum inuariabile ɓm q huiusmodi. Puta circa veritatẽ que vt sic est inuariabilis. Non sic autẽ moralis sed circa passiones et operationes variabiles. Unde et virtus intellectualis mensuratur ab obiecto. Sed virtus moralis magis mensurat et modificat obiectum vel passionẽ. ¶ Ad quartũ dico q illud medium in iusticia est reale modo supradicto et ĩ alijs est medium rationis et dico q cõuenientius est hoc q̃ q omniũ esset medium reale sicut patuit supra. Uerũ est tñ q vtrũq est reale: quia nõ est ens rationis tñ sed extra intellectũ. ¶ Ad quintum dico q per motũ continuum nõ proceditur ab extremo in extremũ nisi per medium distantie interiacẽter vel per medium cõpositum ex extremis essentialiter ordinatũ inter extrema in cõparatione ad talem processum vel motum. Modo dico q nec virtus est tale mediũ inter duas malicias nec etiã est talis processus vel motus continuus a vicio in vicium: quare etc. ¶ Ad sextum dico q licet iusticia in propria materia medium teneat eo modo quo dictum est supra: non tñ sicut alie virtutes inter duas malicias licet eñ imputetur homini ad vicium q nimis vel parum timeat vel audeat et huiusmodi: non tñ homini imputatur ad vicium q minus q̃ suum commutando recipiat: licet sibi imputetur ad vicium q plus q̃ suum accipiat. vel etiã dici potest q sicut in delectationibus homini imputatur ad viciũ q nimis delectetur et non imputatur in vicium q modicũ vel omnino non delectetur in delectationib⁹ venereis. Sic in proposito. Unde nec q̃tum ad hoc oportet q iusticia semp cõsistat ĩ medio: quare etc.

¶ Ad primum principale quã do dicis q habitus certus et inuariabilis non est circa variabile. Patet de scientia. Dico q sicut de variabili ɓm aliquã rationẽ inuariabilem potest esse scientia sic circa passiones variabiles ɓm q reducuntur ad medium rationis et ad medium rei modo supradicto potest esse virt⁹ et immobilitare aliquo modo circa tale medium. ¶ Ad secundum dico q eadem est virtus moderatiua cõtrariarum passionum sicut eadẽ fortitudo moderatiua audacie et timoris sicut suo modo inter cõtraria est idem mediũ et idem motus. Unde et eiusdẽ virtutis est moderare cõtraria et intẽdere vnum et remittere. Tu dicis virtus non est circa contraria. Uerum est tanq̃ circa principaliter intẽta virtute sed magis circa mediũ. Tu dicis contraria non sunt simul. Dicitur q verum est sub suis excellentijs et ita nec passiones: sed non Ad argumẽta principalia.

curo de ista solutione. Dico ꝙ contraria possunt esse simul redacta ad medium ⁊ etiā sub suis excellētijs sicut superius est ostēsum. ¶ Ad tertiū dico ꝙ virtus facit vnum extremū cōtra vicium: ⁊ ideo nō potest esse medium vel cōsistere in medio qđ participat ratione viciorum vel maliciarum vel constituatur ex malicijs sicut etiam nec inter aliquas virtutes potest esse vicium medium: bene tamē potest esse medium per abnegationem duarum maliciarū ponendo medium qđ nec superabundat nec deficit ſm iudicium rationis recte et in tali medio pōt cōsistere: ideo ⁊c.

¶ Distinctionis Trigesimequarte. Questio Unica.

Circa distictionem Trigesimāquartā quero vtrū virtutes dona beatitudines ⁊ fructus sint idē habitus per essentiam. ¶ Uidetur ꝙ virtutes ⁊ dona nō sint idem habitus. Primo quia illa q̄ non similiter diuiduntur non sunt idem. Sed virtutes diuiduntur in infusas ⁊ adquisitas dona autem nō sic diuidūtur. Nam omnia dona sunt infusa: vt videtur: ergo ⁊c. ¶ Scđo arguitur de donis ⁊ virtutibus ex vna parte ⁊ beatitudinibus ex alia: qꝛ virtutes ⁊ dona sunt septē sed beatitudines sunt octo. Mathei. 5. ergo ⁊c. ¶ Tertio de fructibus hoc idem ꝙ non sunt idem cū alijs: qꝛ
Ad Galath. 5. fructus sunt duodecim ad Galathas quinto. Fructus autē spiritus ⁊c. Sed nulla aliorum est in tanto numero: ergo ⁊c.

¶ **Contra** quia nō videtur necessarium ponere tot habitus. sufficiunt eñ pauciores vt dicetur infra. Cum ergo non sint ponenda plura sine necessitate videtur ꝙ non sint habitus distincti.

¶ In ista questiōe sic ꝓcedā.

¶ Primo ponā vnā opinionē de questione ⁊ aliā iuxta eam q̄tum ad virtutes dona ⁊ beatitudines et arguam cōtra eas. ¶ Secūdo ponā aliam ⁊ declarabo eam ⁊ simul dicam aliquid de fructibus. ¶ Tertio instabo contra dicta ⁊ soluam. ¶ Ultimo ad rationes principales.

7. virtutes capitales. ¶ **Quātum ad primum.** Notandū ꝙ septem ponūtur virtutes capitales in nobis quarum sunt tres infuse ⁊ quatuor cardinales adquisite: scꝫ fides spes caritas prudentia iusticia
7. dona. fortitudo ⁊ tēperantia. Septem etiaꝫ ponuntur et enūerātur dona ab ysaya. 11. vbi dicit de Christo. Requiescet super eū spiritus sapientie ⁊ intellect⁹ spiritus consilij ⁊ fortitudinis spiritus sapientie ⁊
Beatitudines. 8. pietatis ⁊ spiritus timoris domini. Beatitudines vero nominantur octo. Mathei. 5. vbi dicit. Saluator. Beati pauperes spiritu beati mites beati q̄
Math. 5 lugent beati qui esuriunt ⁊ sitiūt iusticiam. Beati misericordes. beati mūdo corde. beati qui persecutionē patiuntur propter iusticiam. Et tenetur cōmuniter ꝙ vltima nō ponit in numerū cum alijs sꝫ est declaratiua aliarum. Signū est eñ probatiuuꝫ et declaratiuum aliarū beatitudinū quando homo sustinet persecutionē propter iusticiam. Unde nō sunt nisi septem beatitudines proprie in numerum ponētes. Et dicūtur beatitudines non quia formaliter ⁊ in actus nos beatos efficiant: sed quia meritorie quasi ad beatitudinē nos disponūt ⁊ ordināt
¶ Fructus autē spirit⁹ ad Galathas. 5. enumerātur. 12. attendēdo ad vocabula vel nomina ipsorū. Fructus spūs. 12.
Sunt eñ caritas / gaudiū / pax / patientia / longanimitas / bonitas / benignitas / māsuetudo / fides / modestia / continētia / castitas / vtrum vero sunt tot ſm rem quot sunt ſm nomina vel vocabula magis inferius apparebit. Et dicūtur ista fructus pro quāto sunt aliqua bona delectabilia habentibus ipsa. 1. opi.

¶ **Hoc premisso** dicūt aliqui quorū opinio videtur ꝓbabilis inter alias quas nolo tenere ꝙ ꝟtutes dona ⁊ beatitudines ⁊ fructus sunt aliqua essentialiter distincta. Sed virtutes ⁊ dona dicūt habitus beatitudines vero magis dicūt actus virtutū perfectarū per dona vel potius ipsorū donorum. Unde ⁊ ſm omnes beatitudo in actu consistit magis q̄ in habitu: fructus vero sunt delectationes consequētes tales operationes quasi illa que capiuntur ⁊ consequuntur operationes perfectas virtutū ⁊ donoruꝫ sicut operationē perfectam consequitur vel concomitatur delectatio. ¶ Qꝫ autē virtutes ⁊ dona sint habitus essentialiter distincti declarāt: quia dona eleuant ad actum perfectiorē q̄ possent facere virtutes vnde ⁊ dāt operari modo superhumano ⁊ quasi supnaturali sicut virtutes modo naturali / ⁊ ideo sicut virtus heroica distinguitur cōtra virtutē simplicē eo ꝙ modo excellenti facit operari / quasi modo diuino ſm philosophum. Sic dona a virtutib⁹ multo magis distinguntur. Qꝫ autem beatitudines sint actus patet per modum loquendi Saluatoris Mathei. 5. vbi enūerādo beatitudines ponit multos actus. Sed ꝙ fructus sint delectationes cōsequētes patet etiam ex predictis.

¶ **Secundus modus** dicēdi est in parte conueniens cū isto: tū in parte discordans ꝙ virtutes dona ⁊ beatitudines sunt habitus essentialiter distincti ita ꝙ beatitudines nō dicūt actus sed habitus 2. opi.
¶ Hoc declaratur sic. Nam sicut circa delectationē pōt aliquis male se habere triplici modo scilicet modo humano ⁊ ꝯmuni modo superhumano et magis excedēte ⁊ modo humano in superlatiuo vel quasi in summo nō curās quomodocūqꝫ vel cū quocunqꝫ vel cū quacunqꝫ attingat delectationem etiam cōtra modum ⁊ instinctū nature sic circa materiam virtutis potest aliquis se habere tripliciter bene. Unomodo humane ⁊ modo cōmuni sicut cōmuniter se habēt virtuosi respectu materie virtutꝫ Secūdomodo superhumano ⁊ excellēti vel speciali ⁊ tertio modo in humano ⁊ diuino quasi ⁊ superexcellēti sicut ponitur exemplum ꝙ circa materiā fortitudinis aggrediēdo terribile potest aliquis se habere modo humano aggrediendo terribile cū tristicia tñ ⁊ dolore. Tamē propter bonum cōmune ne cadat in vicium sustinēdo tristitia. Secūdomodo qñ sustinet tristitia vel aggreditur terribilia cuꝫ leticia ⁊ gaudio ⁊ exultatione sicut plures martires hoc fecerunt ⁊ hoc est superhumane. Tertiomodo ihumane ⁊ quasi diuino modo quādo seipsuꝫ totaliter negligat q̄tum ad carnē ⁊ corpus ⁊ exponit se spō

te mori et ad sustinendum tristiã et optat ⁊ deside-
rat sicut fecit Laurentius et Paulus desiderabat
dissolui ⁊c. ¶ Ad actuƺ ergo bene se habẽdi circa
materiam virtutis / primomodo necessaria est for-
titudo virtus sed ad actum se habendi secundomo
do necessaria est fortitudo donũ. Sed ad actum se
habendi/ tertiomodo necessaria est fortitudo bea-
titudo qua homo sic aggreditur terribilia non cu-
rans sustinere tristia ac si iã esset beatus ipsa despi
ciendo: ⁊ sic de aliȷ̈s donis ⁊ virtutibus et beatitu
dinibus suo modo.

ꝯ ꝓcedẽ. opi. ¶ Contra istos modos dicẽdi pro quanto
cõueniunt q̃tum ad dona ⁊ vir
tutes arguitur. Et similiter ꝯtra secundũ pro quã
to ponit beatitudines esse habitus ⁊ distinctos ha
bitus a virtutibus ⁊ donis. ¶ Primo sic. Si vir-
tutes ⁊ dona sic distinguuntur sicut dicũt primi ⁊ vl
tra beatitudines ipse sicut dicunt secũdi sequit̃ ꝙ
dona sint habitus perfectiores q̃ȝ virtutes ⁊ simili
ter beatitudines perfectiores habitus q̃ȝ dona ⁊ ꝑ
consequẽs q̃ȝ virtutes. Sed hoc est falsum: q2 cari
tas virtus est excellẽtissimus ⁊ nobilissimus habi-
Apl̃us ⁊ August. tus inter omnes sm Apostolum. 1. ad Corinth. 13.
⁊ sm Augustinũ. 15. de trinitate: ꝫ ⁊c. ¶ Secũdo
sic. Si dona essent habitus sic distincti a virtutibꝰ
sicut ponũt primi ⁊ beatitudines vltra sicut dicũt
secundi. Ita ꝙ virtus daret operari modo huma-
no ⁊ donũ modo superhumano ⁊ beatitudo modo
inhumano cũ circa eandem materiam nõ possit ho
mo simul operari modo humano ⁊ superhumano ⁊
inhumano. Nec sit necessariũ si potest operari mo-
do superhumano ꝙ operetur modo humano vel si
potest modo inhumano ꝙ operetur modo suꝑhu-
mano vel humano. Sequeretur ꝙ virtutes non sta
rent cũ donis sm primos ⁊ ꝙ virtutes ⁊ dona non
starent: sed omnino superfluerẽt cum beatitudini-
bus in habẽte beatitudines Hoc est falsũ. ¶ Ter
tio sic. Si ista distinguerẽtur ab inuicẽ sicut ponũt
illi siue primi siue secũdi hoc non esset nisi propter
diuersos modos operãdi circa materiam virtutis.
Sed hoc non est necessariũ. Nam ad actũ perfectis
simum operãdi circa materiaƺ virtutis sufficit vir
tus perfectissima sicut ad actum perfectum ꝑfecta
virtus ad actũ perfectioreƺ perfectior ad actũ per
fectissimũ perfectissima. Non ergo oportet ponere
alios habitus vt videtur. Et cõfirmatur per Ari-
Aristo. storelem qui virtutẽ heroycam vel perfectam non
distinxit a virtute imperfecta vel minus ꝑfecta tã-
q̃ȝ inter aliquos habitus alterius ⁊ alterius ratio-
nis vel sicut inter perfectum ⁊ perfectuƺ: quia et in
actu perfecte virtutis posuit stare felicitateƺ. Nec
posuit alium habitum necessarium ad actum felici
tatis vie nisi prudẽtiam q̃tum ad felicitatẽ politi-
cam ⁊ ciuilem vel sapientiam q̃tum ad felicitateƺ
speculatiuã. ¶ Quarto sic. Si virtutes et dona et
beatitudines sic distingũtur sm modos agendi hu
mane ⁊c. Cum circa materiam cuiuslibet particu-
laris virtutis cõtingat agere illis tribus vt videt̃
sequitur ꝙ circa quãlibet materiam cuiuslibet vir
tutis erit donũ aliquod ⁊ beatitudo aliqua ⁊ sic tot
erunt virtutes quot dona ⁊ econuerso quod tñ nec
primus nec secundus cõcederet. ¶ Quinto sic: q2
aliquibus vidẽtur illa verba parabolica de modo
agendi humane ⁊ inhumane. Homo eñ quicquid
agit recte ⁊ sm rationẽ rectam humane agit et sm
ꝙ homo: ⁊ ideo ex illis modis agẽdis parabolicis
non debet accipi vt videtur distinctio habituũ pre
dictorum. ¶ Sexto contra rationẽ primi ꝙ beati-
tudines sunt actus: q2 beatitudo ⁊ felicitas in actu
consistit. 4. ethicorũ videtur esse: q2 beatitudines 4. ethic.
ille nõ propter hoc beatitudines dicuntur: q2 actu
et formaliter beatos nos faciant. Non enim lugere
vel persecutionẽ pati vel esurire vel sitire faciunt
homĩes actu ⁊ formaliter beatos: igitur ex hoc ar-
gui nõ potest ꝙ beatitudines sint actus. ¶ Simili
ter etiã septimo cõtra illud quod dicunt secundi ꝙ
oportet panere fortitudinẽ donum ⁊ habitũ distin
ctum a fortitudine virtute ad aggrediendũ ⁊ susti
nẽdum delectabiliter tristia videtur contra philo-
sophum in. 2. ethicorum. Ad hoc eñ videtur suffi- 2. ethico.
cere fortitudo virtus perfecta. Nam in scđo ethi-
corum dicit ꝙ signũ generati habitus est superue-
niens delectatio. Et similiter Gregorius ꝑmo mo Grego.
ralium dicit ꝙ fortitudo donũ dat confidẽtiam tre
pidanti. Et hoc idem attribuit Aristoteles fortitu
dini virtuti. 3. ethicoruƺ vbi dicit ꝙ fortitudo facit 3. ethico.
in pauidũ in periculis. Facere autẽ in pauidum in
periculis est prestare cõfidentiam: igitur non sunt
virtutes distincte. Si dicas ꝙ immo quia fortitu-
do virtus facit cum tristicia sed fortitudo donũ cũ
delectatiõe ⁊ gaudio vel leticia sicut etiã dicit phi
losophus. 3. ethicorũ de fortitudine virtute ꝙ actꝰ
eius est cũ tristicia. ¶ Ad hoc respondet Lyncoñ. Lyncoñ.
tbidem ꝙ q̃tum est ex parte obiecti ⁊ materie actꝰ
est tristis: quia obiectum est tristabile vel cõtristãs
Sed q̃tum est ex parte fortis ⁊ perfecte virtuosi ꝑ
cipue actus est delectabilis sicut immediate proba
batur per philosophũ. 2. ethicorum. Sic ergo non
vidẽtur stare ꝑdicti duo modi dicẽdi. ¶ Aliȷ̈ sunt
modi multi dicẽdi quos ponit Tho. in scripto suo
vide ibi. Hec de primo principali.

¶ Quãtum ad secũdum arti 3. opinio
culũ dicitur aliter q̃tum ad dona ⁊ virtutes ꝙ nõ quãtenꝰ
sunt habitus per essentiã differentes sed septẽ do- doctoꝝ.
na sunt idem habitus cũ septem virtutibus: q2 sm
ipsos sapientia est idem habitus cũ caritate cõcer
nendo spẽ qua tenditur in deum ⁊ expectat̃. Quod au
tem sapiẽtia donũ sit habitus cũ caritate. Proba-
tur per illud. Dilectio dei honorabilis sapientia et
neminẽ diligit deus nisi cum quo sapientia inhabi
tat. Similiter etiã q2 caritas est illa virtus que fa- nota hec
cit sapere de deo ⁊ de diuinis. Donũ vero sciencie de. 7. do
⁊ intellectus sunt idem habitus cum fide: aliter tñ nis.
et aliter se habẽte: quia donum intellectus idem est
cuƺ fide de articulis fidei quasi de principiȷ̈s. Sed
donũ scientie est idem cum fide explicita quo dono
sequuntur ea que sunt fidei ⁊ possunt deduci ex ar-
ticulis sic ꝙ rationabiliter etiã cõtra alios possint
defensari ⁊ sustineri. Donum vero consiliȷ̈ est idem
habitus cum virtute prudẽtie. Donum pietatis cũ
virtute iusticie perfecte ad deũ ⁊ ad proximũ donũ
fortitudinis idem habitus cũ virtute fortitudinis
donũ timoris cum virtute tẽperantie precipue q̃-
tum ad partem sui que dicitur humilitas re uerẽtie
Aliȷ̈ tñ conuenientes cum predictis q̃tum ad qua
tuor vltima. Dicũt ꝙ tria prima non sunt idẽ habi
tus cuƺ virtutibus infusis sed cũ tribus adquisitis
intellectualibus: q2 donum sapientie cũ virtute in
tellectuali que dicitur sapientia. Donũ intellectus

cum virtute que dicitur intellectus precipue circa principia agibilium. Sed donū scientie idem cum virtute scientie circa ista inferiora. Sapientia vero (6. ethi.) magis circa diuina ꝛ altissima. Patet .6. ethicorū quia nō videtur istis multum probabile ꝙ sapiētia sit idem qđ caritas cum sit virtus intellectualis nō appetitiua ꝛ iste modus vltimus michi placet ma-(Habitꝰ.)gis. ¶ De habitudinibus vero probabile videtur michi cū alijs ꝙ non sint habitus sed magis actus virtutū vel donorum sicut etiam rationabiliter videtur per modum enumerādi ipsorū a saluatore in quo plurimi exprimūtur actus. Verū est tamen ꝙ ab aliquibus etiam ponūtur idem habitus cū donis ꝛ virtutibus. Ita ꝙ idem habitus dicatur virtus in cōparatione ad actum dicatur donū inq̄tū a spiritu sancto gratuito datum vel datus: qꝛ omne datum optimū ꝛ omne donū perfectū ꝛc̄. Dicatur beatitudo pro quāto ad beatitudinē nos disponit: sed quomodocūqꝫ se habeat siue sic siue nō beatitudines virtutibus ꝛ donis correspondēt. Sed quomodo: quia diuersimode dicitur a diuersis ꝛ nō est magna difficultas in hoc trāseo gratia breuitatis (Fructus) ¶ De fructibus dicitur ꝙ aliqui fructus sunt passiones consequētes operationes perfectas virtutū vel donorum ꝛ inter illos duo sunt cōmunes omnibus talibus operatiōibus ꝛ eis correspondēt scilicet gaudium ꝛ pax. Gaudiū quod est delectatio ex causa positiua. Pax que magis ꝓuenit ex amotione impedimēti. Aliqui vero fructuum sunt habitꝰ et sunt idem cū virtutibus infusis sicut fides cū fide virtute ꝛ caritas cū caritate ꝛ longanimitas cū spe. Alij septem fructus ꝫm aliquos sunt idem habitus cū septem donis ꝛ virtutibus vel actus ipsorū vel delectationes speciales cōcomitantes actus ipsorum ꝛ consequētes: quomodo autē correspon-(Resolu.)deant dimitto gratia breuitatis. ¶ Q̄tum igiꝛ ad articulum mouētur isti ad ponēdum ꝙ dona ꝛ virtutes sunt idem habitus per essentiam ꝛ adhuc ꝫm alios beatitudines simul: quia non vidēt necessitatem ponēdi tot habitus distinctos. Nec ad hoc habēt cogentē auctoritatem ꝛ ꝙ possint dici idem habitus: licet diuersimode nominentur. Patet sicut alij etiam dicūt ꝙ multa istorum sunt diuersi habitus licet eodē nomine nominētur sicut patet de fortitudine dono ꝛ virtute ꝙ etiā virtutes ꝛ dona sint idem habitus per essentiam videtur posse accipi a Gregorio primo moralium sicut allegatū est supra de fortitudine contra alios ꝛ per Ambrosiū primo (Job.) libro de spiritu sancto ꝛ ponitur ī litera Magistri capi. 1. Similiter per ipsum ibidē super illud Job. Erāt enim septem filij dicit ꝙ per septem filios intelliguntur septem dona ꝛ ibidē etiam dicit ꝙ per ipsos intelligūtur septem virtutes per quod dat intelligere ꝙ sunt idez. Hec de scđo articulo. ¶ De tertio articulo transeo causa breuitatis.

(ad rōnes ꝓncipa.) ¶ **Ad primum principale patet** ex predictis. Nam ꝫm ponētes ꝙ dona sunt idē habitus cum septem virtutibus quarum tres sunt theologice ꝛ infuse ꝛ alie quatuor cardinales ꝛ adquisite. Ita dona diuidūtur per infusum ꝛ adquisitum sicut ꝛ virtutes. Secūdum ponētes vero ꝙ dona omnia sunt idem habitus cū virtutibus adquisitis sic bene concludit ratio ꝙ non sunt idem habitus cū virtutibꝰ infusis vel theologicis. ¶ Ad secundum patet ex dictis ꝙ vel beatitudines nō sunt habitus: ꝛ sic nō sunt idem habitus cū virtutibus et donis vel si sic qđ tamen nō puto illa octaua beatitudo non ponit in numerū: sed tm̄ est declaratiua aliarum. ¶ Ad tertium patet dicendum de fructibus ꝙ non sunt idem cū alijs penitus sed aliqua sic et aliqua non. Nec oportet ꝙ sint sub numero aliorum: ideo ꝛc̄.

¶ Distinctionis Trigesimequinte.
Questio Vnica.

Circa distictionez trigesimamquintaz quero. vtrum vita contemplatiua in statu presentis vie sit nobilior ꝛ perfectior ꝛ maioris meriti q̄ vita actiua. ¶ Videtur ꝙ actiā sit melior ꝛ maioris meriti quia illa vita est melior sine qua homo non potest ad regnū peruenire q̄ illa sine qua potest. Sed sine actiua nō potest sine contēplatiua potest ꝫm Gregorium sup Ezech. pte. 1. Omelia. 2. ergo ꝛc̄. ¶ Secūdo sic. vita perfectior nō debet ꝑpter imperfectiorez dimitti: sed magis econuerso. Sed contēplatiua dimittēda est ꝑpter actiuam. Unde ꝛ monachus q̄tumcūqꝫ contēplatiuus assumi potest ad presulatū qui est status vite actiue exercēde multo facilius q̄ episcopus vel p̄latus possit descēdere ad monachatum extra de renūciationibus. Nisi cum predi. ꝛc̄. ꝫ ꝛc̄. ¶ Tertio sic. Perfectius est ꝛ maioris meriti proficere sibi ipsi ꝛ proximo q̄ solum sibiipsi. Sed actiua proficit sibi ꝛ proximo cōtemplatiua solum sibi. Unde et sancta rusticitas solum sibi prodest: ergo ꝛc̄.

¶ **Contra** Luce. 10. dicit Saluator commendando vitam contemplatiuam in maria. Maria inquit optimam partem elegit: ergo ꝛc̄. (Luc. 10.)

¶ In ista questiōe sic ꝓcedā.

¶ Primo ponā vnam opinionem de questione cū motiuis eius. ¶ Secundo arguam contra eam et ponā aliam. ¶ Tertio respondebo ad motiua illiꝰ opinionis. ¶ Ultimo ad rationes principales.

¶ **Quātum ad primū est opi**nio cuiusdam doctoris in suo quolibet. Contēplatiua vita pro statu presenti est simpliciter nobilior et perfectior q̄ vita actiua. Ad cuius euidentiam dicit ꝙ quedam est vita actiua hominis tantū propter seipsum que versatur circa temporalia bona ꝛ corporalia sicut sunt actio et huiusmodi. Alia est actio hominis propter virtutē adquirēdam vel nutriendam in seipso sicut actio refrenandi carnem ꝛ castigandi ieiunando/laborando/vigilando: et huiusmodi. ¶ Secūda est actio prelatorū qui ad hoc instituuntur: vt procurēt vtilitatē ꝛ salutē aliorū precipue subditorū p̄dicando confessiones audiendo ꝛ puniendo vel corrigēdo malos ꝛ huiusmodi. De prima ꝛ secūda actione vel vita actiua dicit ꝙ in homine disposito ad contēplationem nobilior ꝛ perfectior ꝛ maioris meriti est vita cōtēplatiua q̄ actiua etiam q̄tum ad vsum qđ probat de prima: quia sicut bona spiritualia circa que intēdit contē (De vita actiā ꝛ cōtemplatiua. 1. opi.)

platiuā sunt maiora q̄ illa temporalia vel corporalia circa que intēdit prima actiua. Sic contēplatiua prefertur illi ⁊ ista actio contēplationē impedit teste Gregorio quinto moraliū dicēte. Neq̃ mens ad contēplanda eterna deducitur nisi ab his q̄ exterius influunt subtrahaẗ. ¶ De secunda etiā actione declarat ꝙ contēplatiua sit melior simpliciter: quia illa actiua ordinatar ad contēplatiuā sicut ad finē. Exercitium eñ virtutū quibus homo seip̄m componit comprimēdo passiones ⁊ moderādo exteriores actiones ad contēplatiuam vitam ordina-
Grego. tur dicēte Gregorio primo moraliū. c. 23. Qui cōtēplationis arcem tenere desiderat primo in cāpo operis se probare studeat et super Ezechie. ꝑte. 1. homelia tertia. ¶ Actiua peior est tempore q̄ cōtemplatiua: quia ex bono opere tēditur ad contemplatiouē. Sed loquēdo de cōtēplatiua vita ⁊ actiua prelatorum tertiomodo accepta dicit ꝙ contemplatiua nobilior est in se ⁊ perfectior q̄ actiua: sed q̄ntum ad vsum actiua est perfectior ⁊ maioris meriti ⁊ precipue si procedat ex obediētia superioris precipientis ⁊ ex zelo feruentis caritatis ⁊ non solum homo plus proficit proximo ſm vsum actiue: sed etiam sibiipsi. Hoc probatur. Tum q̃ vita actiua lye cōparatur in glosa suꝑ Genesim. Sed contemplatiua racheli. Lya autē planum est ꝙ fecundior fuit q̄ rachel. Tum quia etiā Augustinus de opere monachorum reprehēdit aliquos qui laborare nolebant ſm vitā actiuam excusantes se de vita contēplatiua. Tum quia hoc videtur dicere decretalis illa de renū ciationibus nisi cum pridē. Tum quia etiam deo nullum est maius sacrificium q̄ ze-
Grego. lus animarū ſm Gregoriū super Ezech. ꝑte. 1. homelia. 20. ꝗ ⁊c̃. Hoc etiam videtur probari ꝑ illud Gregorii. 7. moraliū. Caritas que nos ad vim cōpassionis humiliat altius in culmen contēplatiōis leuat ⁊c̃. Hec de primo articulo principali.

opi. doc. ## ¶ Quātum ad secundum articulum

videtur michi dicēdum simpliciter ⁊ absolute ceteris paribus ꝙ vita cōtēplatiua est melior et simpliciter nobilior ⁊ maioris meriti q̄ actiua q̄cunq̃ ⁊ q̄ntum ad essentiam ⁊ q̄ntum ad opus vl' ad
Z. 1. opi. vsum suum. ¶ Unde arguo contra predictā opinionem q̄ntum ad illud qd̓ dicit cōtrarium: q̃ vsus alicuius habitus in anima nō cōsistit nisi in operatione ſm talem habitum. Cum igitur ſm nobiliorem habitū sit nobilior operatio ceteris paribus ⁊ oībus pensatis sicut contēplatiua nobilior est ſm te ſm suam essentiam sic etiam ſm vsum vel operationē. ¶ Secundo sic. Illa vita est simplicior melior ⁊ nobilior ⁊ maioris meriti q̄ntum ad vsuz que est similior vite ꝑfectissime ⁊ diuinissime. Sed hec est contēplatiua presentis status ⁊ nō actiua: ⁊ vnde propter eius similitudinē maximā ad vitā beatam dicitur manere ⁊ perfici in patria: non autē vi-
Aristo. ta actiua. ¶ Tertio sic. Aristoteles. 10. ethicoruz simpliciter prefert contēplatiuam et q̄ntum ad habitum ⁊ q̄ntum ad actū ipsi actiue ſm virtutes politicas. Nam illa cōuenit homini ſm ꝙ homo ⁊ ſm portionē superiorem ⁊ magis premiat contēplatiuos q̄ actiuos sicut patet ibidem: ꝗ similiter ī proposito. ¶ Quarto sic ex dictis aliorū. Si eñ contēplatiua est simpliciter nobilior q̄ntum ad essentiā et opus eius ⁊ vsus ita potest fieri ex precepto superioris vel ex obedientia inferioris et ex feruida caritate sicut etiā opus actiue videtur ꝙ actus vel vsus seu opus contēplatiue est simpliciter aliquid nobiliꝰ. ¶ Ultimo arguitur ex nobilitate obiecti habitus ⁊ actus qui ferūtur per se ⁊ immediate circa nobilius ⁊ perfectius obiectū in infinitum sunt nobiliores ⁊ perfectiores. Sed habitus vite contēplatiue sunt huiusmodi: quia versantur circa deuz cogitādo ⁊ diligēdo deum immediate. Non sic autem vita actiua ꝗ ⁊c̃. ¶ Ista possunt confirmari ꝑ Grego.
plures auctoritates. Prima ē Gregorii suꝑ Ezechie. parte. 1. Homelia. 3. vbi dicit v̄tus operis est sub volatu contēplationis. Et probat ꝑ illud Luce. 10. Maria optimā partem elegit ⁊c̃. Unde ⁊ bene fuit hoc figuratum in hoc ꝙ manus animalium per quas actiua signatur erant sub pēnis eorum sicut etiam deducit Gregorius. Unde ⁊ ibidē dicit ꝙ actiua minor est merito q̄ contēplatiua. Nam ⁊ si per actiuam aliquid agimus per contēplatiuam ad celeste desiderium volamus. ¶ Secūda est eiusdē Gregorii vbi supra quādo dicit ꝙ ex bono opere tenditur ad contēplationē ⁊ ysido. de summo bono dicit ꝙ redeundū est ab actione in cōtēplationē ⁊ hoc verum est finaliter sicut in statum manētem. Idem.
¶ Tertia est Gregorii vbi supra. Dicit eñ actiua vita cum mortali vita deficit contēplatiua verō in meliori vita plenius excrescit. ¶ Quarta autē est Gregorii etiaz describētis vitas istas quere alibi. ¶ Secūdo tñ dico ꝙ ex causa ⁊ in casu pro aliquo tēpore melior est actiua q̄ contēplatiua. Puta qñ vrget obedientia superioris vel necessitas Christi ex precepto diuino. Alioquin enim homo peccaret mortaliter ⁊ transgrederetur obedientiam vel preceptum. Hec de secundo articulo.

¶ Quantum ad tertium articulum. ad rōnes 1. opi.

Ad primū dico ꝙ licet actiua fecūdior sit extensiue ⁊ q̄ntum ad multitudinē operū sicut Lya tamen intēsiue ⁊ q̄ntum ad valorem operis contemplatiua est fecūdior sicut etiam apud Jacob prepōderabat filium Rachelis om̄ibꝰ filiis Lye. ¶ Ad secūdum dico ꝙ Augustinus loquiẗ cōtra aliquos qui de vita actiua se excusabant vel cōtra superiorum obedientiā datā pro tēpore ⁊ loco vel qui nec vitam contēplatiuam exercebant ⁊ ita ociosi erant ¶ Ad tertium dico ꝙ illa decretalis quando dicit ꝙ vita cōtēplatiua securior tñ actiua est magis fructifera ⁊ ꝙ in fecunditate Lya Racheli est prelata dicēdum sicut prius. ¶ Ad quartū dico ꝙ in vita contēplanda deum suum orando nō minus potest haberi zelus animarum ex feruida caritate q̄ in vita actiua. Unde ⁊ Moyses ⁊ multi alii plus profecerunt orando q̄ alii pugnādo vel operādo. ¶ Ad auctoritatem vltimā dico ꝙ est ad oppositum. Nā Gregorius pensat in bonitatē actiue ex hoc ꝙ per ipsam disponitur ad contēplatiuā: ⁊ per cōsequēs plus ponderat contemplatiuam.

¶ Ad primum principale dico ad rōnes principales.

ꝙ maior illa non est vera: quia perfecti ⁊ imperfecti possunt ad regnū peruenire: ⁊ tamen status ꝑfectionis nobilior est cuiusmodi est status vite contēplatiue. ¶ Ad secundum dicitur ꝙ vita contemplatiua non debet simpliciter dimitti propter vitā actiuā. Unde ⁊ prelati vtrāq̃ vitā debēt exercere

in casu tamen ⁊ pro tēpore ⁊ ex causa potest dimit
ti propter actiuā nō obstāte ꝙ sit nobilior. ¶ Ad
tertium dicēdum ꝙ contēplatiua non solum profi
cit sibiipsi: sed proximo vt dictum est supra. vel dic
ꝙ actus proficiendi sibiipsi per contēplationē pōt
esse ceteris paribus vtilior ⁊ perfectior ⁊ prepon=
derat actui proficiēdi sibiipsi ⁊ ꝓximo per actiuā.

¶ Distinctionis Trigesimesexte.
Questio Vnica.

Circa dstictionez

Trigesimamsextam q̄ro. vtrū
virtutes ad inuicē sint cōnexe
¶ Videtur ꝙ sic. Necessario
qui habet vnā virtutē virtuo
sus est. Sed virtuosus non est
qui habet aliquod vitiū: ergo
qui habet vnā virtutem nullū
habet vitium: ⁊ per cōsequēs
omnē virtutem habet vt videtur. ¶ Secundo sic.
Prudētia non stat in intellectu cū malicia in affe=
ctu. Nā malicia subuertit iudiciū rationis. Juxta
illud. Excecauit eos malicia eorū. Et Aristoteles
3.ethico. dicit in.3.ethicorum ꝙ omnis malus est ignorans:
igitur cū vna sit prudētia respectu omniū virtutuz
moralium oportet ꝙ ipsa si est in intellectu exclu=
dat omnē maliciam oppositam virtuti a voluntate
et per consequēs arguit omnē virtutē ⁊ econuerso
quelibet virtus arguit ipsam: quia nulla virtus si=
ne prudētia esse potest nec prudētia sine morali vir
tute.6.ethicorū. ergo omnes sunt cōnexe. ¶ Ter=
tio sic. Jlla sunt ad inuicē connexa quorū vnuz est
necessarium ad conseruationē vel perfectionem al
terius. Sed ita est de omnibus virtutibus. Si eñ
vnus caret aliqua virtute non est ꝑfecte virtuosus
ſm aliam ⁊ cito cadit ab ipsa sicut qui nō est fortis
cito timore mortis decidit a castitate ⁊ facit cōtra
ipsam: ergo ⁊c̄.

¶ Contra. Experientia docet aliquos es=
se virtuosos circa vnā materiā
et non circa aliam. Aliqui eñ sunt casti ⁊ non sun
mites vel humiles. Aliqui liberales ⁊ non sunt ca=
sti ⁊ huiusmodi: ergo virtutes non sunt necessario
connexe.

¶ Jn ista questione sic ꝓcedā

¶ Primo inquiram vtrum omnes virtutes mora
les sint cōnexe adinuicē necessario. ¶ Secūdo in=
quiram vtrum sint connexe cum prudētia ⁊ ecōuer
so. ¶ Tertio vtrū virtutes theologice sint cōnexe.
¶ Ultimo ad rationes.

De cōne xione vir tutū mo= ralium. 1.opi.

¶ Quantum ad primū arti/

culum. Est vna cōmunis opinio quasi omnium do
ctorum ꝙ virtutes morales q̄ꝫtum ad suum adqui=
ri ⁊ esse imperfectū non sunt necessario cōnexe: sed
vna potest adquiri sic imperfecte ⁊ haberi sine alia
sed ſm esse perfectū ⁊ cōsummatuz necessario sunt
connexe nec vna potest haberi sine alia hec est sentē
tia ipsorum: licet verba aliquorum varientur. Pu
ta verba Magistri henrici qui distinguit quadru=
plicē gradū virtutis moralis ⁊ habēdi se circa ip=
sam. Unus est gradus incipiendi secūdus est profi
ciendi: tertius est perficiendi: ⁊ quartus est excedē
di sicut excedit virtus heroica vel habēs ipsam ſm
eam primos duos status vel gradus scꝫ inchoatio
nis ⁊ perfectionis vocat magis status dispositiōis
ad virtutem q̄ꝫ statum virtutis ⁊ de illis plane di=
cit ꝙ in ipsis nō oportet virtutes conuerti ⁊ esse si=
mul. Tertium vero statū adhuc subdiuidit: sed nō
curo. Nam tandē dicit cum aliis ꝙ si virtus accipi
tur in statu perfectiōis sue ⁊ gradu q̄ꝫtumcūqꝫ cir=
ca heroycam ꝙ virtutes pro illo statu sunt cōnexe:
licet nō vt virtutes absolute sed vt perfecte sunt et
consummate ⁊ multofortius in statu vel gradu he=
royco qui est quasi superhumanus ⁊ diuinus stat⁹.
¶ Quod autem virtutes ſm esse incōpletum ⁊ imper
fectum non sint connexe nec necessario simul. Pro
batur. Tum quia homo est magis pronus ⁊ natu=
raliter dispositus ad vnā virtutem ⁊ nō ad aliā: im
mo ad vicium oppositum vel saltē multomagis ad
vnā q̄ꝫ ad aliaz. Tum quia homo in adquirēdo vir
tutē potest se exercere ⁊ actus frequētare circa ma
teriam vnius virtutis ⁊ nō circa aliam et ita perfe
cte habere vel adquirere sine alia. Tum q2 magis
potest occurrere materia vnius virtutis q̄ꝫ alia: im
mo materia alicuius virtutis vix vnq̄ꝫ occurrit si=
bi. ¶ Sic ergo patet hoc tam ex parte operātis q̄ꝫ
ex parte actus vel operis q̄ꝫ ex ꝑte materie vel ob=
iecti ꝙ scilicet virtutes in adquirēdo ⁊ ſm esse in=
completum non sunt necessario connexe nec simul.
Alioquin simul omnes adquirerētur qđ est impos=
sibile. Secūdum vero declaratur ꝙ virtutes mora
les in esse completo ⁊ perfecto sint cōnexe ⁊ neces=
sario simul. Probatur. Tum quia illa nō est perfe
cta virtus que cōpatitur secum obliquitatez illius
potētie cuius est circa aliquā materiam virtutis cu
iusmodi est omnis virtus que nō habet secū aliam
virtutē sibi connexam. Tum quia illa non est perfe
cta virtus que nō facit delectabiliter operari ⁊ im
mobiliter. Sed virtus non habēs secum aliam cō=
nexam non facit delectabiliter operari: quia potest
impediri ⁊ difficultatē contrahere ex passione cir=
ca materiam alterius virtutis respectu cuius non
habet virtutē. Unde ⁊ habēs castitatē nisi habeat
fortitudinē difficulter continebit timore mortis in
tentato. Tum quia illa virtus non est perfecta que
non ducit ad finē virtutis nec consequitur vel asse
quitur ipsum. Virtus vero non habēs secū aliaz ⁊
per consequēs compaciens secū vicium oppositū
alteri virtuti non potest consequi finē virtutis nec
attingere efficaciter ad ipsum. Puta ad beatitudi
nem alias viciosus in vna materia posset consequi
beatitudinem nec respectu finis indigeremus nisi
vna virtute qđ est falsum: ꝗ ⁊c̄. ¶ Ad hoc adducū
tur auctoritates multe que ſm eos verificātur sal=
tem de virtutibus in esse cōpleto ⁊ perfecto. Pri=
ma est Augustini.6.de trinita.c.4.vbi dicit ꝙ vir August.
tutes que sunt in animo nullomodo ab inuicē sepa
rari possunt. Secūda est Gregorii primo moraliuz Grego.
vbi dicit. Neqꝫ eñ vna virtus vere est si mixta alii
non est idem cōnexa. Tertia est eiusdē.12.moraliū
vbi dicit ꝙ vna virt⁹ tāto minor est quāto deserūt
cetere. Et ibidem dicit ꝙ vnusquisqꝫ tunc virtute
pollet cum vicio nō subiacet. Quarta est Bernar Bernar.
di de cōsideratione primo vbi dicit. Suauissimum
esse concētum cōplexumqꝫ virtutū ⁊ vnam pende=
re ex altera: quare ⁊c̄. Quinta est Tullii de tuscu= Tullius.
lanis questionibus lib.2.vbi dicit sic. Si vnā virtu

tem confessus fueris te non habere nullam te habe
re necesse est. Ad idē videtur esse auctoritas Ma-
gistri in litera presentis distinctiōis. Sexta aucto-
cōmēta. ritas est Cōmentatoris. 6. ethico. vbi dicit. Tem-
perātiam appellamus hic velut prudētiam. Soro
res eñ ad inuicem sunt virtutes.

¶ Sed licet ista opinio sit ꝓbabilis ⁊ vi-
deatur dictis sanctorum con
formis non capio eā esse verā: ⁊ ideo arguo primo
ꝯ.1.opi. contra eam sic. Ex eisdem actibus vel similib⁹ ha-
bitus generatur ⁊ augetur ⁊ perficitur sed ſm eos
in primo dicto. Homo potest adquirere virtutez ꝑ
aliquos actus in esse imperfecto circa aliquā mate
riam virtutis et nō circa aliam: ḡ plus ⁊ plus pos-
sit elicere vel frequētare tales actus circa materiā
predictam videtur ꝙ perfecte possit sibi adquirere
et habere habitum virtutis circa vnā materiam si
ne alia virtute circa aliam materiam. Ita ꝙ ex pri
mo dicto eorum arguitur contra secūdum dictum
et ex motiuis primi dicti contra secūdum dictū: q̄r
enim homo ſm inclinationē vel dispositionem ma
iorem quā habet ad vnam virtutē q̄ȝ ad aliam po-
test actus elicere circa materiam virtutis ⁊ nō cir-
ca materiam alterius ⁊ illa materia potest occurre
re sic ꝙ non alia. Non apparet ratio quare per am-
pliorem actuum frequētationem nō possit virtutē
perficere etiam vsqȝ ad gradum virtutis heroycuꝫ
ſm iudicium ⁊ dictamen rationis recte conformi-
ter ad inclinationeꝫ vel pronitatem naturalem vel
etiam dato ꝙ non esset tanta pronitas sed minor ⁊
hoc ex imperio ⁊ motione voluntatis. ¶ Dices ꝙ
dato ꝙ materia alterius virtutis non occurrat: ta-
men potest in se generare habitum virtutis respe-
ctu illius materie ⁊ necessario si perficiat aliā vir-
tuteꝫ ⁊ possibile est hoc sicut pauper homo dato ꝙ
nunq̄ȝ occurrat pecunia danda ab ipso ⁊ nunq̄ȝ ha
beat: potest tñ adquirere virtutē liberalitatis eligē
do frequēter bene distribuere ⁊ liberaliter si habe-
ret: ⁊ ita licet materia non occurrat sibi in re: tñ oc
currit in ratione vel in intellectu ⁊ circa illā potest
frequēter bene eligere ⁊ virtutē generare. ¶ Con
tra: qnia nō video ꝙ sit necessarium siue materia al
terius virtutis occurrat siue nō siue in re siue in ra
tione ꝙ voluntas eliciat aliquē actum circa illā et
ita potest frequentare actus circa vnā ⁊ non circa
aliam ⁊ ita generare ⁊ perficere virtutē circa vnaꝫ
⁊ nō circa aliam. Preterea possibile est ꝙ materia
alterius virtutis nunq̄ȝ occurrat nec in re nec in ra
tione exercenti se circa materiam alterius virtutꝭ.
Ponatur eñ aliquis nutritus a puero in loco soli
tario in quo nichil audiat de cōmutationibus vel
distributionibus ⁊ ita nichil sciat de materia iusti
cie particularis: tamen nutriatur in magnis ciba-
rijs ⁊ frequētent eum pulchre mulieres iste iudicio
rationis recte posset moderate ⁊ tēperate comede
re ⁊ ab illicitis circa mulieres se tenere et honeste
circa ipsas se habere ⁊ sic tēperātiam adquirere et
tamen nunq̄ȝ occurreret sibi nec in re nec in ratiōe
materia iusticie particularis ⁊ ita nunq̄ȝ adquire-
ret ipsaꝫ: quare ⁊c̄. ¶ Videtur ergo in statu ⁊ gra
du perfecto virtutis et in quo meretur dici virtus
potest adquiri aliqua virtus moralis sine alia. Di-
ces adhuc ꝙ non q̄r ad hoc ꝙ sit perfecta virtus ne
cessario habet respectuꝫ ad alias sicut suomodo ad
prudētiam. Dico ꝙ quicquid sit de prudētia et re-
spectu virtutis moralis ad ipsam de quo inferius
apparebit nō video ꝙ aliquē respectum necessariū
ad perfectionē virtutis intrinsecā habeat vna vir-
tus moralis ad aliam. Unde nec in diffinitione vir
tutis ponitur aliqua habitudo virtutis moralis ad
aliam: sed solum ad prudētiam. Uirtus eñ est ha-
bitus electiuus determinatus recta ratiōe sicut sa
piens id est prudēs determinauit. Est eñ habitus
inclinās vel facilitans ad actum ſm iudiciū ratio-
nis recte ⁊ nō plus. ¶ Secūdo arguo sic principa
liter. Si virtus potest adquiri ⁊ haberi in esse per-
fectō sine alia ⁊ nō in esse perfecto sequitur ꝙ quā-
do perficitur vna virtus vt mereatur dici virt⁹ ꝙ
vnico actu omnes alie simul ⁊ in instāti generant̄.
Probatio quia in toto esse imperfecto virtutis p̄-
cedēte non habebatur nec erat necessariuꝫ aliquid
haberi de alijs virtutibus ſm eos. Si ergo necesse
est haberi omnes alias quādo perficitur virtus se-
quitur ꝙ simul vnico actu generantur ⁊ vltra sequi
tur ꝙ generātur non ex actibus earum sed ꝑ actuꝫ
vel ex actu alterius virtutis que prius habebatur
imperfecte ⁊ modo perficitur. Sed ista sunt incon
uenientia vt patet ḡ ⁊c̄. ¶ Tertio sic. Si vna virt⁹
moralis in suo esse perfecto depēderet ex alia pari
ratione econuerso: ⁊ sic esset circulus per se in depē
dendo virtutes ab inuicem qđ est impossibile. Tūc
enim quelibet esset anteq̄ȝ esset ⁊ esset virtus perfe
cta anteq̄ȝ esset virtus perfecta ⁊ ecōuerso qđ est cō
tradictio. ¶ Quarto sic. Magis viderētur ꝯnexe
virtutes spē differētes eiusdem generis proximi ⁊
circa eandē materiam q̄ȝ eiusdem generis remoti.
Sed ille nō sic sunt connexe etiā ꝙ oporteat eas si-
mul stare in esse perfecto sicut patet de castitate cō
iugali cum qua nō oportet stare virginitatē vt pa-
tet: ergo nec virtutes alterius generis. Puta tem
perātiam ⁊ fortitudinem ⁊ iusticiam ⁊ huiusmodi.
¶ Ad hoc adducūtur auctoritates ꝙ non oportet Augu.
virtutes sic esse necessario ꝯnexas. Prima est Au-
gustini de sentētia Jacobi ad Hieronymū. Nō est
inquit diuina sentētia qua dicitur ꝙ qui vnā virtu
tem habuerit habet oēs eiqȝ nulla est cui vna defue
rit: ergo non est sentētia vera. Alioquin esset diui-
na: quia omne verū a spiritu sancto est: nec est ad ꝓ
positum Augustini qđ soluunt aliqui ꝙ non est di-
uina sentētia: quia licet sit vera: nō tñ scripta est in
diuina scriptura: ⁊ ideo non est diuina. Similiter
etiam qđ dicūt alij ꝙ Augustinus intelligit de vir
tutibus in statu vel gradu imperfecto. Nā ipsemet
in eodē libro dicit de castitate coniugali ꝙ ipsa vir
tus est. Nec eñ viciū dici potest: ⁊ tamen secū non
habet omnes virtutes necessario ad hoc vt sit per-
fecta puta virginitatem ⁊ ideo patet ꝙ ipse dicit ꝙ
illa non est diuina sentētia non solum: quia non est
scripta in scriptura diuina sed etiam quia nō est ve
ra. ¶ Contra secūdam etiā solutionē potest argui
eodēmodo. Similiter etiā sequeretur ꝙ nullus vn
q̄ȝ posset habere vel adquirere aliquā perfectā vir-
tutem nec heroycam: quia impossibile est ꝙ homo
omnes virtutes adquirat propter diuersitatem sta
tuum ⁊ modorum viuēdi ⁊ multorum aliorum q̄ ne
cessario ab hoc impediunt vt videtur. ¶ Secunda
auctoritas est Augustini vbi supra. Dicit enim ꝙ Augu.
vnus et idem homo maiorem habet pudicitiam q̄ȝ
pacientiam ⁊ adhuc nō habet continētiam licet ha
beat magnā misericordiam: ⁊ per consequēs nō est

necessarium si habet vnā perfectā ꝙ habeat aliā ⁊ ideo dicit ꝙ non est diuina sententia dicere ꝙ qui habet vnam virtutem habet omnes sicut Stoyci posuerunt.

opi.auc. ¶ Quātum igitur ad istum articulū dico aliter primo sicut dicunt alij ꝙ non oportet virtutes esse cōnexas in suo adquiri vel esse imperfecto. ¶ Secūdo ꝙ nec in esse earum perfecto loquēdo de perfectiōe ipsarū intrinseca ⁊ formali ꝗꝛ vnaqueqꝫ habet ex seipsa intrīsece ⁊ formaliter sicut probatū est arguendo cōtra opinionē primā. ¶ Tertio dico ꝙ loquēdo de perfectione earum extrinseca: ⁊ per accidēs que magis debet dici perfectio habentis eas ꝗꝛ perfectio earū potest dici ꝙ oēs simul compossibiles in eodē sunt cōnexe: qꝛ ad hoc vt habēs omnino virtutes sit omnino ꝑfectus oportet ꝙ habeat oēs tales ꝟtutes ⁊ quāto habet pauciores tāto est minus perfectus ⁊ magis impediri potest ab actibus aliarū quāto vero plures tanto perfectior. ¶ Quarto dico ꝙ sicut etiā cōmuniter dicitur virtutes ꝑfecte vel in esse perfecto habite sunt cōnexe pro tanto: quia modus operādi aliarū quasi cuilibet conuenit. Sunt enī quatuor modi operandi virtuose que in qualibet virtute inueniuntur: diuersis tñ virtutibꝰ appropriant̄. Puta quatuor cardinalibus scꝫ discretio/rectitudo/firmitas et modus vel moderatio. Prima ꝯditio appropriatur prudētie scd̄a iusticie. tertia fortitudini ⁊ quarta tēperantie. Fortis igitur ⁊ operatur discrete et sic dicit̄ habere cōnexam prudētiam ꝗꝛtum ad hoc Vtrum autē aliter habeat eam cōnexam dicam infra ⁊ operatur recte: ⁊ sic dicitur habere iusticiā annexam non ꝗꝛtum ad habitū sed ꝗꝛtum ad operādi modum: quia alia est rectitudo simpliciter iusticie ⁊ fortitudinis: et sic de alijs.

4. modi operādi virtuose.

ad rōnes 1. opi. ¶ Ad argumenta aliorum.

¶ Ad primum pro connexione virtutum in esse perfecto dico ꝙ perfecta virtus iusticie potest secum compati obliquitatem que non est sibi opposita puta obliquitatem circa materiaꝫ alterius virtutis. Perfecta dico perfectione intrinseca sibi licet non perfectione accidētali ⁊ extrinseca: ⁊ sic de alijs. ¶ Ad secundū dico ꝙ virtus sine alia potest dare faciliter operari per se loquēdo sine alia circa propriā materiā: licet per accidens impediri possit operans a delectatione ex defectu alterius virtutꝫ et ideo bene cōcludit argumētum ꝙ habēs virtutē vnā tñ ꝗꝛtumcūqꝫ perfectā sine alijs nō est vsquequaqꝫ ꝑfectus circa totā materiam moralē. ¶ Ad tertiū dico ꝙ quelibet virtus in se ꝑfecta ꝗꝛtum ad perfectionē intrinsecam attingere potest ad finem propriū sibi precise correspōdētem. Puta ad actū suum virtuosum eo modo quo actus dicit̄ finis habitus sed ad finē totalē ⁊ perfectū omnibꝰ vel pluribus correspōdētem attingere nō potest sine alijs nō obstante ꝙ in se sit ꝑfecta. Et ideo bene concludit argumentū ꝙ ad ꝑfectionē habētis omnimodā respectu finis consequēdi nō sufficit vna virtꝰ: sed alie requirunt̄.

ad auctoritates. ¶ Ad oēs auctoritates vno verbo dici pōt ꝙ nō intēdūt dicere virtutes necessario cōnexas nisi vel ꝗꝛtū ad modos generales appropriatos aliquibus ipsarū vel ꝗꝛtum ad ꝑfectionē omnimodā habētis ⁊ sic ꝗꝛtum ad perfectionē earum extrinsecā ⁊ accidētalem. Nisi ꝙ ad auctoritatē Tullij dici potest aliter ꝙ ip̄e loquebatur ſm opinionē stoycorum quam opinioneꝫ reprobat Augustinus sicut superius est allegatum. Hec de primo articulo principali.

¶ Quātum ad secūdum articulum de cōnexione virtutū moralium cū prudentia inquirēdum est primo. An sit vnica tm̄ prudentia numero ⁊ specie in habēte ipsam correspondēs omnibꝰ virtutibus moralibus. Vel an sint diuerse ⁊ varie prudētie ſm speciem correspondētes ad diuersas virtutes morales circa diuersas materias. — de cōnexione virtu. mora. cū prudētia.

1. opi. Et de hoc cōmuniter dicit̄ ꝙ vna prudētia ſm speciem ex parte intellectus correspondēs oībus virtutibus moralibꝰ. Nec oportet ipsam variari vel multiplicari. Vñ ⁊ ī eodē hoīe nō est nisi vnica prudentia numero circa totā moralē. ¶ Qꝫ autē ita sit Probat̄ primo sic. Habitus per se ad vnū obiectū formale est formaliter ⁊ ꝑ se vnꝰ. patet. Nā habitꝰ secant̄ ⁊ ꝯsimiliter vniunt̄. quēadmodū ⁊ res circa quas sunt. 3. de aīa. Exemplū est de potētia visiua que respicit oēm colorē sub eadē ratiōe formali coloris ⁊ est vna. ¶ Et cōfirmat̄. Naꝫ qꝛ geometria habet vnū per se primū obiectū ⁊ formale scꝫ lineā ſm rationē linee est vnus habitus in se formaliter et ſm speciem. Sed prudētia respicit vnū ꝑ se obiectum formale ⁊ sub vna ratione formali scꝫ bonū humanū vel vnū agibile ⁊ cōtingēs per ꝯñs patet 6. ethi. ⁊c̄. ¶ Secūdo sic. Si prudētia variaret̄ circa diuersa agibilia hoc nō videretur nisi ꝓpter diuersitatē materiarum vel obiectorum. Puta ipsorum agibilium diuersorum dictabilium per prudentiam. Sed hoc non obstat. Nam in genere et materia speculabili plus distat conclusio a principio ⁊ econuerso ꝗꝛ diuersa agibilia adinuicem in materia morali: ⁊ tamen idem est habitus ꝑncipij et conclusionis: quia eadem scientia considerans principia et conclusiones. Quod patet ex hoc. Nam ꝗꝛto aliquis plures conclusiones ex eodem principio cognoscit tanto perfectius cognosci prīcipium qđ non esset nisi esset eadem noticia vtriusqꝫ: quare ⁊ cetera. ¶ Tertio sic. Habitus qui considerat vnum primū principiū in aliquo genere vl̄ in aliqua materia ad tot se extendit manens vnus ad quot et illud principium. patet sicut ⁊ prīcipiuꝫ ipsum. Sed prudentia cum sit ratio recta agibiliū et respiciat agibile ordinabile ſm rectam rationeꝫ pro obiecto habet considerare primum principiuꝫ agibilium. Patet: ergo manēs vna ad omnia agibilia se extendit. ¶ Quarto sic. Licet multa et alterius rationis considerentur ab habitu: si tamen habent attributionem per se ad aliquid vnum habitus est per se vnus. Patet de methaphisica cuius obiectum non est vnum: nisi secundum analogiam vel attributionem vnius entis ad alterum: sed omnia obiecta prudentie. Puta omnia agibilia etiam vt considerantur ab ea attributionem vl̄ analogiam habent ad vnum finem vltimū ad queꝫ omnia ordinantur per prudentiam: ergo ⁊ cetera. ¶ Quinto sic. Intelligere est motus rei ad animam. Sed velle est motus anime ad rem. Sed res maiorem vnitatem habent in intellectu ꝗꝛ in seipsis: igitur non oportet prudentiam que est habitus intellectualis variari sicut virtutem moralem.

non obstante diuersitate materie moralis Et confirmatur: quia si obiecta puta bona agibilia variarent prudētiam hoc videretur de bono monostico politico ⁊ yconomico. Sed eadem est prudētia respectu omniū quia vnū ordinatur ad aliud sicut ad finē. Patet ⁊ propter hoc dicit philosophus. 3. politice ꝙ eadem virtus ⁊ prudētia ꝑ consequens boni viri ⁊ boni principis. Virtus autē principis est politica: boni viri yconomica: quare ⁊c̄. ¶ Vltimo
6.ethi. confirmatur per Aristotelem. 6 ethicorū vbi hoc expresse videtur determinare.

opi. doc. ¶ Sed licet ista positio sit probabilis ⁊ cōis tñ non teneo ipsam. Teneo em̄ ꝙ tot sunt prudentie sm species circa diuersas materias morales quot sunt virtutes morales adquisite circa ip̄as: ⁊ ita cuilibet virtuti morali sua ꝓpria prudentia correspondet. Ita ꝙ prudētia in cōmuni debet poni vna virtus sm genus remotū sicut etiam virtus moralis adquisita est vna. ¶ Ad hoc adduco aliquas rationes. Habitus q̄ respicit plura obiecta formalia sm diuersas per se rationes formales nō est vnus sed plures. Patet ex maiore aliorū et auctoritate philosophi tertio de anima. Sed prudentia est huiusmodi. Nam sicut quelibet virtus moralis respicit bonū agibile sm propriam rationem sibi correspondētem: ⁊ ideo virtutes morales circa bonū agibile multiplicantur ⁊ variantur sic oportet necessario ꝙ directiuum cuiuslibet virtutis scʒ prudentia respiciat tale bonū sm propriā specialem rationē. Alioquin em̄ virtus ferretur in aliquod obiectum formale vel sm aliquā rationem formalem obiecti vel boni agibilis circa quam nō dirigeretur nisi per accidēs ⁊ ita causaliter tenderet in suum per se obiectum: ergo ⁊c̄. Vnde ꝓpter istam rationē capiendam. Dico ꝙ non video: quare prudētia ex parte intellectus que est per se directiua moralis virtutis non respiciat obiectū agibile sm proprias ⁊ diuersas rationes speciales sicut et virtus moralis. Et non video etiam ꝙ ad directionē necessariam circa bonū agibile sufficiat respicere bonū agibile sub ratione cōmuni ⁊ generali sed oportet ꝙ sub ratione speciali sicut et virtus moralis tēdit in ipsum sub ratione speciali. ¶ Secundo arguo sic. Illi habitus sunt essentialiter et specifice distincti quorum vnus adquiritur in aliquo nō adquirēdo alium nec aliquo gradu eius in eodem. Videtur em̄ ꝙ si essent ideʒ habitus ꝙ vno adquisito adquireretur alius vel saltē aliquis gradus ipsius. Sed adquisita prudētia circa aliquam materiam moralem in speciali non adquiritur prudentia circa aliaʒ materiam in speciali nec aliquis gradus eius. Probatio ꝙ prudētia tota perfecta circa aliam materiam. Patet: quia cū sicut probatum est supra virtutes morales non sint necessario connexe sequeretur saltem cōtra eos ꝙ prudentia circa aliquā materiam esset sine morali virtute sibi correspondēte. Si dicas ꝙ nō est incōueniens saltem incōueniens est ꝙ aliqua virtus totalis adquiratur mediantibus actibus circa alienā materiam ꝙ etiam nec aliquis gradus quia pari ratione posset adquiri tota vel saltem q̄ntum ad gradus valde multos qui sufficiunt ad virtutem vt videtur ⁊ sic sequitur ideʒ qd̓ prius: ergo ⁊c̄. ¶ Tertio. Sicut ars est recta ratio factibilium ⁊ artificialium sic prudētia est recta ratio agibilium. 6. ethicorum: igitur sicut ars respicit factibilia sic prudētia agibilia. Sʒ planū est ꝙ respectu diuersorū factibiliuʒ alterius ⁊ alterius rationis diuerse sunt artes specie differentes. Alia em̄ est specie ars domificatiua a frenefactiua ⁊ huiusmodi: ergo ⁊c̄. ¶ Quarto sic. Magis differūt totum integrale ⁊ sua pars a parte q̄ totum vniuersale ⁊ sua pars vt videtur: quia totuʒ vniuersale de sua parte predicatur. Non sic totum integrale. Sed circa totum vniuersale ⁊ suas partes sunt diuerse scientie specie differētes quarum vna habita nō habet alia: vt patet ꝙ circa corpus mobile est scientia libri phisicorum ⁊ circa mobile ad formā scientia de generatiōe ⁊ circa mobile ad vbi scientia de celo: ergo etiā alia videtur prudētia circa bonū agibile monosticum ⁊ yconomicū ⁊ politicū: quorum primū est pars integralis secūdi et ambo tertij vel etiam circa diuersa bona agibilia disparata alterius rationis: quorū neutrū est pars alterius nec integralis nec subiectiua. ¶ Quinto sic. Si ponatur aliquis habitus respectu principiorum alius est habitus principij ⁊ cōclusionis sicut probatū est in primo. Tum quia ignorātia conclusionis stat cū noticia principij vt patet. Et similiter habitus cōclusionis dicit scientia ⁊ est scientia ⁊ habitus principij dicitur intellectus ⁊ distinguntur ab inuicē. 6. ethicorum. Similiter etiā alterius 6.ethi.
⁊ alterius conclusionis que sunt diuerse. Patet ꝙ diuersi sunt habitus scientiales sicut ostendi in primo in questione de vnitate theologie: q2 vnus habetur sine alio ⁊ obiecta per se formalia sunt diuersa ⁊ alterius rationis. Puta diuerse veritates cōplexe ergo similiter sicut ponat prudētia circa principia ⁊ conclusiones agibilium oportet eā sm speciem variari. Hoc confirmat: q2 videmus aliquos esse prudētes circa aliquā materiā ⁊ nō circa aliaʒ et ecōuerso. Ex quo patet ꝙ nō est eadem prudentia circa omnes.

¶ Ad primū aliorum dico ad maiorē ꝙ nō oportet quoscūq3 habitus respicientes idem obiectum formale vel sm eandē rationē formalem esse vnuʒ habitū specie sed possunt diuersificari specie sicut dictū est supra de fide spe ⁊ caritate. Si em̄ oporteret hoc necessariū eēt prudētiā ⁊ virtutē moralem sm aliquos eē eundē habitū specie: q2 respiciūt eādē moralē materiā vel idē obiectū sub eadē ratiōe formali: tñ nō curo d̓ hoc tñ dico ꝙ maior nō est vera: licet em̄ habit9 distinguant sm distinctionē primorū obiectorū formaliū nō tñ vniunt sm vnitatē ipsorū. Nec hoc dicit Aristo. 3. de aīa sʒ ꝯmū bñ dicit. Ad minorē dico ꝙ nō est vera. Dico em̄ ꝙ sicut diuerse virtutes morales directe a prudētia respiciūt diuersa ⁊ distīcta obiecta formalia sm ꝓprias rōnes: ita etiā prudētia sm spēs suas cū sit directiua ꝓdictarū ꝟtutū moraliū. Ad phm. 6. ethic. pōt dici ꝙ prudētia ī genere respicit totum bonū hōis morale ⁊ agibile sm rectā rationem qd̓ est bonū in cōi vel in generali sicut etiā ꝟtus moralis ī gñe respicit tale bonū tñ in speciali et sic etiā sm species variat sicut ⁊ virtus moralis. Si autē velis omnino īponere Aristoteli ꝙ vnica prudētia sm specīe respicit istud totū obiectū nego eū: quia non video rationē pro ipso sicut nec de morali ꝟtute. Nō em̄ video quare non posset dici ꝙ vna virtus moralis sm speciem sic esset circa totā materiam moralem.

ad maio 1.opi.

¶ Ad tertium dico q sicut probatū est supra. Si habitus ponatur circa principia vel principium sicut videtur Aristoteles ponere. 6. ethicorū q ali⁹ est habitus principij ⁊ alius vnius conclusionis et alius alterius ita q non est idem habitus amborū Et Aristoteles hoc ponit primo posterioꝝ ⁊ sexto ethicorum sicut videtur. Quando dicis q vna est scientia considerans principia et conclusiones. Dico q de principio ẜm q huiusmodi non est sciētia et per consequens non est vna scientia de ipso ⁊ cōclusione. Unde ⁊ Geometria considerās principia et deducēs conclusiones nō est vnus habitus simpliciter ẜm speciem indistinctus sed ordine tantū. Tu dicis habet vnum primū obiectum simpliciter sub vna ratione formali. Puta lineam vel magnitudinem continuam. Dico q bene respectu huius obiecti est vnus actus vel habitus simplex: sed ille non est scientia formaliter sed virtualiter sicut dictum est in primo vel quasi virtualiter. ¶ Ad tertium dico q habitus considerans principium nunq̄ se extendit ad conclusiones vel conclusionē sic q sit habitus cōclusionis formaliter sicut nec intellectus est scientia: ⁊ ideo dico q talis habit⁹ nō oportet q se extendat formaliter ad omnes questiones contētas virtualiter in principio. Unde etiā nec metaphisica que se extēdit ad primū principiū virtualiter continēs omnes questiones ẜm aliquos licet non ẜm me. Planū est q non potest concludere nec deducere omnes cōclusiones cuiuslibet sciētie in particulari: tunc eñ non oporteret addiscere nisi metaphisicam vt sciretur omnes cōclusiones omnium scientiarū qđ non videtur. Ad minorem dico q prudētia etsi respicit primū principiū agibile et est habitus nō respicit cōclusiones agibiles formaliter sed oportet ponere alios habit⁹ distinctos respectu ꝯclusionū necessario sicut est de sciētijs: quare ⁊c̄. ¶ Ad quartū dico q habitus respiciēs multa obiecta sic q respicit alia per rationē vnius ⁊ illud vnū primo non debet poni variari ex illo obiecto: sed dico q habitus talis nō debet dici scientia vel recta ratio plurium cōclusionū sed tm̄ vnius obiecti simpliciter vel simplicis cuius est formaliter ⁊ respectu conclusionū virtualiter vel quasi virtualiter. Unde ⁊ respectu plurium cōclusionū metaphisicaliū debēt poni diuersi habitus formaliter ⁊ alterius rationis vel speciei: licet sit vnus habit⁹ ordine quodā ⁊ sic dico de prudētia suomodo in proposito q est plures habitus circa diuersas conclusiones agibiles ⁊ dictabiles licet ordinē aliquē habeant adinuicē quoquomodo. Habitus tñ qui eēt respectu alicuius obiecti primarij simplicis primo et aliorū secundario vnus esset: saltē nō necessario ponerētur plures respectu illorū obiectorum si nō esset talis habitus respectu cōclusionū de tali obiecto dictabilium ⁊ cōplexarū. ¶ Ad quintum dico q dictum illud est parabolicū de motu rei ad aīam vel anime ad rem. Ita eñ intellectus cōsiderat res in seipsa sicut voluntas vult eā ⁊ econuerso: ⁊ ideo q equaliter currūt per omnia q̄tum ad propositū spectat. ¶ Ad sextum de Aristotele si intētio sua est opposita predictis nego eū. Si vero concordat cum predictis potest exponi q ponit vnam prudētiam vnitate nominis ⁊ ordinis ⁊ generis plus q̄ alie quoquomodo non sic autem virtutes morales que non sic in vno nomine cōueniunt. Unde ad illud qđ additur dico q prudētia monostica ⁊ yconomica et politica sunt diuerse rationis ⁊ alteri⁹ speciei. Et quādo dicit philosophus. 3. politice q vna est virtus boni viri ⁊ boni principis. Dico q verū est vnitate subiecti vel ordinis quia ad bonū viruꝫ si sit omnino perfectus pertinet bene principari vl̄ ad bonum principantem viuere ẜm virtutem boni viri. Hec de secundo articulo principali.

6. ethi.

¶ Quantum igitur ad precedētem articulum cōmuniter dicitur q prudētia est connexa cum virtutibus moralibus vel cū virtute morali ⁊ econuerso. Ita q vna sine alia nec haberi nec adquiri pōt. Hoc probaṫ multipliciter. Primo sic ⁊ probatur q prudētia secū habeat annexā virtutem moralem prudētia est habitus pertinens ad intellectū practicū. Sed obiectū intellectus practici recti est veritas confesse se habēs ad appetitum rectū. 6. ethicorum: igitur cū appetitus non sit rectus nisi per moralem virtutē sequitur q prudētia non possit esse sine morali virtute. ¶ Secundo sic. Prudētia est recta ratio agibiliū. 6. ethicoꝝ. Sed impossibile est haberi rectā rationē agibilium sine virtute morali. Nam sicut dicitur: 6. ethico. Malicia est corruptiua principij ⁊ corrūpit iudicium recte rationis etiā de fine: quia qualis vnusquisq; est ẜm virtutē vel vitium talis sibi finis videtur ꝙ ⁊c̄. ¶ Tertio sic. Stante recto iudicio rationis in vniuersali ⁊ in particulari ẜm prudētiam impossibile est voluntatē non velle. Patet. 6. ethicorū. Nā accepta maiore in vniuersali ⁊ minore in particulari per rationē confestim sequitur operari potentē nō prohibitum. Sed per bene velle cōformiter ad iudicium rationis adquiritur vel habetur virtus moralis: ergo prudētia esse nō potest sine virtute morali. ¶ Quarto sic ⁊ est de ꝟtute morali q nō potest eē sine prudētia sed necessario est sibi ꝯnexa. Minus videṫ cōnexa prudētia cum virtute morali q̄ ecōuerso. Nā prudētia prior est ⁊ regula ipsius virtutis moralis. Sed prudētia cōnexa est virtuti morali necessario vt dictū est ⁊ ꝓbatū: ꝙ multo fortius ecōuerso. ¶ Quinto sic virt⁹ moralis est habitus electiuus cōsistēs immediate determinat⁹ recta ratione. 2. ethi: Sed recta ratio illa nō est nisi prudentia. Unde ⁊ subdiṫ sicut sapiēs. i. prudēs determinauit: ergo ⁊c̄. ¶ Sexto sic. Si ꝟtus moralis nō necessario ꝯnectiṫ cū prudētia q̄ est recta ratio agibilis sequiṫ q ipsa possit stare vel cū rōne corrupta de agibili vel cū ignorātia de ipso agibili. Sed hec sunt īpossibilia. Patꝫ qꝛ ex principio ⁊ iudicio corrupto nullū bonū pōt sequi ẜm etiā q inuisa possum⁹ diligere icognita nequaq̄: ꝙ ⁊c̄. ¶ Septimo sic. Bonitas moralis in actu vel hītu sicut dictū est supra cōsistit in respectu cōformitatꝫ ad rectū iudiciū rōnis dictātis circūstātias debitas ī esse actu. Sed illa ratio recta nō est nisi prudētia vel act⁹ eius. Sicut igiṫ īpossibile est relationē esse sine termino: ita hītu bonū moralē sine prudētia. Sequereṫ eñ aliṫ q idē hit⁹ vl̄ act⁹ posset eē ꝟtuosus ⁊ viciosus ad ueniente vel recedēte cōformitate ad prudētiā qđ nō videṫ. ¶ Ad ista de ꝯnexione necessario prudētie ⁊ ꝟtutꝫ moraꝉ sunt multe auctoritates. ¶ Prima. 6. ethico. dicit phūs vbi ex intētione loquitur de cōnexione virtutum q vna virtus nō est sine altera nec prudētia sine morali virtute nec ecōuerso.

q prudētia cōnectiṫ cum ꝟtu. mora. ⁊ ecōuerso.

6. ethi.

cōmēta. Unde dicit q prudētie vni inexistēti omes inerūt ❡ Secūda est Cōmentatoris super eodem verbo vbi dicit q prudētia existēte simul huic ꝛ virtutes morales coerunt. ❡ Tertia est Cōmentatoris. 7. ethico. cōmento. 5. in fine. Prudentia habet sequē Idem. tes ꝛ alias virtutes morales vbi adest. ❡ Quarta est cōmentatoris. 10. ethicorum cōmento. 17. cōiu gata est prudētia moris virtuti idest morali virtuti ꝛ moralis virtus prudentie ꝛ ab inuicē non contingit separari. Hec est cōis ꝛ probabilis positio.

❡ Sed q̄tum ad istum articulum videt michi aliter dicēdum sine Peculiaris opi. docto. preiudicio. Primo de prudētia q non est connexa necessario morali virtuti sed potest esse ꝛ adquiri sine morali virtute. ❡ Hoc probo primo sic. Habitus essentialiter distinctus ab alio ꝛ prior illo non dependēs omnino ab illo nec in esse nec in adquiri pōt esse ꝛ adquiri sine illo patet de se. Sed prudentia est huiusmodi respectu virtutis moralis. Q sit habitus essentialiter distinctus. Patet. Q non dependeat ab ipso patet: quia est naturaliter prior sicut actus intellectus prior actu voluntatis: ꝫ ꝛc̄.
❡ Tertio sic. Sicut se habet actus ad actū sic suo modo habitus ad habitū. Sed actus prudētie potest stare sine actu moralis virtutis. Patet. Intellectus eñ potest dictare de agibili ꝭm rectā rationem ꝛ voluntas ratione sue libertatis potest nō velle vel non eligere conformitatem ad rationē rectā et ita intellectus potest talē actum frequētare: et ꝑ consequēs prudētiam adquirere ꝛ virtus moralis nō erit nec adquiret in voluntate quare ꝛc̄. ❡ Sed ad hanc rationē respōdetur. Primo q stante iudicio recto prudētie in vniuersali ꝛ in particulari nō potest voluntas nō eligere conformiter ad rationē rectam ꝛ ita non potest virtus moralis non adquiri nec prudētia stare sine ipsa. ❡ Secūdo respondetur q licet voluntas possit nō eligere conformiter ad rationē rectam: tñ actus ratiōis recte dictatiuꝰ nō potest frequētari. Nam statim voluntas inficitur ꝛ ratio obumbratur ꝛ q̄to plus non eligit conformiter ad rectum iudicium rationis tāto plus ratio obumbratur: ꝛ per cōsequēs prudentia in ipsa non generatur sed magis si in ipsa prefuisset corrūperetur ꝛ desineret esse: ꝛ sic intelligitur illud tertiū oīs malꝰ ignorās. ethicorum q omnis malus est ignorās ꝛ si nō ignorantia preueniente tñ subsequente vel concomitante. ❡ Aliter dicitur tertio q licet in intellectu possit aggenerari aliquis habitꝰ recte dictatiuus agibilium cuiusmodi est scientia libri ethicorū vel huiusmodi sine moralivirtute non tamen ille habitus dici debet nec est vera prudētia virtus. Unde ꝛ aliquis homo pessimus qui nichil habet de prudētia nec de virtute potest habere dictamē aliqd̄ rectum vel noticiam rectam de agibilibus saltē in vniuer ꝯ ꝑcedē. solu. sali cuiusmodi est scientia libri ethicorum. ❡ Contra solutiones istas arguo: quia nō videtur efficaces. Contra primā satis est argutum in secūdo scilicet q volūtas nō necessario eligit cōformiter stāte iudicio rationis recte etiam in particulari. Alioquin eñ talis necessario bene vellet et nō peccaret nisi fortuito puta occurrēte alio fantasmate mouēte fortius intellectū ꝛ sic ratione cadēte a recto iudicio ꝛ volūtate consequēte vel sequente tale iudicium sic q hoc nō esset in sua potestate. Si dicas q immo: q potest sistere vel mouere intellectum vel alias potētias ad hoc vt aliud iudicium habeatur Dico q omnia ista concludunt actiuitatē voluntatis respectu actus propriū ꝛ libertatē: ꝛ per consequēs propositum scilicet q non possit nō eligere illud qd̄ iudicatum est a ratione q̄tūcūqꝫ in particulari ꝛ redit necessario id qd̄ prius. ❡ Contra secūdam solutionem arguo: quia nō video q intellectꝰ in aliquo obscuretur vel etiam in suo iudicio peioretur per hoc q voluntas ipsa nichil agit omnino: sed omnē actum suum circa iudicatum suspēdit nō eligendo illud qd̄ iudicatur. Unde nō video quare sicut prima vice stant simul rectum iudiciū ratiōis etiam in particulari ꝛ non eligere vel non velle voluntatē vel etiam qd̄ plus est oppositum vel contrarium eligere: q nullam habēt repugnātiam nō video quare nō possint simul stare secunda vice ꝛ tertia ꝛ quarta ꝛ sic frequēter: ꝛ per consequēs nō possit habitus prudētie generari ꝛ adquiri sine morali virtute. Si dicas q non quia malicia corrumpit iudicium infra respondebo ad istud. ❡ Cōtra tertiam solutionē non video quare habitus ille dictatiuus agibilium recte nō solum in vniuersali sicut est scientia libri ethicorum: sed etiā in particulari sicut ostensum est in argumēto contra secūdam solutionē nō possit dici prudētia ꝛ eiusdem rationis omnino cum ipsa. Si dicas q non: quia prudentia depēdet a morali virtute cōtra; quia multomagis depēderet moralis virtus a prudētia: ꝛ tūc esset circulus in per se depēdentiꝭ ꝛ idem depēderet a seipso ꝛ esset prius ꝛ posterius natura seipō ꝛ demōstratio propter quid esset circularis qd̄ est impossibile: quare ꝛc̄. ❡ Tertio arguo sic ꝑncipaliter. Licet regulatum ꝛ mēsuratum ꝭm aliquos depēdeat ad mēsuram ꝛ regulam ita q nō possit esse sine ipa sicut destructo scibili destruitur scientia: tñ regula et mēsura non dependet a regulato ꝛ mēsurato et pōt esse sine ipso sicut scibile sine scientia. Sed prudētia est regula ꝛ mēsura habitus moralis vel virtutis ꝛ directiua eius: ergo ꝛc̄. Sed an concludat argumētum q virtꝰ moralis nō possit esse sine prudētia inferius apparebit. ❡ Q̄tum ad virtutē moralem. Utrū connectatur necessario cum prudētia De virtute morali sibi correspondēte videtur michi dicēduꝫ sic q virtus ipsa moralis potest accipi vel q̄tū ad id qd̄ est absolutum in ipsa. Puta q̄tum ad habitum ipsuꝫ absolutum de prima specie qualitatis: vel pōt accipi q̄tum ad respectum conformitatis ad regulam vel dictamen rationis secundū prudentiam ipsam ꝛ hoc siue ille respectus sit actualis siue aptitudinalis siue realis siue rationis. Si accipiatur virtus. Primomodo dico q absolutum totuꝫ virtutis qd̄ dicit habitum de prima specie qualitatis facilitatem ad actum potest poni in re vel conseruari sine prudentia sibi correspondente vel aliquo actu eius ex parte intellectus saltē virtute diuina. ❡ Quod probatur: quia omne absolutum essentialiter distinctum ab alio non includēs ipsum intrinsece potest deus facere et conseruare sine illo sicut pluries dictum est supra. Sed habitus virtutis sic se habet ad habitum vel actum prudentie: ꝫ ꝛc̄. ❡ Secūdo hoc patet: q nō minus pōt deꝰ facere vel ꝯseruare absolutū virtutis sine prudentia q̄ affectum eē extrinsece sine sua per se causa vt videtur. Sed deus potest istud. ergo illud. ❡ Tertio q nō minus pōt hoc deus q̄ facere fruitionē sine visione. Sed hoc

potest de⁹ita bene sicut accidēs sine subiecto.ꝫ rc.
¶ Sed quid de agēte creato posset ne adq̄rere ab solutum virtutis moralis vel habere sine prudētia per facultatem ꝓprie volūtatis. Uidetur posse dici ꝙ sic ꝛ ꝓbatur rōne errāte circa aliquod obiectū ꝛ dictāte ip̄m esse faciendum. Puta esse fornicandum: voluntas ex sua natura pōt eligere oppositū. Puta esse continēdum vel cōtingere ꝛ frequētare talem actum/ ꝛ per consequēs potest in se generare habitum cōtinendi vel volendi efficiter continere fugiendo ꝛ detestando fornicationē. Sed talis habitus videtur esse absolutū virtutis moralis.ꝫ rc.

Nota.

¶ Secūdo Sicut stante prudentia vel actu prudētie in intellectu pōt voluntas adquirere habitū viciosum eligendo quod nō est eligēdum nec dictatū a ratione. Ita stāte actu vel habitu iudicij erronei in intellectu potest voluntas eligere aliquid aliud ab illo qđ dictum est ꝛ quod debuit dictare recta ratio vt videtur. Sed sic eligendo frequēter habetur absolutū virtutis vt videtur ergo rc. Dices ꝙ pari ratione sequitur ꝙ respectus ꝯformitatis ad rationem in habitu virtutis poterit haberi sine prudentia sicut ex parte vicij habetur respectus difformitatis cū ip̄a prudētia. Dico ꝙ nō sequitur sicut patet. Nam extremū difformitatis ponitur. Puta ip̄a prudentia vel actus eius: sed nō ponitur in ꝓposito. quare rc. ¶ Tertio videtur hoc idē. Nam sicut absolutum vicij nō necessario habet difformitatem ad rōnem. Sed potest habere cōformitatem ad ip̄am si rō sit erronea sic absolutū virtutis nō necessario habet cōformitatem ad rōnem rectam: sed potest habere difformitatem ad rationē si sit ratio erronea vt videtur. Sꝫ hoc posito pōt haberi ꝛ adquiri habitus ꝟtutis id quod est absolutū sine prudentia. ergo rc. ¶ Sic ergo licet nō sit hoc cōmuniter ꝛ de cōmuni lege ꝙ adquiratur absolutū virtutis sine prudentia vel actu eius tamē pōt fieri vt videtur. Si aūt loquimur de virtute q̄tum ad illum respectum conformitatis ad rōneꝫ rectam ꝺm prudentiam: sic dico virtus non potest esse nec adquiri sine prudentia vel actu eius. ¶ Probatio statim est in promptu quia impossibile ē ꝙ sit respect⁹ sine termino siue in re siue in intellectu siue in potentia siue in actu. Ita ꝙ si respectus est in actu termin⁹ est in actu. Sed in potentia oportet ꝙ terminus vł sit vel possit esse. Si in intellectu oportet ꝙ terminus sit in intellectu: sed prudētia isto modo ex parte rationis terminus est talis respectus sicut illud cui vel cuius dictamini ꝟtus conformiter se habet q̄uocūꝗ sit de illo respectu. ergo rc. ¶ Secūdo sic Mensuratū inquātum mēsuratuꝫ nō potest eē nec adquiri sine mensura ꝛ regula. Patet licet absolutum mensurati possit stare sine mensura. Sed habitus virtutis moralis per illum respectū debere formaliter esse mensuratus ꝛ regulatus a prudentia: licet absolutum habitus fundet talem respectum. ergo rc. ¶ Tertio sic. Impossibile est esse vel adq̄ri habitum electiuum ratione recta. Sed virt⁹ q̄tū ad respectum conformitatis dicitur determinata a recta ratione ꝛ ad ip̄sum refertur vt sic. ergo rc.
Sic igitur dico ꝙ accipiēdo virtutem ꝺm respectū illum conformitatis ad rationem rectam dictātem circa obiectum cōueniēs omnes debitas circūstantias que fundat in ip̄o immediate rōneꝫ bonitatis moralis ꝛ in quo īmediate consistit sicut dictuꝫ est supra ꝙ ꝟt⁹ moralis nec eē in actu nec adquiri potest etiam virtute diuina sine prudentia vel actu ei⁹ que vocatur ratio recta sicut nec quacunꝗ virtute possibile est ꝙ respectus sit in actu sine termino: qꝛ q̄tum ad hoc virtus moralis ꝛ prudentia sibi correspondens sunt connexe.

¶ Ad primum alioꝝ probātium ꝙ prudentia non potest esse sine virtute morali sibi correspondente. Dico ꝙ prudentia est habitus practicus pertinēs ad intellectum practicum: ꝛ ita dico ꝙ obiectū ei⁹ est veritas confesse se habēs ad appetitum rectum sed appetitus rectus nō solum est per virtuteꝫ moralem conformiter eligendum ꝺm dictamen rōnis prudentie. Sed appetitus ille rectus dicitur volitio finis recti ꝛ boni sicut dictum est in primo. Uñ ꝛ appetitus finis est intellectus practici. Nec ꝯtra primum concludit argumētum vt videtur. ¶ Ad secūdum dico ꝙ potest haberi recta ratio alicuius agibilis circa ip̄m sine morali ꝟtute correspondente ꝛ sine malicia. Unde nō oportet ꝙ si virtus moralis nō insit ꝙ ꝓpter hoc malicia que est habitus positiuus insit. Uoluntas em̄ inexistēte recto iudicio potest iudicatum nō eligere nec aliquid aliud ꝛ per cōsequēs nec virtutem nec viciū vel maliciam generare. Et ita dato ꝙ malicia esset corruptiua iudicij vel principij eo modo quo intendit adhuc posset esse prudētia sine morali virtute vt videtur.

Ad motiua alioꝝ.

¶ Nota hic ꝙ malicia in voluntate non est corruptiua principij sic ꝙ faciat intellectum errare in principijs agibilium primis. ¶ Tum quia talia principia dependent non ex voluntate sed ex noticia terminorum quibus complexis nō potest ītellectus non assentire p̄ncipio vel complexioni. Tum quia sicut per primum actum malum voluntatis non corrumpitur necessario iudiciū rectum intellectus qꝛ ꝺm articulum stante recto iudicio volūtas potest in oppositum iudicati sic nec per aliquē aliū sequentē. Primus em̄ potest eē ita malus sicut aliquis sequēs. Tum qꝛ nullus in via ē simpliciter incorrigibilis quod tamē sequeretur si erraret in p̄ncipijs agibilium nec esset via reducendi quia negaret omnia que ꝓponerentur sibi pertinētia ad materiam illam respectu cuius habet corruptum principium. Tum quia nec damnati etiam si errāt vt estiment deum esse odiēdum. Tunc enim non haberēt virtutem cōsciētie ꝛ sine remorsu ꝛ tristicia odirēt ip̄sum. Tamen nō intelligo ꝙ malicia in affectu sit corruptiua iudicij de principio sic ꝙ faciat errare circa principium agibile sicut etiam nec circa p̄ncipium speculabile. Nec etiam circa cōclusioneꝫ euidenter deductam ex principio sed pro tanto est corruptiua. Uno modo qꝛ voluntas mala auertit ītellectum a consideratione recta ꝛ dictamen ne āpli⁹ consideret ip̄m non faciendo ip̄sum errare sed a cōsideratione ꝛ dictamīe cessare frequenter. Et quia etiā voluntas mala volens malū finem ꝯuertit intellectum ꝛ imperat sibi iuenire media ad finē malum ꝛ sic priuatiue vel positiue corrumpit iudiciuꝫ sed non sic quin si placeret voluntati freq̄nter possꝫ non eligere illud quod dictatum est ꝺm rectam rationem ꝛ tamen permittere rectum iudicium rationis ꝛ frequēs/ ꝛ per ꝯsequens habitus prudētie posset generari. Uel quādo dicitur ꝙ omnis malus ē ignorās pro tanto verum est qꝛ agit quasi ignorās

Nota.

ac si ignoraret bonum nō quia ignorat bonum necessario. ¶ Ad tertium dico q̄ stante recto iudicio in vniuersali et in particulari pōt voluntas non eligere nec confestim seq̄tur operari necessario sʒ potest impediri et p̄hiberi operatio ex libertate volūtatis sicut dictum est in secūdo. Ad philosophū dico q̄ exponi potest sicut expositum est in secundo. Dicit enim potētem nō prohibitū. Et dico q̄ hoc potest esse ex libertate voluntatis eligentis nō operari vel siuelit omnino sicut dicunt alij accipiunt. Dico q̄ negādus est et ɔtradicit sibipi in septimo ethicorum in. 9. metaphisice. vbi dicit q̄ appetitus vel perheresis seu electio determinat ad agendum alterum oppositorum. Non aūt ratio vel intellectus sed si necessario et confestim sequeretur operari videreť determinari a ratione. quare etc̄. ¶ Ad quartum quod est de virtute morali q̄ necessario connectatur cum prudentia. Dico q̄ accipit minoreʒ falsam scilicet q̄ prudentia necessario ɔnectatur cum virtute morali sibi correspondēte et regulabili per ipsam. ¶ Ad quintum patet ex predictis q̄ virtus moralis q̄ntum ad respectum illum conformitatis ad rationem prudentie cōnexa est prudētie necessario manente tali respectu: sed quia ille respect⁹ accidentalis est habitui virtutis vel ipi absoluto virtutis. Ideo dico q̄ absolutum virtutis potest esse sine prudentia sicut et sine tali cōformitate et ita pōt esse absolutum virtutis quod nō habitus actu determinatus vel regulatus recta ratiōe regulabilis tamen et ɔformabilis rationi recte. ¶ Nota q̄ sancti vidētur dicere virtutes cōnexas pro tanto quia ad perfectionem habentis / et in ratione meritorij oporteret omnes inesse vel saltem q̄ vicium oppositum alicui virtuti et peccatum ad quod inclicat nō insit quia cum peccato mortali non stat merituʒ de condigno nec salus vel quia sibi inuicem suffragātur q̄ntum ad perfectionem habētis. ¶ Ad sextuʒ per idem dico q̄ absolutum habitus moralis virtutis posset stare et haberi sine conformitate actuali ad rōnem rectam vel prudentiam: et per consequēs sine bonitate sua morali actualiter inexistente quia illa est accidentalis bonitas absoluto ꝟtutis. Sed dico bene vltra q̄ stante bonitate morali in actu q̄ consistat in ipa conformitate ad rationem rectam prudentie oportet q̄ stet prudentia vel ratio recta modo supradicto. ¶ Et dico q̄ idem habitus vel actus ɓm substantiam et speciem posset esse vicissim moraliter bonus et mal⁹ cum talis bonitas vel malicia moralis sit simpliciter accidētalis substantie actus vel habitus sicut et conformitas ad prudētiā vel carentibus conformitatis. Hoc patʒ in exēplo Aliquis enim potest eē habituatus in dādo elemosinam vel in aliquo tali propter vanam gloriaʒ. Et planum est q̄ talis habitus est viciosus propter defectum conformitatis ad rationem rectam vel potius propter difformitatē ad ipam modo potest iste penitere de vna gloria et velle dare et etiam dare elemosinam propter deum. Planum est q̄ manēt apō eum idem habitus ɓm substantiā quod patet ex eadem inclinatiōe vel facilitate ad actum sicut ꝑri⁹ et tamen ille habitus modo est virtuosus q: conformis rationi recte. quare etc̄. Et tunc poneretur variatio circa rationem que est extremum quia de nouo haberetur ratio recta et surgeret nouus respect⁹ rei vel potius rationis in habitu vel actu virtuoso ex parte voluntatis nullo absoluto adquisito in ipa nisi forte intensiori gradu illius habitus vel actus quod tn̄ adhuc nō ē necessarium. Sicut preexistente albo si fiat aliquid aliud de nouo album adquiritur similitudo de nouo in priori albo facta mutatione in alio extremo. Nec aliquid absolutum adqritur preexistenti albo. Similiter dici potest q̄ actus moralis bonus idem numero et specie que prius nō erat meritori⁹ nullo absoluto adquisito in ipo actu sed in habente potest fieri meritorius quia durāte tali actu potest de nouo superuenire caritas in habente. Actus autem moraliter bonus cum caritate est meritorius nō autem sine caritate sicut patet. ergo etc̄. ¶ Si queras ɔtra predicta quo modo adueniente actu de fine vel intentiōe finis debito fiat habitus virtuosus qui prius erat cum nō adueniat nisi aliquid respectiuū et forte rationis quia sequēs actum intellectus dato q̄ reale. Hoc tamen nō sufficit q: virtutis dicit aliqd absolutum. Et similiter cedēte actu intentionis finis cedit talis respectus nec est plus virtuosus q̄ ante quia adhuc inclinat in actum viciosum sicut prius. ¶ Ad auctoritates q̄ntum videntur esse pro cōnexione prudentie cum alijs. Dico q̄ de lege cōi et vsu communi virtuosi licet simul adquiratur prudētia et virtus sibi correspondens regulata et directa per ipam non tamē est hoc necessarium quin possit aliter fieri et eē sicut dictum est supra. Si pro q̄to sunt de connexione moralium cum prudentia. Dico q̄ vnaqueq̄ virt⁹ moralis q̄ntum ad conformitatem quam habet ad prudentiam tanq̄ ad suam regulam directiuam connexa est cum ipa sed non oportet q̄ntum ad absolutuʒ habitus virtuosi sicut dictum est supra licet cōmuniter ita sit q̄ precedat prudētia in intellectu et virtus moralis in affectu eidem sit connexa. Hoc de secundo articulo principali.

¶ Quātum ad tertium arti/

De cōnexiōe virtutū theo. culum de virtutibus infusis. Utrum scilicʒ sint cōnexe adinuicem. Respondeo breuiter q̄ q̄ntum est ex natura rei nō sunt necessario cōnexe nec in fieri nec in esse / nec in esse completo et perfecto loquēdo de perfectione intrinseca eis. Nec in esse incōpleto et imperfecto. Q: in esse non sint connexe. Patet q: aliqui habent fidem et spem qui nō habent caritatē Similiter aliqui habent fidem qui non habent spē infusam sicut damnati forte vel desperati. Similiter aliqui habent caritatem perfectam qui non habent fidem et spem sicut patet de beatis et patuit de xp̄o. Q: nec in fieri patet. Nam licet cum primo infunditur alicui fides infundantur sibi alie ex miar et liberalitate diuina. Non tamē est hoc necessariū ex natura rei sed vna absolute loquēdo posset īfundi sine alia sicut etiam recuperāti caritatem per penitentiam de facto infunditur caritas et non infunditur fides tamen dico q̄ ex ordinatione diuina cōnexa in prima sui infusione ita q̄ cuicūq̄ infundiť vna primo et alie. Non sic autem oportet in secūdaria infusione sicut exemplificatum ē de caritate penitentis. Hoc breuiter dictum sit de tertio articulo principali.

¶ Ad primuʒ principale dico

Ad rōnes principales. q̄ habens vnā virtutem q̄ntūcunq̄ perfectam ītrinsece et formali perfectione nō propter hoc est vsq̄:

Ad p̄m Aduerte Uide.

quaqꝫ perfectus circa totam materiã moralẽ. Nec oportet ꝙ habeat omnes virtutes sed potest habere vicia opposita alijs virtutib⁹ nec est incōueniẽs vt videtur. Unde nec est dicendus simpliciter virtuosus sed tantum ƀm quid qꝛ ƀm vnam virtutem tantum. Unde ⁊ argumẽtum concludit ꝙ ad perfectionem habentis seu ipius virtuosi vt sit perfect⁹ omnino circa materiam moralem oportet virtutes esse connexas. ¶ Ad secũdum dico ꝙ prudẽtia potest esse sine morali virtute sibi correspondente ⁊ regulabili per ipam ⁊ patet quid dicendum ex predictis ad illas auctoritates. Excecauit eos malicia eorum ⁊ Omnis malus est ignorans. ¶ Quando dicitur vltra ꝙ vna est prudẽtia circa totam materiam moralem. Dico ꝙ nõ est verũ sicut dictum est supra. Ad philosophum dico sicut dictuꝫ est supra ꝙ est vna nomine vel genere nõ specie. Si dicas ꝙ Aristoteles intendit ipam esse vnam specie. Dico ꝙ non capio ꝙ ipe dicat verum. Nec video quare pl⁹ debeat dici vna specie q̃ virtus moralis circa totã materiam moralem ⁊ ideo nego iudiciũ eius in moralibus. ¶ Ad tertium dico ꝙ vna ꝟtus q̃tum ad perfectionem sui intrinsecam ⁊ formalẽ non exigit nec coegit aliam licet bene q̃tum ad perfectionem extrinsecam sibi ⁊ accidentalẽ que magis debꝫ dici perfectio habẽtis q̃ ipius virtutis. Et hoc concludit argumentum nec est in aliquo ꝯtra predicta sed magis ƀm predicta vt videtur. ergo ⁊c̃.

¶ Distinctionis trigesimeseptime.
Questio Unica.

Circa distictionẽ trigesimam septimam quero Utruꝫ precepta decalogi sint dispensabilia. ¶ Videtur ꝙ sic: quia si non essent dispensabilia. Hoc maxime videretur quia sunt de lege nature: sed hoc non tollit: qꝛ quinto ethicorũ dicit philosophus ꝙ ius naturale nõ est idem apud omnes / igitur nec precepta dato ꝙ sint de lege nature. ergo sunt dispensabilia. ¶ Secũdo sic. Unum de diuis preceptis est. Non occides: ⁊ aliud. Non furaberis: ⁊ aliud. Nõ mechaberis. Sed in istis ẽ dispẽsatum aliquando. De primo quãdo preceptũ est sibi. Tolle filiũ tuuꝫ quem diligis ysaac. ⁊c̃. De secũdo ĩ Exodo quãdo
Exodi. ex precepto dei Hebrei spoliauerũt egyptios. De
Ozee. I. tertio Ozee. I. Accipe tibi mulierem fornicariam ⁊ fac filios fornicationis. igitur pari ratiõe alia sunt dispensabilia. ¶ Tertio sic. Nullum preceptũ decalogi est necessario bonũ nisi volitũ a deo. ps. Sed omne tale impositum dispensabile est ex quo non ẽ bonum nisi ꝙ volitum ⁊ preceptũ. ergo ⁊c̃.

¶ Contra Illa q̃ sunt de iure nature sunt immutabilia ⁊ per ꝯñs indispẽsabilia. Patet de quinta vbi dicitur ꝙ non variaẗ specie: sed imutabile permanet. Sed precepta decalogi sunt de iure nature. Patet in principio canonis in primo decretorum. Ubi dicitur ꝙ ius naturale est quod in euangelio ⁊ lege cõtinetur. ꝟ. ⁊c̃.

¶ In ista questiõe sic ꝓcedã.

¶ Primo ostendam que ⁊ quot sunt precepta decalogi. ¶ Secũdo inquiram. Utrum sint de iure nature. ¶ Tertio. Utrum sint dispensabilia vł nõ ¶ Ultimo ad rationes.

¶ Quãtum ad primũ Dico ꝙ precepta decalogi sunt decẽ sicut habetur Exodi. 20 capitulo. ⁊ repetitur Leuitici. 19. ⁊ Deuteronomij. 5. sicut patet ibi. ¶ Primum est. Non habebis deos alienos. Cum quo ponitur. Nõ facies tibi sculptile neqꝫ omnem similitudinem ⁊ non adorabis ea neqꝫ coles. ¶ Secũdum preceptũ est. Non assumes nomẽ dei tui in vanum. ¶ Tertium est. Memento vt diem sabbati sanctifices. Et ista tria dicũtur precepta prime tabule. Prime scilicꝫ faciei anime que respicit vel versatur circa deum. vel prime tabule qꝛ ad litteram fuerũt scripta ĩ prima tabula ⁊ principali q̃ fuit tradita Moysi a deo ¶ Quartum preceptũ est. Honora patrem tuum ⁊ matrem tuam. ¶ Quintũ. Nõ occides. ¶ Sextum. Non mechaberis. ¶ Septimũ. Non furtum facies. ¶ Octauum. Non dices contra proximuꝫ tuum falsum testimonium. ¶ Nonum. Nõ concupisces vxorem proximi tui. ¶ Decimum. Non cõcupisces domũ proximi. Non seruuꝫ nõ ancillã. ⁊c̃. Sunt aũt ista septem precepta secunde tabule vel quia pertinent ad faciem anime inferiorem qua respicit proximum vel qꝛ ad litteram fuerunt scripta in secũda tabula Moysi tradita ⁊ minus ꝑncipali.

ꝙ. 10. sũt ꝓcepta decalogi

¶ Sufficientia aũt ipsorum sic accipitur. Precepta enĩ legis data sunt explicite ad ordinandũ hominem in deum ⁊ in proximum: licet cũ hoc etiam ordinent hominem ad seipsum licet nõ fuerit necessarium sic explicari ordinationẽ hominis ad seipm sicut ad alium sicut nec fuit necessarium ita explicare dilectionem hominis ad seipm dando ꝓceptum de ipa sicut ad deum vel ad seipm. Unde datum ẽ preceptum de dilectione dei ⁊ proximi. Non auteꝫ de dilectione sui ita explicite licꝫ etiam bene teneatur quis ex precepto quod patet Mathei. 22. Diliges proximum tuum sicut teipm. ¶ Ad hoc aũt vt subditus debito modo se habeat ⁊ ordinetur ad deum ꝙ obseruet sibi felicitatem nõ transferendo seruicium suum ad alios sicut ad principales dominos. Et de hoc datur primũ preceptum. Non habebis deos alienos nec facies. ⁊c̃. Ego sum dominus deus tuus. Secundo requiritur ꝙ obseruet sibi debitam reuerentiam ita ꝙ nihil iniuriosum in eum cõmittat. Et de hoc est secũdum ꝓceptũ. Nõ assumes nomẽ dei tui in vanum. Irreuerentia enĩ est adducere vel sumere nomen suum in vanũ. Tertio requiritur ꝙ sibi super ipensis beneficijs regracietur ⁊ de ipsis recogitet aliquãdo ⁊ circa ipm vacet alioquin negligeret ⁊ ingratus esset. Et de hoc datur tertiuꝫ preceptum. Memẽto vt diem sabbati sanctifices. Ad hoc enim est obseruatio sabbati. Et istud nõ est preceptum cerimoniale simpliciter sicut aliqui voluerunt dicere. Non cõputãtes ipm inter precepta moralia: nec per consequẽs inter ꝓcepta prime tabule. Errabant enĩ quia ⁊ licet cerimoniale fuerit q̃tum ad diem determinatam sabbati lege Mosayca: q̃tum tamẽ ad obseruationẽ alicuius diei morale est. Unde ⁊ quãtum ad obseruationem sabati euacuatum est cum cerimonialibus ⁊ rationabiliter sub lege noua trãslata est sanctificatio ad diem dominicã. patet numerus precepto-

ꝙ. 10. ꝓcepta sufficiunt.

Mathei. 22.

Nõ hec

rum prime tabule ⁊ sufficiētia nisi ꝙ potest dici ꝙ per primum preceptuz tenetur homo ad reuerētiā diuine maiestatis seu vnitatis vel primitatis. Per secūdum ad reuerentiam diuīe veritatis. Per tertium ad reuerentiam diuine bonitatis.

Nota. ¶ Ad hoc aūt ꝙ homo sufficiēter ordinetur ad proximū opȝ ꝙ ad aliquos speciali modo ⁊ specialiter ordinetur Puta ad parentes quibus specialiter obligatur ⁊ intantum vt ꝫm Aristotelem non possit eis vicē rependere ⁊ de hoc est quartū preceptū. Honora patrem tuum ⁊ matrem tuam. Ad alios autem minꝰ specialiter ⁊ sic vt nulli nocumentū inferatur ⁊ hoc nec corde nec ore nec opere. Opere etiā q: nec ī persona ꝓpria proximi ⁊ de hoc datur secūdum preceptum secūde tabule quod est quintū. Non occides. Nec q̃tum ad personam sibi coniunctam ⁊ de hoc est sextum preceptum. Non mechaberis. Nec q̃tū ad bona exteriora fortune ⁊ de hoc datum est septimum preceptum. Non furtum facies. De nocumēto ore facto dico ꝙ ip̄m debemꝰ vitare. Et de hoc est. 8m. preceptum. Non loqueris aduersus proximum tuum falsum testimonium. De nocumēto cordis vel male voluntatis. Dico ꝙ non debet homo velle nocere proximo suo nec q̃tum ad personam sibi coniunctam. Et de hoc datur nonū preceptum Non concupisces vxorem proximi tui. In quo prohibetur cōcupiscentia interior nō actus exterior: q̇ prohibetur in alio precepto. Non mechaberis. Nec in bonis exterioribus fortune ⁊ de hoc datur decimum preceptum. Non ꝯcupisces domū ꝓximi tui non agrum. ⁊c̄. Et prohibetur hic ꝯcupiscētia interior non actꝰ exterior sicut in illo precepto. Nō furtum facies. Sunt autēȝ ista duo precepta distincta q: prohibentur distincte cōcupiscentie ꝫm Augustinum: licet Origenes non distinxerit inter ea. Nam in primo precepto prohibetur cōcupiscentia carnis. In secūdo vero concupiscentia oculorum. ¶ Si autem queratur quare de lesione proximi in propria persona non datur de vitando duplex preceptum explicitum sed tantum vnum. Nō occides Respondet̄ ꝙ hō non inclinatur nec est ꝓnꝰ naturaliter ad occidēdum: sed interior cogitatio homicidij horrorē hȝ annexū naturaliter ⁊ ita nō fuit necessarium dare preceptum sic explicitum prohibēs actum interiorem homicidij sicut prohibens actuȝ interiorē ꝯcupiscentie carnis vel oculorū. Sic igit̄ patet numerus ⁊ sufficientia preceptoꝝ.

Ordo p̄ceptoruȝ. ¶ De ordine vero ipsorum dicitur ꝙ ip̄a ordinantur ꝫm ꝙ transgressiones eorum sunt grauiores seu peccata grauiora. Et quia grauior est transgressio in deuȝ q̃ in proximum ceteris paribus ⁊ in proximū opere q̃ verbo corde ⁊ verbo q̃ corde: ⁊ sic potest deduci per singula precepta: ideo precepta sic ordinātur. Si dicas ꝙ inter precepta p̄dicta non sunt illa duo de dilectione dei ⁊ proximi. Dicitur ꝙ preceptum de dilectione dei in tribus primis sufficiēter intelligitur ⁊ per ipsa explicatur. Similiter etiam secundum de dilectiōe proximi in alijs septē ⁊ ista duo precepta que omnia precepta quasi virtualiter includūt ⁊ cōsequenter in quibus tota lex pendet ⁊ ꝓphetie. Hec de primo articulo.

precepta an de iure natur̄.

¶ Quantum ad secundū articulum.

ꝯ. ꝓcedẽ. rñsionez. ¶ Cõtra istud licet videaƭ subtiliter dictũ arguũt aliĳ. Primo sic. Nichil constituitur reale in intellectu ꝑ actũ intelligẽdi aliud ab ip̃o. Probatio quia intelligere ꝛ velle ꝛ tales operationes immanẽtes primo ethicorũ nõ sic edificatio. Sed lex est aliq̃d reale in mẽte: ḡ ꝛc̃. ¶ Item sicut per actũ visionis nichil aliud cõstituitur vel derelinquiƭ in visu. Ita videƭ ꝙ nec ꝑ actuz intellectus in intellectu nichil reale. Lex ḡ cũ sit aliquid reale positiuũ in mẽte nõ est aliquid cõstitutũ in intellectu sicut dicũt. Si dicas ꝙ immo per actũ diligẽdi frequẽtatũ derelinquiƭ ꝛ cõstituiƭ habitus in mẽte. Istud nõ iuuat te qꝛ legẽ non ponis habitum sed aliquid aliud. Preterea etiã qꝛ intellectio nõ est actio causatiua habitus sicut domificatio đꝛ actio causatiua domꝰ. Est em̃ intellectio aliquid absolutũ de genere qualitatis non autẽ est actio de genere actiõis. ¶ Tertio sic. Illud ꝯstitutũ puta illa propositio cõplexa quã ponis legẽ cum ipsa intelligaƭ per actũ intelligẽdi legẽ. Alioquin lex intelligereƭ qđ non videƭ veruz oportet ꝙ sit obiectũ aliquod intelligibile respectu intelligẽtis legẽ sꝫ hoc est cõtra eos: qꝛ dicũt ꝙ lex nõ est obiectũ: igiƭ sibĳpsis ꝯtradicũt. ¶ Quarto arguunt sic aliqui. Operatio per quã constituiƭ aliquis terminꝰ nõ stat cũ illo termino sed habito termino cessat sicut motus ꝛ via cessant habitis terminis ꝛ ptꝫ. Edificatio em̃ cessat habita domo. Sed intellectio actualis potest stare cũ quocũqꝫ cõstituto qđ possunt ponere in intellectu: ḡ ꝛc̃. ¶ Quinto sic: qꝛ illud cõstitutũ aut est eiusdẽ rationis cũ itellectione actuali ꝛ sic lex est actus. Aut alterius rationis ꝛ sic est causa equiuoca ipse actus intelligendi respectu illius ꝛ sic aliquid ꝑfectiꝰ est ꝛ nobiliꝰ sicut causa equiuoca respectu sui effectus: ꝛ ecõuerso: qꝛ illud cõstitutũ se haberet ad actũ intelligẽdi sicut finis ꝛ terminus sicut domus respectu domificationis: ꝛ sic per consequẽs idem esset seipso nobilius ꝛ innobilius ꝑfectius ꝛ imꝑfectius. ¶ Sexto sic. Quidditas rei in intellectu nõ est nisi diffinitio ꝛ actus diffiniendi: qꝛ nõ est nisi cognitio quidditatiua eius sicut nec coloꝛ in visu non est aliquid aliud a visione coloris que est noticia intuitiua eiꝰ Excepta specie que est prima actui que nichil facit ad propositũ: ergo similiter in intellectu nichil est aliud cõstitutũ per actũ intelligẽdi.

ad rõnes ꝓceden. ¶ Alique istarum rationũ sunt solubiles precipue quarta ꝛ quinta. Nam ꝛ actio per quã constituitur aliquid sicut per actionẽ vel passionẽ de genere actionuis bene manet aliquãdo cum termino sicut illuminatio cuz lumine ꝛ actio productiua intellectionis cũ intellectione licet nõ sit ita in omnibꝰ. ¶ Similiter etiaz nõ oportet q̃tum ad quintã ꝙ quelibet causa equiuoca sit simpliciter nobilioꝛ suo effectu nisi eẽt causa totalis: quia de partiali non oportet vel etiam illud cõstitutum nõ esset per se finis eo modo quo finis habet rationẽ cause ꝛ prioris et nobilioris sed

magis haberet ratioñ effectus ⁊ vltimi quare ⁊c. Similiter etiā ad alias rationes posset aliquid dici sicut via satis in sequētibus apparebit.

Mēs doctoris.

¶ **Dico autem** q̄tum ad istū articuluz ꝙ dictamen sicut dictū est supra aliquādo accipit̄ ꝓ habitu aliquādo pro actu aliquādo pro obiecto. Et dico ꝙ ī descriptione legis nō accipitur dictamen pro habitu nec pro actu sed magis pro obiecto cōplexo boni agibilis vel mali fugiendi ſm rectā rationē. Unde lex proprie est tale obiectum dictatū ab intellectu practico dicēte hoc est faciendū illud est dimittendum et actus intelligēdi legē vel habitus generatus ex ipsis nō potest dici lex ꝓprie ⁊ formaliter. Ita ꝙ lex est verū agibile cōplexum se habēs per modū obiecti ad ipsum intellectū ⁊ patet tā de principio legis q̄ de cōclusione legis ꝙ sunt obiecta ꝯplexa actus intelligēdi vel habit⁹ generali ex tali actu et sicut obiectum cōplexum est aliquid vel non est aliquid extra actū vel habitū respectu legis eius sic lex ipsa potest dici esse aliquid vel non esse aliquid extra actum vel habitū intelligēdi legem sicut etiā principium vel conclusio potest dici aliquid se tenēs ex parte obiecti suo modo extra actum vel habitū sibi correspondētem ex parte intellectus vel saltē nō idem cū actu vel habitu ipso vt patet. Nec oportet ꝙ sit aliqd in re extra intellectū sicut etiā nec oportet ꝙ obiectū intellectionis simplicis sit aliquid extra intellectū in re licet non sit ipsa intellectio: sed obiectum eius.

Resolu.

¶ Sic dico in proposito de lege q̄ est obiectum cōplexum actus intelligendi ipsam q̄ est actus pertinēs ad secundam operationem intellectus quando apprehenditur ſm se aliqua propositio legis vel est etiam actus pertinens ad tertiam operationē quando est actus deductiuus cōclusionis legis ex principio legis. ¶ Ex his cōcludo ꝙ non oportet legem id qd̄ est formaliter esse aliquid reale positiuum inherēs menti hominis vel existēs in mente habētis legem vel scientis ipsaz sicut nec propositionē ipsam sed potius si est aliquid est ens rationis ⁊ propositio complexa est ens rationis et cetera talia licet actus vel habitus intelligendi legem bene sit aliquid reale sicut in deo sapientia diuina vel prudētia ⁊ actus suus intelligēdi ⁊ ī creatura habitus vel actus qui dicunt in mente aliqua accidētia positiua absoluta. ¶ Ex quo patet ꝙ argumēta aliorum primū ⁊ secundum nō concludūt contra primos sed tertium bene cōcludit q̄tum ad hoc ꝙ oportet legem tenere se ex parte obiecti. Ultimū vero argumētum eodem modo potest euadi sicut primū ⁊ secundum. ¶ Sic ergo apparet quid est lex ⁊ ꝙ se tenet ex parte intellectus ⁊ per quem modum quia per modum obiecti non per modū habitus vel actus vel potentie: et hec de primo articulo principali.

legis antique ⁊ noue acceptiones

¶ **Quātum ad secundum ar**ticuluz. Lex mosayca que dicitur lex antiqua ⁊ lex christi que dicitur lex noua. ¶ Uno modo possunt accipi ſm esse qd̄ habent ⁊ habuerunt in mente legislatoris eterni scꝫ dei ⁊ sic nulla earum est noua vel antiqua ꝓprie accipiendo sed vtraq̄ʒ eterna est tanq̄ʒ partialiter vel quasi contenta in lege eterna dei que omne agibile vel fugibile ſm rectam rationem cōprehendit: ideo etiam lex nature partialiter in lege diuina continetur sicut dictū est supra ⁊ q̄tum ad tale esse est eterna sicut ⁊ obiectum a deo intellectum est ab eterno. ¶ Secūdo modo possunt accipi iste leges vt tradite sunt in scripto vel ī verbo primo et primis recipientibus ipsas ⁊ sic iā quelibet earū antiqua dici potest. Multa eñ fluxerūt tēpora a traditiōe utriusq̄ʒ licet mosayca multo sit antiquior: ⁊ ideo in comparatione ad mosaycā potest dici noua ⁊ quelibet in sua prima traditiōe poterat dici noua: lex tamen christi noua dicitur specialiter quia post ipsaz nō succedet alia nec aliqua in qua sit salus successit post eam. Et sic lex mosayce non potest dici noua: vt patet.

Lex nature.

¶ Similiter etiā lex nature q̄tum ad esse qd̄ habet in mente creature rationalis vel intellectualis potuit dici noua in principio creature ⁊ modo bene antiqua potest dici licet quotidie innouetur in creaturis rationalib⁹ vel intellectualib⁹ que quotidie in generationib⁹ hominū de nouo creantur cuiusmodi sunt aīe humane ⁊ sic etiā quotidie innouat̄ lex antiqua moysi ⁊ lex christi in cordibus suscipientium eas de nouo sicut patet.

quid lex vetus.

¶ Hoc premisso dico ꝙ lex antiqua moysi totalis dicitur omnia obiecta preceptorū et aliorum scriptorum in libris moysi que per se ꝑtinent ad agibilia ⁊ quorum noticia directiua est voluntatis in agēdo aliquo vel fugiendo ſm ꝓcepta moralia iudicialia ⁊ cerimonialia illius legis.

quid lex noua.

¶ Lex vero xp̄i dicitur omnia illa talia q̄ in euangelio continētur siue vt precepta siue vt consilia et omnia quecūq̄ʒ erant moralia illius antique legis et si qua nō in propria forma forte explicētur et similiter omnia que ex traditis in euangelio ⁊ illis q̄bus ex euangelio ꝙ modo cadant sub lege saluādorum cuiusmodi sunt sacramenta ⁊ huiusmodi. Et tunc dicitur ꝙ lex noua tota in veteri lege continebatur sed non implicite sicut tradita est a Christo et apostolis diuulgata sed magis implicite saltem q̄tum ad multa in figuris et verbis obscuris licet multa explicarentur in ea. Ita ꝙ lex noua ab antiqua non distinguitur nisi sicut explicita ab implicita ⁊ perfecta ab imperfecta ſm Augustinum contra aduersarium legis ⁊ prophetarum ⁊ hoc q̄tuz ad moralia. Cerimonialia enim illius antique legis cessauerunt in noua ⁊ iudicialia q̄tum ad multa sed moralia remanserunt modificata amplius ⁊ determinata per xp̄m. Potest dici tamen ꝙ oīa illa euacuata veteris legis aliquid perfectionis significabāt futurū in lege noua ⁊ sic illa adueniente debuerunt cessare: quia lex noua in illis non continebatur nisi sicut significatū in signo ⁊ figuratuz in figura ⁊ lux in vmbra. De ambabus vero tā mosayca q̄ euangelica. Dico ꝙ continētur quasi partialiter in lege eterna mentis diuine que oīa agibilia comprehendit ⁊ ad omnia se extendit tanq̄ʒ lex vniuersalis ⁊ iste tanq̄ʒ leges particulares ad quedam ⁊ non ad omnia se extendentes ⁊ ipsam diuinam legem non adequantes. Similiter dico de lege nature mentis create. Hec de secundo articulo principali.

ꝙ lex noua sit leuior antiqua.

¶ **Quantum ad tertium arti**culum. An scilicet lex noua sit grauior ad obseruādum q̄ lex antiqua dico absolute ꝙ nō. Tum quia paucior a sine cōparatione habet precepta. Intellige de lege noua ſm ꝙ inuenitur tradita a christo

Nã multa precepta valde addita ſunt a rectoribus
populi chriſtiani ad que illi qui viuunt ſub lege no
ua obligãtur. Unde illa fuit onus importabile pro
Petrus pter multitudinem preceptorum. Onus inquit pe
trus qđ nec nos nec patres noſtri portare potuimꝰ
Tum quia motiuum obſeruationis noue legis eſt
amor. Motiuum vero antique legis obſeruatiõis
fuit timor quaſi ſeruilis amiſſionis ſcilicet bonorũ
temporalium. Facilius autem fit quod fit ex amo-
re licet ſm ſe ⁊ ex parte ſui ſit difficilius ⁊ ꝑfectius
vel magis arduum q̄ illud quod ex timore. Unde
August. ſm Auguſtinum breuis diſtinctio legis ⁊ euange
lij timor et amor. Unde licet aliqua ſint contẽta ex
plicite in lege noua difficiliora vt credere trinitatẽ
et diligere inimicũ ⁊ huiuſmodi q̄ in lege antiqua
tamen iſta facilior eſt. Tum quia etiã lex noua ha-
bet multo ꝑfectiora auxilia et remedia q̄ antiqua
Habet enim perfectiorem gratiã ⁊ perfectiora ſa-
cramenta que ipſaꝫ efficiunt ex opere operato non
ex opere operantis ſolum ſicut ſacramenta veteris
legis quare ⁊c̃. Et q̄tum ad omnia iſta dicit Chri
Chriſtꝰ. ſtus. Iugum enim meum ſuaue eſt ⁊ onus meũ le-
ue. Hec de tertio articulo principali.

ad p̃nci. argumẽ. ¶ Ad primum principale con
cedo ꝙ lex formaliter accipiendo ipſam non eſt ha
bitus ſed magis aliquod obiectum complexum ſi-
cut oſtenſum eſt ſupra. Utrum autem habitus co-
gnitiuus talis obiecti ſit fides reſpectu legis diui-
ne ſiue fides adquiſita ſiue infuſa et reſpectu legis
nature vel etiam talis habitus ſit prudentia nõ in-
tromitto me modo. Probabiliter tamen poſſet di
ci eſſe fides adquiſita vel etiam prudentia quoquo
modo. ¶ Ad ſecundum concedo ꝙ non eſt actus:
quia actu tranſeunte lex poteſt manere habituali-
ter in mente ſicut etiã propoſitio aliqua. ¶ Ad ter
tium dico ꝙ lex non eſt obiectũ legis ſed magis ha
bitus vel actus cognitiuꝰ legis. Et dico ꝙ lex ob
iectum complexum eſt ad moduꝫ propoſitionis qđ
quideꝫ formatur de bono vel malo ſicut propoſitio
aliqua formatus de ſubiecto enunciando ſeu affir-
mando vel negando p̄dicatum de ipſo ſicut de deo
ſimplici termino formatur vna lex ꝙ deus eſt colẽ-
dus a creatura ⁊ vere colendus: quia ſicut tractaẽ
in hoc tertio. Ipſe eſt deus ⁊ dominus Ieſus chri Deuota
ſtus mediator dei ⁊ hominũ et humani generis re- cõcluſio
parator ſm diuitias gratie ſue ſm quam obſerua- operis.
ri poſſunt meritorie precepta et conſilia legis ſue.
Qui cuꝫ deo patre ⁊ ſpiritu ſancto viuit ⁊ regnat
deus benedictus in ſecula ſeculorum. Amen.

¶ Hic finem accipiunt ingenioſiſſime Queſtiones F. Ioan
nis de Baſſolis minorite: Theologi ꝓfundiſſimi ſup Tertiuꝫ
ſentẽtiarũ: Nup vigilãti cura (vt intuẽti: ac intelligẽti videre
eſt) caſtitage: ⁊ priſtine ĩtegritati reſtitute. Parhiſius (ſed nuſ
q̄ antea) impreſſe: Arte quidem et ſolertia Nicolai de Pratis
fideliſſimi calcographi. Sumptibus autem honeſtorum Bi/
bliopolarum Franciſci Regnault: ⁊ Ioannis Frellon. Anno
xp̄i omnium redemptoris. Milleſimo quingenteſimo decimo
ſexto: idibus Ianuarij Sole aquarij gradum ſecundum cum
parte. xxxviij. tertij occupante.

Laus Ieſu.

Marceſcit ſine aduerſario virtus.

Finis.



Preclarissimi Sacre Theologie Doctoris. F. Jo. de Bassolis Minorite in Quartū sentētiarū

Opus/ non minus vtile q̄ ingeniosum/ Impensis non minimis/ Curaq;/ ⁊ emendatione non mediocri/ ad debite integritatis sanitatem reuocatum/ Ac marginalibus adnotamentis/ Duplici quoq; cōtentorum Indice recenter illustratum/ Opera deniq;/ ⁊ arte impressionis mirifica elaboratum. Feliciter adest.

✠



¶ Venūdatur in vico Maturinorū sub Anicludij intersignio Apud
P A R I S I O S.

Reuerendo in Christo Patri Domino Michaeli Lingonensi Episcopo/ac Duci meritissimo/Francie Pari nō minus pientissimo ꝙ venerando/ Orontius Fine Delphinas/Salutem dicit Eternam.

LIBVIT NON AB RE (ANTISTES maxime) studia / & labores quos in restituendo famatissimi Theologi. F. Ioannis de Bassolis in Quartum sententiarum opere / ad pristinę integritatis lectionem exhausi / tuo nomini dicare. Eo sane argumēto vt tibi meę erga te obseruantiæ sint exploratissimum monimentum. Tum quia etsi omnium bonarum disciplinarū studiosus amator existas / Hisce tamen Theologicis speculationibus videris maxime delectari. Quare id opus iure quodam tibi destinari debuit. Ea namque illis dedenda veniunt / qui eorū peritiam tenere comprobantur. Tum etiam quoniam cū hisce diebus e Parisijs descedendo Rus (quod Giuisiacum adpellatur) aliquandiu ageres / vna videlicet cum tuo perhumano consanguineo / de me semper bene merito / Domino Roberto Hurault: qui dum interloquendum / sermonē de me (Licet immerito) coram te duceret in medium / Tu te illi nescio qua libertate me quamlibenter cognoscere velle affirmasti. At visus es illico binas longe inęquales magnitudines velle cōparare. Quod factu haud facile existimaui / nisi medio quodam analogico extrema vnirentur. Vt si viginti ad quinarium componantur / cum longe distent / medio indigere cōstat: denario quidem: ad quem viginti eandem quam ipsi ad quinqꝫ obtineant habitudinem. Sed quia quinarij dupli denarium constituunt: ipsorum igitur viginti ad decem / & decem ad quinqꝫ (ex iam dicta analogia) eadem consurgit proportio quadrupla: qua & viginti / & quinque reuinciuntur. Cum igitur hoc ita demonstretur / & mea exilitas tuę cęlsę amplitudini nulla ex parte adhereat: iudicaui mediū esse adhibendum / quo tuę reuerēdę paternitati satisfacere aliqua ex parte valerem: quod que tuę dignissimę maiestati / & rarissimę eruditioni sane congrueret. Quartus igitur sententiarum pręfati de Bassolis is erit quo me saltem cognoscere poteris: & meam erga te fidelem obseruantiam: amorisque magnitudinem

prospicere. Qui superioribus diebus a nobis vigilanti cura reuisus, emē datissime castigatus, necnon & marginalibus decoramentis adnotatus te petit, te adit, te Pater sapientissime videre gestit. Vt tuo sublimi, & mirā do iudicio comprobatus, sub tuę amplissimę cęlsitudinis nomine in manus studentium (Theologorum pręcipue) tandem venire possit. Hunc ergo fronte iucunda, & eo vultu quo viros eruditos aspicere, & tibi beneuolentia deuincire solitus es, digneris adcipere: adceptū legere: vt videas quantum fuerit ipsius de Bassolis ingenium quanta doctrina, qui hoc: & reliqua tria tam egregia succosaque volumina, quatuor sententiarū libris respondentia, tanto ingenio construxit. Hęc sunt Pater sanctissime vigilantiarum nostrarum molimina, quę tibi impresentiarum: ditissimis muneribus (quę vulgo preciosā dicuntur) p̄termissis: adferimus. Quę si tua excellēs doctrina, illiusque ingenij tui viuacitas amplexari: & benigne fouere dignetur, Conabimur quicquam pręclari ex propria officina deprōptum, tuo nomine in lucem emittere: vt etiam post funera venturę possis interesse posteritati. Si modo ocio (studiosis adprime negocioso) perfrui aliquando possim, quo me sola dominatio tua donare potest. Vale perpetuum Religiōis iubar, & meum. Parisijs Anno virginei partus sesquimillesimo decimo septimo, Pridie kalendas Martias.

Eiusdem Orontij Fine Delphinatis, Ad eundem Dominum Michaelem, Lingonensem Episcopum Reuerendissimum.

OCTOSTICHON.

Resul aue gentis: Christi clarissima cultus
Gloria: Syncęrum: Pontificumq; decus.
Inclita Lingonicum volitans tua fama per orbem,
Vidit sequanias maxima facta domos.
Cardineo ornari deberes iure Galero,
Nouisti pauidas flectere pastor oues.
Tu tamen hunc nostrum non dedignare laborem:
Quem tibi deuoto pectore scribo: Vale.

FINIS.

ORONTIVS FINE DELPHINAS/ Ad Colendissimū Patrē/ & Magistrum/ Fratrē Guilielmū Huet/ Sacrarum literarum professorem/ Cultoreq; consultissimum/ ac Minoritarū Cœnobii Parisiis moderatorem vigilantissimū/

DECASTICHON.

Non veniūt magnis (Doctor celeberrime) q̄dā
Parua leui sumptu dona ferenda viris.
Cum sis Parisij non infima gloria cœtus:
Magnaq; doctorum gloria/ fama/ iubar.
Haud ratione caret/ q̄ Magni scripta/ dicamus
Hęc tibi/ doctoris suscipe queso lubens.
Maximus hic sane Doctor Bassolus/ in omni
Climate/ & immenso notus in orbe volat.
Magnaq; doctoris cupiens suffragia magni
Te petit: hunc sumas Optime doctor. Aue.

FINIS.

Ioannis Fosserij Matiscensis/ in Magistrū Orōtiū Fine Delphinatē/ Astronomię/ ac Medicinę ꝓfessorē clarissimū/ Panegyricus

Firma Brianſonię remanent pręconia gentis/
Ac Ebredunensis doxa peracta soli.
Ecce renascentem patrię Finæus honorem
Perficit: & multa dexteritate leuat.
Finæus Polihystor adest: Delphinia primus
Nomina/ qui ingenio tollet in Astra suo.
Vt Megara Euclidē/ Ptholemeū Egyptꝰ/ Apel (lē
Nisyrus/ Hyppocratē īsula Coa ꝓbat:
Dedalon illustrem celebres mirantur Athenę.
Prouehit artifices Grecia tota suos.
Te quoq; maiori Regio Delphinia plausu
Eleuat admirans/ tollit/ adornat/ amat.
Tu patrię solare iubar/ Sydusq; remotum/
Et merito generis gloria prima tui.
Iamq; Thaleta suum Neleia mœnia: Pyrrhum
Et Gigem sileat nobilitata Pharos.
Namq; vetustatem varia pręcellis in arte:
Deprimis ingenio sęcula prisca tuo.
Alter es Endimion/ nouit qui tempora Lunę:
Alter Parrhasius/ zeusis/ & alter Atlas:

Alter Praxiteles Veneris qui pegmata sculpsit:
Phillirides alter: Phœbus & alter eris:
Alter eris Medico tandem cum fratre Machaon/
Si pia te seruent numina Phœbus eris.
Te duce vitales ignota volumina sensus/
Primaque sumpserunt nobilis arma sophi.
Cui fuerat quondam Spheralis palma figurę/
Illa tibi potius contribuenda venit.
Qui renouans certis infusa Mathemata causis
Miranda Astronomos anxietate leuas.
Nec tibi diuinam satis est vidisse Mathesim
Te nichil inuictum pagina sacra tenet.
Ecce minoritas clarissimus inter alumnos
Te duce Bassolus/ pulcher/ amœnus adest.
Omnia securo poterit gynnasia cursu
Tangere Bassolus/ sensa profunda gerens.
Quę latuere prius furuis immersa tenebris:
Tu tamen occurrens lumen adire iubes.
Vnde michi Rethor/ subitusqꝫ Poeta videris/
Astrologus/ Pictor/ Geometresque simul.
Duc igitur faustis longum successibus ęuum/
Ne laudis pereat gloria summa tuę.
Hoc quoqꝫ pręcipiti collusum extēpore carmē
Suscipe: quod cecinit Fosseriana chelis.
Bene Vale Amicorum lumen.

Ioan. fosserius Matiscēsis ad Galarchiū Souyn
Maserieñ. de. M. Orontio Fine viro clarissimo.
Noster Apellęa memorandus Orontius arte
Bassoli e tenebris mystica sensa tulit.
Enthea (Galarchi) relegas monimenta: videbis
Sancta Minoritę dogmata/ iura/ fidem.
Idē ad Guilielmū Payn: & Ioannē Bertheiū.
Pergite: nec studijs vnq̄ permittite vestris
Instabili rapidum tempus abire fuga.
Eiusdem de. F. Ioanne de Bassolis
EPITHAPHIVM.
Integer ascendit Bassoli spiritus orbes
Ethereos: Terris membra sepulta iacēt.
FINIS.

Questio prima Utrum penitētia sit sacramentum noue legis
¶ Primo distinguitur de hoc nomine penitētia.
¶ Scdo ostenditur qūo accipiēdo penitentiā. penitentia est sacramentū noue legis. ⁊ ponit rō ei⁹
¶ Tertio ostenditur qūo penitētia est virtus.
¶ Quarto qūo nec est sacramentum nec virtus ſʒ actus aliquis.

Questio secūda. Utrum penitentia necessario requiratur ad deletionem pcti actualis mortalis post baptismum.
¶ Primo inquiritur qūo formaliter aīa dicit pec catrix. Et an aliquid tale maneat in ipa cessante actu interiori ⁊ exteriori pcti ⁊ quid sit illud.
¶ Secūdo Utrū penitētia sit necessaria ad deletionē pcti post baptismū. Et vtrū sit pcti deletiua.
¶ Tertio vtrum penitentia sit tantum vnius pene inflictiua.

Questio tertia. Utrum bona opera mortificata per pctm̄ reuiuiscunt p̄ sequētem penitentiam.
¶ Primo ostenditur que sunt opera viua ⁊ mortua vel etiam mortificata ⁊ quare sic dicuntur.
¶ Secūdo vtrum opera mortificata per penitentiam reuiuiscant vel etiā opera mortua.
¶ Tertio an dato q̄ opera mortificata reuiuiscāt homo semper resurgat ī maiori charitate vel gratia q̄ȝ prius esset.

¶ Distin.xv.

Questio prima. Utrum homo possit satisfacere de vno pctō mortali actuali/ nō satisfaciendo de alio.
¶ Primo ostenduntur satisfactionis acceptiōes: descriptiones. Et in quibus consistit.
¶ Secūdo inqritur an cuilibʒ pctō mortali actuali correspondeat p̄pria satisfactio. Et qūo.
¶ Tertio an possit satisfieri pro vno pctō: ⁊ nō p̄ alio vel an in peccato mortali existens possit satisfacere deo pro alio.

Questio secunda. Utrum dānificans alium iniuste ī bonis fortūe: seu aufferēs vel detinēs iniuste. r̄c. alterius teneatur restituere de necessitate penitentie. ita q̄ alias nō possit iuste penitere vel vere.
¶ Primo ostēditur qūo dominia rerum ⁊ bonoꝝ fortune in principio distinguebantur: ⁊ vnde sint distincta.
¶ Secūdo quomō talia dn̄ia iuste transferuntur. Et per consequens quomodo tales res iniuste occupantur.
¶ Tertio qūo quis iniuste occupās vel detinens rem alteri⁹ vel dānificans teneat ad restitutioneʒ.

¶ Distin.xvj.

Questio Utrum ɔtritio / cōfessio/ ⁊ satisfactio sint partes penitentie.
¶ Ista qō expditur breuiter sine argumētatione.

Distin.xvij.

Questio prima. Utrum remissio culpe ⁊ infusio gr̄e sint due mutatiōes vl' vna
¶ Primo inquiritur an remissio culpe sit mutatio realis vel rationis: aut non.
¶ Scdo dato q̄ nō sit mutatio realis querit an remissio culpe/ ⁊ infusio gr̄e sint vna mutatio vl' plēs
¶ Tertio vtrū remissio culpe sit prior naturaliter infusione gratie vel econuerso.

Questio scda. Utrū necessariū sit ad salutē pctōri ɔfiteri omnia pctā sua proprio sacerdoti.
¶ Primo inqritur quo iure vel p̄cepto teneat aliquis confiteri ⁊ an ex necessitate alicui⁹ p̄cepti.
¶ Scdo quid includat illd p̄ceptū de ɔfessione et includebat a principio: ⁊ ad quid coartabat.
¶ Tertio quid ē circa illd p̄ceptū postea vlterius explicatum.

¶ Distin.xviij.⁊ xix.

Questio Utrū sacerdotibus ecclesie sint tradite claues regni celorum.
¶ Primo ostendit q̄d vocet vel sit clauis. Et de p̄ralitate ⁊ ɔgruētia collatiōis clauiū ministrȝ ecclie
¶ Scdo cū clauis sit ptās / quales potestates sint hmōi claues. Et qūo hn̄s ipas pōt exire in actum.
¶ Tertio ad q̄ se extendat ptās absoluēdi clauiū sacerdotalium in foro confessionis.

¶ Distin.xx.et.xxj.

Questio prima. Utrū aliqd pctm̄ remittat in termino vite p̄ penitentiā in extremis Et ēt p⁹ vitā p̄ntē possit aliqd pctm̄ dimitti
¶ Primo oñditur q̄ pctā aliqñ dimittunt p̄ penitentiam in extremis. Et q̄ ipa est vtilis: licet rara ⁊ difficilis.
¶ Scdo q̄ritur an aliqd pctm̄ post hāc vitā dimittatur vel possit dimitti ſm potentiā dei ordinataꝫ quia de absoluta non est dubium.
¶ Tertio an pena debita pctō veniali non demisso sed ɔcomitante morali sit perpetua vel non.

Questio secunda Utrū ɔfessor in quocunqʒ casu teneat peccatū sibi ī cōfessiōe detectum celare.
¶ Prīo inqritur an sacerdos teneat celare ɔfessionem seu pctm̄ sibi in ɔfessione detectū de iure nature. Et ɔsimil'r pari rōne de omni alio secreto sibi sub forma secreti ɔmisso ⁊ recepto. Et hoc vel expresse vel iterp̄tatiue qñ apparet rōnabiliter q̄ cōmitens vult commissum haberi sub secreto. Et est materia secreti.
¶ Secundo vtrum sit de lege positiua diuina vel de iure diuino positiuo.
¶ Tertio an de iure ecclesiastico.

¶ Distin.xxij.

Questio Utrū pctā redeāt eadē nūero que p̄us ī recidiuāte ⁊ cadēte a v̄a peni.
¶ Prīo inqrit an absolute loqndo sit possibile q̄cunqʒ v̄tute: q̄ redeat idē pctm̄ nūero qd prius.
¶ Scdo vtꝝ sit impossibile ſm potētiā dei ordīatā. et an aliqñ redeat de facto: et p̄ quem modum.
¶ Tertio an graui⁹ peccet cadēs a vera penitētia per recidiuū q̄ȝ cadens ab innocentia p̄ p̄mū pctm̄

¶ Distin.xxiij.

Questio Utꝝ extrema vnctio sit sacramētū noue legis.
¶ Primo oñditur q̄ possibile fuit īstitui sacramētum remissiuū venialiū in existente vel laborāte in extremis. Et q̄ fuit ɔgruū sicut de facto ita fuit.

Index

¶ Tertio vtrũ de facto erit in instanti. Et de tempore vel hora vel instanti illo.

Distin. xliiij.

Questio prima. Utrum vir resurget idẽ hõ qui p̃us p̃ oĩa vel q̃tum ad omnia

¶ Primo inq̃ritur an hõ resurget idẽ totaliter q̃ prius q̃tũ ad ptes eẽntiales vel formas subãles ei⁹ Et p̃ p̃ns q̃tum ad totũ eẽntiale p̃stitutũ ex ip̃is.

¶ Scd̃o an hõ resurget totaliter idẽ q̃tũ ad ptes totius organicas ⁊ q̃tum ad potẽtias opatiuas/⁊ q̃tum ad humores ⁊ similia eiusdem.

¶ Tertio an homo resurget totaliter idem q̃tuȝ ad quelibet accidentia eius p̃pria vel cõmunia.

Questio Secũda. Utrũ ignis corpalis iferni affliget sp̃us ⁊ corpa dãnatorũ.

¶ Primo inq̃rit̃ an ignis corpalis iferni affligat sp̃us sepatos demonũ. Et p̃ quẽ modum.

¶ Scd̃o an sp̃us sepatos hoĩm damnatorum.

¶ Tertio an finaliter corpora damnatorum. Et p̃ quem modum.

¶ Distin. xlv.

Questio prima. Utrũ aĩa hũana sepata possit aliquid intelligere.

¶ Primo inquiritur an aĩa sepata a corpore possit naturaliter aliquid intelligere.

¶ Scd̃o vtrũ possit notitiam nouam aliquã ex rebus corporalibus precipue adquirere.

¶ Tertio an possit separata existens intelligere q̃ditates sibi habitualiter notas. Et recordari eorũ que nouit coniuncta.

Questio Scd̃a Utȝ anime separate cognoscant orationes nostras quas facimus pro ip̃sis vel ad ip̃as.

¶ Primo dicũtur aliqua de aĩalibus sepatis existentibus in inferno in statu damnationis.

¶ Scd̃o de aĩabus existẽtibus in purgatorio.

¶ Tertio de aĩab⁹ existẽtib⁹ in celo vel in p̃adiso.

¶ Distin. xlvj.

Questio Utrũ in omni opere dei circa creaturã concurrãt iusticia ⁊ mĩa.

¶ Prĩo inq̃rit̃ an ĩ deo sit iusticia. et p̃ quẽ modũ.

¶ Scd̃o an in deo sit mĩa. ⁊ per quem modum.

¶ Tertio an in omni ope dei cõcurrant iusticia et mĩa/vel possit in aliquo non concurrere.

¶ Distin. xlvij.

Questio Utrũ vniuersale iudiciũ sit futuȝ.

¶ Primo p̃misso quid iudicium/ostenditur q̃ sit futurum vniuersale.

¶ Scd̃o inquiritur de iudicantibus ⁊ iudicatis.

¶ Tertio de modo apparendi iudicium respectu iudicatorum ipsorum.

Distin. xlviij.

Questio Utrũ in iudicio cessabit mot⁹ celi/seu corporum celestium.

¶ Primo oñditur q̃ motus corporũ celestiũ põt aliquãdo cessare ⁊ cessabit de facto.

¶ Scd̃o an debeat cessare in eodẽ puncto vel situ corporũ celestiũ ĩ quo corpa celestia fuerũt creata.

¶ Tertio an cessatio motus corporũ celestiũ erit sufficiens causa cessationis aliorum.

¶ Distin. xlix.

Questio prima. Utruȝ beatitudo creature rõnalis vel itellectualis p̃sistat formaliter in actu vel operatione.

¶ Prĩo p̃mittunt̃ aliq̃ de noĩe ⁊ re btitudinis.

¶ Scd̃o inq̃ritur an cõsistat in actu vel opatione.

¶ Tertio an ĩmediatius insit potentie vel eẽntie.

Questio Scd̃a. Utrum btitudo p̃sistat ĩvnico simplici actu/vel non tm̃ in vno sed in pluribus.

¶ Primo ad euidentiam dicẽdorum inq̃ritur an voluntas in patria aliquẽ actũ vel opationeȝ put act⁹ vel opatio distinguit̃ a delectatione respectu obiecti beatifici suo modo/sicut intellectus habet actum visionis.

¶ Scd̃o dato q̃ sic inq̃rit̃ an btitudo p̃sistat ĩ vnico actu tm̃ intellectus vel voluntatis an p̃sistat in pluribus actibus istarum potentiaȝ ambarum.

¶ Tertio dato q̃ in pluribus / q̃z de actu intellectus nõ est dubium/inq̃ritur in quo vel quali actu seu operatione voluntatis p̃sistat/⁊ in quo nõ/ vbi tanguntur aliqua de intellectu.

Questio tertia. In cuius potentie actu p̃ncipalius cõsistat beatitudo.

¶ Primo inquirit̃ vtrũ voluntas sit nobilior potentia q̃ intellectus vel econuerso.

¶ Secũdo in actu cuius potentie principalius cõsistit beatitudo.

¶ Tertio dato q̃ in aliquo actu voluntatis inquiritur/quis sit ille actus.

Questio quarta. Utrum securitas vel ppetuitas tentionis sit de essentia btitudinis vel ad ip̃am essentiam pertineat.

¶ Primo inquiritur de perpetuitate.

¶ Secundo de securitate.

¶ Tertio de tentione/an ista essentialiter ad beatitudinem pertineant.

Questio quinta. Utrũ creatura rõnalis vel intellectualis nãliter sit capax btitudĩs sic q̃ ad eã ex puris nãlibus possit attigere.

¶ Primo inquiritur an creatura rõnalis vel itellectualis sit capax btitudinis naturalis subiectiue dico vel receptiue.

¶ Scd̃o an ex puris nãlibus cũ influẽtia gñali ip̃sius dei possit attingere ad btitudinẽ actiue vel effectiue. Et an sit cã effectiua btitudinis sue.

¶ Tertio inq̃rit̃ spãliter de hoĩe/an sit capax btitudis p̃ statu p̃ntis vite mortalis vel corruptibil̃.

Questio sexta Utrũ q̃libȝ creatura rationalis vel intellectualis summe velit ⁊ appetat beatitudinem.

¶ Primo premittuntur aliqua necessaria ad prosequendum questionem.

¶ Scd̃o oñditur q̃uo volũtas creata vel creatura rationalis necessario ⁊ naturaliter etiam summe appetit beatitudinem. Et q̃uo non.

¶ Tertio q̃uo appetit omnia propter beatitudinem. Etiam quomodo non.

¶ De beatitudine corporis.

Questio prima. Utrum corpora beatorum erunt impassibilia.

¶ Primo ponit̃ q̃ corpa beatoȝ erũt ip̃assibilia

¶ Secundo ponuntur alique opiniones vel mõi

¶ Finit Index principalis huius operis.

¶ Sequitur Index secūdus

nōnullorum que in hoc quarto principaliter & specialiter tractantur (vt singula Lucidius dignoscantur) in alphabetariū ordinē studiose redactus.

FINIS.

¶ Eximij Sacre Theologie professoris Fratris Johannis de Bassolis Minorite in quartum sententiarum

Prefatio.

eccle.7.

Melior est finis orationis q̃ principiũ. Ecclesiastes .7. In principio sententiarum dicebat ꝙ magister ĩ suo totali libro sentẽtiarũ ptractat quattuor: circa que cõsistit tota veritas theologica. Primum est dignitas diuini generis. Tractat enĩ in primo libro de generatione filij a patre: ⁊ pcessione spiritus sancti ab vtroq;. Secũdum est nouitas diuini operis/quam tractat in secũdo: in quo agit de productione creature. Tertium est vnitas vel charitas diuini federis: quod pepigit nobiscum in sua incarnatione: de qua agitur principaliter ĩ tertio. Quartum est bonitas diuini muneris: de qua agitur precipue in quarto. Munus enim diuinum est gratia sacramentalis in presenti: ⁊ gloria eternalis in futuro. ¶ Ad euidentiam ergo predicti thematis. Melior. ⁊c̃. Notãdũ est. ꝙ totalis liber sentẽtiarum quasi oratio quedam est. id est orationum congeries: in qua predicta quattuor pertractantur. In qua oratiõe primus liber est quasi pncipium: secundus ⁊ tertius quasi medium: quartus liber (quem habemus pre manibus) est quasi vltimum: et est quasi finis. quia est liber finalis. ¶ In quo quidem libro. quia agitur de bonitate diuini muneris nobis impensi: licet materia primi sit dignior ⁊ excellentior: recte tamen de quarto dicitur ꝙ est melior: quia vtilior. Vtilior est enim liber quartus: q̃ primus quia ⁊ si in primo tractetur de materia nobiliori: puta de dignitate diuini generis: tamen in quarto tractatur de vtiliori nobis. puta de bonitate ⁊ largitate diuini muneris. ⁊ hoc est quod dicitur in verbis preassumptis. Melior est finis orationis q̃ principium. Melior audienti ad consulendum. Melior exequenti ad attingẽdum. Melior etiam legenti ad quiescendum. In quo quidem verbo describitur materia hui⁹ quarti: tanq̃ materia fructuosa celestium diuinorumq; sacramentorum. Melior est. tanq̃ materia timorosa diuinorum iudiciorum: finis. tanq̃ materia gratiosa diuinorum officiorum: orationis. tanq̃ materia gaudiosa diuinorum solatiorum: vel virtuosa diuinorum initiorũ vel beatorũ initiorũ. tanq̃ pncipium. Ista enim materia est diuinorum sacramentorum contentiua. Ideo melior. diuinorum iudiciorum ostensiua. Ideo finis/diuinorum officiorum expressiua. Ideo orationis/⁊ diuinorum solatiorum. ⁊ premiorum inceptiua: ideo principium. Primum probat fructus remedij sacramentalis: quia melior est. Secundum probat status iudicij sententialis: quia finis. Tertium probat actus officij sacerdotalis: quia orationis. Quartum probat ortus solatij initialis: quia principium.

4. in totali sentẽtia. ɔside rata.

ꝙ hic.4. liber ceteris vtilior est.

¶ Dico ergo primo ꝙ ista materia quarti est materia fruosa. quia est materia fructus sacramentalis. melior est. vere melior. Nam fructus sacramentalis gartie optimus est in via presenti. licet enim de vino corporali dicatur. in Luca. ꝙ vetus melius est: non tamen de gratia antiquorum sacramẽtorum sic potest dici. sed gratia sacramentorũ noue legis melior est quia perfectior est/et maior. Unde ⁊ dominus Jesus Christus in signum huius seruauit bonum vinum vsq; ad huc vltimo apponendum: propter qd potest dici lex noua. quãtum ad fructum gratie sacramẽtalis iuxta illud Prouerbiorum. 8. Melior est fructus meus auro ⁊ lapide precioso: ⁊ genimina mea argento electo. Ubi describitur fructus gratie sacramentalis (de quo tractatur in materia quarti) tanq̃ melior propter quattuor. Primo propter dulcorem delectantem: Melior est fructus meus. Secundo propter valorem excedentẽ auro ⁊ lapide precioso. Tertio propter vigorem operantem ⁊ exequentem vel prodeũtem: quia dicitur genimina mea. Quarto propter nitorem refulgentem. vel decorem renitentem: quia argento electo comparatur. ¶ Primo igitur comparatur fructui meliori delectantis dulcoris. O q̃ dulcis est gratia sacramentalis gustui mentis bone et fideli primi enim et purissimi fructus eius / propter quod dicit anima fidelis. Canticorum. 2. de Christo sponso suo charissimo: qui nobis attulit fructũ sacramẽtorum ĩ arbore crucis sub vmbra (inquit) illius quã desiderauerã: sedi. ⁊ fruct⁹ ei⁹ dulcis gutturi meo: sub vmbra Christi extensi in cruce. In vmbra enim alarum tuarum sperabo. ⁊c̃. quam desideraueram in patribus. in regibus. in prophetis sub vmbra (inq̃) illi⁹ sedi. quia ibi sedetur: ⁊ quiescitur: quasi sub vmbra iuniperi. Et fructus eius fructus Christi / qui est fructus gratie sacramentalis. Nam de latere Christi mortui fluxerunt sacramenta secundum Augustinum super Johannem. Dulcis gntturi meo. Dulciora enim sunt sacramenta super mel ⁊ fauum. precipue illud altissimum sacramentum eucharistie. Est enim fruct⁹ ligni vite: de quo ligno dicitur ꝙ est in medio paradisi /afferens fructus duodecim per menses singulos. ¶ Secundo comparatur fructus gratie sacramentalis auro ⁊ lapidi precioso. propter valorem excedentem. Aurum enim ⁊ lapides preciosi sunt excedentis valoris. sic recte gratia sacramẽtalis. Nam sacramenta sunt desiderabilia sup aurum ⁊ lapidem preciosum multum. sicut dicitur in psalmo. Gratia enim sacramentalis est nummisma aureum: quo regnum celorum comparatur. et est operimentum lapideum vel ornamentum: quo omnia venustantur vel anima: omnis lapis preciosus operimentum tuum. ¶ Tertio comparatur

De infra huius. 4

Luce.

puer. 8.

Fructus gr̃e sacramentalis

Can. 2.

August.

Psal.

genimini. nam sicut planta sine genimine non fructificat: nec apparet nec virtus eius: sic nec anima sine gratia sacramentali. gratia enim sacramentalis ipsam viuificat: et ipsam sustentat: et ipsam fecundat ad fructum. propter quod petebat psalmista: multiplica genimina eius in stillicidijs eius letabitur germinans. Tunc enim genimina multiplicantur: quando gratie sacramentales cumulantur. et tunc anima ex riuis diuine misericordie inebriatur: et in stillicidijs diuine gratie iocundatur. ¶ Sed vltimo comparatur argento electo. propter nitorem refulgentem. gratia enim sacramentalis nō solum refulget interius per puritatem: sed etiā exterius per honestatem. Est enim argentum igne examinatum. probatum/purgatum/septuplū/ pro certo septuplum est: quia septem sunt sacramenta: in quibus confertur gratia septiformis scilicet baptismus/confirmatio/eucharistia/penitētia/ordo/matrimonium. extrema vnctio. et ista sunt recte septem spiritus dei missi in omnem terram. et sunt septem cādelabra aurea quibus anima depuratur: quibus anima illustratur: quibus anima saturatur in quorum christus medio ambulat. et precipue in sacramēto eucharistie. et sunt septem panes ordeacei: et septem stelle in manu filij hominis. quibus anima quasi quoddam celū: et quasi sedes dei adoratur. Igitur (melior est dies vna) gratie sacramētalis (in atrijs tuis) domine iesu christe (super milia) legis scripte et antique.

Psal.

¶ Secundo dico breuiter: q materia quarti est materia timorosa. quia est materia metus iudicialis. In hoc enim quarto agitur de finali et extremo iudicio: et ideo est materia finis vniuerse carnis. et iste finis venit. de hoc loquitur Apostolus Petrus. reddēt (inquit) rationem ei qui paratus est iudicare viuos et mortuos et sequitur q omnium finis appropinquabit. vbi describitur terribilitas iudicij (qd tractat ista materia) ex quattuor que concurrent in illo iudicio extremo et finali. ¶ Erit omnium iudicium inercusabile. et prudentissimum et discretissimum vel integerrimum. Ibi enim nichil omittetur de contingentibus. Ibi nichil recipietur de falso: sed meram rationem oportebit reddere/ redde rationem villicationis tue. In iudicijs enim presentis mundi proceditur ex falso allegatis: ex falso probatis: sed ibi non procedetur: nisi ex ratione et veris. reddent rationem. nichil enim omittetur: quia omnia nuda et aperta apud oculos iudicantis. non enim potest falli. ipse enim est: quē secreta cōscientie non fallunt. vnde et Mathei. xij. dicit q de omni verbo ocioso reddent homines rationem in die iudicij: si de omni verbo ocioso: quid de verbo contentioso inuidioso. quid de verbo malicioso. quid de verbo pernicioso. ¶ Secundo erit iudicium inobliquabile: et equalissimum: quia ei qui paratus est iudicare. Cui ei. ei certe qui est iudex iustus. qui est ipsa iusticia. qui tenet in manu sua libram iusticie: nec potest eam quantumcunque modicum declinare ei de quo scriptum est: parauit in iudicio thronum suum: et ipse iudicabit orbem terre in equitate. iudicabit populos in iusticia. Parauit enim thronū suū in mente sua: et ipse iudicabit. Iste est thronus in quo viginti quatuor seniores: et quatuor animalia adorant viuentem in secula seculorum. Iste est

q mā huius 4. ē timorosa

Petrus apostol9.

Luce.

Mathei 12.

Psal.

thronus in quo antiquis dierum sedit: et libri aperti sunt: et iudicati sunt mortui ƀm ea q̄ scripta erāt in libris. Iste est thronus dei in seculum seculi: et virga equitatis. virga regni sui. thronus sacerdotalis. thronus imperialis. et thronus iudicialis. Apostol

¶ Tertio erit iudicium inocultabile vel indeclinabile et cōmunissimum. quia iudicabit viuos et mortuos. viuos ad premium/mortuos peccato ad supplicium/ viuos ad vitam. mortuos ad mortem/viuos ad coronam/mortuos a penam. Nullus enim effugit istud iudicium. omnes oportet presentari ante tribunal Christi: propter quod dicebat apostolus ad Thimotheum. 4. Testificor coram deo et xp̄o iesu: qui iudicaturus est viuos et mortuos etc. Apo. ad Thi. 4.

¶ Quarto erit iudicium irrefragabile. et velocissimum et stabilissimumum vel solidissimum. siue certissimum. Nam finis omniū statim appropinquabit. statim enim data sententia demandabitur executioni. Non differetur pena vel premium: nec ad modicum: sed vnusquisque statim erit in vltimo statu suo: siue bono siue malo confirmatus. et ideo poterunt dicere iudicati illud Trenorum. 4. Appropinquauit finis noster. completi sunt dies nostri. quia venit finis noster. Hec de secundo membro principali. Tren. 4

¶ Tertio dico q materia quarti libri ē materia gratiosa. qr materia vel actus officij sacerdotalis est enim materia orationis. si enim sunt aliqui in ecclesia: qui debent vacare orationi: hoc precipue debent sacerdotes et leuite. et ministri altaris: de quorum ministerio et distinctione graduum ipsorum. et ordinum eorum et actuum determinat Magister in hoc quarto. Propter quod dicebat eis apostolus Petrus summus sacerdos in terra Christi vicarius. prime petri quarto. Estote prudentes et vigilate i orationibus. Et satis cito vnusquisque sicut accipit gratiam in alterutrū illam administrātes. vbi describitur officium sacerdotale et ministrorum ecclesie. sicut officium lucide vel limpide discretionis: ad dirigendum alios. Estote prudentes. Habent enim sacerdotes ecclesie alijs predicare. alios informare: et alios regulare. et ideo in ipsis requiritur prudentia legis/prudentia iuris /prudentia mentis. Estote prudentes sicut serpentes: et simplices sicut colūbe. Mathei decimo capitulo. Alioquin enim ceci sunt et duces cecorum. et ambo in foueam cadunt. Necessaria est enim prudentia pastorib9 ecclesie. Nam prudentia aspectus dirigit: et profectus porrigit. ¶ Secundo dico: q est officium sapide deuotionis ad nutriēdum. Vigilate in deuotionibus/ vel ad exercendum: vigilare enim debēt super gregem suum in orationibus. et officium ipsorum est orare pro populo: propter quod dicebat Christus primis sacerdotibus. Vigilate et orate: ne intretis in tentationem. Mathei: xxvi. Circuit enim dyabolus querens quem deuoret de grege vestro. Oratio enim debet esse scutum ministrorū Christi: et gladius pugne eorum. Exemplum habetur de Moyse: qui orando populum Israel defendit et aduersarios debellauit. propter quod dicitur vndecimo Machabeo. 1. q orationem faciebant omnes sacerdotes Ionatha inchoante: ceteris autem respondentibus. Ionatas enim fili9 columbe sc3. xp̄s inchoauit orationē legis noue: quā

q mā 4. est gratiosa.

.1. Petri 4.

Mat. 10.

Mathei 26.

11. Machab. 1.

do orauit patrem ꝛ ascendit in montem solus ora re:ꝛ alios docuit orare:ꝛ alij consequenter debent respondere. ꝛ orare. ¶ Tertio dico ꝙ est officium placide perfectionis ad complacendum ipsi deo. quia vnusquisqꝫ ministrorum accepit gratias. vnꝰ gratiam accolatus. alius subdyaconatus. alij dyaconatus. alij presbiteratus/ ꝛ iste sunt gratie spirituales. quas acceperunt ministri ecclesie: ꝛ accipiunt in sua ordinatione. propter quod dicebat apostolus ad Ephe. quarto. Unicuiqꝫ nostrum data ē gratia secūdum mensuram donationis Christi et Johannis primo dicitur. ꝙ de plenitudine eius omnes accepimus gratiam. ¶ Quarto dico: ꝙ est officium fluide diffusionis. vel dilectionis mutue. in alterutrum. (inquit) illam administrantes. habent enim officium diffundendi gratiam. ꝛ administrandi alijs mediantibus sacramētis. spūaliter habent ministrare. ꝛ digne ministrare tanqꝫ boni dispensatores multiformis gratie dei. Unū ꝛ petrꝰ dicebat. Si quis ministrat tanqꝫ ex virtute quam administrat deus: vt in omnibꝰ honorificetur deꝰ per Jesum christum dominum nostrum. ¶ Hoc de tertio principali: nisi quod iam bene queritur: inter dispensatores vt fides quis inueniatur:ꝛ nō solum queritur: sed etiam vix inuenitur vnde ꝛ male diuinum officium exercet.

Ad ephesi. 4.

Joan. 1.

Quarto dico principaliter: ꝙ materia quarti est materia gaudiosa. quia est materia ortus impialis. ꝛ principalis seu primordialis ortus enim iste rationanis creature vel intellatualis est assecutio eterne beatitudinis. tūc enim creatura proprie oritur ꝛ liciatur deo. Materia quarti planum est ꝙ continet ꝛloquitur de beatitudine tanqꝫ de fine ꝛ in finem. et ideo potest dici principium: vt simul dicatur quasi alpha ꝛ o. principium ꝛ finis. Apocali. primo. propter quod dicitur Hieremie. xxx. Erunt filij eius sicut a principio. ꝛ cetus eius coram me permanebit. ¶ Ubi describitur gloria eterne beatitudinis (de qua tractat magister in fine quarti huius.) tanqꝫ status generose dignitatis. Erunt filij eius. Cuius eius: eius ꝗ saluauit eos. dei ꝛ patris domini nostri Jesu christi. filij (inqꝫ) gratie: filij glorie: filij patrie/ filij regni/ heredes quidem dei / coheredes autē Christi. Ita possunt dicere / non sumus ancille filij: sed libere. scilicet Hierusalem superne: ꝗ est mater nostra. qua libertate Christus nos liberauit. ¶ Secundo describitur sicut status gratiose nouitatis: sicut a principio/ sicut enim in principio creationis fuit homo gratiosus: ꝛ multo amplius ꝛ fortius in statu beatitudinis. Immo multomagis ꝙ in statu innocentie. A principio nāqꝫ in statu illo fuit peccabilis/ fuit mortalis/ fuit passibilis. Licet aliquo modo fuerit immortalis. impassibilis. ꝛ impeccabilis/ durante illo statu: sed in statu glorie simpliciter erit impassibilis immortalis ꝛ impeccabilis et ideo benedixit dominus nouissimis Job magis ꝙ principio. Job enim magnus interpretatur. ꝛ bene magnus est: qui ad beatam nouitatem instaurat tur. ¶ Tertio describitur tanqꝫ status amorose simultatis. ꝛ cetus ius. In patria enim beata est simultas ꝛ societas amorosa. Alligantur enim vinculo charitatis in summa vnitate. que est deus: vt sint vnius mentis vnius vocis. vnius laudis/ vniꝰ

Qr materia. 4. est gaudiosa

Hie. 30.

confessionis: vnius professionis. ꝛ vnius affectionis. Unde omnes vnanimes vno ore benedicunt deum ꝛ patrem domini nostri Jesu Christi. Iste est cetus ille: de quo dicitur Danielis. xiij. ꝙ exclamauit omnis cetus voce magna: ꝛ benedixerunt deum. qui saluos facit sperantes in se. vere exclamat iste cetus: quia non cessat clamare sanctus sanctus sanctus dominus deus sabaoth. hoc et eīn opus eorum laudare ꝛ benedicere deum. ¶ Quarto ꝛ vltimo est status virtuose firmitatis permanebit coram me. coram me (inqꝫ) quia mei habebūt visionem clarissimam. quia mei habebunt fruitiones dulcissimam. quia mei habebunt possessionem plenissimam. permanebit ergo iste cetus: quia de isto cetu sunt illi: quibus dixit christus Luce. xxij. vos estis: qui permansistis mecum in tentationibus meis. et ego dispono vobis: sicut disponit mihi pater regnum: vt edatis ꝛ bibatis ꝛc̄. Sed coram te domine iesu christe quia sicut dicitur ysaie nono. letabuntur coram te: sicut qui letātur in messe sicut exultant victores capta preda quando diuidūt spolia. Et leuiti. xxiij. dicitur beatis in figura. Letabimini coram domino deo vestro: ꝛ celebratis solēnitates eius septem diebus. septem vero diebus vniuersitas temporis comprehenditur ſm Gregoriū et potest haberi per hoc perpetuitas huius gloriose solennitatis. Ad quam nos perducat dominus iesus christus per sua sacramenta: que instituit. qui cum deo patre ꝛ spiritu sancto viuit ꝛ regnat in secula seculorum. Amen.

Dan. 13.

Luc. 22.

ysaie. 9.

Leui. 23.

Finit Prefatio.

¶ Distinctionis Prime Libri quarti Sententiarum.
Questio Prima.

Circa distinctiōez primam quarti sententiarum quero primo. Utrum sacramenta noue legis sint per se causa effectiua gratie gratum facientis in animabus suscipientium sacramenta. ¶ Uidetur ꝙ sic. In sacramentis noue legis est aliqua virtus spiritualis collata ipsis ad sanctificandum creaturam ſm August. super Jo. Homelia. vij. Que est (inquit) ista vis vel virtus aque: vt corpus tangat. ꝛ cor abluat. Et pari ratione de alijs sacramentis suo modo. sed hoc nō est nisi causando ꝛ efficiendo gratiam. ergo ꝛc̄. ¶ Secundo sic. Sacramentum est inuisibilis gratie visibilis forma: vt eius similitudinem gerat: et causa existat: secundum Magistrum in litera describentem sacramentum. Sed illud quod conuenit alicui ex sua diffinitione: vere et per se sibi conuenit. ergo ꝛc̄. ¶ Tertio sic. Hec est differētia sacramentorū noue legis ad sacramēta veteris legis. qꝛ illa tātū gratiā figurabāt: ꝛ nō causabant. sed sacramenta noue legis cum sint perfecta signa ꝛ efficacia: non solum figurant: sed etiā efficiunt quod figurant. sed illud per quod alterum differt ab alio: vere ꝛ realiter ꝛ per se sibi conuenit ergo sacramenta sunt vere ꝛ realiter ꝛ per se cau-

Augusti.

sa effectiua gratie.

¶ Contra. Illa que non possunt attingere ad creationem realiter ⁊ effectiue: non possunt efficere gratiam. quia gratia nõ habetur nisi per creationem. sed sacramẽta nõ possunt creare cum sint creature. ergo ⁊c. Ad hoc videtur esse auctoritas Bernardi in sermone quodã de cena domini: vbi dicit. ꝙ sicut inuestitur canonicus per librum: ⁊ abbas per baculum: ⁊ episcopus per anulum: sic diuisiones gratiarum diuerse tradite sunt sacramentis. sed planum est ꝙ illa non efficiunt. ergo nec sacramenta vt videtur. (Bernar.)

¶ In ista questione sic ꝓcedã

¶ Primo recitabo quattuor opiniones probabiles de questione cum motiuis earum. ⁊ modis dicendi. ¶ Secundo arguam contra eas ⁊ soluã motiua earum. ¶ Tertio ponam aliam opinionem: que mihi magis placet ⁊ declarabo eam: et instabo contra eam ⁊ soluam. ¶ Ultimo ad rationes principales.

(sacramẽta noue legis an causent per se grãm .1. opinio)

¶ Quantum ad primum est vna opinio solennis que dicit primo. ꝙ sacramenta noue legis causant effectiue gratiam: vel sunt causa per se eius effectiua. Et oporteret ꝙ omnes hoc ponant: sicut dicit. Tum propter auctoritates sanctorum Augustini ⁊ aliorum. Tum propter aliquas rationes superius adductas in principio questionis. Tum quia alioquin non essent sacramenta causa gratie nisi causa sine qua non: et per accidens. ⁊ ita non pertineret hoc ad diffinitionẽ sacramenti: nec ad artem considerandi de sacramentis. quia ea que sunt per accidens: relinquenda sunt ab arte. vi. Metaphi. (6. meth.) Tum quia alias sacramenta noue legis preeminẽtiam non haberẽt super sacramenta veteris legis. ita enim potest dici: ꝙ illa saltem circũcisio conferebant gratiam: sicut causa sine qua non. quare ⁊c. ¶ Secundo dicit ista opinio: ꝙ sacramenta non possunt esse causa principalis effectiua gratie: sed instrumentalis. (Cause effici. dup. distinct.) Ad cuius euidentiam dicitur. ꝙ efficiens vel causa agens distinguitur dupliciter. Uno modo ex parte effectus. et sic distinguitur in agens dispositiuum quod causat effectum primum: qui est dispositio respectu secundi effectus ⁊ in agens perfectissimum: quod inducit vltimatum effectum ⁊ perfectum. Alio modo distinguitur etiam efficiens ex parte efficientis et isto modo distinguitur in agens principale ⁊ instrumentale. Instrumentum autem habet duplicem actionem vnam ex propria natura: et aliam inquantum mouetur a principali agente. ⁊ quando habet secundam/ simul habet etiam primam. nec habet secundam nisi habendo primam. ⁊ per secundam attingit ad aliquid vltra aliud ad quod attingit per primam. Illud autem quod attingit per secũdam: ⁊ inquãtum instrumẽtũ est: et motum a principali agente: aliquando est terminus actionis principalis agentis. aliquãdo vero dispositio ad terminum actionis ipsius principalis agentis. Ad ꝓpositum in sacramento baptismi (⁊ sic in alijs intelligendũ est suo modo) aqua baptismi exterius abluit corpus: vel madefacit. ⁊ hec est operatio eius que conuenit sibi per naturam propriam. Ulterius autem inquantum est instrumentum diuine misericordie: habet effectum vlteriorem. non quidem attingendo ad gratiam vt ipsam creet in anima: quia creatura est: ⁊ creare non potest/ nec principaliter / nec instrumentaliter: sed attingendo ad aliquã dispositionem spiritualem ipsius anime ad gratiam. ⁊ illa dispositio in baptismi sacramento est caracter. Et similiter in alijs sacramentis imprimentibus caracterem. In sacramentis vero non imprimentibus caracterem est aliquis ornatus spiritualis. vel qualitas aliqua ad gratiam loco caracteris disponens ⁊ est consonum hoc dictis Magistri sicut dicunt. Dicit enim ꝙ homo non querit salutem a sacramentis. (Magi.) sed a deo per sacramenta. Hec enim prepositio a vel ab denotat causam efficientem principalem. sed ista ꝓpositio per denotat cãm instrumentalem. ¶ Tertio dicit opinans in vna alia questione: ꝙ necessarium est secundum predicta inesse aliquam virtutem absolutam sacramento ⁊ supernaturalẽ: que non tantum est ordo sacramenti ad gratiã sed est forma absoluta: que est ratio agendi ipsi sacramento. ⁊ per consequẽs absolute. quia quinto phisicorum. (5. phis.) sicut relatio non potest esse terminus motus vel terminare actionem: ita non potest esse alicui ratio agendi. Qualis autem sit ⁊ quomodo insit ista virtus declaratur sic. Nam virtus que est ratio agẽdi debet proportionari agenti. quia igitur agens principale ex seipso agit. ⁊ non agit inquãtum motum ab alio: sicut agens instrumẽtale: hinc est ꝙ virtus principalis agentis permanens est in esse et habens esse completum ⁊ perfectum in ipso. virtuti vero instrumenti secundum ꝙ huiusmodi non conuenit esse sibi nisi in motu ⁊ in fieri et secũdum esse incompletum. quia motus est aliquid imperfectum. eo ꝙ est actus entis in potentia tertio phisicorum. ⁊ instrumentum non agit nisi inq̃tum motum est ab agente principali. Uirtus ergo illa supernaturalis est in sacramento in fieri: ⁊ non habet esse fixum: per modum quo intentiones sensibilium ponuntur in remedio. sicut intẽtio coloris ad immutandum visum ponitur in medio moto ab ipso corpore colorato. ⁊ sic ponitur illa virt⁹ in sacramento corporali secũdum esse fluxibile. ⁊ etiã incõpletum. ⁊ hoc est possibile. licet impossibile esset ꝙ talis virtus cum supernaturalis ⁊ spiritualis poneretur in tali corpore vel sacramento corporali secundum esse manens ⁊ completum ⁊ fixum. ¶ Ad confirmandum vero istam virtutẽ esse in sacramẽto: et sacramentum agere per talem virtutem arguitur multipliciter ⁊ per rationes ⁊ per exempla

¶ Per rationes. (Rõnes .1. opi.) Tum quia deus nouo ⁊ speciali modo est in sacramentis ad sanctificandum creaturam secundum omnes. sed hoc non est per mutationem dei: sed per mutationem sacramenti ad visum applicati. cum igitur mutatio terminetur ad aliq̃d absolutum: non videtur esse in eis: nisi per aliquam specialem virtutem absolutam eis influxã ab agẽte deo. Tum quia quando agens agit in aliud mediante instrumento: prius naturaliter recipitur virtus agentis in instrumento q̃z in illo alio. patet in serra. Sacramenta autem sunt instrumenta dei in sanctificando. Tum quia videmus quod ignis inq̃tum est instrumentum diuine iusticie: habet virtutem punitiuam qua agit in spiritus damnatorum. ergo similiter sacramentum in q̃tũ est instrumentũ diuine mie habet vim iustificãdi sibi a deo

collata. nec aliquid repugnat. Tum quia medicina habet aliquam vim respectu sanitatis vel dispositionis ad ipsam. Tum quia sacramentum habet relationem realem ad effectum sacramenti. et hoc non est nisi mediante illa virtute absoluta. ¶ Ad hoc adducuntur exempla. Primum est de voce bene audibili. que est causa discipline. et habet virtutem mouendi intellectum. nā ipsa aliquo modo virtualiter continet intentionem proferentis: ꝛ ab ipso quandā virtutem videtur recipere: vt possit esse causa discipline in audiente: sicut dicitur in de sensu ꝛ sensato. similiter de fātasmate corporali respectu intellectus tertio de anima. ¶ Secundū exemplum est de celo. quod quidem inquātum mouetur ab intelligentia: quasi instrumentum recipit virtutem generandi ista inferiora: etiam viua: in quorū generationem non posset secūdum se. ¶ Tertium exemplum de semine quod in virtute generantis vel anime ipsius agit ad generationem: vt dicitur in vndecimo de animalibus: non in vitute propria sicut etiam scdo de anima. calor inquātū est instrumentum anime habet virtutem generandi carnem et multa alia consimilia possunt poni. nullum enim est inconueniens si instrumentum ponitur habere aliquam virtutem ab agente principali: per quam agat aliquid vel attingat: ad quod nō posset in virtute propria: vt videtur. ¶ Ad hoc adducuntur auctoritates. prima est Augu. allegata in principio questionis. Secūda est bede super lucam: ꝙ christus tactu sue mundissime carnis dedit vim regeneratiuam aquis: sed ista vis non est nisi illa virtus absoluta. ergo ꝛc̄.

exēpla p pma opi. — xi. de aīa libus. — Beda.

2.opinio

Secunda opinio

est: que negat illam virtutem absolutam. ponit tamen ꝙ sacramēta sunt causa effectiua gratie: sicut prima: tamen per alium modum. quia sunt gratie vasa cōtētiua. cōtinent eñ causam effectiuā gratie. deus enim cuius est causare gratiam: est in ipsis sacramentis modo speciali ad specialem effectum gratie causandum in anima recipientis sacramentum. licet enim sit vbiq3 deus per essentiā: presentiam: et potentiam: hic tamen est specialiter insistens: et nō solū assistens sicut alijs rebus. et ideo sacramentum cui insistit: dicitur causare gratiā vel cōferre. ¶ Et ponitur ad hoc exemplum. sicut eñ manus christi tangendo infirmum dicebatur ipm curare: et sibi conferre sanitatem pro tanto: quia diuinitas sibi insistens curabat: et sanitatem conferebat: sic dicitur sacramētum gratiam causare: non per aliquā virtutem supernaturalē sibi influxā. vel collatam. et formaliter inherentem: sicut primi ponunt. Qr autem sacramētum non sit proprie instrumentū habens talem virtutem actiuam: probāt. qr nec attingit ad gratiam creādam: nec ad aliquam dispositionem quia creatio cum sit de nihilo: dispositionem non requirit. quare ꝛc̄. Potest tamen dici instrumentale agens aliquo modo. sicut manus christi dicebatur agens instrumentale in curatione infirmorū: et diuinitas insistens dicebatur principale agens.

Exēpluz

3.opinio.

Tertia opinio

est probabilis et subtilis ꝙ sacramenta sunt per se causa effectiua gratie. Et hoc oportet dicere: sicut dicunt primi. et potest probari hoc sicut primi probauerunt. ¶ Adducunt tamen vnam rationē specialem ad hoc talem. omnis dispositio necessitans ad aliquam formam. que nō est ratio recipiendi ipsam: est causa effectiua realis et per se illius. pbatur ista tam de dispositione necessitante ex natura rei: ꝙ̄ ex ordinatione alicuiꝰ vel institutione. de primo patet exemplum. quia scdm Aristo. scdo phisicorū et quinto methaphisice. motus est per se causa effectiua sanitatis. ambulare eñ (sicut dicit ibi) est per se causa effectiua enechie. idest bone dispositionis. sicut enechia est per se causa finalis ipsius ambulere. loquitur enim ibi aristo. de per se causis. et planum est ꝙ motus ambulationis non est nisi quedam dispositio necessitans ad sanitatem: ꝛ hoc ex natura rei et subiecti sic dispositi. et non est ratio recipiendi ipsam sanitatem. quia ratio recipiēdi manet manente forma recepta. sanitas autē non manet cum motu. nec econuerso. immo cessat motꝰ adueniente sanitate. Similiter potest poni exemplum de motu respectu proprij termini intrinseci. quia est causa effectiua eius. et non est nisi talis dispositio necessitans vt videtur. Similiter declaratur de dispositione que est ex institutione alicuius necessitans: meritum enim ex ordinatione diuina et institutione est dispositio necessitās ad premium vite eterne: non ex natura rei. quia non sunt condigne passiones huius temporis ꝛc̄. Et planum est ꝙ secūdum omnes meritum est causa premij: ꝛ nō nisi causa effectiua: patet sicut de motu. probatur etiam ista maior per rationem. quia dispositio necessitans ad formam que non est ratio recipiendi: per se requiritur sicut aliquid prius natura: ad hoc vt sit forma. non per accidens. patet sicut nec dispositio que est ratio receptiui per accidēs requiritur ad hoc vt sit forma. vel causet. sed per se. s3 nihil requirit p se ad hoc vt fiat effectꝰ: nisi sit per se cā eiꝰ quia a nullo per se depēdet effectꝰ. nisi a per se causis eius. ergo talis dispositio est per se causa talis forme. Sed non est causa materialis. patet. quia vel talis forma materiam non habet sicut partem sibi intrinsecā3. vel si habet materiā: tñ talis dispositio cum transeat et talis forma maneat: non potest esse materia eius. nec pertinere ad materiam sicut dispositio que ratio est recipiendi quam oportet manere. nec est forma eius pari ratione nec finis sed potius ecōuerso forma est finis talis dispositionis: vt patet. ergo cum non sit ponere quintū genus cause: oportet necessario. ꝙ talis dispositio sit per se causa effectiua realis talis forme. Est igitur maior vera. Si minor est ista: ꝙ sacramentum noue legis ex institutione diuina vel ordinatione in suscipiente sacramentum vel potius ipsa susceptio sacramenti seu sacramentum in sua susceptione in non habente obicem. ꝙ̄tum est ex se ad gratiam recipiendam/ que non est ratio recipiendi gratiam. quia gratia manet: et sacramentum transit adueniente gratia: ergo est per se causa effectiua ipsius gratie. Nec sequitur ex hoc: ꝙ sacramentum creet gratiam vel attingat ad creationē eius. nam sacramētum licet sit causa effectiua gratie nō tamē per aliquā actionem elicitā: q̄ sit media inter sacrm ipsum ꝛ grām ꝛ sit actio pductiua grē: s3 solū qr est dispositio necessitās ad gratiam: que non

Aristo.

est ratio recipiendi modo predicto. Sic etiam ambulare licet sit causa effectiua sanitatis secundum philosophũ. et tamen planũ est ꝙ scd̃m veritatem ipsum ambulare nec est actio productiua sanitatis q: sanitas nõ est terminꝰ intrĩsecus ambulationis: ambulatio enim non est motus ad sanitatem. sed ad vbi. nec etiam ipsum ambulare habet aliquam actionem elicitam: que sit actio productiua sanitatis media inter ambulare. sicut patet. tũc enim motus esset agens ⁊ eliciens aliam actionem. ideo ⁊c.

Correlarium. ¶ Stant ergo ista duo simul: ꝙ scilicet aliquid sit per se causa effectiua alicuius: et tamen nullam habeat actionem elicitam respectum illiꝰ nec sit etiã actio productiua eius vel etiam passio. ¶ Et potest probari hoc idem de caractere respectu gratie contra primos: vt videtur eis. et per istum modum sacramentum dicitur esse causa effectiua gratie: nec tamen attingit ad creationem gratie seu alicuius dispositionis ad ipsam: eo modo quo ponunt primi. et ita sunt causa gratie: et tamen non creant gratiam. sicut etiam nec meritum creat premium nec motꝰ crearet sanitatem si sanitas crearetur in ambulante: et de potentia subiecti non educeretur.

¶ Non valet etiam si dicatur contra eos: ꝙ sacramentum non est dispositio necessitans ad gratiam nec in se nec in sua susceptione. quia sacramentum exhibetur circa corpus. gratia vero in anima. sed dispositio et forma debent esse circa idem: ergo ⁊c. Dicunt enim ꝙ non oportet hoc de dispositione: que non est ratio recipiendi: sed sufficit: ꝙ sit eiusdem suppositi: licet non secundum eandem partem ergo quia corpus et anima vnum suppositum constituunt non concludit argumẽtum. Secus est autem de dispositione que est ratio recipiendi. bene enim oportet ꝙ sit in eodem cum forma ipsa sicut

Resolutio. 3. opi. patet. ¶ Sic igitur dicunt: ꝙ non est aliqua virtus absoluta in sacramento per quam efficiat vel attingat gratiam seu aliquam dispositionem ad ipsam: sed virtus illa sacramenti non est nisi ordo efficax talis sacramẽti ad gratiã suscipiẽti cõferendã qui quidem ordo recte virtꝰ dicitur. q: est vltimum de potentia: et vltimum quod habet sacramentum scilicet esse signum efficaciter ad gratiam sic ordinatum et ꝙ ipsam efficaciter significet virtus au-

2. celi. tem est vltimum de potentia. scd̃o celi ⁊ mundi. hec est tertia opinio.

4. opi. ¶ Quarta opinio est etiã probabilis: ꝙ sacramentum est causa gratie per modum meriti de condigno ⁊ operis acceptati a deo ad salutem suscipientis et gratiam sibi conferendam: hoc enim christus meruit per suam passionẽ: vt sacramentum suscipiens non habens obicẽ gratiam a deo consequeretur: et reciperet ipsam. Et ita sacramentum est causa gratie non effectiua: sed miritoria et exigitiua magis: et sicut meritum est causa premij: et sicut actꝰ charitatis est causa augmentationis charitatis. non ꝙ charitatem efficiat vel causet effectiue: sed ipse deus solus: sed magis per modum meriti actus talis est causa hoc probatur. ¶ Tum quia non aliter videtur esse sacramẽtum causa gratie: ꝙ̃ passio christi: a qua habet sacramentum suam efficaciam. vnde et ipsa passio christi vel christus passus est principale agens respectu gratie nostre sacramentalis sacramentum vero quasi instrumentum habens virtutem ⁊ efficaciam ex passione christi: sed passio christi est causa meritoria gratie sacramentalis. vt patet ergo ⁊ sacramentum. ¶ Tum quia etiam quãdo aliquod agens agit mediãte instrumento coniuncto ⁊ etiã mediante alio separato: non habet maiorem virtutem instrumentum separatum ꝙ̃ coniunctum patet de manu et securi vel themone vel gladio. sed verbum filius dei operatur nobis sacramentalem gratiam mediante sua humanitate passa vt instrumento coniuncto que potest dici principale agens aliquo modo respectu sacramenti: quod est instrumentum separatum. Cum igitur ipsa passio christi vel humanitas passa vt distinguitur contra verbum: non sit causa effectiua gratie sacramentalis: quia sic est creatura: sed sit tantum causa meritoria: videtur ꝙ multofortius sacramentum non sit causa effectiua sed meritoria de condigno modo predicto. Sacramenta autem veteris legis nõ cõferebant gratiam puta circũcisio ipsa nisi per modum meriti de condigno quia passio christi nõdum erat exhibita in actu. et ita differebant a sacramẽtis noue legis: sicut dicunt. hec de primo articulo principali: in quo sunt quattuor opiniones recitate.

¶ Quantum ad secundũ articulum principalem arguam primo contra primã opinionem. Quantum ad hoc ꝙ ponit sacramentum esse causam effectiuam et dispositiuum ad gratiam causando illam dispositionem: quam vocant caracterem vel ornatum. ¶ Primo sic contra opi- Cõtra. 1. opinionẽ

nantem. quia ipse ponit alibi in secundo: ꝙ creatura non potest creare: nec ad effectum creationis attingere: nec principaliter nec instrumentaliter. et hic etiam dicit hoc. quia pro tanto negat sacramentum non attingere ad gratiam: licet ad dispositionem possit attingere. sed illa dispositio spiritualis quam ponit: puta caracter: non habetur nisi per creationem. Probatio. q: est forma simpliciter supernaturalis: sicut et gratia ipsa: et de nulla potẽtia anime educitur nec de naturali/ nec de obedientiali: sicut nec gratia. nõ enim habetur per mutationem ita ꝙ sua productio sit mutatio: vt patet saltem secundum eos ergo sacramentum ad talem dispositionem non attingit ita parum sicut ad gratiam. Nec valet responsio aliquorum dicentium ꝙ caracter vel talis dispositio non educitur nec creatur: sed inducitur. Aut enim sic inducitur: ꝙ de nichilo sit vel habetur et non de aliquo: vel potentia alicuius: ⁊ sic creatur aut sic ꝙ de aliquo vel potentia alicuius et per consequens per mutationem aliquam eius: de quo vel cuius potentia sit. et sic educitur quod est falsum et contra eos quare ⁊c. ¶ Secundo sic. sacramentum secundũ eos est causa effectiua gratie per hoc: ꝙ est causa effectiua caracteris vel dispositionis. Tunc arguo: quando aliquid est causa tertij: quia est causa secundi: oportet ꝙ secundum sit causa tertij. et hoc siue in eodem genere cause: siue in alio. sed caracter ille nõ est causa gr̃e in aliquo gñe cause q: nec forma nec finis. patz nec efficiẽs per eos. q: creare nõ põt. nec materia ex qua: pz. nec in qua vt dispositio que est ratio re-

cipiendi: quia anima seipsa disposita est ad gratiā: sicut ad caracterem: vt videtur. igitur sacramētum ex hoc nō debet dici causa gratie. Si aūt oporteat: ꝙ secūdū sit causa tertij in eodē genere cause sicut primū secūdi: tunc difficilius est argumentū. quia caracter nō est causa effectiua gratie secundū eos.

¶ Tertio sic. Instrumentum secūdum ipos simul habet opationē sibi propriā ex forma sua: ⁊ operationem suam que conuenit sibi ex motione: ⁊ in virtute principalis agentis. sicut serra simul secat lignum per suam acutiem: et facit domum: inquantum mouetur a domificante. Et similiter de sacramento oportet ꝙ simul habeat suas operationes duas. sicut aqua simul abluit et ad caracterem attingit. sed actio sacramenti propria: cum sit corporalis et cum motu: non fit in tempore. patet. sicut aqua abluit in tempore: et mouetur in tempore. igitur ad caracterem attingit in tempore. et caracter successiue habetur. et per consequens gratia: respectu cuius caracter est dispositio necessitans. sed hoc est falsum. Tum quia gratia creatur et habetur in instanti. Tum quia etiam ꝙ aliqua forma successiue adquiratur: non videtur nisi propter partes mobilis seu subiecti: vel propter gradus forme: vel propter indispositionem contrariam: quam oportet successiue amoueri: vel propter impotentiam agentis. modo nulla talis causa inuenitur in gratia: que adquiritur: saltem quantum ad vnum gradum in quo posset adquiri per sacramentū. quia non oporteret necessario ipsam adquiri in multis gradibus vt videtur. ergo ⁊c. ¶ Si dicas ꝙ sacramentū vel alquid sacramenti puta vna syllaba verborum sacramenti posset habere operationem propriam in instanti. et illa syllaba erit sacramentum completiue et in virtute precedentium faciet effectum in instanti. Sicut vltima gutta cauat lapidē in virtute precedentium. Dico: ꝙ hoc patet esse falsum. Tum quia sicut tota oratio sacramentalis profertur in tempore: ita et quelibet syllaba. Tū quia tunc videretur: ꝙ alie syllabe superfluerent: et illa vltima esset totum sacramentum. Tum quia exemplum adductum non est ad propositum: nec accipitur verum. vltima enim gutta in virtute propria cauat lapidem. et quelibet alia precedens quando cecidit: in virtute propria fecit aliquid de dispositione ad effectum cauationis mollificando lapidē. ita ꝙ precedentes guttas fuit aliquid factum de dispositione. non sic autem secundum te in proposito de precedentibus syllabis. ideo ⁊c.

Nota de gutta cauāte lapidem.

¶ Quarto sic. quia talis dispositio causata per sacramentum non videtur esse possibilis in sacramento eucharistie consecrando eucharistiam. quia verba illa sacramentalia consecrationis planum est ꝙ ipsam transsubstantiationē non attingūt effectiue sicut nec creationē. eiusdem enim virtutis est transsubstantiare et creare: nec aliquam dispositionem ad trāssubstātiationē. quia illa dispositio aut esset in pane: aut in corpore christi. non in corpore christi. patet. quia iam non esset dispositio. nec in substantia panis. quia cum illa sit dispositio necessitans ad esse corporis christi: simul esset substantia panis in qua ponitur dispositio illa. et corpus christi sub speciebus. sed hoc est falsum. ergo ⁊c. Nec valet si dicatur fugiendo: ꝙ verba illa attingunt ad transsubstantiationem quantum ad recessum a termino a quo: puta quantum ad desitionem ipsius eē panis. non tamen quantum ad accessum ad terminum ad quem: puta quātum ad esse corpus christi. Primo quia non seruatur positio illorum: qui loquuntur de dispositione preuia. nam non esse panis vel desitio essendi panis nō ē prior esse corporis christi: sed vel simul vel posterior. Secundo. quia sicut creatura attingere non potest ad creationem: que est productio totalis alicuius non de aliquo: ita non potest attingere ad desitionem essendi alicuius: non resoluendo ipsum in aliquid sicut in materiam vel subiectum. quia non potest agere aliud vel facere: quod desinat esse: nisi presupponēdo materiam: vel nisi relinquendo materiam Modo planum est ꝙ substantia panis ita desinit esse ibi: ꝙ nō resoluitur in materiā sed nichil de ipsa relinquitur nec materia nec forma. et ideo nichil valet.

¶ Si dicas ꝙ illa dispositio ad transsubstantiationem substantie panis in corpus christi est in ipsis accidentibus vel speciebus: que manent. Non videtur probabile. Tum quia accidentia sicut non transsubstantiantur: ita non disponuntur ad transsubstantiationem. Tum quia vna fictio videtur: ꝙ accidentia panis per illa verba alterentur. cum sonus non habeat virtutem alteratiuam talem respectu accidentium. Similiter etiam cum ipsa verba possint non attingere ad materiam ipsam vel ad accidentia ipsa: sicut quando aliquis consecrat sanguinem cooperto calice: motus aeris verborum nō attingit vsq; ad species. quare ⁊c. Similiter etiam ita posset fieri transsubstantiatio non manentibus accidentibus sed potius cōuersis: sicut et ipsis manentibus. Similiter etiam cum secundū ipsos verba consecrationis non prius agant in aliquid vel circa passum ꝙ̄ tangant ipsum: per Aristotelem septimo phisicorum de simultate agentis et passi. et in instanti prolationis terminate verba: vel species verborum nondum tangant species panis. quia multiplicatio soni non fit in instanti sed in tempore secundum philosophum in de sensu: sequitur ꝙ per tempus post instans vltimum prolationis verborum nondum transsubstantiatio facta est: nec dispositio ad ipsam. et per consequens substantia panis per totum illud tempus manet. quod est falsum et contra omnem veram opinionem de eucharistia quare ⁊c.

Arist. 7 phisicoꝝ.

¶ Secundo principaliter arguo contra illam virtutem: quam ponit ista opinio in sacramēto ad efficiendum caracterem vel illam dispositionem ad gratiam. Et hoc sic primo illa virtus absoluta supernaturalis aut est in verbis sacramentalibus diuisibiliter aut indiuisibiliter. quia aut pars est in parte: aut tota in qualibet parte. et similiter potest argui de materia cum verbis. Non potest dici: ꝙ ibi diuisibiliter sic ꝙ pars in parte. quia cū sit spiritualis: partem et partem non habens simplex est. Similiter etiam si pars esset in parte: tunc corrumpetur ad corruptionem partis vel subiecti sui. et ita nihil faceret ad effectum: qui fit in instanti terminationis verborum. Non enim potest dici: ꝙ migret de parte in partem: de subiecto in subiectum. Et similiter etiam sequeretur: ꝙ talis virtus extensa esset: saltē per accidēs habens partē extra partem. qđ repugnat spirituali virtuti. cuiusmodi debet poni ista virtꝰ. si enī poneretur corpalis: tunc nō plus videretur attingere ad effectum: ꝙ̄ virtus

naturalis ipsorum sacramentalium. Et preterea quereretur qualis esset illa: et cuius speciei in genere corporalium. quod non posset facile assignari. Nec potest dici: ꝙ tota sit in qualibet parte: ita ꝙ sit indiuisibiliter ibi. Tum quia inter formas: que insunt materie vel subiecto corporali: sola anima rationalis est talis forma et subsistens. Tum quia oporteret ꝙ de parte migraret in partem: vel omnino deficeret deficiente parte. et sic non esset talis virtus in vltima parte: puta in vltima syllaba. et sic nihil faceret ad caracterem vel dispositionem illam. Nec potest dici ꝙ migret de parte in partem: de syllaba in syllabam. sicut patet. Si dicas ꝙ sunt plures tales virtutes in verbis: et materiales in diuersis partibus verborum: sequitur ꝙ virtus sacramenti vnius non sit vna: sed sit valde plures: et tantum aggregatione sit vna. quod non videtur conueniens. quare ⁊c̄. ¶ Secundo sic de illa virtute quero: aut influitur sacramento vel verbis sacramentalibus in principio: vel in medio vel in fine. non in principio vel in medio. quia sacramentum nondum habet effectum suum. nec etiam deus qui est principale agens. et ita frustra infunderetur. Similiter etiam verba sequentia superfluerent: ⁊ non essent de necessitate sacramenti. Si dicas: ꝙ in fine verborum influitur a deo: contra: aut accipis finem verborum prolationem vltime litere vel syllabe. aut instans: ad quod terminatur ista prolatio. si prolationem litere vel syllabe: cum illa sit formatio vocis et successiua: idem est sicut de tota prolatione verborum. Et ita potest argui sicut prius. si accipis in instanti illo terminatiuo prolationis verborum. Contra. tunc verba non sunt. tunc enim nō est formatio verborum. Cuius ergo subiecti est illa virtus: cum verba non sint: sicut nec motus est cum instanti. Similiter etiam si in illo instanti influitur: aut in eodem instanti corrumpitur: ⁊ cessat: et ita simul est et non est. Aut post illud instans manet: ⁊ sic aut in tempore habito corrumpitur: quod non concederes: sed diceres: ꝙ sicut in instanti habet: sic in instāti corrūpitur: et nō in tpe: aut manet in tpe: et sic per aliqđ tēpus manet sine verbis et subiecto suo. et postq̄ sacramentum habet suum effectum. et sic frustra: quare ⁊c̄. ¶ Tertio sic. si esset dare talem virtutem causatiuam dispositionis necessitantis ad gratiam: qua ratione esset dare eā in vno sacramento: pari ratione in alijs: sed in sacramento penitentie: vel quod non imprimit caracterem non est dare talem dispositionem necessitantem nec per consequens talem virtutem. Tūc enim sequeretur: ꝙ alicui confitenti quantumcunq̄ ficto conferretur per talem virtutem dispositio aliqua necessitans ad gratiam: que necessario adueniret sibi recedente fictione. sicut recedente fictione a baptisato qui recipit in baptismo caracterem: aduenit sibi gratia. nec oportet ipsum rebaptisari. sed illud est falsum. tunc enim confesso ficto in actu cōfitendi postea recedente fictione: necessario adueniret gratia. et sic non oporteret ipsum reconfiteri. quod est falsum: et inconueniens. sicut patet.

Nota. ¶ Quarto sic. sicut sequenti rationem naturalem non sunt ponenda plura sine necessitate rationis: ita sequenti fidem non sunt plura ponenda sine necessitate fidei: vel auctoritatis: cui assentit fides. sed non apparet necessitas fidei: nec auctoritatis: cui assentiat fides ad ponendum talem virtutem absolutam in sacramentis: qua attingat ad aliquā dispositionem talem respectus gratie. Si enim aparet aliquid: precipue videretur: vt posset vitari efficacia sacramenti ex solo pacto et poni differentia inter sacramenta noue legis ⁊ antique: vel auctoritates alique: que possunt ad hoc allegari. Sed primum non cogit. nam velint nolint: oportet omnes recurrere ad pactum. quia talis virtus etiam si ponatur: non nisi ex pacto operatur. nec deus cooperatur sibi nec ad effectum eius nō nisi ex pacto sequitur gratia non ex natura: vt patet. Similiter etiam auctoritates infra soluentur. ergo ⁊ cetera.

¶ Videtur ergo simpliciter negandus ille modus ponendi et illa virtus absoluta. oporteret enim ipsam plurificari eiusdem rationis in verbo et materia: vel etiam alterius rationis sicut et susceptiua. et tamen si poneretur sufficeret vna: vt videtur. Similiter etiam virt⁹ illa se diffunderet in circuitu: sicut verbum: et posset habere: et haberet: q̄tum est ex se: suum effectum circa vnum sicut circa alium. eo ꝙ agit naturaliter. quod non videtur. Similiter etiam esset sacramentum causa totalis equiuoca respectu illius dispositionis ad gratiam per illam virtutem. et ita esset simpliciter aliquid nobilius ipsa. quod non videtur. Tamen iste rationes que hic tangūtur vltimo: licet ponantur ab aliquibus: non sunt multum efficaces. et ideo in ipsis nō sto sed potius in premissis. — Refellit̄ 1. opinio

¶ Contra secundam opinionem

— Cōtra 2. opinionē

arguo primo sic. Deus q̄tum est ex parte sui: non aliter existit in sacramentis: vel insistit eis. nā sicut in alijs rebus inest tantum per presentiam: essentiam et potentiam: ita etiam ipsis sacramentis. licet enim insistens sacramentis causet effectū aliquem ad quem causandum non existit: nec insistit alijs rebus vel corporibus: tamen ita intime et perfecte insistit alijs corporibus: sicut sacramentis et vniformiter q̄tum est ex parte sui. sed per insistētiam ipsius dei in alijs corporibus non possunt dici alia corpora causare effectiue illud: quod deus creat insistens eis. tunc enim corpus humanū posset dici efficere animā. quia deus sibi insistens creat eam. quod est falsum. ergo nec sacramenta per hoc ꝙ verbum eis insistit: possunt dici efficere gratiam. ¶ Et confirmatur excludendo exemplum adductum pro opinione. quia si de⁹ sic infuisset humanitati christi: ꝙ non fuisset assumpta ad vnitatem diuini suppositi: nunq̄ manus christi dicta fuisset curare infirmos. quia diuinitas insistens sibi curabat eos. pro tanto enim hoc conceditur: quia est communicatio ydiomatum inter illa: que sunt vnum in supposito. sed planum est ꝙ verbum dei quod causat gratiam: non insistit sacramento sic: ꝙ sacramentum sit vnum suppositum cum verbo. ergo ⁊c̄. ¶ Tertio ex dicto eius. quia vasi non debet attribui operatio locati vel contenti. sed sacramentum non dicitur causare gratiam: nisi per modum vasis. quia est vas contentiuum gratie secundū eū. ergo ⁊c̄. Item esse contentiuum gratie non est nisi dupliciter. vno modo per modum subiecti. et hoc est continere formaliter. et sic sacramentum non continet. et dato ꝙ sic contineret: adhuc propter hoc nō esset causa effectiua gratie. vel virtualiter:

et hoc soli deo conuenit. ergo &c. ¶ Quarto sic qualitercunq3 deus insistat sacramento: tamē nō operatur gratiam in susceptione sacramenti ex natura rei: nec ex necessitate talis insistentie: sed ex pacto voluntatis sue: noto ecclesie q sic ordinauerit. et per consequens oportet eum recurrere ad pactum. et talis insistentia nihil videtur facere ad gratiam. sed solum pactum. Tamen ipse improbat opinionē de pacto: quare &c.

Contra 3. opi. ¶ Contra tertiam opinionem: licet sit pulchra et subtilis arguo primo sic. Illud quod non est in re et in actu: quando gratia ponitur in actu: non est causa per se effectiua realis ipsius gratie: probo. quia cū ens diuidatur in causam et causatū: impossibile est q non ens in actu et realiter sit causa realis in actu alicuius effectus realis. Similiter patet hoc secūdo phisicorū. q oportet causam in actu et particularem simul esse cū effectu. et hoc cōceditur ab omnibus de causa efficiēte. Secūdo hoc patet. quia sicut in possibile est: q non ens sit effectus realis in actu: ita impossibile est: q non ens sit causa realis alicuius. sed sacramentum non est: quādo ponitur gratia in actu. vel si sit aliquod: accidit q sit. probatio. quia cum sacramentum consistat in rebus & verbis: verba autem non sint in instanti terminatiuo prolationis verborum: sicut nec tempus est in instāti vel cū illo instanti: & tamen gratia ponitur in illo instanti. etiam secundū ipsos & secundū veritatem: sequitur q sacramētum non est: quādo ponitur gratia et creatur in actu. ergo &c. ¶ Et confirmatur secūdo. Nam aliquis fictus recipiens caracterem baptismalem: non autem gratiam: postea recedente fictione recipit gratiam baptismalem vel sacramentalem. sed tunc non est sacramentum. quia precessit per multum tempus forte. ergo &c. ¶ Tertio sic. si sacramentum sit per se causa effectiua gratie: hoc non est nisi per modum dispositionis necessitātis: sicut dicunt. sed impossibile est hoc. ergo &c. Probatio minoris. quia sicut est impossibile: q nō ens disponatur realiter: ita impossibile est: q non ens disponat. Siue sit dispositio per modum receptiui de qua est manifestum: siue non sit ratio receptiui. non minus enim ad rationem effectiui requiritur: q aliquid sit ens: q̄ ad rationem receptiui: vt videtur. cum ceteris paribus nobilius et perfectius sit effectiuum: q̄ receptiuum. ergo &c. ¶ Quarto sic. si sacramentum est per se causa realis effectiua gratie: hoc est ratione ordinis efficacis ad gratiam: quem habet ex institutione diuina. quiquidē ordo est formalis in ratione sacramenti: etiam secundū ipsos. Magis enim ex hoc ordine habet q sit causa: q̄ ex verbis vel ex materia. sed hoc est impossibile quia respectus rationis nō potest esse causa realis: nec ratio cause realis alicuius effectus. iste autem ordo non est nisi respectus rationis circa sacramentum: etiam secūdum ipsos. quia nō est nisi respectus sacramenti ad gratiam futuram qui non potest esse realis. quia ad non ens non est relatio realis. sed consurgit in sacramento ex volitione vel intellectione diuina: et non ex natura rei. Preterea magna difficultas est: quomodo talis respectus rationis sit ibi formaliter. & an sit ibi sic q ipso possit dici sacramentum actiuum vel effectiuū ergo &c. ¶ Quinto sic. sicut se habet receptum ad receptiuum sic vt videtur causatum ad causam effectiuam per se. sed impossibile est formam recipi in aliquo: quin referatur ad receptiuū realiter. ita q contradictionem implicat receptum formaliter in aliquo modo referri ad receptiuum. sicut q accidens inhereat subiecto: vel recipiatur in ipso: & nō referatur ad ipsum. ergo impossibile est esse aliquē per se effectum: qui non referatur per se ad causam per se efficientem. sed gratia non refertur ad sacramentum realiter quia ad non ens nō est relatio realis: ergo &c. ¶ Sexto sic omnis causa effectiua per se realis creatura videtur realiter referri ad effectum quando ponitur in actu: vel saltem potest referri: & refertur secundum communem cursum nature. sed sacramentum non refertur realiter ad gratiam: quando ponitur sicut nec econuerso. relationes enim cause create effectiue ad effectum sunt cōuerse et mutue ergo &c. Potest enim probari minor huius rationis. quia talis relatio et si non fundetur proprie super actionem efficientis: preexigit tamen actionem ipsam. sed secundum eos sacramētum non habet actionem aliquam respectu gratie. ergo &c. ¶ Preterea contra eos. materia non causat aliquid: nisi recipiendo aliud a se: puta formam. igitur efficiens per se non causat aliquid: nisi efficiendo vel attingendo aliquid per suam actionem. sed sacramentum non attingit ad gratiam per aliquam actionem secundum eos. ergo non est causa effectiua. ¶ Octauo confirmat hoc de forma: que nihil causat vt forma nisi in formādo aliud a se. puta materiam. ergo similiter nec sacramentum alicuius non est causa effectiua: nisi attingendo per actionem suam aliquem effectum et aliud a se. sed sacramentum nihil attingit secundū actionem elicitam. igitur &c. Unde videtur secundū premissas rationes: q pari ratiōe dici possit aliquid causa effectiua alterius: respetu tamen cuius nihil faceret. ¶ De istis quattuor rationibus vltimis (licet aliqui ponant eas) non curo nec sto in eis: sed in quattuor primis. Isti enim contra quos alij faciunt premissas rationes: dicerent q nō valent de omni causa per se effectiua: sed tantū de causa effectiua principali attingente per actionem elicitam de genere actionis ad effectum ipsum: etiam retorquerēt premissas rationes contra eos: quia caracter vel dispositio illa ad gratiā oportet q sit causa effectiua gratie ad hoc vt possit saluari sacramentum esse causa effectiua gratie mediāte caractere. oportet enim ad hoc q primum mediante secundo possit dici causa effectiua tertij: q secūdum in eodem genere cause sit causa tertij. Nec sufficit: q in alio genere cause puta per modum dispositionis: que est ratio receptiui. alioquin posset dici q generās disponēs materiam mediante dispositione ad animam esset causa effectiua anime rationalis: quod non videtur verum igitur tenendo positionem eorum: q caracter sit causa effectiua gratie: et tamen cum hoc oportet ponere q nullam actionem elicitam productiuam habeat respectu gratie: etiam secundum positionem eorum. quia cum sit creatura: creare non potest. ergo et cetera. Ita q nō habent alij pro inconuenienti: q sit aliqua causa per se effectiua alicuius effectus habiti per talē causam: que tñ nullū habet respectū realē ad effectū: nec attingit adipsum per actionē elicitam mediam inter causam et

2. phisic.

q. 4. rōnes vltie sunt debiles.

effectum ipsiꝰ effectus productiuam. Sicut etiam declarant de motu ⁊ proprio termino intriseco: licet ipse motus bene sit ipsa actio vel passio productiua termini: et respectus quidã non ad terminũ: sed ad agens: si sit passio. ad passum vero: si sit actio vtrum vero ista dicta sint efficacia dimitto gratia breuitatis tamen dicta opposita videntur magis probabilia.

Contra 4. opi.

¶ **Contra quartam** opinionem arguo primo sic. si sacramentum est meritum de cõdigno ipsius gratie sacramẽtalis: quero cuius formaliter merentis sit meritũ. quia aut est meritũ christi: aut meritum conferẽtis seu ministrãtis aut meritum recipiẽtis. Sed non est meritum christi. precessit enim totum meritum christi: vnde ⁊ nihil meretur a modo christus de nouo. Nec meritum cõferentis. quia ministrans cum sit pessimus frequẽter: ⁊ ĩ peccato mortali: nõ meretur gratiam de cõdigno ipsi recipienti sacramentũ sed frequenter demeretur sibi ipsi dãnationẽ eternam ministrãdo indigne sacramẽtum. Nec est meritum recipientis. quia tunc prima gratia inesset sibi ex merito proprio cõdigni quod est falsum quia tunc meritum condigni non presupponeret gratiam in merẽte. igitur ⁊c̃. ¶ Secundo sic sacramẽtum nõ est actus meritorius de condigno per se ad hoc vt per ipsum habeatur gratia. Immo nec est actus meritorius. quia est aliquod sensibile signum. ⁊ nõ est actus charitate formatus. ergo nõ est causa gratie per modum meriti. Dices ꝙ licʒ sacramentum non sit meritũ: tamẽ susceptio sacramẽti est meritum. Dico ꝙ nõ potest hoc esse. quia si susceptio sacramenti esset meritum de condigno: non esset meritum nisi recipiẽtis ⁊ planum est: ꝙ nõ est meritum recipientis. Tum quia paruulus mereri nõ potest. et ita potest similiter argui de merito cõgrui q̃tum ad paruulos ⁊ christum ⁊ ministrãtem aliquo modo. Tum quia nullus de cõdigno sibi meretur primam gratiam. nec est meritum ministrantis. patet. quia frequenter est malus ⁊ in pctõ mortali. nec meritum christi. patet. meritum enim christi fuit ipso viuente. et fuit actus bonus voluntatis sue charitate formatꝰ: quo passionẽ ꝓpriã scdm voluntatem dei acceptauit ad redemptionem generis humani. ergo ⁊c̃. ¶ Tertio sic dato ꝙ sacramẽtum sit meritum. Quero a te vtrum sit vere causa gratie vel non. si dicis ꝙ non: tunc non das plus de causalitate sacramẽtis: q̃ alij qui ponunt diuinam assistentiam ibi: et deum causare gratiam. non autem ipsa sacramenta ⁊ tunc niteris frustra. si sic. aut est causa finalis: aut materia: aut forma: aut efficiens: non nisi efficiens: patet. ergo dicere ꝙ sacramentum est causa gratie per modum meriti: et non causa effectiua est contradictio. ¶ Preterea potest argui contra istam opinionem quia quod nõ est non est causa alicuius entis vere et realiter: sed meritum non est: quando premium est frequenter ⁊ vt in pluribus. et in proposito specialiter de sacramento et gratia. ergo ⁊ cetera. Dices ꝙ licet meritum non sit in re: est tamen in acceptatione. Dico ꝙ sicut non est in re: ita non est causa in re sed bene acceptatio diuina vel volitio causa est. non autem meritum ipsum: quod non est. Et ita debet intelligi si aliquãdo dictum est: ꝙ meritum in acceptatione diuina est causa premij. Sic ergo nulla premissarum opinionum videtur esse vera. hec de secũdo articulo principali.

¶ **Quantũ ad tertiũ articulũ** respondeo aliter ad questionem. et dico primo: ꝙ sacramentum non est causa per se effectiua gratie nec alicuius dispositionis ad ipsam. Et hoc sufficienter probatum est supra arguẽdo cõtra alias opiniones. Et põt adduci auctoritas bernardi ad hoc superiꝰ allegata in principio questionis. ¶ Secũdo dico: ꝙ adhibito sacramento vel recepto: habetur gratia: nisi sit obex vel impedimentum in suscipiente: ⁊ hoc ex ordinatione diuina et volitione efficaci diuine voluntatis ꝙ sic fiat. et ex pacto suo: quod declaratum est ecclesie per fidem. ⁊ dicta sanctorum. Ita ꝙ deus solus effectiue causat gratiã: tamen adhibito sacramento quod quidem sacramẽtum nihil operatur vel efficit: ad hoc sed tantũ cõcomitatur vel precedit. Ad hoc ponũtur plura exempla. vnum est de bulla pape: qua habita adquiritur alicui prebenda vel confertur. Aliud est de merello vel signo: quo habito confertur alicui elemosina: licet nihil faciat merellus ad talem collationem: vel etiam bulla pape. Et possunt multa alia exempla poni: sed nõ est vis. ¶ Tertio dico: ꝙ nullam oportet ponere virtutem in sacramentis per quam sint cause gratie vel dispositionis ad gratiã: sicut apparet ex predictis. quia proprie loquendo et veraciter siue realiter: sacramenta non sunt causa gratie: nec dispositionis alicuius ad gratiã: nec caracteris vel alicuius talis ornatus: qualem ponunt alij. ¶ Quarto dico: ꝙ improprie et large loquendo de causa. ⁊ modo populari vel vulgari: sacramenta possunt dici causa gratie. ⁊ ita virtutem aliquã habere. eo modo quo bulla pape dicitur habere virtutem collationis vel adeptionis prebende. ⁊ merellus virtutem collationis elemosine pro tanto. s. ꝙ istis habitis vel positis: habentur vel cõferuntur illa. non ex natura ⁊ virtute talium: sed ex voluntate ⁊ ordinatione conferentium: vnde ⁊ virtus talium non dicitur: nisi ordinatio efficax instituentis ad talia consequenda. ¶ Et similiter potest dici in sacramento: ꝙ virtus eius non est nisi ordinatio ipsius efficax a diuina voluntate ad hoc vt ipso habito vel adhibito: obice non impediente habeatur gratia in suscipiente. et non est nisi respectus rationis obiecti voliti a deo vel ordinati sicut videtur. Et istam opinionem tenent multi: ⁊ tenuerunt ⁊ videtur mihi melior inter omnes. ¶ Quia vero difficiliora que possint contra opinionem obijci tanguntur supra arguendo ad principale vel ꝓ opinionibus aliorum. ideo dimitto instare. et soluo ad motiua aliorum.

Opinio alia: quã tenet auctor.

¶ **Ad primum** pro prima opinione: que dicit ꝙ oportet omnes dicere sacramẽta esse causas per se ipsiꝰ gratie. Dico ꝙ nõ oportet: nec ad hoc cogit auctoritas aug. nec diffinitio sacramenti: sicut apparebit soluendo ad rationes principales. Ad illa duo que adponũtur qñ dicitur primo ꝙ sacramẽtũ alias esset causa per accidẽs gratie. et sic ista causalitas ꝑ se nõ ꝑtineret ad ↄsiderationẽ de sacro. Dico ꝙ sacrʒ eẽ realẽ causam ⁊ veram ipsius gratie nõ pertinet per se nec per accidẽs ad cõsiderationẽ de sacramẽto: tãq̃ aliquid attribuendum sacramento. quia secũdũ

Ad rõnes pme opi.

veritatem non est causa: sed magis tanq̃ aliquid remouendum a sacramento. pro tanto tamen pertinet ad cōsiderationem: q sacramētum sit causa gratie modo predicto improprie. s. & vulgariter loquēdo. q2 ipso suscepto habetur gratia sicut si esset cōsideratio de bulla vel merello: nō solū q̃tū ad substātias talium: sed etiam q̃tum ad valorem ipsarū. et sic magister principalius intendit tractare de sacramētis magis q̃ vt sunt res quedam naturales. ¶ Ad secūdum dico q nō obstantibus predictis: sacramēta noue legis preminentiam habent super sacramentum circuncisionis. vel alia sacramenta que antiquitus gratiam contulerunt. quia in primis conferebatur gratia ex opere operantis vel suscipientis: si erat adultus. i. requisita fide saltem in formi ipsius operantis: puta parentum: vel circūcidentis puerum. vnde oportebat q haberent fidē christi. Et ordinauit deus q cum tali fide operantis vel suscipientis haberet sacramentum efficatiā idest efficaciter conferret gratiam suscipientis: vel potius cum ipso a deo conferretur. Sed non sic de sacramentis noue legis: sed in ipsis ex opere operato confertur gratia vnde nō oportet q operās credat: sed sufficit q cum debita intētione: puta q intendat facere quod facit ecclesia christianorum: licet discedat: & non credat q aliquid faciat: sed si valet: valeat/ administrando sacramentum habetur gratia in suscipiente obicem non habente ab ipso deo. Et sic patet q vnus infidelis etiam baptisare potest. Et patet differētia sacramentorum noue legis ad alia. & etiā preminētia eorum ad alia. & hec est etiā differētia que solet communiter assignari. ¶ Ad illa que adducūtur declarando: q sacramēta sunt causa effectiua instrumentalis et dispositiua respectu gratie non autem principaliter/ patet ex predictis. q sicut sacramētum nō potest esse causa principalis: nec attingens ad gratiam: ita nō potest esse causa instrumentalis attingens ad caracterem vel dispositionem quam ponūt alij. q2 ita oportet eā creari sicut gratiam. ergo &c. ¶ Ad illa que adducūtur pro illa virtute absoluta que est aliquid in fluxu & in esse imperfacto in ipso sacramento sicut instrumento. Dico q nihil est proprie in fluxu nisi motus qui est ipse fluxus: vel etiaz tempus seu entia successiua. Et dico q talia tantūmodo sunt respectus. et per consequens nihil absolutum est in fluxu. sed est permanens omne absolutum. & per cōsequens illa virtus. ¶ Ad primū ergo pro illa virtute quādo dicitur q deus nouo modo est presens creature vel sacramento ad sanctificandum: conceditur nouo modo. non quia aliter q̃ per presentiā/ essentiam/ & potentiam: sed quia ad causandum nouum effectum. & dico q hoc est cum mutatione sacramenti. sed illa mutatio nō terminatur ad aliquā virtutem absolutam: sed ad respectum applicationis ipsius sacramēti ad vsum. Nec oportet q omnis mutatio terminetur ad aliquid absolutum: sed potest ad respectum extrinsecum terminari. sicut patet de motu ad vbi. ¶ Ad secūdum dico q nulla virtus absoluta recipitur in instrumento ad agēdum. Unde nec instrumentum artificiale quod proprie est instrumentum: et a quo sumpta est ratio instrumenti: et diriuatium est nomen ad alia nullam habet virtutem actiuam vnde instrumentū est nec a se: nec ab agēte receptam: per quam attingat ad

Infidelis baptisare pōt.

effectum principalis agentis. nec ad aliquā dispositionem. sed si ad aliquid attingit per virtutem aliquam sibi formaliter inexistentem respectu illius non dicitur. nec est instrumentum: sed magis principale agens eo modo quo agens principale distinguitur contra instrumentale. vnde et quando carpentator mediante securi secat: securis nihil facit effectiue: sed tantum sunt ibi due motiones ordinate: quarum vna est prior: & est securis. Alia vero posterior est: et est partium ligni et expulsio ipsarum a priori situ: vel separatio ipsarum: et ab eodē agēte: puta a mouente securim: non a securi. Non eīm oportet q instrumentum aliquid absolutum recipiat a principali agente: quo agat: vt patet. Nec duricies securis licet sit impassibilitas quedā qua possit resistere et non faciliter pati ab alijs: non tamen est qualitas actiua: vt videtur. Nec etiā figura. Tum quia tunc considerans figuram nō abstraheret a motu. quia consideraret per se primū principium motus. Tum quia si deus conseruaret figuram vnius mollis: et moueret ipsum de loco ad locum: ita expelleret aliud corpus sicut durum. Corpus enim quasi formaliter expellit aliud corpus de alio loco: sicut vna forma aliam de eadem materia vel subiecto nō autem expellit ipsum effectiue per aliquam virtutem motiuam: sed magis mouēs corpus expellit aliud corpus de eodem loco ad quem mouet aliud corpꝰ q̃re &c. ¶ Sic igit̃ dico q instrumētū nō agit: nec hȝ talē v̄tutē absolutā a p̄ncipali mouēte in fieri tm̄. valde ei est īpossibile q securis quotiens mouetur ab artifice: acquirit vnam formam absolutam vel virtutem: et quotiēs cessat moueri: totiens perdat aliquid absolutum. ¶ Ad tertium de igne inferni. dico q ignis inferni per modum instrumenti nihil agit in spiritus damnatorū puniendo ipsos. vel affligēdo. nec recipit aliquam virtutem absolutam ad hoc faciēdum: sed per aliū modum affligit: sicut dicetur infra. Nec ī illa actione est instrumentum: nisi extendendo nomen instrumenti ad omne agēs secūdarium. et ita omne aliud agens ab ipso deo posset dici aliquo modo instrumētum quo non loquor modo. Uel dicendū & similiter ad illud quod precedit de instrumēto quod nō est simile de igne respectu afflictionis damnatorū. quia illa afflictio vel dolor educitur de potētia subiecti: & nō habetur per creationem: sicut gratia vel caracter: vel dispositio ad gratiam. ¶ Ad quartū dico q sacramenta nō sunt proprie loquendo medicine peccati habētia aliquam actionem qua attingant gratiam vel dispositionem in anima ad gratiā. sed pro tanto dicūtur medicine quia ipsis adhibitis cōfertur a deo gratia expiatiua peccati & anime sanatiua quasi sanitas eius spiritualis. ¶ Ad quintum dico q sacramētum nō habet realem relationē ad effectum seu ad gratiam. Non enim realiter sacramētum quando gratia inducitur & ita ad gratiā realiter nō refertur sicut etiam ad non ens nō est relatio realis: nec gratia ad ipsum sacramētum realiter refertur. Et preterea dico q nō oportet ad hoc q aliq̃d de nouo realiter referat̃: q propter hoc aliquid absolutum de nouo in ipso adquiratur sicut declarari potest & in respectibus extrinsecis et intrinsecis. sed transeo. ¶ Ad exempla dico q primū de voce bene audibili non valet ad propositū. primo quia accipit falsum. vox enim vel ser

De igne inferni.

Exēplorū solutō

mo bene audibilis non habet in se: nec recipit aliquam virtutem vel intentionem ab anima proferẽtis seu instituentis: vt per talem virtutẽ possit causare in anima vel intellectu disciplinam per modũ talis instrumenti: sicut ponunt ꝙ autem nulla talẽ virtutem absolutam recipiat patet. quia anteꝙ imponatur ad significandum: nõ habet talem virtutem: vt patet. per impositionem vero imponentis nõ recipit aliquid absolutum reale positiuum in se ipsa: sed solum respectu rationis ad rem signatam: vt signi voluntarij ad signatum. Sermo igitur bene audibilis nõ est causa discipline: sicut dicũt. sed pro tãto dicitur causa discipline quia sermone prolato immutatur sensus et fantasia. ⁊ vltimo iuielllectus ad cognoscẽdum talem vocem secũdum se. et vlterius quia intellect⁹ nouit ꝙ talis vox vel talis sermo impositus est ad significandum talẽ rem. hinc est: ꝙ per vocem tanꝙ per signum rememoratiuum cognoscit rem conferendo signũ ad signatũ: de qua re oportet ꝙ habeat notitiam aliquam per propriam speciem vel fantasma: que causant conceptum eius: non autem ipsa vox per se ⁊ directe: nec ex aliqua virtute recepta in ipsa a proferentẽ. Tũc enim a quocunqꝫ ⁊ cuicunqꝫ proferretur: haberet eandem virtutem: et generaret in anima disciplinam. quod patet falsum. Si enim gallico proferatur flamingum vel huiusmodi. nunꝙ propter hoc generabitur in ipso disciplina. sed oportet ꝙ prius doceatur talem vocem secũdũ idioma flamingum significare talem rem. Secundo non est ad propositum. quia disciplina est aliquid educibile de potẽtia anime vel intellectus. nõ autem gratia ipsa vel caracter. et ita dato ꝙ exemplum esset verum: adhuc non valet ad eorum propositũ. ¶ Ex quo etiã patet ad vnum aliud exemplum quod solet poni de fantasmate: quod agit in intellectum in virtute intellectus agentis. dicendum enim dato ꝙ in intellectum possibilem agat fantasmate: non tamẽ recipit aliquam virtutem absolutam ab intellectu agẽte. immo nihil omnino: sed per virtutem propriam agit illud quod agit. nec debet dici instrumentum intellectus agentis: dicitur tamen agere in virtute intellectus agentis: quia nõ agit in intellectum possibilem nisi concurrente intellectu agente tanꝙ principaliori ⁊ nobiliori agente. Preterea etiam dato ꝙ talem virtutem reciperet: et mediante ipsa ageret: non est simile in proposito: quia intellectio ad quam coagit fantasma: educitur de potentia intellectus. non sic gratia nec caracter.

¶ Ad secundum exemplum de celo satis dictũ est in secũdo: ꝙ celum nec in virtute propria: nec i virtute alteri⁹ seu ab alio recepta potest generare aliquod viuum attingendo ad animam. Tunc enim causa totalis equiuoca esset simpliciter innobilior suo effectu sicut omnino viuum viuo eo modo quo deductum est in secũdo. Nec valet responsio: ꝙ nõ est incõueniens de causa instrumentali: sicut dictũ est ibidem. Preterea dico ꝙ celum ab intelligentia motrice non recipit motum ⁊ situm: qui non est vis generatiua: sicut patet. Similiter etiam dato ꝙ sic esset: adhuc non est simile: quia forma viui ad cuius generationem posset attingere celum educeretur de potentia materie. non sic autem gratia de potentia anime quare ⁊c̃. ¶ Ad aliud exemplum de semine satis dictum est in secundo ⁊ in tertio: ꝙ semẽ nõ agit nisi dispositiue ad generationẽ. Similiter etiam ꝙ in virtute generantis hõ potest ad generationem facere sicut est ibi deductum. diceretur enim ꝙ aliquid agat in virtute vel per virtutẽ alterius: quam non habet in se formaliter: est ignorare vocem propriam. sicut dicere ꝙ aliquid sit per formam alterius: sed bene per virtutem suam propriam: quam habet a generante a quo causatur decciditur et seminatur que est forma sua vel qualitas: dispositiue agit. nec in tali actione proprie loquendo est instrumentum. Et non est simile de ipso et de sacramento vt in instrumento. quia dispositio illa ad quã agit semen de potentia materie vel subiecti educitur non sic dispositio ad gratiam quam ponunt vt caracter. ¶ Ad tertium exẽplũ qđ implicatur eodẽ mõ sicut dictũ est de semine suo mõ. calor eñ nullã virtutẽ recipit ad generandum carnẽ. nec vnꝙ attingere potest ad generationem carnis: nisi dispositiue. et tunc non est simile in sacris: sicut dictũ est pluries in premissis. Si dicas ꝙ aristo. dicit oppositum. dico ꝙ nõ dicit sicut imponis sibi. sed bene dicit ꝙ calor est instrumẽtum anime ad generandũ carnem. ⁊ hoc verum est extẽdendo nomen instrumẽti ad agẽs dispositiuum etiam per propriam formas. ¶ Ad auctoritates. Ad primã de aug. ad aliam de beda dico ꝙ illa vis non dꝫ intelligi virtus aliqua super naturalis absoluta eis influxa. sed extendendo nomen hoc dixerunt. Sicut diceretur ꝙ bulla habet vim habendi prebendam: ⁊ ꝙ est littera magne virtutis. vel merellus elemosinam: sicut dictum est supra. Ad auctoritates.

¶ **Ad illa** que dicuntur in secunda opinione planum est ꝙ primum deficit ibi: quia nõ sic potest dici sacramẽtum causare gratiam sicut manus christi curabat infirmos. Nã secundum cõmunicationem ydiomatum hoc dicebatur. qꝛ verbũ insistẽs manui erat idẽ supposito. licet non primo: sed tota humanitas primo. non sic deus insistens sacramẽto est idem supposito cũ sacramento. quia patet ꝙ verbum non est vnitum sacramento suppositaliter: nec etiam econuerso. Et preterea etiam sanitas infirmorũ qua curabat christus educibilis erat de potentia subiecti. ⁊ ideo magis poterat conuenire manui vel creature: ꝙ gratia vel creator. ¶ Ad illud quod adducit contra virtutem instrumẽtalem quam ponunt alij gratia conclusionis concedo. Ad motiuum secunde opinionis.

¶ **Ad motiuum** tertie opinionis: quando accipitur ista ppositio ꝙ omnis dispositio necessitans ad aliquã formam que nõ est ratio recipiẽdi ipsam: est per se causa effectiua eius. Ista ppositio est dubia. Nam sicut dispositio necessitãs ad aliquã formã que est dispositio receptiui manens etiã cum forma recepta nõ est causa forme per se: nec compositi: sed accidens quoddã disponens materiã. qꝛ nec est materia forme nec forma. qꝛ forma non est composita ex materia: nec accidens est intrinsecum substantie. nec est pars intrinseca materie: etiã loquendo de materia in qua. qꝛ tunc accidẽs esset informabile a substantia. ⁊ cõpositum ex tali materia ⁊ forma non esset per se vnum qꝛ ex substantia ⁊ accidente nõ fit vnũ per se. Similiter illa dispositio nec est efficiens: nec finis forme. patet. ⁊ non minus preexigit ur ad formã ꝙ dispositio que nõ est ratio receptiui: vel dispositio Ad obiecta 3. opi.

tio recipiētis manens cū forma recepta. ¶ Ad exēplum de motu dico primo de motu comparato ad propriū terminū intrinsecum sibi: vel ꝙ motus nō est qñ terminus est: vel motus est: qñ ponitur terminus. ꝛ siue sic: siue nō sic. diceretur ab aliquo ꝙ motus non est per se causa effectiua termini. sed sunt duo effectus ordinate causati in passo: quorū vnus est passio de genere passionis: ꝛ alius est terminus ipsius motus. Et quicquid sit de hoc si ponatur ꝙ motus nō est: qñ terminus ponitur vtpote qꝛ motus est in tēpore: ꝛ terminus in instanti. ꝛ instans non est cum tēpore precedenti: secure potest dici ꝙ motus non est causa effectiua sui termini sicut non ens non est causa effectiua alicuius entis. Et similiter diceretur de motu respectu termini sui extrinseci: sicut de ambulatione respectu sanitatis: nisi ꝙ talis motus nō est ipa productio termini talis: sed magis est productio vbi. licet talem motum cōcomitetur vel consequatur sanitas vel dispositio aliqua ad sanitatē: siue ad eodem agente sicut est motus: siue ab alio ꝛ hoc si ponat̄ talis motus esse: qñ sanitas ponit̄. Si aūt non sit qñ sanitas vel dispositio ad ipsam ponitur: tunc dicendū est oīno ꝙ nō est causa eius. Ad philosophū si ponatur ꝙ sit ambulare qñ sanitas vel dispositio ad sanitatē ponit̄ qñ dicit ꝙ ambulare est causa sanitatis. diceretur ꝙ non apparet necessitas huius dicti: sed bene apparet hoc ꝙ aliquo ambulāte cōtingit ipsum sanari vel disponi ad sanitatē. sed non sic ꝙ ambulatio sit causa effectiua illius sanitatis vel dispositionis alicuius absolute ad ipsam sanitatē ꝛ ita per se loquendo non est causa sanitatis effectiua. vel forte pro tāto dicitur ambulatio vel motio esse causa: qꝛ per ambulationē que terminat̄ ad vbi approximatur sanabile situāti: vel mutatur situs aliquoꝝ que inueniūtur in corpore: quibꝰ sic situatis ꝛ approximatis agens sanitatē facilius causat sanitatē. vnde non dicitur ambulatio esse causa effectiua: nisi sicut approximatio vel elōgatio agētis ad passuȝ: vel nisi populariter scd̄m modum loquendi cōmunem. ¶ Ad exemplū de merito quod est causa premij: dico ꝙ meritum precedens in via nō est causa premij: qñ ponitur in patria. qꝛ tunc meritū nō est: sed precessit. Nec est dispositio necessitās. qꝛ sicut nihil non disponitur: ita nihil vel nō ens nō disponit: positiue dico. sed deus est causa premij: nō aūt meritū ipsum. licet merito precedente. Si dicas ꝙ meritū est in acceptatione diuina. dico ꝙ meritum non est in seipso: sed acceptatio vel volitio diuina de merito bene est. ꝛ illa causat bene premiū. s. volitio dei: sed nō ipsum meritū qd̓ iam nō est. Aliud eñ est dicere ꝙ meritum causet premiū: ꝛ ꝙ acceptatio diuina vel volitio eius causet premiū. qꝛ illa non est meritū ipsum nec ecōuerso. Si vero meritum presens sit cū premio: sicut fuit vt puto in anima xp̄i: tunc nō currit illud impedimētum de non esse meritū: qñ ponitur premiū. Sed tñ adhuc diceret aliquis ꝙ meritū non est causa premij. Accidit eñ ꝙ meritū sit qñ ponitur premium. et nō est hoc per se. ideo ꝛ meritū per se nō est causa premij. Similiter premiū quod est gloria multofortiꝰ ꝙ̄ gratia causabile. est a solo deo per creationeȝ. ¶ Ad rationem per quā probatur illa maior diceretur ꝙ forma per se nō dependet a tali dispositione precipue nō manente: nec in suo esse: nec in suo poni. qꝛ illa dispositio nō est qñ forma ponitur: ꝛ habet primo esse. Si aūt ponatur simul esse cū forma qñ ponitur: adhuc nō dependet forma ab ipsa: sed ambe dependēt ab agēte: sicut duo effectus ordinati. nō autem vna ab alia: sicut effectus a causa: licet etiā per se ordinentur. Et ideo non videtur efficax illa maior. Ad minorē quicquid sit de maiore. dico ꝙ sacramentū nō est dispositio necessitans ad gratiā qñ ponitur. qꝛ tunc non est. vel si est: accidit ꝙ sit. ꝛ patet. qꝛ in instanti terminatiuo ꝓlationis verborum sacramentaliū ponit̄ gratia: ꝛ tūc sacramētū nō est: sed transijt sicut ꝛ verba. vel si sacramētum est dispositio necessitans: non tñ est manens ꝛ existens. ꝛ ita non est possibile ꝙ sit causa realis vera eius quod ponitur. Dices ꝙ verū est per aliquam actionē elicitam attingēdo ad gratiam: nec etiam causa in esse: sed in fieri tantum. Dico ꝙ non intelligo aliquam veram causam realem alicuius effectus que non sit ens quando ponitur effectus. Contradictio eñ plana est ponere nō ens esse causam. qꝛ causa ꝛ effectus tanq̄ partes diuidunt ens. Et ita impossibile est ꝙ vel causa: vel effectus qñ ponitur sit nō ens. Similiter etiā de causa in fieri nō intelligo illud dictū. aliquid eñ dicitur esse causa alicuius in fieri: qñ est causa q̄tū ad fieri illud: ponēdo illud in esse vel aliquid eius: licet nō sit causa in cōseruando: sed potest cōseruari sine illo. Et planum est ꝙ etiā talis causa est in actu. qñ suus effectus: ꝛ illud quod causat ponitur in actu. Et sic dico in proposito. qꝛ igitur accidit ꝙ sacramētum sit in actu. immo non est in actu: qñ ponitur gratia: sicut ostēsum est supra. nō videtur mihi dicendum ꝙ sacramētum sit per se causa effectiua realis gratie: vel eius quod habetur mediante sacramento. Ex predictis etiam patet ꝙ omnes opiniones que ponunt sacramenta sic esse causas per seipsius gratie: non sunt vere.

¶ Ad primum motiuum vltime opinionis dico ꝙ meritum non se habet ad premium: nec sicut causa eius: nec sicut effectus eius. ꝛ ponere ꝙ sit causa: est ponere cum alijs ꝙ sit causa effectiua: sicut dictū est supra. Secundo dico ad maiorē ꝙ licet sacramenta habeant efficaciā vel virtutē predictā: quam exposui supra a passione christi: eo modo quo dicetur infra. qꝛ nō proprie a passione: sed a diuina voluntate. nō oportet tamē ꝙ vniformiter vel eodē modo habeat̄ gratia per sacramētū ꝛ per passionē christi. quia sacramentum non est actus meritorius sicut fuit passio christi. Et preterea dato ꝙ esset meritū: adhuc nō propter hoc esset causa: sicut dictū est supra. ¶ Ad scd̄m dico ꝙ nec passio christi nec sacramentum est causa effectiua gratie: et per cōsequens nulla causa. quia nō sunt quādo gratia ponitur ī effectu. Et bene cōcludit argumētū: ꝙ nō plus sacramentum est causa q̄ passio christi: sed nō ꝙ sit causa. Dices ꝙ immo causa meritoria licet minus pricipalis q̄ passio. dico ꝙ nō intelligo ꝙ causa meritoria cum nō sit meritū ipsum: sit vere causa sicut meritum respectu premij vt dictum est supra. vnde si meritum dicatur causa: hoc est equiuoce q̄tum ad vnā conditionem cause. qꝛ est aliquid prius premio. sed nō propter hoc causat ipsum. ꝛ tunc ponendo ꝙ sacramētum sit causa meritoria: quod tñ nō est verum sicut probatum est supra: nō plus ponitur nisi ꝙ sa-

qñ ambulatio est causa sanitatis.

Ad motiua. 4. opi.

cramētum est aliquid prius exhibitū acceptatum a deo: vt recipienti cōferat deus gratiā. Et non est etiā attribuere aliquā causalitatem effectiuā plusq̄ alij attribuūt qui ponūt ibi diuinam assistentiam ad causandū gratiam. Et frustra laborāt sic ponētes: vt videtur. hec de tertio articulo principali.

Ad rationes principales.

Ad primum principale patet de illa virtute: et quid respōdendū est ad auctoritatē Augu. sicut de virtute bulle vel merelli: nisi ꝙ adhuc dissimile est de istis. q̄r bulla ⁊ merellus manet cum collatione prebende vel elemosine: sed sacramētum vt in pluribus nō manet cum collatione gratie. Et dico vt in pluribus. q̄r eucharistia bene manet in recipiēte cū collatione vel augmēto gratie. Cum etiā eucharistia ibi non habet perfectam rationē sacramēti: sed magis verba consecrationis ⁊ species habēt rationē sacramenti. et planum est ꝙ verba nō remanēt cū corpore christi sub speciebus. nec per consequens sunt causa effectiua essendi ibi corpus xp̄i. ¶ Ad secūdum dico ꝙ magister accipit causam large in sua diffinitione nō veraciter causam nec ꝓprie: sed modo supradicto accipiēdo causam pro aliquo priori ad quod sequitur aliud. non ab illo sed ab alio etiā ita ꝙ illud non causat ipsum: sed aliquid aliud. vnde licet ad sacramētum sequatur gratia ex institutione diuina. non tm̄ a sacramēto effectiue sed a deo. ⁊ ideo sacramētum nō est causa gratie. q̄r nō dat sibi esse. ¶ Ad tertium de differētia sacramētorū noue legis ad circuncisionem vel sacramentum veteris legis. patet supra quid sit dicendum. Nam in sacramento noue legis ad opus operatum consequitur gratia. in alio autem requirebatur fides vel deuotio operātis. ⁊ sic distingūtur. Distingūtur etiā aliter. q̄r multo perfectior cōfertur gratia in sacramēto noue legis q̄ in sacramēto veteris legis sicut patet. ⁊ ideo adhuc habēt preeminētiam super illud. Non aūt differunt per hoc ꝙ vnum sit vere causa realis gratie: ⁊ aliud non. Magis tm̄ dicēdum est de sacramentis noue legis ꝙ sint causa: q̄ de illis. q̄r ad ipsa opera operata cū intētione debita nō posito obice in recipiente sequitur gratia. sed in alijs ad opus operantis sequebatur. licet bene ⁊ sacramentum ⁊ opus operantis puta deuotio vel fides requireretur. et ideo magis opus operātis potuit dici causa q̄ sacramentum.

¶ Distinctionis Prime. Questio Secunda.

SEcundo q̄ro vtrū sacramētum possit vel debeat diffiniri. ¶ Videtur ꝙ non. primo sic. Om̄e diffinibile est per se vnum. sed sacramētum non est aliquid per se vnū. patet. q̄r consistit in rebus ⁊ verbis que nō sunt vnum: nisi per accidens vel aggregationē. Nam ex permanēte ⁊ successiuo vel nō permanente non fit aliquid per se vnū. res autem permanēs est. ⁊ verbum successiuū ergo ⁊c̄. ¶ Secundo sic. illud quod nō est per se in

Boeti⁹. genere: nō est diffinibile. q̄r scd̄m boetium sola species diffinitur. species autē est per se in genere: sed sacramētum non est per se in genere. q̄r non est per se vnum: vt probatum est ergo ⁊c̄. ¶ Tertio sic. si sacramētum esset per se deffinibile: tunc videretur illa diffinitio bona quā dat magister ꝙ sacramentū est inuisibilis gratie visibilis forma ⁊c̄. sed hoc est falsum. quia sacramentum nō est forma gratie: quia nec forma intrinseca nec exemplaris. Similiter non est gratia similis sacramento sicut nec spirituale corporali. Similiter non est causa sicut dictum est supra.

¶ **Contra.** magister in littera videt̄ diffinire sacramētū ꝙ sacramentū est sacre rei signum. Et aliter: ꝙ est inuisibilis gratie visibilis forma: vt eius similitudinem gerat: et causa existat.

¶ **In ista questiōe sic ꝓcedā.** ¶ Primo inquiram de diffinitiōe ⁊ que sunt illa que proprie possunt diffiniri. ¶ Secundo ostendā ex predictis an sacramētum proprie possit diffiniri vel an aliquid impediat ne sacramētū proprie diffiniatur. ¶ Tertio an diffinitiones vel descriptiones que ponuntur de sacramento: proprie sint vel conuenientes. ¶ Ultimo ad rationes principales.

¶ **Quātum ad primū articu**lū dico: ꝙ diffinitio est oratio indicās quid est esse: sicut dicitur primo thopicorum: ⁊ hoc proprie accipiendo diffinitionē: intelligēdo istā descriptionem diffinitiōis sicut dicetur infra. ¶ Diffinitio enim vnomodo pōt accipi pro ratione dicēte quid nominis. ⁊ istomodo philosophus accipit diffinitionem iiij. methaphisice qn̄ dicit ꝙ diffinitio est ratio quā nomen significat. ⁊ hoc modo omne illud quod potest cadere in cōceptu etiā figmenta ⁊ impossibilia et negationes: ⁊ priuationes: ⁊ entia rationis possunt habere diffinitionem ⁊ hoc modo large ⁊ improprie accipit̄ diffinitio. ¶ Aliomodo accipitur diffinitio ꝓprie: ⁊ hoc modo est oratio indicās explicite tātū quiditatem alicuius rei positiue per se vnius in genere ⁊ cōuertibilis cum diffinito. ꝙ autem sit oratio: pz per philosophū. sexto thopicorū vbi dicit ꝙ diffinitio non potest esse vnū nomē: sed debet esse diffinitio oratio longa ⁊ pluriū nominū sicut dicitur octauo methaphisice. Similiter cū sit oratio indicans quid est esse: oportet ꝙ illud cuius est diffinitio: habeat per se quiditatē ⁊ esse quiditatiuum. Ex quo pz ꝙ nulla negatio vel figmētum: vel priuatio per se est diffinibilis sed q̄r illa quiditas realis debet esse: nullū ens rationis tm̄ est proprie diffinibile. vnde ⁊ intētiones secūde ꝓprie loquendo nō sunt diffinibiles accipiēdo ꝓprie diffinitionē sicut accipit philosophus septimo methaphisice. ¶ Tertio oportet ꝙ illa quiditas sit ꝑ se vna q̄r nec illorū que ꝑ accidēs sunt vnū: est ꝑ se quiditas. Unde ⁊ illorū que sunt vnū per accidēs: nō est diffinitio ꝓprie: sicut apparet septimo methaphisice. vnde homo albus nō diffinitur ꝓprie. sed de illa quiditate opz ꝙ sit per se vnius entis in genere. opz eni̅ necessarie ꝙ om̄e ꝑ se diffinibile habeat genus ⁊ differētiam que sunt principia diffinitionis vel materiā ⁊ formā. Et plannū est ꝙ omne cōpositum ex materia ⁊ forma habet genus ⁊ differētiā: licet nō ecōuerso. Et ꝓpter hoc dicitur ꝙ sola species ꝓprie diffinitur. ⁊ planū est ꝙ ois species habet genus ⁊ differentiam. ¶ Et ideo dico ꝙ illud quod nō est in genere per se sicut contētum sub eo

Diffinitio quid.

Diffinitiōis acceptiōes

que sunt diffinibilia ⁊ que non.

nõ est diffinibile ꝓprie. sicut materia nec forma: nec deus: nec differentia aliqua alicuius generis: nec generalissimũ alterius generis. Sed vlterius dico ꝙ oportet diffinitionem indicare quiditatẽ tm̃ ipsius diffiniti. ꝛ ideo qꝛ indiuiduum nõ solum dicit vel includit quiditatem: sed etiam aliquid plus. dico ꝙ indiuiduũ inq̃tum hmõi nõ diffinitur. includit em̃ indiuiduũ differentiã indiuidualem cõtrahentem ipsam quiditatẽ specificã ꝛ addentem aliquid supra ipsam vt dictũ est in scđo. Propter eandem causam nulla relatio nec aliquod accidens ponendo subiectũ in eius diffinitione: diffinitur proprie. Nec aliquid per additamẽtũ. qꝛ aliquid extra quiditatẽ includitur. sed opꝫ ꝙ sit conuertibilis cũ diffinito ꝛ ecõuerso. qꝛ si nõ indicaret totã quiditatem cõplete ꝛ explicite: sed partem: ꝛ etiã non solũ cõueniret diffinito: nec esset cõuertibilis cum ipo: nõ esset diffinitio ꝓprie. vnde substantia aĩata sensibilis nõ est proprie diffinitio hoĩs: ne cõuertitur cũ ipso: nec indicat etiã totã quiditatem hoĩs: sed partẽ. Similiter etiã humanitas nõ dicitur diffinitio. qꝛ licet dicat totã quiditatẽ hoĩs: non tm̃ explicite: sed cõfuse. Et ideo dicitur primo phisicorũ ꝙ diffinitũ est cõfusum: sed diffinitio diuidit i singula. ¶ Sic igitur apparet ex predictis quid est diffinitio ꝓprie accepta. qꝛ est oratio indicans vel significãs precise quiditatẽ realem positiuam alicuius entis per se vnius in genere conuertibilis cum diffinito ꝛ per cõsequens explicita. Et consequenter apparet que sunt proprie diffinibilia. Apparet etiã quomodo diffinitio large ꝛ improprie accipitur: ꝛ per cõsequẽs que sunt large ꝛ improprie diffinibilia. ¶ Aduertẽdum est tm̃ ꝙ aliqñ accipitur diffinitio pro oratione significãte rem diffinitam explicite. et isto modo dicta sunt premissa de diffinitione proprie accepta. Alio modo accipitur pro re explicite significata. ꝛ sic accipitur aliqñ quãdo dicitur ꝙ diffinitio est eadem diffinito ꝛ huiusmodi. hec de primo articulo principali.

1. phisicorum. — Nota.

Sacꝛm an ꝓprie diffiniri possit ꝛč 1. opi.

¶ Quãtum ad secundum articulum dicit vnus doctor ꝙ non impeditur. sacramentum ne diffiniatur qꝛ sit ens priuatiuũ vel negatiuum seu impossibile vel implicãs cõtradictionẽ. Sacramẽtum em̃ cũ sit signũ voluntarium certum ꝛ efficax alicuius diuini effectus: quẽ vult causare in aĩa suscipiẽtis: est aliquid positiuũ ꝛ nõ est negatiuũ vel priuatiuum seu implicans contradictionem seu figmentum. Deus em̃ potest instituere tale signũ ad suum effectũ. sicut homines signa imponũt ad suum effectũ vel conceptũ significandum. ¶ Non impedit etiam ꝙ sacramẽtum nõ est per se vnũ sicut dicunt aliqui. Nã sacramentũ q̃tũ ad id quod est formale in ipso: est per se vnum: licet em̃ res ꝛ verba non sint tm̃ relatio signi que est formale in sacramẽto: est per se vna: licet in pluribus fundamẽtis. Et hoc est possibile de respectu rationis ꝙ sit vnus in pluribus fundamentis vel subiectis quicquid sit de respectu reali. vnde sicut si esset albedo vna formaliter in duobus subiectis. Ita sacramentum q̃tũ ad suũ formalẽ cõceptum est vnũ per se: licet materialiter sint plura. De illo autẽ respectu rationis magis dicetur infra. ¶ Tertio nõ ipedit diffinitionẽ sacramẽti vt dicit aliqui sequaces istorũ: ꝛ ipsi etiã videtur hoc dicere ꝙ sacramẽtum q̃tũ ad suum formale puta q̃tum ad illum respectum ordinis ad gratiã sic respectus rationis. Nam intẽtiones scđe sunt entia rationis. et tamen diffiniũtur suo modo. qꝛ alio modo logica nõ esset sciẽtia: nisi vteretur diffinitionibus intentionũ secundarum tanq̃ pro medijs in demõstrationibus suis. Et etiã suo modo sunt in genere logico: sicut species. ꝛ ita sunt diffinibiles diffinitionibꝰ in quibus inuenitur quid ꝛ quale per modum generis ꝛ differentie. ꝛ sic etiã in ratione sacramenti inueniũtur ista suo modo: qꝛ aliquid cõmunius vt genus puta signũ: ꝛ aliquid cõtrahẽs. ꝛ predicatũ in quale: puta signũ tale. s. efficax ꝛ certũ ꝛ hmõi. vnde et patet ꝙ sacramẽtum nõ habet cõceptum simpliciter simplicem sicut deus. Nec cõceptum ex se singularem. ꝛ ita abstrahit a conceptu singulari: sicut patet. ꝛ habet conceptũ vniuersalem ꝛ cõmunem est igitur diffinibile vt videtur. ¶ Et tunc ponitur diffinitio sacramẽti noue legis in cõmuni prout extendit se ꝛ est ad oĩa sacramenta. ꝛ est talis. sacramẽtum est signum sensibile gratiam vel effectũ dei gratuitũ efficaciter significãs ex institutione diuina ad salutem hoĩs viatoris ordinatum. Ad cuius diffinitionis euidentiã notãdum est ꝙ deus potest aliquẽ effectũ gratuitũ causare in anima hoĩs viatoris ad salutem hoĩs viatoris. hoc patet omni catholico ex oĩpotentia diuina. scđo ꝙ deus potest imponere aliquod sensibile signum ad significandum istũ effectum inuisibilem. sicut etiã homo põt imponere aliquod signũ sensibile ad exprimendum cõceptum mẽtis interiorẽ. Cum aũt signũ dicatur triplex. s. pronosticũ rememoratiuum ꝛ demonstratiuum: quorũ primum est futuri: scđm preteriti: tertium est presentis: deus quodcũq; istorũ potest imponere ad significandum effectũ suũ: sicut ꝛ homo hoc potest. Tertio deus potest ordinare ꝛ determinare se ad cooperãdũ efficaciter ipi signo ab eo sic instituto: causando effectũ signatũ per tale signum in suscipiẽte: nisi adsit obex ipediens: sicut ꝛ homo etiã hoc potest. s. determinare se ad cooperãdum signo per accidẽs ostenso ab ipso viuendo pacifice: sicut pretẽdit in signo. Sacramentum vero est tale signum sensibile demõstratiuũ ꝛ certum non equiuocum vel fallax ꝛ efficax precedens signatũ qꝛ licet signũ esset certũ si tm̃ sequeret signatũ: nõ esset efficax. ꝛ ita opꝫ ꝙ saltem natura precedat signatũ et est signum institutũ a deo ad significandum effectum gratuitũ dei ad salutem hoĩs viatoris ordinatum. ¶ In predicta aũt descriptione que datur de sacramẽto eo modo quo solent intẽtiones scđe diffiniri ponitur genus sacramẽti. qꝛ signum in plus em̃ se habet signũ q̃ sacramẽtum. ponũtur aliqua loco differentiarum. qꝛ est ex institutione diuina ꝛ efficax signum. ꝛ certũ. non signũ equiuocũ vel falsum: sed certum ꝛ natura prius signato: ac per hoc efficax. Ponũtur etiã ibi alia duo: que debent poni in descriptione intentionum secundarum q̃ sunt additamẽta duo. scꝫ fundamentum ipsum relationis signi: que est formalis in ratione sacramenti et hoc est aliquid sensibile. puta res vel verba: in quibus materialiter cõsistit sacramentũ. Et aliud quod est terminus talis respectus: vt signatum scꝫ effectus dei gratuitus ad salutem hominis viatoris. vel etiam per istam vltimã clausulaꝫ intelligitur finis ipsius sacramenti. ita ꝙ in hac descriptione

Cõis diffinitio sacramẽti noue legis.

Signũꝫ triplex.

Diffinitiõis sacꝛi declaratio.

ponuntur omnes cause ipsius sacramenti. Primo id quod est formale in ipso scz relatio signi ad effectum dei gratuitū. Scđo id qđ est materiale: vt sensibile aliquod fundās talē respectum. Et etiam terminus ibidē exprimitur. Tertio causa efficiens ex institutione dei. qz (sicut dicetur infra) solus deus potest instituere sacramentū. Nec signum sensibile habet rationem sacramēti: nisi ex institutione diuina. non ex natura vel proprietate rei. Quarto ponitur finis sacramenti. ad salutem hoīs viatoris. & ita est diffinitio integra & cōpleta.

Magistri diffinitio.

Est etiam eadem scđm rem cum illa: quam ponit magister: q sacramentum est inuisibilis gratie visibilis forma. vt eius similitudinem gerat. & causa existat. forma eñ accipitur p signo. sicut imago herculis dicitur forma eius. Inuisibilis gratie idem est qđ effectus dei gratuitus in aīa: quomodocūq debeat intelligi ille effectus. Quia nō debet semper intelligi p gratia inherente vel caractere: sed aliqñ pro gratis dato & mirabiliter exhibito. vt ī eucharistia est corpus xpi. Sed eius similitudinem gerat & causa existat: hoc est idē cum hoc quod est significare efficaciter: nō sicut signum equiuocum vel falsum: nec sicut signum naturaliter sequens suū signatum: sed precedēs. Hec dicit iste de diffinitione sacramēti.

Opinio doctoris

Quantum ad istum articulū videt mihi q sacramētum proprie & per se diffiniri nō potest eo modo quo dictum est supra de diffinitione: siue accipiatur qtū ad suum formale: quod est ratio signi: siue qtuz ad suum materiale: que sunt res & verba. Quantum ad suum materiale planum est. qz res & verba non sunt per se vnum vnitate entis per se diffinibilis: sed sunt vnum aggregationis vnitate. vel ordinis tm. & talia nō sunt per se diffinibilia. vij. & viij. metha. Si accipiatur qtum ad suum formale: non est proprie diffinibile qz suum formale non est nisi respectus rationis signi ad signatū factus per actum dei intelligentis ista: & cōparantis hoc ad illud: vt signum ad signatum: habens q sit signum ex diuina volitione & ordinatione cōcurrente. Non eñ illud qđ est sensibile in sacramēto habet ex natura sua absoluta: q sit signum vel sacramentum: nisi in potētia tm tanq fundamētum: sed habet hoc ex institutiōe diuina. Alioquin eñ a principio fuissent sacramēta in actu: sicut & nature sensibiles verborum vel rerum. respectus aūt rationis pprie & stricte nō diffinitur. immo nec aliquis respectus. quia semp in diffinitione respectus ponitur additamentum. & aliquid extrinsecū quiditati diffiniti. scz terminus. Similiter etiā respectus rationis nō est ens reale positiuum vt ptz. Et similiter dico de intētionibus secundis. Secundo dico: q improprie vel large accipiendo diffinitionem pro ratione nominis ostēsa explicite: quocūq modo indicetur. quid est illud. qđ per nomen significatur. quomodocūq sit ens siue rei siue rationis tm. siue vnum per se siue nō: & sic de alijs: isto modo sacramētum diffiniri potest quātum ad suum formale. qđ est relatio signi cōcernēdo suuz materiale: quod est illud: quod ponitur sensibile sacramēti.

Nota.

Circa quod est aduertēdum q cum sacramētuz sit essentialiter signū et predicatione superioris de inferiori: signum aūt essentialiter sit relatiuum ad signatum. sicut pater ad filium: impossibile est q formale in sacramento sit aliquid absolutum: sed oportet necessario q sit aliquid respectiuum vel respectus. sicut oportet. q formale patris vnde pater sit relatio. sed materiale potest esse aliquid absolutuz. & illud absolutū est res & verbum: quorū vtrūq sensibile. nō in quibus vel circa que fundatur iste respectus rationis: sicut super vocē significatiuā ad placitum fundatur ab intellectu respectu rationis signi ad rem significatam concomitāte voluntate imponētis: qua volita est talis vox significare talem rem. Unde nō est verum illud: quod cōmuniter solet dici distincte et simpliciter: q formale vel forma sacramēti sūt verba ipsa. vnde verum est tñ q in tota materia sacramēti quod cōplectitur & rem & verba. qz expressius significāt. qz in signis obtinēt principalitatem verba ipsa scđm augu. sunt principaliora. & ideo possunt dici forma vel formale sacramenti: vt cō parātur ad res: sed nō respectu sacramēti totalis vel in sacramēto totali. Si dicas q sacramentum est aliquid sensibile: & respectus rationis non est aliquid sensibile. ergo nō pertinet ad sacramentum intrinsece. dico: q sicut dictum est supra sacramentū non est sensibile: nisi qtum ad suum materiale. nō autē qtum ad formale. sed qtum ad suū formale est signum & ens rationis. quare &c. Sic igitur ptz quo modo sacramētnm diffiniri vel potius describi potest. qz non proprie nec stricte: sed large: sicut entia rationis vel intētiones secūde. Et hoc etiā innuit ille doctor finaliter licet prius aliud dicere videatur. Hec de secundo articulo principali.

Sacramēti descriptiones.

Quātum ad tertium articulū ponuntur plures descriptiones ipsius sacramenti. due ponuntur a magistro. & accipiuntur ab aug. x. de ciui. dei. Prima est q sacramentum est sacre rei signum. Scđa est q sacramentum est inuisibilis gratie visibilis forma &c. que superius est declarata: nisi q ibi accipit visibilis forma pro sensibili forma in cōmuni: nō solum pro forma sensibili per visum: sed p aliquos alios sensus. Et pro tanto qz visus inter alios est nobilior sensus: & plures differētias rerum nobis ostendit primo methaphi. (i. methaphi.) Tertia est hugonis primo libro de sacramentis parte. ix. ca. ij. dicētis q sacramētum est corporale vel materiale elementum foris sensibiliter propositum ex similitudine representationis. & ex institutione significans ex significatione continēs aliquā inuisibilē & spiritualem gratiam. Quartā ponit vnus doctor que exposita est. & posita in arti. precedēti. Et de ipsa nihil pl⁹ dico modo: nisi q multum cōuenit. & est quasi eadē cum diffinitione hugonis: vt ptz intuēti. Similiter etiam qz dubium videtur q sacramentum sit signum demonstratiuum gratie. qz sicut dictum est supra: precedit gratiā vel effectum. & nō est simul cum eo. potest tñ dici pro tāto demonstratiuum: qz quasi presentialiter. & statim sequitur gratia et reputat pro presenti. Iste aūt descriptiones sunt cōuenientes oēs: precipue tres vltime de sacramentis noue legis in quibus ex opere operato confertur gratia vel habetur aliquis effectus inuisibilis. Et ideo illius dicuntur effectiua modo ex opposito in precedenti questione. Ita q oēs ille descriptiones vere sunt de signo sensibili instituto ad significādum efficaciter talē effectum. Tunc dico q nō extendunt se ad sacramēta veteris legis. Prima vero descri-

ptio nõ est propria: sed cõmunis ad omne illud per quod res aliqua sacra significatur. ꝛ ideo cõmunis ad oĩa sacramenta cuiuscũqꝫ legis: siue legis nature siue legis scripte: siue legis noue. Et si ad aliqđ istorum cõtrahatur: opꝫ ꝙ scđm posita in aliis modificetur: qꝛ magis est generalis ꝛ minus cõpleta ꝙ alie: sicut ptꝫ. Patent oẽs descriptiones ex predictis: nisi ꝙ in diffinitione vel descriptione potiꝰ ipsius hugonis ponitur ex sanctificatione cõtinẽs spiritualem gratiã vel inuisibilem: quod non est accipiẽdum: qꝛ gratia contineatur. vel sit formaliter in sacramẽtis inherẽdo eis. sed pro tãto quia quasi virtualiter continent sanctificando creaturam eo modo quo dicta sunt cause a magistro: sicut dictuꝫ est supra. Hec de tertio principali.

ad rationes principales.

Ad primum principale argumẽtum dico ꝙ sacramẽtum proprie ꝛ stricte nõ diffinitur quãtum ad suum materiale. qꝛ nõ est per se vnum. nec quãtum ad suũ formale: licet sit vnum per se eo modo quo ens rationis. qꝛ est ens diminutum non habẽs quid simpliciter nec realiter. nec est aliquid absolutum. Dices ꝙ ille respectus rationis nõ est vnus nec eiusdẽ rationis in verbis ꝛ re sacramenti. qꝛ ista fundamenta sunt diuersa ꝛ alterius ratiõis. Dico ꝙ põt esse vnus respectus ratiõis etiã numero fundatus sup diuersa fundamẽta in ordine ad vnũ simplicẽ terminũ quicqđ sit de respectibus realibus. Et sic est in ꝓposito. Et silr respectus eiusdẽ rõnis licet diuersi numero possint fundari in fundamẽtis diuersarum rationũ ad diuersos terminos: sicut intẽtio scđa generis est eadeꝫ scđm speciem in anima ꝛ in planta: non obstãte ꝙ sint alterius rationis ꝛ termini ꝛ sic nõ inuenitur in relationibus realibus vt videtur. Et preterea siue sit eiusdem rationis siue non: tñ non est ꝓprie diffinibilis: sicut nec aliquis respectus realis. Nec est ꝑ se in genere aliquo saltem reali quare ꝛc̃. Ad scđm patet ex dictis ꝙ sacramẽtum nõ est per se ꝛ stricte diffinibile sicut aliquid quod est per se vnũ specie in aliquo genere reali ꝛ metaphisico. qꝛ nec habet quid verũ ꝛ reale sed diminutuꝫ. diffinibile tñ est aliquo modo: sicut intentiones scđe ꝛ entia rationis ꝙtum ad suũ formale cõcernendo vel cõnotando suũ materiale qđ est sensibile. Quãtum vero ad suum materiale nõ est per se diffinibile: sicut ptꝫ. Ad tertium dico ꝙ illa descriptio magistri si bene intelligaṫ est bona eo modo quo dictũ est supra. Similiter etiã prima licet nõ sit cõuertibilis ꝛ ꝓpria. qñ dicis ꝙ sensibile nõ est simile spirituali. dico ꝙ verũ est vniuoce. sed bene ꝓportionaliter vel imitatiue per modum signi. Cum dicis vltra ꝙ sacramẽtum nõ est causa. de hoc dictum est supra. Ad illud in oppositum patet ꝙ sacramentum potest describi aliqualiter licet improprie diffiniri.

Distin. Prime. Questio. iij.

Tertio quero de institutione sacramẽtorũ: vtrũ scꝫ pro tempore cuiuscũqꝫ legis debuit vel necessariũ fuit institui a deo aliquod sacramẽtum. Videtur ꝙ nõ. qꝛ tempore legis nature non legitur aliquod sacramentum correspõdens circuncisioni vel baptismo secũdum Greg. iiij. moralium: ꝛ ponitur de cõsecratione. di. iiij. qđ apud nos valet aqua baptismi: hoc apud veteres pro paruulis sola fides: vel pro maioribꝰ virtus sacrificij. sed si aliquod sacramẽtum fuisset necessarium pro lege nature illud maxime fuisset necessarium. s. correspõdẽs circũcisioni vel baptismo vt ptꝫ. ergo ꝛc̃. Secũdo videtur ꝙ sacramẽtum possit institui ab alio ꝙ a deo. qꝛ deus mediãte ministro dedit aliquã legem: puta legẽ scriptam per moysem. lex per moysem data est. Jo. j. ergo similiter videtur ꝙ mediãte ministro possit instituere sacramenta. ita ꝙ creatura possit instituere sacramẽtum. Tertio videtur ꝙ nõ alia sacramenta debẽt institui in alia ꝛ alia lege. qꝛ si sic tunc sacramẽtum prioris legis deficeret a sua significatione ad ueniente alia lege. hoc aũt nõ est incõueniens. s. ꝙ illud quod deus imponit ad significandum cadat aliquando ꝛ frustretur a sua significatione. nam ꝛ voces quas imponimus ad significandum nunꝙ cadunt a sua significatione. ergo ꝛc̃. — Grego. — Jo. j.

Contra in omni lege post lapsũ fuit originale peccatum ꝛ morbus. ergo fuit necessarium remedium et medicina contra morbum. sed sacramentum medicina est cõtra spiritualem morbum ergo ꝛc̃.

In ista questiõe sic ꝓcedã. Primo ostẽdã ꝙ pro qualibet lege ꝛ statu post lapsum debuerunt sacramẽta institui: ꝛ cõgruum fuit. Secundo ostendam a quo debuerunt ꝛ potuerunt institui. Tertio que sunt illa. ꝛ quot et que sunt instituta specialiter in lege noua: ꝛ sufficientia et ordo ipsorum. Ultimo ad rationes principales.

De sacri institutione.

Quãtum ad primum dico ꝙ sacramẽtum fuisse institutum de facto nõ potest per rationem probari qꝛ hoc est simpliciter contingens dependẽs a diuina voluntate. ꝛ ideo accipiṫ ex fide vel auctoritate tradẽtium. Sed ꝙ congruũ fuerit hoc. s. sacramentũ aliquod institui sub omni lege post lapsum: ꝓbatur. Cum qꝛ cõgruum est effectum dei inuisibilẽ significari homini per aliqđ signum sensibile: ꝙ homo manu ducitur ex sensibilibus ad intelligibilia. Tale aũt signũ est sacramẽtum eo modo quo dictũ est supra. Cum cõgruum fuit hoies cuiuslibet legis ꝛ status in aliquo signo sensibili colligari ꝛ adiuuari. ꝑ cuius signi noticiã scirent se eiudẽ legis vel alterius: ꝛ mutuo se fouerent: ꝛ in cultu cõuenirent. Cum qꝛ cõgruum fuit hoiem qui peccauerat insensibilibꝰ circa aliquod signum sensibile exercitari: ꝛ sub illo humiliari: vt cõsequeretur remissionẽ peccati sui. Primã rationem tãgit magister in littera: ꝛ tertiam similiter ꝙ sacramẽtum est institutũ ad eruditionẽ ꝛ exercitationem vel humiliationẽ. Secundã rationẽ tangit August. xix. cõtra faustum. In nullum inquit nomen religionis coagulari possunt. homĩes: nisi aliquorum signorũ vel sacramẽtorum visibiliũ cõsortia colligentur. Secundo dico ꝙ de facto fuit aliud ꝛ a sacramẽtum institutum sub alia ꝛ alia lege. Et cõgruum fuit hoc: vt lex a lege per sacramẽta distingueretur. Ad cuius euidentiam notãdum est ꝙ sacramentum vno modo diuiditur quasi vox — August.

Sacri di uisiones.

in significationes.i.in sacramētum ꝓprie ⁊ improprie dictum. Alio modo quasi superius in sua inferiora. ⁊ hoc tripliciter. Cum enī sit sensibile signū significās aliquid: vel potest dici aliud ⁊ aliud sacramētum: quia aliud ⁊ aliud sensibile vel aliud ⁊ aliud: q2 aliā ⁊ aliā significationē habens. Et hoc dupliciter. vel simpliciter aliā. si respectum alteri⁹ ⁊ alterius significati. vel scd̄m quid aliā. q2 licet respectu eiusdē significati: tñ variato modo aliquo vel ex parte significati: vel ex parte significātis vel signi. ¶ Ad ꝓpositum dico ꝙ in qualibet lege nō fuerunt sacramēta improprie dicta distincta a sacramētis alterius sed pluribus legibus aliqua fuerunt communia: ⁊ durant in lege noua sicut genuflexione inclinationes. tunsiones pectoris: ⁊ talia multa sicut ⁊ prostrationes: ⁊ hmōi quibus significatur diuina maiestas in illo cui exhibētur. sed accipiendo sacramentum ꝓprie. s. prout est sensibile signum a deo institutū ad cōsequēdam gratiam in remediū peccati originalis precipue ꝙ̄tum ad propositum debuit esse aliud ⁊ aliud sacramentum in alia ⁊ alia lege. Aliud dico ⁊ ꝙ̄tum ad sensibile signum: ⁊ aliud ⁊ aliud ꝙ̄tum ad significationē. nō simpliciter q2 gratia per oīa significabatur ⁊ curatio morbi originalis: sed ꝙ̄tum ad significationis modum se tenentē ex parte significati sicut per modum perfectioris vel imperfectioris gratie significate. vel etiā modi significādi ex parte signi q2 vnū signū magis efficaciter in perfectiori lege. ⁊ aliud minus in lege imperfectiori. Quod aūt sic decernit. s. ꝙ sacramētum perfectioris legis gratiā perfectiorem significaret. pz deus enī ordinate ꝓcedit ab imperfecto ad perfectum. Et ideo lex posterior semp fuit perfectior. ⁊ per consequens debuit habere pfectiora adiutoria ⁊ remedia. Et ita gratia significata per sacramētum posterioris debuit et debet esse perfectior ꝙ̄ gratia alterius precedētis. Ex quo sequitur vltra ꝙ signū sensibile debuit esse aliud et aliud. q2 primū signum impositum ad significandum imperfectiorē gratiā non potuit significare magis perfectā. ⁊ si potuit: nō decuit ꝙ ad hoc imponeret: sed vnum aliud expressius ⁊ euidentius ⁊ perfectius. Hec de primo articulo.

¶ Quātum ad secundū arti.

An q̊ debuerūt ⁊ potuerūt īstitui sacramēta

dico ꝙ loquēdo de sacramēto proprie: sicut loquimur in ꝓposito qđ est signū in quo infallibiliter nisi obex impediat: cōfertur gratia vel mediate ipso solus deus potest instituere sacramentum: ⁊ nulla creatura. Quod pz. Tū q2 sacramētum est certū signū gratie habēde in illo cui cōferť ⁊ efficax aliquo modo siue ex opere opato. siue operantis. Modo non est in potestate creature alicuius gratia. Nulla enī creatura potest gratiā creare. ⁊ per consequēs ordinare nō potest ꝙ ineffabiliter conferatur recipiēti sacramētum: sed ipse solus deus. Tū q2 in eius potestate sacramētum instituere ⁊ solum in potestate eius: quo nō incipiēte non habet sacramētum effectū: ⁊ ita nō est signum efficax: nec per cōsequēs est sacramētū ꝓprie acceptū: sicut loquimur mō. sed hoc est verū de solo deo. q2 ī potestate soli⁹ dei est ꝙ ad tale signū cōsequať signatū: sicut ponere tale signatū. ¶ Sic igiť dico ꝙ saltē principaliter soli deo cōuenit instituere sacramentum: ⁊ nulli creature: immo nec aliquo modo prout sacramētum est signum certū ⁊ efficax. licet bene posset a creatura institui ꝙ̄tum ad hoc ꝙ est esse signum practicū. Prius enī ⁊ cōmunius est hoc ꝙ̄ esse signum efficax ⁊ certū. vnde nō omne signum practicum est certum ⁊ efficax: sicut pz de multis signis operationum humanarum que falsi hoīes pretendunt. que licet sint practica: non tñ certa. vnde nec opz ꝙ ab instituēte a quo habet signum esse practicum habeat ꝙ sit signū certum. sed frequenter habet ꝙ sit certū ab alio cooperāte ⁊ ex volūtate alterius. ¶ Ad ꝓpositū applica de sacramēto ꝙ licet aliquis alius a deo saltē ministerialiter ⁊ vt causa scda potuerit sacramētum instituere. vt signū practicum: non tñ vt efficax ⁊ certum. sed solus de⁹ vt probatū est. ¶ Ex quo patz ꝙ aliquis apostolus: nec aliquis sanctus nūꝙ̄ aliquod sacramētū instituit lz bene sacramenta a deo instituta diuulgauerit: que diuulgatio institutionē presupponit. deus aūt instituit sacramētum vt in ipso sit alius ⁊ alius actus scd̄m rationē quo instituit sacramētum vt sit signum practicū: ⁊ vt sit efficax vel certum. Signū enī aliquod falsi hoīs ad alium practicū est ex institutione alicuius presidentis in policia: vt iunctio manuum: vel hmōi ⁊ tñ non est certum: sed falsum ex defectu voluntatis falsi hoīs precedētis ipsum. q2 nō determinat se cooperari efficaciter tali signo ad hoc vt sit efficax ⁊ certum. Sed ad hoc vt signū sit certum ⁊ efficax specialiter sacramētum in proposito nostro: opz ꝙ nō solum instituatur a deo ad significādum practice. sed cū hoc requiritur vnus alius actus. s. determinatio diuine voluntatis ad operandū signatū talis signi: vt sit efficax ⁊ certū. Hec de secundo articulo principali.

¶ Quātum ad tertium arti.

Quet quot sūt sacra.

dico primo de sacramētis legis nature: ⁊ etiā legis scripte et etiā legis noue īproprie accipiēdo sacra ⁊ large ꝙ ī qualibet lege fuerūt valde multa sacra: que dicuntur signa sacre rei alicuius. sed accipiendo sacramētum ꝓprie pro sensibili signo a deo instituto: quo adhibito alicui confertur sibi gratia: nisi sit obex: et hoc vel ex opere operato: vel ex opere operantis: eo modo quo dictum est supra. In lege nature nō puto fuisse nisi vnum sacramētum correspōdens circuncisioni in lege scripta: ⁊ baptismo in lege noua: in remediū ⁊ medicinā cōtra morbū originalis peccati: quodcunqz fuerit illud sacramētum. q2 nescio bene. Per illud vero sacramentum subueniebatur potissime paruulis quibus nō poterat in fide parētū subuenire actus ꝓprius ad deletionem originalis. Tempore legis scripte fuit etiā tñ vnum tale: puta circuncisio de qua inferius apparebit. Similiter in lege noua vnū tñ sacramētū correspōdens predictis duobus: scz sacramentum baptismi. Uerum est tñ ꝙ in lege noua sunt alia sacramenta sex: in quibus confertur gratia efficaciter. Et in his excedit alias leges sicut patet.

ꝙ sūt .7. sacra. noue legis.

¶ Sunt igitur septē sacramēta noue legis. scz baptismus ⁊c̄. quorum sufficiētia sic accipitur. Nam cum sacramētum sit medicina ⁊ remedium contra culpā vel peccati seu culpe sequelā: scd̄m ista distinguntur. Nā culpa est duplex. vna originalis: contra quā est baptismus. Alia culpa actualis mortalis: cōtra quā est penitētia. Alia culpa actualis venialis cōtra quam extrema vnctio est. Pena vero

vel ſequela peccati quadruplex:ſcilicet ignoꝛantia in ratione:cõtra quam eſt oꝛdo. Inclinatio ad malum:contra quam eſt euchariſtia:que nutrit in bono. Infirmitas in iraſcibili: contra quam eſt confimatio. Concupiſcentia in concupiſcibili : contra quam eſt matrimonium. ¶ Secundo modo accipitur ſufficientia iſtoꝛum ſic.quia ad actum fidei adiuuat baptiſmus. Ad actum ſpei extrema vnctio. Ad actum charitatis euchariſtia. Ad actum pꝛudẽtie oꝛdo. Ad actũ foꝛtitudinis confirmatio. Ad actum iuſtitie penitẽtia. Ad actum tẽperãtie matrimoniũ. ⁊ ſic habet ſeptenarius ſacramẽtoꝝ: ſicut virtutum:⁊ poſſunt oꝛdinari ſicut ⁊ virtutes.

Sufficiẽtia.7. ſacramento: noue legis.

¶ Tertio modo accipitur ſic. qꝛ triplex eſt actus gratie ad quẽ oꝛdinatur ſacramẽtum:ſcʒ purgare: illuminare ⁊ perficere. Neceſſarius eſt aũt triplex purgationis actus reſpectu triplicis mali:ſcʒ culpe oꝛiginalis. ⁊ ſic eſt baptiſmus. Alius reſpectu culpe actualis.⁊ ſic eſt penitentia. Alius reſpectu male cõcupiſcẽtie:⁊ ſic eſt matrimoniũ. Actus vero illuminatiõis duplex eſt.vnus in via per gratiã ad quã inſtitutus eſt oꝛdo. Alius in patria per gloriam : ad quam debet homo attingere immediate in exitu ſuo vel in moꝛte.⁊ hoc fit per extremã vnctionem. Actus perfectionis duplex eſt etiã.vnus eſt ad reſiſtendum malo terribili. Alius ad perficiendum in bono amabili. Ad pꝛimum oꝛdinatur confirmatio. Ad ſecundum euchariſtia. ¶ Aliter et pulchꝛe accipitur ſufficientia iſtoꝛum ſacramentoꝛum. quia ſicut in vita naturali pꝛimum eſt generatio.⁊ ſequitur poſtea nutritio ⁊ augmentatio.et coꝛroboꝛatio:⁊ ſanitatis perdite aliquãdo reſtauratio.⁊ hec quattuoꝛ pertinent ad perſonam ſingularem. Pꝛeter hec autem requiritur aliquid pertinens ad cõmunitatem quo ſcilicet aliquis inſtituatur in gradu neceſſario ad aliquem actum bonum cõmunitati. Ita ſpiritualiter ad completam vitaʒ ſpiritualem in fidelibus chꝛiſti opoꝛtet habere adiutoꝛium aliquod ad generationem ſpiritualem in vita ſpirituali ſingularis perſone. ⁊ hoc eſt ſacramentum baptiſmi:quo aliquis pꝛimo habet vitam et gratiam.ſecundo eſt neceſſarium aliquid ad nutritionem huius gratie.⁊ augmentationem: ⁊ hoc eſt ſacramẽtum euchariſtie.tertio aliquid ad roboꝛationem.⁊ hoc eſt ſacramentum confirmationis. Quarto ad gratie perdite reſtaurationẽ:⁊ hoc eſt ſacramẽtum penitẽtie. Quinto ⁊ vltimo requiritur aliquod adiutoꝛium : quo viatoꝛ moꝛiens vel exiens ſufficienter diſponatur ad vitam futuram. Nam iſta vita ad aliã oꝛdinatur: ⁊ in ſe perpetuari nõ poteſt.⁊ hoc eſt ſacramẽtum extreme vnctionis. Et iſta pertinent ad bonum ſingularis perſone. Ad bonum autem cõmunitatis fidelium obſeruãtium legem chꝛiſti requiritur carnalis multiplicatio ⁊ multiplicatio ſpiritualis que pꝛeſupponit pꝛimam ſicut gratia naturam.⁊ ad pꝛimam eſt matrimonium inſtitutum.ad ſecundam vero oꝛdo. Et ſic patet numerus ⁊ ſufficientia ſacramentoꝛum.

Oꝛdo ſacramẽtorum.

¶ Oꝛdo autem ipꝛoꝛum patet.quia ⁊ ſi bonum cõmunitatis ſit maius ⁊ diuinius ⁊ pꝛius perfectione:tñ bonum ſingularis perſone eſt pꝛius generatione.ſicut pꝛioꝛ eſt homo ꝙ̃ domus vel familia.et domus vel familia pꝛioꝛ ciuitate. Ideo ſacramenta que oꝛdinantur ad bonum perſone quo ad nos pꝛeoꝛdinãtur ſacramẽtis:que oꝛdinantur ad bonũ cõmune:ſicut oꝛdinis et matrimonij. Et inter illa que pertinẽt ad bonũ perſone: pꝛioꝛ eſt baptiſm⁹. quia eſt ſacramẽtum generationis in eſſe ſpirituali ⁊ intrantium.poſtremum eſt extrema vnctio:que eſt ſacramentum exeuntium.confirmatio euchariſtia ⁊ penitentia ſunt pꝛogredientium. Inter que pꝛioꝛ eſt cõfirmatio.quia eſt a gratie collate in baptiſmo roboꝛationem vel conſeruationem. Scd͂m eſt euchariſtia que eſt ad gratie augmentationem. Tertium eſt penitẽtia que eſt ad gratie perdite recuperationem. Inter ſacramenta vero ad bonũ cõmunitatis oꝛdinata pꝛius eſt oꝛdo:qꝛ per oꝛdinem vel mediãte oꝛdine matrimonium miniſtratur. Et vltimum ſacramentum eſt matrimonium:ſicut patet. Hec de tertio pꝛincipali.

¶ **Ad pꝛimum** pꝛincipale dicendum ꝙ immo tempoꝛe legis nature fuit aliquod ſacramentum coꝛreſpondens circuncißioni : licet non inueniatur bene expꝛeſſum quale vel quod fuerit ipſum. Ad gregori. reſponſio:ꝙ intelligit dictũ ſuuʒ. vel qꝛ ſacramẽtum tale erat efficax ex opere operantis. et ita ſubueniebat fides operantis ipſis paruulis: qui non poterãt ſibi ſubuenire per actum pꝛopꝛium: licet cum cõcurreret ſacramentum. vel foꝛte quia illud remedium non ſe extendebat ad omnes paruulos : ſed ſolum ad mares:ſicut nec circunciſio. ⁊ de illis verum eſt ꝙ ſubueniebat eis fides parentum ſine tali ſacramento. Dices ꝙ non eſt intentio gregoꝛij.quia ſubiungit ꝙ pꝛo adultis neceſſarium erat ſacrificium igitur videtur ꝙ ſola fides ꝗ̃tum ad actum vel habitum interioꝛem ſufficeret pꝛo omnib⁹ paruulis. et ſic non erat ſacramẽtum coꝛreſpõdens. Dico ꝙ ſaltem pꝛo paruulis neceſſaria erat fides parẽtum in aliquo ſigno exterioꝛi pꝛoteſtatum: quod quidẽ non dicebatur ſacrificiũ: ſed dicebatur magis ſola fides. In adultis aũt bene opoꝛtebat ad ſalutẽ ipſoꝛum vt aliqua ſacrificia offerrent deo ſicut apparuit de abel noe ⁊ abꝛaham . licet illa ſacrificia non eſſent ſacramentum curatiuum oꝛiginalis in recognitionem dominij vel huiuſmodi. Et ita poteſt ſaluari Grego. Et patet in adultis noue legis ꝙ non ſufficit ipſos eſſe baptiʒatos.ſed ſi ſuperuiuant ad aliqua alia de neceſſitate ſalutis obligantur. ¶ Ad ſcd͂m diceretur ꝙ licet deus poſſit docere creaturam mediãte creatura alia:non tñ ſanctificare mediãte creatura.ſed ipſe ſolus per ſeipſum illuminat aĩas ſanctificando eas. Aliter dicitur ⁊ melius:ꝙ ſi deus ſolus fuit legiſlatoꝛ:ſed alius potuit eſſe pꝛeconiſatoꝛ: ⁊ fuit ipſe moyſes diuulgatoꝛ.ſic etiam deus ſolus fuit ſacramẽtoꝛum inſtitutoꝛ:⁊ alij potuerunt eſſe diuulgatoꝛes ſicut apoſtoli:et abꝛahã diuulgatoꝛ circunciſionis. ¶ Ad tertium dico ꝙ decuit ſacramẽta diuerſarum legum ab inuicem diſtingui: ſicut ⁊ leges ſuo modo quẽadmodum dictum eſt ſupꝛa. Et dico ꝙ decuit ſacramentum pꝛioꝛis legis ceſſare ⁊ euacuari adueniente lege noua. quando dicis ꝙ voces impoſite ad ſignificandum a nobis non cadunt a ſuis ſignificatis. dico ꝙ verum eſt:nec eſt eadem congruitas ſicut de ſacramentis. quia non ſic res ſignificate vel modi variantur ſicut dictum eſt ſupꝛa in ſacramentis.

ad rationes pꝛincipa.

¶ Diſtinctionis Pꝛime. Queſtio Quarta.

QUarto quero de
circuncisione vtrū conferret
gratiam gratum facientem.
¶ Uidetur ꝙ non. qꝛ illud
quod tm̄ figurabat gratiam
baptismalē: non conferebat
gratiā. sed circūcisio cū esset
sacramentum legis scripte:
que tota fuit vmbra et figura futurorū bonorum:
qꝛ oīa in figura cōtingebāt illis: nō nisi figurabat.
ergo ⁊c̃. ¶ Scđo sic. Sacramentum nō cōfert nec
efficit: nisi illud qđ significat. sed circuncisio non si
gnificabat nisi deletionē vel amotionē peccati: et
non alicuius largitionem vel appositionē. qꝛ nihil
ibi apponebatur: sed tantū amouebatur. ergo ⁊c̃.
¶ Tertio sic. Circuncisio non poterat aperire ia-
nuā. nullus em̄ ante passionē xp̄i potuit intrare re
gnū celoꝝ. ergo nō potuit tollere culpā: nec cōfer-
re gratiam. qꝛ nihil claudit ianuam nisi peccatum.

¶ Contra

circuncisio tollebat peccatū ori
ginale. quia ad hoc fuit institu-
ta. sed peccatum mortale non tollitur de facto nisi
per gratiam. ergo conferebat gratiam.

¶ In ista questiōe sic ꝓcedā.

¶ Primo ad euidētiā questionis de amotiōe cul-
pe ⁊ infusione gratie ꝑ circuncisionē inquirā: vtrū
culpa possit amoueri vel remitti in aīa sine hoc ꝙ
infundatur gratia. ¶ Secundo inquiram vtrum
circuncisio conferebat gratiam: ⁊ per quē modum.
¶ Tertio ad rationes.

¶ Quātum ad primum arti

culpa an possit amoueri vł remitti ⁊c̃. 1. opinio

culum est vna opinio cōmunis ꝙ deus de potētia
absoluta etiā nō potest ab aīa tollere culpā vel sibi
remittere: nisi infundēdo gratiā. ¶ Ad hoc addu
cuntur alique rationes. Prima est ista deus nō po
test remittere vel tollere culpā: nisi aīa de immūda
fiat mūda: de nō accepta accepta. de nō amica ami
ca. ptꝫ. sed ista nō possunt aīe ꝯuenire: nisi ꝑ gratiā
ergo ⁊c̃. ¶ Scđo sic. Impossibile est priuationem
tolli ab aliquo: nisi ponat̃ habitus oppositus in ip
so. hoc ptꝫ per rationē priuatiue oppositoꝝ. sunt
quasi em̄ contradictoria circa subiectum aptū na-
tum. ⁊ in eis non est medium nec secūdum affirma
tionem: nec secundum negationē. sed culpa ⁊ gra-
tia opponuntur sicut priuatio ⁊ habitus. alioquin
non esset repugnātia: quare nō possent stare simul.
ergo ⁊c̃. ¶ Tertio sic. Manēte deformitate culpe
manet necessario imputatio eius ad penā. nec per
cōsequēs remitti pōt. qꝛ culpa reordinari non pōt
nisi per penā. ⁊ non pōt esse dedecus iniustitie sine
decore iustitie: vt ptꝫ. sed deordinatio vel deformi
tas culpe nō tollitur nisi per gratiā: vt videt̃ ergo
non pōt culpa remitti sine gratia. ¶ Quarto sic.
nō remittitur culpa nisi per mutationē factā in ali
quo. quia impossibilis est transitus de contrario in
contrarium: vel de contradictorio in contradicto-
rium sine mutatione. sed hoc non est per mutatio-
nē dei. igitur per mutationem anime. sed mutatio
terminatur ad aliquid absolutum. quod non vide-
tur nisi gratia in proposito. ergo ⁊c̃.

Opinio doctoris

¶ Sed quantum

ad presentem arti-
culū dico primo ꝙ
possibile est culpam tolli sine gratia. ita ꝙ non opꝫ
deū infundere gratiā tollēdo vel remittēdo culpā.
¶ Scđo dico ꝙ deus pōt remittere culpam: ⁊ de-
formitatē culpe vel peccati manētem nō imputare
ad culpā nihil positiuum infundēdo habēti culpā.
¶ Tertio ꝙ licet possit ita facere: tm̄ de facto secū
dum ordinationē sue volūtatis nō delet nec remit
tit culpā seu reatū culpe: nisi infundēdo gratiam. Q culp[a] nō dele[tur] nisi gra[tia] infu[n]datur.
¶ Primū probo sic primo. In quocunq̧ statu vel
qualicūq̧ deus potest facere hoīem ante peccatū:
potest facere post peccatū sine positiuo infuso vel
collato. Probatio. qꝛ hoc nullā implicat contradi
ctionē. sicut em̄ potest facere hoīem in rectitudine
mere naturali aliqn̄: sic pro semꝑ. sed plannm est ꝙ
status naturalis rectitudinis nō stat cum peccato
vel deformitate peccati. ergo ⁊c̃. ¶ Secundo sic.
Originalis iusticia que fuit habitus quidā super-
naturalis non tm̄ gratia non est cōpossibilis defor-
mitati culpe: saltē ipsa habita nō habetur deformi
tas culpe. sed deꝰ potest restituere homini origina-
lem iustitiā vel dare sibi nō conferādo gratiā. et sic
per cōsequens delere culpā non cōferendo gratiā.
quare ⁊c̃. ¶ Tertio sic. rectitudo actꝰ opposita de
formitati culpe pōt restaurari in actu absq̧ hoc ꝙ
infundatur gratia ab ipso deo. rectitudo em̄ illa cū
aliquo actu recto naturali vel est idem actui alteri
vel accidēs potēs superuenire actui precedēti ce-
dente sua deformitate. sed talis rectitudo non stat
cū deformitate culpe vt patꝫ. ergo ⁊c̃. ¶ Quarto
sic. deꝰ pōt facere illud qđ fit tota die. sed tota die
tollitur peccatū ab aīa sine infusione vel collatione
alicuius absoluti. ergo ⁊c̃. ptꝫ minor. qꝛ peccatum
trāsit vel actus. ⁊ per cōsequēs deformitas vel cul
pa q̄tum ad suā deformitatem nō manet. ergo ⁊c̃.
¶ Quinto sic. Deus pōt hoīem peccatorē modo
corrūpere vel adnihilare. ⁊ hoc facto potest ipsum
reparare. sed planum est ꝙ pōt ipsum reparare sine
culpa: sicut pōt vel potuit ipsum creare sine culpa.
ergo ⁊c̃. ¶ Sexto sic ꝓbāt aliqui. subiectū nō red-
ditur impossibile ad vnū oppositorū per hoc ꝙ sit
sub alio. ptꝫ de oppositis precipue quoꝝ neutrum
subiectū sibi determinat. sed deus ante peccatū po
tuit facere hoīem sub sua rectitudine naturali sine
gratia. ptꝫ. qꝛ non opꝫ ꝙ deus creet hoīem in gra-
tia. immo de primis parentibus tenēt multi ꝙ non
fuerūt creati in gratia igitur nō redditur impossi-
bilis homo ad talē rectitudinem sine alio quocūq̧
infuso ꝑ hoc ꝙ fit sub peccato. sed absolute de pec-
cato potest reduci ad suā rectitudinem naturalem
vt videtur quare ⁊c̃. ¶ Sic ergo videtur ꝙ culpa ꝙ culpa remitti[tur]
tolli potest ab aīa virtute diuina nō cōferendo gra nō ifusa
tiam ipsi aīe. ¶ Scđo dico ꝙ culpa manens etiam gratia.
puta actus deformis potest a deo remitti ⁊ nō im-
putari sine aliqua gratia collata. Hoc ꝓbo sic. pri-
mo culpa est defectus iustitie debite imputatus ad
penam. sed deus potest ex libertate sue voluntatis
non imputare talem carentiam. qꝛ potest debitum
relaxare ꝙ nō sit debita iustitia. ergo ⁊c̃. Secundo
sic. hoc potest deus respectu hominis: quod potest
homo respectu hominis suo modo. sed homo po-
test homini remittere culpā actus ex clementia et
misericordia siue manēte siue nō manente deformi
tate: sed trāseunte. ergo ⁊ deus ipsi homini nō ipu-
tando sibi culpam: tm̄ nihil largiēdo sibi de gratia.
Tertio sic. sicut deus nihil vult extra se necessario

sed mere cōtingenter. sed hoc habito potest nō imputare difformitatem culpe ad penam. ergo ⁊c̄.
¶ Quarto sic: deus potest quodcunqȝ meritū vel quemcunqȝ actum bonum nō imputare ad premiū. quia nō necessitatur simpliciter ex actibus nostris. ergo potest quēcunqȝ actum malum non imputare ad penam. et ita remittere non infundendo gratiā.
¶ Quinto sic. prius est naturaliter remittere culpam: q̄ȝ infundere gratiā ex parte saltem remittentis vt videtur. ⁊ ista sunt circa obiecta essentialiter distincta: vel non eadē essentialiter. sed tale prius sine cōtradictione pōt esse sine posteriori. ergo ⁊c̄.
¶ Ultimo probatur sic ab aliquibus. culpa vel dicit aliquid positiuū reale expellendū. aut dicit obligationē ad penā ex diuina voluntate. sed scd̄o modo clarū est ꝙ tolli pōt vel remitti a deo nō infundēdo gratiam. similiter primo modo. quia si est ita: tunc sunt due mutationes essentialiter distīte. amotio culpe ⁊ infusio gratie habentes quattuor terminos essentialiter distinctos: quarum vna est inter illud positiuum culpe ⁊ suam negationem ab esse culpe ad suum non esse. Alia vero a non esse gratie ad esse gratie: ergo deꝰ potest facere vnā sine alia: saltem primam sine secūda: puta amotionem culpe sine infusione gratie.

Resolutio.

¶ Sic igitur scd̄m predictas rationes dicitur ꝙ deus potest amouere vel remittere culpam non infundendo gratiam. sicut deꝰ potest facere vnum hominem ante peccatū ⁊ per cōsequens sine peccato: ⁊ tñ sine gratia sed in puris naturalibus. Dices ꝙ non oportet ꝙ deus possit facere hominem in tali statu post peccatum sicut ante. Eodem enim modo sequeretur ꝙ virginē postea corruptam posset iterato facere virginem post corruptionem ⁊ per cōsequens faceret ꝙ nunq̄ȝ fuerit corrupta. ⁊ sic faceret preterita non fuisse vel non esse preterita. cōtra aristo. vj. ethi. qui dicit ꝙ hoc solo priuatur deus probando dictum solutionis.

6. ethic.

Dico eñ ad hoc ꝙ qualitercunqȝ hominē scd̄m formā aliquā positiuam. vel positiuū deus potuit vel pōt facere ante peccatum sine gratia: talem ⁊ post et tunc: non currit instantia. quia dico ꝙ quicquid absolutum cuiusmodi est innocentia vel rectitudo naturalis scd̄m aliquos. importatum per virginitatem siue sit perfectio in mente: siue dispositio in carne totū potest reparare. sed vltra ista virginitas dicit quandam negationem actus preteriti: puta nunq̄ȝ cecidisse in paccatum carnis: nec mente: nec carne. Ex quo aūt actꝰ p̄terijt. nō pōt deꝰ facere q̄n preterijt. q̄ꝛ nulla factio pōt esse nō entis de aliquo nō ente. q̄ꝛ extēdēdo nomen factionis q̄libet factio vel est entis de nō ente: vel nō entis de ente: vel entis de ente. p̄teritū aūt est nō ens. ⁊ ipsum nō preterijsse est aliud non ens. ⁊ ideo nō potest fieri de preterito ꝙ non sit preteritum.

ꝙ non remittitur culpa q̄cūqȝ sine gr̄e infu. de potentia dei ordinata.

¶ Tertio dico quantū ad hunc articulum ꝙ de potētia ordinata deus nō remittit nec remittere potest culpam mortalem siue originalem siue actualem sine infusione gratie. ordinauit enim sic ꝙ quilibet de facto vel sit filius ire per culpam: vel filius gratie per gratiam. ꝙ sit vel inimicus et in statu damnationis vel via: vel ꝙ sit amicus et in statu vel via vite eterne. Et ideo ordinauit ꝙ quilibet sit filius vel dextre per gr̄am: vel sinistre per culpā. lȝ de potentia absoluta posset aliter vel potuerit; sicut ostensum est in precedentibus.

Ad motiua. 1. opi.

¶ Ad primum aliorū dico ꝙ anima potest fieri mūda eo modo quo mundicia dicit carentiam immunditie: dato ꝙ deus nullam gratiam sibi infundat. quia potest tolli vel remitti culpa seu immundicia sine gratia. sicut potuit anima creari sine immundicia peccati. et etiam sine gratia. Quando dicis vltra ꝙ sit accepta: et non nisi per gratiam: ⁊ similiter de amica dico sicut dixi distinctione. xvij. primi libri ꝙ posset esse accepta etiam ad vitam eternam. et sic etiā amica sine caritate et gratia. Secundo dicitur aliter: ꝙ nō oporteret animam esse acceptam vel amicam ad vitam eternam: dato ꝙ remittatur sibi culpa. vel tollatur ab ipsa. sicut etiam nec homo in puris naturalibus esset amicus nec acceptus ad vitā eternam: licet etiam non esset inimicus vel oditus a deo. Sic diceretur ꝙ anima talis non esset amica nec inimica. Sicut patet etiam dato ꝙ aliquis remittat alteri offensam: non tamen propter hoc necessario recipit eum in amicum ⁊ participem bonorum suorum. ¶ Ad secundum de priuatione diceretur ꝙ culpa vel non est priuatio gratie: et sic potest tolli sine gratia: vel si est priuatio: non est priuatio adequata: sed cum hoc vel iustitie originalis vel rectitudinis naturalis habitualis: vel actualis. et per quodlibet istorum potest tolli. et ita non oportet ꝙ gratia infundatur. ¶ Ad tertium dicitur ꝙ non oportet ꝙ manente deformitate culpe: maneat imputatio eius ad penā. sed potest remitti et relaxari illa imputatio sine aliqua iniustitia. potest enī facere deus quicquid vult nō implicans contradictionem circa creaturam suā sine iniustitia. et quod vult bonum est ⁊ iustum est. licet non sit ita de facto modo sicut sonat auctoritas augustini.
¶ Ad quartū dicēdū ꝙ sine mutatione pro varijs instātibus pōt aliquis esse de nō accepto acceptus vel si nō: tñ non oportet ꝙ illa mutatio terminetur ad aliquid absolutum: sed sufficit ꝙ ad respectiuū siue in ipso siue in alio.

¶ Quātum ad secundū articulū

Circūcisio an cōferebat gratiā/ ⁊ quō. 1. opi. cū rōnibus suis.

fuit opinio aliquorū ꝙ ī circūcisiōe nō cōferebatur gr̄a. ⁊ de ista opiniōe videtur fuisse magister in presenti distinctione. ¶ Ad hoc aūt fuerūt moti aliquibus rationibꝰ ⁊ auctoritatibꝰ. Prima ratio. q̄ꝛ cum circūcisio fuerit sacramētum legale: si ḡ cōtulisset gratiam: iam ex lege fuisset iustitia. ⁊ sic christus gratis mortuus fuisset sicut cōcludit aposto. ad galathas. ij. sed hoc est falsum. ḡ ⁊c̄.

Ad galathas. 2.

¶ Secundo q̄ꝛ si circuncisio contulisset gratiā: tūc circūcisio fuisset reputata abrahe ad iustitiā. sed hoc nō est verū scd̄m apostolum: sed magis fides ei est reputata ad iustitiā. ḡ ⁊c̄. ¶ Tertio q̄ꝛ si circuncisio cōtulit gratiam ⁊ non sufficiebat fides post eiꝰ institutionē: sequitur ꝙ populus qui natus est in deserto per. xl. annos incircūcisus fuit: sicut legit̄ Josue. v. nō habuerit gratiā. ⁊ sic illi omnes qui mortui sunt ante circuncisionē dānati sunt. hoc aūt nō videtur cōueniens. quare ⁊c̄.

Josue. 5

¶ Ad hoc etiā sunt auctoritates. Prima est glose sup illud ad romanos. iiij. Signaculū accepit circūcisionis. vbi dicit glosa ꝙ in circūcisiōe pc̄tā solū dimittebantur. sed gratia nō cōferebatur.

Glos. ad Ro. 4.

¶ Sc̄da est augu. sup titulum psal. lxxiij. vbi dicit de sacramentis legis veteris. Alia inquit tantum permittebant et signū

August.

ficabant. hec autem dant salutem scilicet sacramē
Grego. ta noue legis. ¶ Tertia est gregorij. 4. moralium
vbi videtur ꝙ sola fides paruulis veteris legis cō
ferebat gratiam. fides enim non est īminuta in vir
tute respectu paruulorum legis scripte et legis na
ture: de quibus hoc dicit. quod enim apud nos fa
cit aqua baptismi: hoc apud veteres in pūulis egit
sola fides. quare ⁊c. ¶ Et videtur ista via fuisse
probabilis. quia nullum sacramentum debet con
ferre gratiam: vt videtur nisi sacramentum legis
gratie. lex noua autem dicitur lex gratie sola. quia
Joan. I. Jo. primo dicitur ꝙ lex per moysen data est. gra
tia et veritas per iesum christum facta est ⁊c.

¶ Sed ista opinio a nullo tenet̃ mo
do. dicitur enī ab
omnibus ꝙ non solum in circuncisione remitteba
tur culpa originalis ⁊ etiam actualis: si tūc inerat.
sed etiam conferebatur gratia. Sed hoc nituntur
aliqui probare. quia impossibile est remittere cul
pam: nisi infundendo gratiam. Si igitur in circun
cisione remittebatur culpa: videtur ꝙ infundatur
gratia sed istud motiuum nihil valet: vt ostensum
est supra. Nam in ista consequētia est fallatia con
sequentis. nisi forte arguatur de potentia ordina
ta peccatum enim pluribus modis amoueri potest
vel remitti q̃ per infusionem gratie: sicut dictum
opi. doct. est supra. ¶ Dico ergo primo quantum ad hoc ꝙ
in circuncisione vel per circuncisionem auferreba
tur culpa. et hoc certum est et rationabile apud om
nes. Deus enim nunq̃ dimisit populum suum sine
remedio aliquo contra culpam: et precipue contra
culpam originalem. sed hoc videtur fuisse remediū
circūcisionis. ergo ⁊c. ¶ Secundo dico ꝙ confe
rebatur gratia. Et hoc probo reuertendo ad vnum
dictum supra. Nam licet deus posset remittere cul
pam sine gratia: tamen ordinauit nō remittere cul
pam sine gratia. voluit enim quemlibet esse filium
dextre vel sinistre: culpe vel gratie. perditionis vel
regni. Et ita sicut ordinauit ꝙ in circuncisione de
leretur culpa: ita ⁊ ꝙ cōferretur gratia vt videtur.
¶ Ad hoc sunt auctoritates etiam. prima est au
August. gu. de nuptijs et concupiscentia contra iulianum
ad valerium comitem vbi dicit sic. Ex quo est insti
tuta circuncisio in populo dei ad purgationem hu
ius peccati veteris scilicet originalis valebat ma
gnis et paruulis: sicut et baptismus valere cepit:
Beda. ex quo institutꝰ est. ¶ Secūda est bede sup illud lu
ce. ij. Postq̃ cōsummati sunt dies octo. Idem sa
lutifere curationis auxilium circūcisio in lege age
bat: quod baptismus in tempore gratie consueuit.
In circuncisione ergo conferebatur gratia: non so
lum remittebatur culpa. ¶ Tertio dico de modo
et perfectione gratie quam cōferebat ꝙ multi sunt
modi dicendi. dixerunt enim aliqui ꝙ sic cōferebat
gratiam ꝙ tamen in modico vel minimo gradu: ita
ꝙ aduenienti ad circūcisionem in gratia ⁊ sine pec
cato mortali nihil conferebat de gratia: nec ipsam
gratiam augmētabat. baptismus autem noster nō
sic: sed in maiori et perfectiori gradu. et ipsam gra
tiā augmentabat in habente ipsam aduenientē ad
baptismum. ¶ Sed istud non videtur bene dictū:
ꝙ scilicet abraham non contulerit aliquid gratie
circuncisio ipsa ⁊ augmentauerit gratiam. eiꝰ. Nō
igitur sic conferebat. Similiter etiam dato ꝙ in mi
mo gradu cōferret: adhuc ille gradus adueniēs al
teri augmentaret ipsum. Similiter etiā baptismus
licet conferat gratiā: non tñ cuilibet suscipienti con
ferret. et hoc si haberet gratiam tantam quantam
deꝰ disposuit sibi dare. sicut de beata virgine si fuis
set baptisata. Et similiter de ipsa circūcisione: que
nihil contulit christo de gratia. habuit enim quan
tam gratiam potuit habere ab instanti sue conce
ptionis. quare ⁊c.

¶ Alij dixerunt ꝙ ⁊ remittebat culpam: ⁊ cō
ferebat gratiā. sed principalis effectꝰ Alij mo
suus erat remittere culpā: minus vero principalis di dicēdi
et quasi secūdarius erat conferre gratiā: sed econ 1.
uerso est in baptismo nostro. ¶ Sed istud etiā non
videtur. quia agēs perfectum quod est deus: prius
et principalius videtur intendere circa effectū suū
positionem perfectionis q̃ amotionē imperfectio
nis. Similiter etiā corruptio vel amotio alicuiꝰ nō
videtur intēdi nisi per accidēs. puta per positionē
alterius quādo saltem ambo cōcurrunt. quare ⁊c.
¶ Alij dixerūt ꝙ circūcisio cōferebat gratiā quā 2.
tum ad effectus gratie priuatiuos: nō quantum ad
effectus positiuos ⁊ perfectiuos. vnde nō confere
bat gratiā que sufficeret ad implendum mādata le
gis. ¶ Alij: ꝙ cū hoc conferebat gratiam quātum
ad aliquos effectus positiuos: sed nō quantum ad
omnes: faciebat enim dignum vita eterna. Sed nō
sufficiebat ad reprimendum concupiscentiā fomi
tis: nec ad implendum mandata legis. ¶ Sed ista
etiam parum valēt. quia ex quo ponitur gratia po
sitiue: nō est ratio quare nō ponatur ad omnes effe
ctꝰ suos. Silr̃ etiā modica ⁊ minima ad oēs effectꝰ
charitatis: saltē in aliquo gradu: si tamē aliquos ta
les effectus habet. quare ⁊c. ¶ Alij dixerūt ꝙ cir 3.
cuncisio conferebat gratiam aliter q̃ baptismus.
quia circuncisio ex solo pacto diuino in fide ventu
ri vel passionis christi ex exhibēde: sed baptismus
ex virtute supnaturali influxa sibi: ⁊ in ꝟtute pas
sionis christi iam exhibite. ¶ Sȝ istud est superiꝰ
reprobatū in prima questione: vbi ostensum est ꝙ
sacramētū noue legis non habet efficaciā illo mō.
¶ Alij dicūt ꝙ circuncisio in fide christi vēturi. et 4.
virtute passionis exhibēde conferebat gratiam ex
merito congrui. sed baptismus in virtute passionis
christi iam exhibite ex merito condigni. Et ita effi
catiorē gratiam dat baptismus. quia per modum
meriti de condigno. ¶ Sed istud etiam est superiꝰ
improbatum. quia sacramentum noue legis effica
ciam nō habet per modum meriti de condigno.

¶ Dico ergo aliter ꝙ circūcisio conferebat Resolu
gratiā imperfectiorem q̃ baptismꝰ tio doct.
sicut enim lex christi euāgelica est pfectissima: quā
tota trinitas disposuit dare ad salutē viatoris: ita
habet sacramēta perfectissima ita ꝙ baptismꝰ mul
to perfectiorē gratiā cōfert q̃ faceret circuncisio.
¶ Secundo dico ꝙ circuncisio cōferebat gratiā:
et habet virtutē seu efficaciam ex opere operantis
scȝ ex motu fidei saltem informis relato in deū ad
salutē circūcisi: ⁊ hoc vel a parētibꝰ seu ministranti
bus circuncisionem: qui quantum ad hoc erant ve
ri parentes: si circuncisus erat paruulus: cui nō po
terat subuenire actus fidei proprie. vel ab ipso cir
cunciso: si erat adultus. ita ꝙ talis motus fidei re
latus in deum ad salutē circuncisi poterat dici me
ritum de congruo respecto gratie. et susceptio cir
cuncisionis in adulto cum tali motu fidei pro

prie erat meritū gratie de congruo vt videtur. Et oportebat ꝙ talis motus fidei interior ostenderet in signo sensibili exteriꝰ. Et hoc scdm ritū ⁊ modū circūcisionis pro masculis. nō sic aūt pro femellis: que nō circūdebātur. baptismꝰ vero noster cōfert gratiā ex opere operato: sicut ostēsum est supra de sacramētis noue legis. ⁊ ideo differunt a circuncisione. Sic ergo patet ꝙ in circuncisione cōferebatur gratia ⁊ quomodo differenter a baptismo.

Ad motiua.1.opi. ¶ Ad primum in oppositū pro aliīs dico ꝙ circuncisio cū esset sacramētū legale nō cōferebat gratiam. nec iustificabat ex opere operato: sicut nostra sacramēta perfecta: sed magis ex opere operātis siue parentū siue suscipientis. ¶ Et ideo ad scdm dicēdū ꝙ circūcisio nō est reputata abrahe ad iustitiā: saltē pncipaliter. sed potius fides: licet sicut puto contulerit sibi aliquid de gratia. ¶ Ad tertium dico ꝙ ita cōcludit cōtra remissionē originalis: sicut ꝯtra collationē gratie per circūcisionem vt patet intuenti. dico tñ ad hoc ꝙ populus in deserto excusabatur a circuncisione. Tum potissime: quia super hoc erat dispēsatio diuina. Tum qꝛ nesciebant qñ mouēda essēt castra. Tum qꝛ nō erant mixti intra infideles. Et ita nō erat necessarium signum circuncisiōis distinctiuum ipsorum ab infidelibus: sicut in egipto. ¶ Ad illud vero quod dicit ꝙ illi qui fuissent mortui incircūcisi fuissent dānati: quia mortui sine gratia. dico ꝙ probabile est dicere ꝙ nullꝰ ibi fuit mortuus incircūcisus: sed illi solū qui fuerāt circuncisi in egipto. vel si aliqui incircuncisi: idem iudiciū est de ipsis. ⁊ de paruulis decedētibus ante baptismū vel circuncisionē nisi pro tāto: qꝛ a circuncisiōe pro tunc excusabātur ⁊ poterat fides propria vel parētum subuenire: sicut fit modo. ¶ Ad omnes auctoritates dici potest ꝙ circuncisio non cōferebat gratiam eo modo quo nostra sacramēta ex opere operato: sed ex fide operātis. et ideo ꝙ̄tum erat ex se: et vt distincta a fide operātis magis significabat: et promittebat gratiā ꝙ̄ conferret ipsam. Sic etiā non conferebat ita perfectam gratiam sicut sacramenta nostra. Et sic etiam posset magister glosari in presenti distinctione: vbi dicit ꝙ circuncisio non conferebat gratiam: verum est: vt baptismus. vnde et magister excipit circuncisionem ab illa regula aug. allegata superius. ¶ Aliter diceretur ꝙ auctoritates intelligende sunt de quibusdā sacramētis impropriе dictis: que erāt cerimonialia i lege. cuiusmodi erāt purificationes alique ⁊ ablutiōes: et oblationes alique que nō cōferebant gratiā per modū sacramēti: licet bene cōferretur in eis gratia qñ ex charitate implebātur scdꝫ diuinum preceptū nō aūt intelligūtur de circūcisiōe. Si vero de circūcisiōe intelligātur sicut predictū est exponantur. Ad auctoritatē greg. sicut in presenti questione.

Ad auctoritates.

Ad roes principales. ¶ Ad primum principale dico ꝙ circūcisio figurabat vel significabat gratiā ⁊ cōferebat. sed nō ita pfectam sicut baptismus. sicut etiam tempore legis scripte bene fuit gratia. sed non ita perfecta sicut tempore legis noue. Uel dicendū ꝙ bene concludit ꝙ circuncisio non conferebat gratiam ex opere operato: sicut sacramentum noue legis. sed ex fide operantis et pacto diuino. ¶ Ad secundum dico ꝙ licet circūcisio quātum ad actum exteriorem non fieret apponendo: sed amouendo vel subtrahendo. significabat tñ aliquid apponendū spiritualiter in anima scꝫ gratiam ipsam: per quam mūdaretur circūcisus a peccato originali si ipsum haberet. si aūt nō habebat: sed iam erat in gratia ille qui circūcidebatur: tunc non aufferebat peccatum: sed bene conferebat gratiam: et augmētabat sicut puto. et dictum est supra de abraham: licet magister videatur dicere oppositum. et aliqui in hoc concordant cum ipso: puto eñi ꝙ augebat gratiam circuncisi: nisi circūcisus habuisset tantū gradum gratie: quātum disposuerat ei dare: et tunc nihil contulisset tali. sed nō propter hoc fuisset falsum signum: sicut nec baptismus noster nihil contulisset beate virgini si fuisset baptisata post conceptionem filii dei. quia forte ex tūc habuit tantam gratiam ꝙ̄tam disposuerat sibi deus vnꝙ̄ dare. Sacramentū enim quantum est in se. et ex se gratiam confert: nisi inueniat obicem: vel nisi inueniat preuētionem gratie tāte: quantā est habiturus pro tūc ille qui suscipit sacramentū. Et istis duobus impedimentis occurrentibus non propter hoc est falsum signum: si non confert gratiam: sed semper est verum signum. ¶ Ad tertium de apertione ianue dicitur vno modo ꝙ circuncisio ꝙ̄tum erat in se ⁊ per se apperiebat ianuam sicut et conferebat gratiam: per accidens tamen impediebatur. quia currebat circuncisio tempore quo nondū erat precium emēde solutum per passionem christi. Aliter dicitur: ꝙ circuncisio licet conferret gratiam: et remitteret culpam. non tamen remittebat omnino penam: sicut baptismus et ita non aperiebat ianuam. sicut nec penitētia modo apperit ianuā illi: qui habet adhuc satisfacere de pena. sed si moreretur talis. descenderet ad purgatorium: et nō euolaret ad celum. Dicas quomodo tibi placet.

¶ Distinctionis secunde.
Questio vnica.

Circa distinctionē secūdam quero. Utrum sacramenta habeant efficaciam vel virtutem ex passione christi. ¶ Uidetur ꝙ nō. ex eo quod non est. non habet aliquid virtutem vel efficaciam. sed passio christi nō est. quia iam preteriit. ergo ⁊c. ¶ Secundo sic: si habēt efficaciam ab ipsa: aut vt futura: aut vt exhibita. Non vt futura. quia tunc sacramenta veteris legis eodem modo potuissent habere vel habuissent efficaciam: sicut nostra: vel magis. Non ab ipsa etiam inꝙ̄tum exhibita. quia tunc baptismus et eucharistia non habuissent efficaciam ante passionem christi exhibitam. quod non est verum. quia ante passionē christi fuerunt ista sacramenta ministrata. vt patet. ¶ Tertio sic. si a passione christi habent sacramenta efficaciam: hoc maxime videtur ratione illius vulneris lateralis christi: a quo fluxerunt sacramēta scdm Augusti. sed hoc non est verum. quia in illo vulnere nihil meruit christus. Nam christo iam mortuo vulnus illud fuit inflictum. Joan. decimo nono. ergo ⁊c. Joā.19 Similiter etiam sequeretur: ꝙ gratia sacramentalis iam nō esset gratia. quia esset ex merito passionis christi.

August. ❡ Contra magiſter in littera. ⁊ Augu. xv. de ciuitate capi. xxvj. vbi loqui
tur de archa noe dicens. oſtium in latere arche pro
fecto illud eſt vulnus: quando latus crucifixi perfo
ratum eſt lancea. hoc quippe ad illum ingrediūtur
viuentes. quia inde ſacramenta manauerunt: qui-
bus credentes innituntur.

❡ In iſta queſtione ſic p̄cedā.

❡ Primo oſtendam: an omnia ſacramenta noue
legis fuerunt inſtituta ante paſſionem chriſti exhi-
bitam. ❡ Secundo an omnia ſacramenta habeāt
efficaciam vel virtutem ex paſſione chriſti. ❡ Ter
tio per quem modum. ❡ Ultimo ad rationes.

Sacramēta noue legis ante paſſionē xp̄i inſtituta.

❡ Quātum ad primū dico: ꝙ paſ ſio. xp̄i po-
teſt accipi vel pro morte ſibi inflicta et doloribus
preuijs et diſponentibus ad ipſam ſub pontio py-
lato per procurationem iudeorū: vel pro tota vita
ſua paſſibili in qua ab inſtanti ſue conceptionis re-
cepit miſerias noſtras et cepit pati ex tunc pro no-
bis. Si accipiatur paſſio primo modo dico: ꝙ ali-
qua ſacramenta fuerunt inſtituta ante paſſionem
chriſti. anteq̃ ſcilicet chriſtus traderetur iudeis: ⁊
occideretur ſub pontio pylato vel etiā moreretur.
ſi ſecūdo modo dico: ꝙ non ante paſſionem chriſti.
ſed aliqua fuerunt inſtituta inq̃tū ſacramēta ſunt
noue legis: dum viueret chriſtus in carne paſſibili
et mortali ab ipſo chriſto paſſione iam incepta. id
eſt vita paſſibili et mortali ſecundū miſerias et pe
nalitates noſtras: quas aſſumpſit ipſe chriſtus et
nullum ante. ❡ Poteſt ergo dici: ꝙ baptiſmꝰ fuit
inſtitutus a chriſto viuente. Nam ſicut dicitur Jo.
Jo. 3. iij. Diſcipuli chriſti baptiſabant. Et eſt planum ꝙ
non baptiſabant: niſi baptiſmo chriſti ab ipſo inſti
tuto et ex auctoritate eius ⁊ precepto non ſic tamē
ꝙ tunc fuerit inſtitutꝰ: ſed prius tempore proximo
vel ſi tunc: tamen hoc non habetur ex auctoritate:
mat. vlt. ſed preceptum fuit: vt diuulgaretur math. vlti. do
cete omnes gentes baptiſantes eos in nomine pa-
tris et filij et ſpiritusſancti. ❡ De euchariſtia pa-
Jo. 6. tet eius predicatio diffuſa Jo. vj. ſed inſtitutio pa-
tet in cena math. xxvj. ⁊ in alijs euāgeliſtis. ❡ De
confirmatione patet vt videtur: ꝙ fuit inſtituta qñ
chriſtus imponebat paruulis manus. Unde et di-
cebat: ſinite paruulos venire ad me. talium eſt enī
regnum celorum. ❡ De penitentia dicunt aliqui:
ꝙ fuit inſtituta Jac. v. cōfitemini alterutrū pecca
Jaco. 5. ta veſtra ⁊c̄. Sed iſtud non valet quia Jacobꝰ nec
aliquis ſanctus potuit inſtituere ſacramentum. ſed
ſolus deus: vt dictum eſt ſupra. patet etiam: ꝙ non
eſt ad intellectum eius. ſubdit enim. Et orate pro
inuicem vt ſaluemini. Et planuꝫ eſt: ꝙ per illud nō
intendebat nec inſtituere: immo nec diuulgare ſa-
cramentum. Si dicas ꝙ immo ſaltem diuulgare:
tunc reſtat querere primum ſcilicet quando et vbi
fuit inſtituta penitentia. et poteſt dici ꝙ Jo. xx. qñ
Jo. 20. dixit chriſtus: accipite ſpiritū ſanctum. quorum re-
miſeritis. peccata remittuntur eis ⁊c̄. Et fuit pro-
Mat. 16 miſſum petro: quando dictum eſt ſibi math. xvj. ti-
bi dabo claues regni celorum. quodcunq̃ ligaue-
ris ſuper terram ⁊c̄. ❡ De extrema vnctione dici-
Jaco. 5. tur: ꝙ fuit inſtituta Jacobi quinto. Infirmatur
quis in vobis ⁊c̄. Sed falſum eſt. ſicut etiam dictū
eſt ſupra de penitentia licet bene diuulgauerit ibi
apoſtolus extremam vnctionem. Sed dicitur ab
alijs: ꝙ fuit inſtituta marci. vj. vbi dicitur ꝙ diſci- Mar. 6
puli vngebant oleo multos infirmos: et ſanaban-
tur. ſed planum eſt. ꝙ non niſi auctoritate chriſti:
qui iam inſtituerat ſacramentum. Nec ſequitur ex
hac auctoritate ꝙ tunc fuerit inſtituta. Si dicas ꝙ
non videtur intentio littere. quia infirmi curabā-
tur. et iſtud ſacramentum non debet conferri niſi
morientibus. et exeuntibus non ad curandum cor-
poraliter et ſuperuiuendūdum. quere alibi: vbi ha-
bens iuſtitutionem eius. Et dico: ꝙ oportet dice-
re: ꝙ a chriſto fuerit iſtud ſacramētum inſtitutum.
Nec poteſt dici inſtitutum a iacobo ibi. Infirma-
tur quis in vobis ⁊c̄. ❡ De ſacramento matrimo-
nij poteſt dici: ꝙ matrimonium inq̃tum ſacramen
tum noue legis inſtitutum fuit a chriſto math. xix. mat. 19.
Num legiſtis (ait chriſtus) quia maſculum ⁊ femi-
nam fecit eos. ſupple deus. et dixit per os ſcilicet
adam: q̃obrem relinquet homo patrem ⁊ matrem
et cetera que ponuntur ibi: que videntur multum
bene pertinere ad inſtitutionē matrimonij. ❡ De
ſacramento ordinis videt̄ fuiſſe inſtitutum math. mat. 26.
xxvj. hoc facite in meam cōmemorationem. et Jo. Joā. 20.
xx. accipite ſpiritumſanctum: quorum remiſeritis
peccata. Et hoc congrue. nam ordinati duplicem
habent poteſtatem vnam reſpectu corporis chriſti
veri. Et ideo dicitur. Hoc facite in meam comme-
morationem. aliam reſpectu corporis chriſti miſti
ci: propter quod dicitur: quorum remiſeritis pecca
ta ⁊c̄. Hec de primo articulo principali.

Sacra an habeant efficaciā. et vnde.

❡ Quātum ad ſecundū arti
culum dicitur: ꝙ ſacramenta omnia que contule-
runt gratiam: et conferunt: hubuerunt vel habent
efficaciam vel virtutem a paſſione chriſti. ſed diffe
renter. quia ſacramentum circunciſionis: quod pre
ceſſit paſſionem exhibitam habuit virtutē vel effi-
caciam a paſſione chriſti exhibenda: et ideo mino-
rem efficaciam habuit: et minorem gratiam contu
lit: et non niſi in fide vel ex fide operantis de chri-
ſto venturo et paſſuro: ſed ſacramenta noue legis
efficaciam habent a paſſione chriſti iam exhibita
vel incepta. et ideo perfectiorem gratiam cōferūt
et ex opere operato ſicut dictum eſt ſupra. Hoc aūt
declaratur ſic. q2 homini facto dei inimico per cul-
pam diſpoſuit deus non conferre gratiam: nec re-
mediū aliquod ad ſalutem: niſi propter aliquid ſibi
oblatum: quod eſſet ſibi gratius ⁊ magis acceptū:
q̃ offenſa illa eſſet ſibi diſplicens: et ingrata. Ni-
chil autē poteſt inueniri deo gratius vel magis ac-
ceptum: q̃ offenſa totius generis humani ſit diſpli
cens: niſi aliquod obſequium perſone magis dile-
cte q̃ cōmunitas offenderit per offenſam illā vni-
uerſalem q̃ debuiſſet eſſe chara: ſi non offendiſſet
deum. Nō potuit autem genus humanum ex ſe ha
bere tale obſequium. quia totum fuit inimicum de
vna maſſa perditionis acceptum. Et ideo diſpo-
ſuit trinitas perſonam ſic dilectam deo dare gene-
ri humano. ac ipſam ad hoc inclinare: vt trinitati
offerret obſequium pro toto illo genere. talis autē
perſona non poteſt dici niſi chriſtus cui non eſt ad
menſuram datus ſpiritus Jo. 3. et tale obſequium
eſt illud; in quo patꝫ maxima charitas obſequētis:
quod eſt offerre ſe vſq̃ ad mortem pro iuſticia. ⁊ ho
nore diuino. Et ideo deus nullum remediū ad ſa-

lutē cuiusmodi est quodlibet sacramētū: disposuit dare homini: nisi in virtute passionis christi. ¶ Ex quo etiam apparet: ꝙ sacramēta precedētia passionem christi minorem habebant efficaciam: q̃ sacramēta noue legis: que fuerunt instituta passiōe iam exhibita vel saltem incepta. Maius enim bonum conferri solet propter obsequiū iam exhibitum: q̃ propter obsequium exhibendū. sicut in nobis etiā est manifestum. ¶ Ex predictis scdo apparet secūdū istos: quare circūcisio non apperiebat ianuā: et baptismus aperit. qr baptismus habet efficaciam ex passione iam exhibita: in qua fuit solutum precium emende. nō sic aūt circūcisio. sed habuit efficaciam ex passione futura: et nōdum erat solutū precium. ¶ Similiter ex predictis patet: quomodo in opere reparationis humane per passionem christi fuit mīa summa dei dando talem ac tantam personam sic dilectam ipsi generi humano: vt pro ipō tale obsequium offerret. Similiter etiā fuit ibi summa iusticia. quia iustissimum fuit tale obsequiū acceptari a deo ad salutem hominis: vel ad id ad qd dispositum et ordinatum fuerat: cum persona offerens esset deo ita chara et dilecta.

Doctoris resolutio.

¶ Sic igitur dicitur ⁊ pulchre: ꝙ sacramēta omnia tanq̃ remedia homini collata ad salutē efficaciā habent et virtutem a passione christi. Hoc aūt probatur. Tū quia sacramēta nō ordinātur ad salutē hominis: vel ad gratiam cōsequēdā: nisi a christo passo vel passuro pro salute hoīs. g nec ad gratiā vel salutē hoīs pñt attingere: nisi ex ordine ad passionē christi. Tū qr deus non determinauit se infallibiliter cooperaturum sacramento: nisi mediāte passione christi preuisa vel exhibita et preacceptata. sacramēta autē non habent efficaciam: nisi ex determinatione diuine voluntatis. quare ⁊c̄.

Per quē modū sacramēta hñt efficaciam a pass. xp̄i.

¶ Quantū ad tertiū articulū

dicitur: quod sacramenta habent efficaciam a passione christi tanq̃ a causa meritoria. Christus eniȝ in sua passione vel per suam passionem vt acceptatam ab ipso voluntarie ad salutem generis humani scdm beneplacitum diuine voluntatis. et ex maxima charitate meruit: vt sacramenta haberēt efficaciam et virtutem ad salutem hominis. Et isti variantur de illa virtute vel efficacia: sicut dictū est in prima questione: nec est modo repetendum.

¶ Ad hoc adducuntur due rationes. quia primū in vnoquoq; genere est causa aliorum. Primū autem opus satisfactorium ad salutem hominis fuit passio christi. ergo ipsa est causa meritoria aliorum ad salutem hominis ordinatorum: et precipue sacramentorum. ¶ Secūda est. quia per passionem suam meruit christus: ꝙ sacramentum haberet efficaciam. vt patet. ergo passio est causa meritoria efficacie sacramentorum. Et addunt aliqui: ꝙ diuersimode sacramenta noue legis ab aliys. quia sacramenta noue legis per modum meriti de condigno habent efficaciam. quia ex passione iam exhibita vel incepta. sed circuncisio habuit efficaciā per modum meriti de congruo et ex passione futura vel exhibenda.

Resolutio doc. d efficacia sacroȝ.

¶ Sed quātum

ad materiam istorum duorum articulorum simul dico: ꝙ sacramenta habent efficaciam vel virtutem sane intelligendo: sicut dictum est in prima questione tam de sacramentis antiquis q̃ de sacramentis noue legis. ¶ Secundo dico: ꝙ a passione christi siue premissa siue exhibita vel incepta non habent efficaciam vel virrutem tanq̃ ab aliqua per se causa ipsorum: nec effectus qui dicitur esse sacramenti: licet sacramentum etiam non sit per se causa vere ⁊ realis illius effectus: sicut dictum est supra. quia sacramenta nihil minus habent efficaciā siue sit passio christi: siue non sit. Et planum est: ꝙ ipsa non est modo. nec erat tempore sacramentorū antiquorum: quod autē non est: nullius est causa vere ⁊ realiter loquēdo de causa: sicut dictū est supra. ¶ Tertio dico: ꝙ extendendo nomen cause ad meritum: sic ꝙ meritum dicatur causa premij magis cōmuniter ⁊ vulgariter loquēdo q̃ veraciter ꝙ sacramenta habent vel habuerūt virtutem et efficaciam a passione christi sicut a causa. Nā passio christi fuit causa meritoria ipsorum. meruit enim christus per suam passionē vel in sua passione acceptata ab ipso ex charitate ad redemptionem humani generis propter honorem diuinum et scdm beneplacitum diuine volūtatis: vt talia sacramēta qualia fuerunt antiqua: ipsam precederent: et talia qualia sunt sacramēta noue legis ipsaȝ cōcomitarent: vel etiam sequerentur: et diuersimode haberēt efficaciam vel virtutem quia aliqua ex opere operantis. alia vero respectu maioris et perfectioris gratie: et magis ex opere operato. Nec oportet: ꝙ talis causa sit: quādo ponitur effectus. quia nec est vere causa: sicut dictum est supra. nec aliud possunt argumenta concludere: que pro aliȷs sunt adducta. Si dicas: ꝙ passio christi licet non sit in se: est tamē in acceptatione diuina: qua deus ipsam acceptat ad efficaciam talium sacramentorum. et ita potest esse causa: dato ꝙ non sit in se. Dico sicut dixi supra ꝙ istud non concludit passionem esse causam: sed magis diuinam volitionem passionem christi ad hoc acceptantem siue futuram siue exhibitam. Et hec de scdo et tertio articulo principali.

No. hec.

Ad rōes principales.

¶ Ad primum

principale dico: ꝙ bene concludit: ꝙ a passione christi: sicut a vere causa et proprie non habeat sacramentum efficaciam vel virtutem. quia sicut bene arguitur passio christi non est: vel accidit: ꝙ sit: sacramento habente suam virtutem et efficaciam et effectum. Oportet autē sicut dicitur quinto metha. causam vere realiter esse: quando effectus ponitur inesse sed non cōcludit: quin sicut a causa meritoria que non est dicenda vere: causa: sed vulgariter tantum: sicut dictum est de merito respectu premij. ¶ Ad secundum dico: ꝙ a passione christi meritorie habent suam efficaciam: nō vt preterita vel exhibita vel vt futura: sed magis vt a deo acceptata in ordine ad hoc ꝙ sacramenta omnia tam vetera q̃ noua in quibus confertur gratia habeant efficaciam ad salutem hominis: pro qua pass⁹ est christus. Et differenter sicut dictum est de sacramētis antiquis et nouis. Tu dicis: ꝙ non inq̃tum futura vel exhibita. cōcedo. sed quia dicitur vltra: ꝙ si haberent efficaciam a passione christi exhibita: tunc baptismus et eucharistia que fuerunt instituta ante passionem christi. Qui vellet dicere: ꝙ sacramēta noua habent efficaciam a passione christi exhibita vel vt exhibita: diceret: ꝙ passio christi licet non fuerit consummata et completa ante insti-

tutionē istorum sacramētorū: ꝙ saltem fuit inchoata et incepta et hoc ab instanti sue conceptionis: in quo assumpsit miserias ⁊ penalitates nostras. et hoc sufficit. ¶ Ad tertium de vulnere laterali dici potest: si christus meruit aliquid in ipso non ipso vulnere existente: sed per modum obiecti voliti et preacceptati a christo dum viueret. quia bene sciuit ipsum esse sibi infligendum. et hoc ex charitate scd̄m diuinum beneplacitū acceptauit. et ita a passione ratione illius vulneris possunt sacramēta habere efficaciā: sicut a causa meritoria. Si aūt dicatur: ꝙ christus in illo vulnere nihil meruit. qꝛ christus mortuꝰ erat: qñ fuit sibi inflictū: tunc non currit argumētum: qꝛ a passione quam substinuit christus: dum viueret: habēt sacramenta efficaciam et non ab illo vulnere. Et tunc respōdendū est ad auctoritatem Aug. adductam ad opposita ꝙ a latere christi similitudinarie scd̄m quandā expressam similitudinē fluxerūt sacramēta q̄ꝫtum ad principalia sacramētorū: puta q̄ꝫtum ad baptismū. cuius similitudo fluxit aqua. Et eucharistia cuius similitudo vel contentū potius fluxit sanguis. qꝛ in illo sacramēto cōtinetur vere sanguis christi sicut inferiꝰ apparebit. ¶ Ad illud quod ponitur vltimo dico: ꝙ licet gratia sacramentalis detur nobis ex merito christi: tñ bene est gratia. Nō enim datur ex merito de condigno illius cui datur. Aliter dicitur: ꝙ gratia sacramentalis nec aliquid quod nobis meruit christus est ita pure gratuita: sicut incarnatio christi et passio pro nobis: quam nō precessit aliqđ meritum respectu eius de condigno. quare ⁊c.

¶ Distinctionis Tertie.
Questio vnica.

CIrca distinctionē tertiam quero. Utrum baptismus qui dicitur sacramentum noue legis: euacuauerit circūcisionem? ¶ Uidetur ꝙ non. qꝛ math. v. dicitur: nō veni soluere legem: sed adimplere. sed circūcisio fuit de precepto legis mosayce. ergo non fuit euacuata per christum: nec per baptismum a christo institutum. ¶ Secūdo sic. si circūcisio fuit euacuata per baptismū: tūc circūcisio nihil valuit post institutionem baptismi. sed hoc est falsum: sicut patebit infra. Et gen. xvij. Data est circūcisio ipsi abrahe in fedus sempiternum ergo ⁊c. ¶ Tertio sic. nullus inferior habet auctoritatem vel potestatem reuocādi legē sui superioris. sed lex de circūcisiōe fuit lex diuina. ergo cum nō legatur alicubi in scriptura ab ipso reuocata: sequitur ꝙ a nullo sit reuocata. immo potiꝰ per ipsum confirmata. Unde et toto tempore vite sue mortalis scd̄m legem et cerimonias legis vixit. qđ patet in cena sua de esu agni paschalis. quare ⁊c.

¶ Contra Jo. iij. nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritusancto ⁊c. ⁊ in pluribus locis de baptismo dicitur hoc. sed hoc nō esset: nisi baptismus euacuasset circuncisionē quia alias non esset baptismus necessarius. ergo ⁊c.

¶ Confirmatur per apostolum ad galathas quīto si circuncidimini: christus nihil vobis proderit. ergo ⁊c.

Mat. 5.

Gen. 17.

Joan. 3.

Ad gala. 5.

¶ In ista questione sic ꝓcedā.

¶ Primo supposito ꝙ baptismus sit sacramētum noue legis inquiram de diffinitione vel descriptione eiꝰ. ¶ Scd̄o de materia ⁊ forma ꝟborū ipsius. ¶ Tertio de euacuatiōe circūcisiōis ⁊ aliorū legaliū ꝑ baptismū. ⁊ alia q̄ sunt pertinētia ad legē nouā. cuiꝰ baptismꝰ ē ꝓmū sacꝫ. ¶ Ultimo ad rōes.

¶ Quātum ad primū articulum magister describit baptismum. ꝙ baptismꝰ est tinctio. id est ablutio corporis exterior facta in aq̄ sub forma verborum prescripta. ¶ Ad cuiꝰ intellectum notandum est ꝙ sacramentum baptismi describitur hic magis q̄ꝫtuꝫ ad suū materiale q̄ꝫ q̄ꝫtū ad suum formale. nam formale in totali sacramento sicut dictum est supra est respectus ratiōis: qui est respectus signi ad gratiam consequēdam. Materiale vero in sacramēto baptismi est ipsa ablutio in aqua: ⁊ verba determinata que dicētur infra: licet respectu ablutionis verba possint dici forma. quia verba inter signa optinent principatum scd̄m Aug. ij. de doctrina christiana. ⁊ quia verba etiam determinant ⁊ modificant ablutionem ipsam. Materiale igitur baptismi est ablutio in aqua naturali cum forma verborum prescripta et determinata. ¶ Secundo notandum est: ꝙ descriptio magistri precipue sustineri posset: si totum materiale sacramenti baptismi esset ablutio ipsa ita ꝙ verba non essent pars materialis: licet non nisi cōcurrentibus verbis sacramētum esset perfectum. tūc enim esset vera predicatio: ꝙ baptismus q̄ꝫtum ad suum materiale est ablutio vel tinctio in aqua. predicādo in recto vnum de alio: et ponendo in obliquo verba que cōcurrūt. cū forma inquit verborū prescripta. Si autē nō sit ipsa ablutio totū materiale baptismi: sed pars tantū ⁊ verba sint alia pars materialis. sicut magis videt̄ ꝓbabile: ⁊ scd̄m mentē aug. dicētis super Jo. ꝙ accedit verbū ad elemētum: et fit sacramētum: tūc nō videt̄ ita faciliter ista predicatio sustineri: ꝙ scilicet baptismus est ablutio. qꝛ pars integralis nō predicat̄ de toto in recto: vt videtur. Et tūc pōt dici: ꝙ nō est propria predicatio. tñ verificari pōt aliquo modo. p̄cipue qꝛ accipitur alia pars licet in obliquo. cū forma inquit verborū p̄scripta. sicut diceret̄ ⁊ cōcederet̄ scd̄m cōem vsum et modū loquēdi saltē licet minꝰ ꝓprie: ꝙ domꝰ est fundamētū cū tecto ⁊ pariete. ¶ Tertio notādum est: ꝙ materiale sacramēti baptismi proximū ⁊ immediatū suꝑ quo īmediate fundat̄ respectus signi: quod est formale in baptismo: nō est aqua ipsa sed magis ablutio in aqua. Et magis ablutio ipsa vt ab aliquo agēte cū intētiōe: q̄ꝫ vt in abluto suscipiēte: sicut dicit vnus. tñ videt̄ posse dici ꝙ bene vt est abluti passiue: licet nō nisi ab alio abluēte. quia magis significat ablutionē aīe: vt est abluti: q̄ꝫ vt ab abluente. Ablutio igitur siue actiue siue passiue accepta (nō curo) est materia ꝓxima. nō sic aūt aqua quia nō nisi mediante ablutione. vnde ⁊ aqua scd̄ꝫ se nō habet rationē baptismi. Ex quo patet dubitatio bernardi asinina: quā mouit quasi asinꝰ bibēdo aquam biberet baptismum. Non enim asinꝰ bibit baptismū: licet bibat aquā. sicut patet ex predictis. quare ⁊c. Sic ergo patet de descriptione baptismi q̄ꝫtum ad suum materiale data a magistro.

Diffinitiões s[eu] descriptiones baptismi.

August.

August.

¶ Si autem velimus describere baptismū q̃tum
ad suum formale concernēdo tamē materiale suū:
sicut ⁊ intentiones secūde in cōcreto diffiniuntur
vel potius describuntur: ponēdo ꝙ vtrūq; tam ver
bum q̃ ablutio pertineat intrinsece ad materiale
baptismi tunc potest sic describi. Baptism⁹ est sen
Bap. de scriptio q̃tuȝ ad suū forā le. sibile signum siue sacramētum ablutionis in aqua
facte cum determinata forma verborū ab alio pro-
ferente simul verba cum ablutione ex debita inten
tione circa hominē aliqualiter cōsentientē vel sal-
tem non dissentientem: efficaciter significās ex in-
stitutione diuina ablutionē anime a peccato ꝑ gra
tiam. Si autē teneatur: ꝙ sola ablutio sit meteria-
le baptismi: adhuc eodē modo potest describi. Nō
tamen intelligēdum est: ꝙ verba intrinsece ad ma-
teriale baptismi pertineāt. Qualiter autē particu
le ꝑdicte sint necessarie ad descriptionē baptismi:
magis specialiter apparere potest ex multis que-
stionibus: que possunt fieri de baptismo: sicut q̃tū
No. hec. ad aliquas inferius apparet. Per hoc enim ꝙ di-
citur sacramentū ablutionis in aqua: distinguitur
baptismus ab aliis sacramētis. Et debet intelligi
de aqua naturali et vsuali: sicut dicetur infra. Cum
determinata forma verborū ponitur: quia alioquin
nō haberet ablutio efficaciam. Et intelligendum
est de determinatione necessaria q̃tum est ex par-
te sacramēti: nō autē ministri. Per hoc ꝙ dicitur
facta ab alio: ostenditur: ꝙ nullus potest se ipsum
baptisare. Per hoc ꝙ dicitur proferente verba si-
mul cum ablutione: ostēditur: ꝙ necessarium est ab
eodem fieri verba et ablutionem simul: eo mō quo
possunt esse simul. Cum debita intentione ponitur:
quia necessaria est intentio faciēdi saltem quod fa-
cit ecclesia: actualis vel virtualis: sicut dicet̄ infra:
et in ministro. Sed circa haminē debet fieri talis
ablutio. quia si tunc aliquid aliud fieret: nihil fieret
in eo. Et aliqualiter consentientem. quia si dissen-
tiret: nihil fieret. vel nō dissentientem: sicut in par-
uulis. Significās efficaciter ⁊c̄. patet quare poni-
tur ibi: sicut dictum est supra de sacramēto in com-
muni. Quod autem in fine subiūgitur. Absolutio
nē anime a peccato per gratiā: exprimit effectum
baptismi. Et debet intelligi principaliter de pec-
cato originali. licet bene etiam deleat baptismus
peccata actualia baptisati. quia vnum mortale pec
catum sine alio non deletur. Hec de ꝑmo articulo.

De mate ria bap- tismi. ¶ Quantum ad secundū ar-
ticulum dico primo de materia in qua debet fieri
ablutio baptismalis: ꝙ debet esse aqua vera natu-
ralis ⁊ vsualis. Unde nullus alius liquor est mate
ria baptismi. Et ratio precisa est. quia sic ē dictū ⁊
ordinatū a christo nisi quis renatus fuerit ex aqua
et spiritusancto ⁊c̄. Ad hoc autem cōgruentie ad-
ducuntur. Tum quia aqua talis est naturaliter fri
gida. lucida vel limpida. fluida. ⁊ cōmunis. baptis-
mus enim reprimit ardorem concupiscentie: ⁊ im-
mittit fulgorem intelligentie vel fidei. similiter de
ducit ad patriam similiter etiā ē de precepto cōmu
ni omnibus. Et ita oportet: ꝙ fiat in materia com
muni. Et similiter purgat et abluit a peccato: sicut
aqua a sorde corporali. ¶ Ex predictis patet. ꝙ
nec aqua artificialis aliqua: nec aliquis liquor que
est alterius rationis ab aqua naturali et elementa
ri: est materia baptismi. Unde nec vrina: nec spu-
tum: nec quicunq; humor mixtus: prout mixtū di-
stinguitur cōtra elemētum: nec etiam grando: vel
nix: q̃diu manent in forma propia: nec vinum: nec
oleum: nec purea si perdat formam aque: sunt mate
ria baptismi. Quod autē aqua artificialis non sit
materia baptismi. patet. Tum quia est alterius ra-
tionis simpliciter ab aqua naturali. Tum quia ha-
bet semper alias ⁊ alias ꝓprietates naturales cō-
sequentes. Tum quia non fit scdm̄ processum natu
re determinatum ad generationem aque vere natu
ralis. sed magis per artificium ex quocūq; nō ser-
uato processu nature. impossibile est aūt ꝙ ab agē-
te creato fiat aqua vere naturalis: nisi scdm̄ proces
sum nature. patet octauo metha. Tum quia aqua 8. meth.
artificialis fit virtute ignis decoquentis et resol-
uentis humorem a corporibus mixtis: sicut a ro-
sis vel huiusmodi. Ignis autem non videtur esse
causa sufficiens ad generandum sic immediate de
corporibus mixtis aquam elemētarem. Et hoc cō
firmatur per philosophum. 4. metheororū. sciant 4. me-
(inquit) artifices alchimie speciem rei mutare non theo.
posse. Unde ⁊ videtur posse dici: ꝙ aurum artifi-
cialiter factum nō est verum aurum naturale: licet
multas cōditiones habeat auro similes. ¶ Dico Aqua ar
igitur ꝙ talis aqua artificialis puta rosacea vel hu tificialis
iusmodi non est aqua elementaris nec corpus sim- nō est na
plex: sed potius corpus mixtum: nec eiusdem spe- turalis.
ciei per cōsequens cum aqua naturali. Si dicas: ꝙ
per artem potest fieri vera aqua naturalis: ⁊ etiā
verum aurum applicando actiua passiuis: sicut in-
cantatores pharaonis fecerunt veras ranas natu-
rales applicando actiua ad passiua. Similiter mi-
scibilia possunt resolui a mixto et separari: primo 1. de geñ.
de generatione. ergo a corpore mixto potest resol-
ui per artificium vera aqua naturalis. Similiter
etiam quia sicut patet scđo metheo. aqua artificia- 2. methe.
lis subtilior est q̃ naturalis. ergo non est corpus
mixtum. sed potius simplex elementum. ergo natu
ralis. ¶ Dico ad primum ꝙ bene possibile est: ꝙ
demon vel angelus bon⁹ applicet conueniētia acti
ua passiuis. et sic generetur aqua naturalis. Et ita
aliquo modo per artem applicando conuenientia
actiua: que nouerunt: conueniētibus passiuis: pos-
sunt haberi aliqua entia vere naturalia. non sic ꝙ
ars attingat terminum producendum: sed quia sic
applicat actiua passiuis. et hoc modo a magis pha
raonis immo potius a demonibus vocatis per in-
cantationes magorum fuerunt facte vere rane: ser
uato tamen ordine et processu nature. quia alias
esset impossibile cuicunq; virtuti create: licet acce-
lerato propter actiua conuenientia perfecte ⁊ pro-
portionaliter passiuis approximata. Sed in propo
sito de aqua artificiali que fit cōmuniter et habe-
tur per artem humanam: non videtur: ꝙ sit natura
lis. resoluitur enim immediate a corpore mixto nō
seruato ordine ⁊ processu nature ad generationem
aque naturalis. Et probabile est hoc. quia homo
non nouit vias nec omnia media nature determi-
nata: vt videtur. sed demon vel angelus bene nouit
ea q̃tum ad multa. ¶ Ad secundum dico de phi-
lozopho eodem modo: ꝙ bene seruato modo et or-
dine et processu nature. potest resolui elementum
ex mixto: non sic ꝙ elementum maneat in mixto: ni
si sicut dictum est in secundo, sed sic ꝙ ex mixto ge-
neretur elementum.

¶ Ad tertiū dico. ꝙ loquēdo de subtilitate p̄n̄tiatiua ⁊ actiua. a qua artificialis ē subtilior aqua naturali: sicut etiā vinū: qd̄ tn̄ non est aqua. sed nō loquēdo de subtilitate simplicitatis elemētaris. quare ⁊c̄. Sic ergo aqua naturalis est materia baptismi. Si dicas: ꝙ non. quia humor ille qui fluxit cum sanguine de latere christi per quem figurata est materia baptismi: non fuit aqua simplex naturalis vel elementaris. sed fuit humor mixtus prius in corpore christi existens. Respondet ꝙ ille humor qui fluxit de latere christi: non fuit flegma vel humor mixtus: sed fuit aqua vera naturalis. ⁊ simplex. quod probat. quia absolute dicit Jo. euangelista: ꝙ exiuit sanguis et aqua. ⁊ qui vidit testimonium perhibuit. hoc autem non dixisset: nisi vera aqua fuisset. Secūdo probat hoc. quia alias non fuisset vera similitudo aque baptismalis. Non enim sacramentum baptismi confertur in flegmate: sed in aqua. Similiter tertio per hoc ꝙ in signū hui⁹ admiscet̄ vino vera aqua cōficiendo eucharistiam. Quarto per hoc ꝙ illud fuit figuratum sub moyse per aquā que exijt de silice ꝑcussa a moyse sic humor ille de latere saluatoris. Unde sicut alius humor fuit verus sanguis: sic iste (de quo est sermo) fuit vera aq̄. Et de illa aqua dicit ꝙ vel illa aqua fuit in corpore christi miraculose creata: vel de aliquo alio virtute diuina resoluta ⁊ facta. ¶ Sed videtur mihi: ꝙ veritas sacramēti baptismi nō cogit ad dicendū ꝙ fuerit vera aqua illa. Nam sicut dictum est supra posset dici: ꝙ similitudinarie fluxerūt sacramenta de latere christi q̄ꝫtum ad duo principia: saltē propter maiorem similitudinē illorum duorum humorum qui fluerunt cū aliquibus pertinētibus ad baptismū et eucharistiā: q̄ꝫ cum pertinētibus ad alia sacramēta. Unde licet humor ille non fuerit vera aqua: tn̄ potuit habere similitudinem cum aqua vera: in qua ministratur baptismus. Puto tamē magis ꝙ fuerit vera aqua ⁊ corpus simplex nō mixtū: sicut probabiliter dicit innocentius: et sicut exprimit euangelista. Hec de materia. ¶ De forma verborum necessaria dico: ꝙ necessitas verborum potest attendi vel ex parte ministri vel ex parte sacramenti. Primo modo omnia verba illa sunt necessario de forma de quibus oportet: ꝙ minister dicat ea sine quibus dictis minister non potest vitare peccatum. Secūdo modo illa sunt de forma verborum: sine quibus sacramentum non habet suam efficaciam: sed aliquo eorum omisso nichil fit. Primo modo dico: ꝙ hec est forma verborum necessaria in ecclesia romana et latina ministrando solenniter sacramentum baptismi. Ego baptizo te in nomine patris et filij et spiritussancti. Et hoc habetur extra de baptismo et eius effectu. si quis ⁊c̄. vbi dicitur sic: si quis puerum ter in aquam merserit in nomine patris et filij et spiritussancti: et non dixerit: ego baptizo te in nomine patris et filij et spiritussancti non est puer baptizatus. vt patet. ꝙ ista forma imposita est ministris romane vel latine ecclesie. qui habent ex officio ⁊ solenniter baptizare. ¶ Apud grecos autem est alia forma q̄ꝫtum ad aliqua verba exprimentia ministrum et actum ⁊ recipientem. cuius causa accepta est ex dictis apostoli prime ad chorinth. primo. hoc autē dico: ꝙ vnusquisq̄ꝫ vestrum dicit: ego quidem sum paulus. ego vero cephe ⁊c̄. gloriabantur eñ de ministris baptizantibus. et redarguit eos apostolus dicens: diuisus est christus ⁊c̄. propter quod ordinatum fuit inter grecos ad scisma tollendum: ne minister exprimeretur: nec actus in indicatiuo modo poneretur: sed in optatiuo quia tunc minister nō significatur esse actor baptismi: sed tātum minister desiderans et orans effectum baptismi conferēdum a deo. Et similiter ꝙ baptizatus nō exprimeretur per pronomen secūde persone: cui ipse minister sermonē dirigeret quasi baptizatus ab ipso effectum baptismi reciperet: sed in tertia persona. Et ideo ordinauerunt: ꝙ diceret̄ baptizetur seruus christi. licet multo melius: vt videtur: fuisset ordinatum: ꝙ per proprium nomen vocaretur. quia nondū est seru⁹ christi: quādo vocatur seruus christi. loquendo de seruitute spirituali: eo modo quo christiani dicuntur serui christi. ¶ De ista autem forma verborū apd̄ grecos baptizetur seruus christi. in nomine patris et filij ⁊ spiritussancti potest dici: ꝙ q̄ꝫdiu fuit tollerata ab ecclesia romana licita fuit grecis: et pro tempore pro quo instituta fuit durante illa causa diuisionis vel scismatis ad quod vitandū fuit instituta. sed cessante illo scismate potuit iam forma cōmunis ecclesie eis fuisse imposita. vel ergo ecclesia romana prohibuit postea illam formam apud eos: quod non inuenitur in aliquo consilio de hoc faciēte expressam mentionem: et tunc non est eis licita. vel si permisit siue concessit: licitum videtur eis illam formam cōtinuare ⁊ stante tali permissione vel licentia si in consilijs suis particularibus ordinauerunt inter se talem formam esse seruādam ministri eorum tenentur eam seruare: sicut ministri ecclesie romane formā latinam predictam. Similiter stante permissione romane ecclesie: ꝙ alicubi fiat trina immersio alicubi vna. In illa ecclesia: que determinauit trinam immersionem: fieri minister debet eā facere secundum modum et preceptum prioris ecclesie. In illa que determinauit vnam fieri: minister tenetur vnam facere. Et est hoc de necessitate ministri. ¶ De forma vero necessaria ex parte sacramenti dico: ꝙ non est eadē q̄ꝫtum ad omnia verba cum forma predicta. Ego baptizo te in nomine patris ⁊c̄. quod patet. quia greci sub alia forma verborum baptizant: et tamen baptism⁹ apud eos habet efficaciam: sicut apud nos. Dico ergo: ꝙ minister vel nomen seu vocabulum exprimens ministrum non est de necessitate verborum sacramenti. Unde li ego in forma predicta non est de forma necessaria ex parte sacramenti. sed dico: ꝙ verbum significans actum et recipientem et trinitatem distincte sunt de necessitate sacramenti: siue sic exprimantur sicut exprimunt greci: siue sicut latini. quia non est necessaria talis vel talis expressio determinata. sed sic vel sic possunt exprimi. Et ꝙ non sit necessarium verbum vel nomen ministri: nec determinata expressio actus baptizandi in prima persona: vel recipientis in secunda. sed aliter possunt exprimi: patet ex verbis christi: baptizātes eos in nomine patris et filij et spiritussācti. sed vtrū necessariū sit trinitatē sic exprimi per ista nomina precise: videtur dubium. Tum quia videretur sufficere nomen trinitatis: dicendo in nomine trinitatis. Tum q² aliqñ suffecit exprimere nomen christi in quo intelligitur vnguens pater: ⁊ vnctus filius: et vnctio spūssanctus. ptꝫ actuum. ij. ⁊ in pluribus lo

ꝙ aqua ex latere xp̄i fluxa ñ fuit v̄a aqua.

De for̄a v̄borum baptismi

1. ad cori thi. 1.

De for̄a verborū ex p̄te sacramenti baptismi.

cis alibi. Similiter etiã videtur: ꝙ sufficeret: ⁊ tñ valeret dicere in noĩe genitoris ⁊ geniti ⁊ spirati. q2 ista oĩno idem significant. ¶ Dicitur tñ ꝙ pro tempore moderno necessarium est sic personas exprimere per noĩa patris et filij et spiritussancti in quocũqꝫ ydiomate. q2 sic est a xp̃o institutum. Ad illud vero de noĩe trinitatis dicitur: ꝙ nõ sufficit. q2 nõ significat personas nisi implicite. xp̃s autem voluit eas explicari. Ad aliud de nomine xp̃i dicitur: ꝙ in principio surgentis ecclesie dispensatiue fuit factum a deo: vt baptizaretur in noĩe xp̃i ad celebrationem ⁊ diuulgationẽ nominis xp̃i. sed q2 satis diuulgatum est: nõ oportet modo. nec durat illa dispensatio. Unde nihil fieret modo. ¶ Dicit tñ vnus: ꝙ dubium est: si fieret aliquod vel non. et ꝙ talis baptizatus nõ esset absolute et simpliciter rebaptizandus: sed sub conditione. De alio vel ad aliud de genitore ⁊ genito dicitur: ꝙ ista noĩa magis exprimunt actus vel origines personarum: q̄ personas per modum ypostasum subsistẽtium. Et ita nõ equipollent illis noĩbus patris ⁊ filij et. s. s. Breuiter tñ dici potest: ꝙ nihil fieret cum illis verbis. quia christus sic istituit. De multis vero alijs circa formam pertinẽtibus: puta de substractione vel additione vel trãspõne vel corruptione verborũ ⁊ hmõi quomodo impediãt effectũ sacramẽti: ⁊ quomodo nõ require in cõmunibus scriptis. Hec de secundo articulo principali.

Scotus

¶ Quantum ad tertium articulum aduertendum est. ꝙ baptismus nõ fuit institutus qñ iesus a Joãne fuit baptizatus. q2 nec Joannes baptizabat baptismo xp̃i: sed baptismo alio: ⁊ non in forma baptismi xp̃i. Unde et baptizati baptismo Joannis erãt simpliciter rebaptizãdi. sed tunc bene insinuauit xp̃s: ꝙ aqua esset cõueniens materia sacramenti baptismi. Similiter etiã non instituit xp̃s baptismum: qñ dixit nichodemo: nisi quis renatus fuerit ex aqua ⁊ spiritusancto ⁊c̃. q2 non est probabile: ꝙ sacramẽtum ita necessarium ⁊ cõmune fuerit institutũ in camera vel cõclaui ex verbo cũ vno solo hoĩe vel ad ipsum directo. Nec fuit institutũ Math. vlti. Jte docete oẽs gẽtes baptizãtes eos ⁊c̃. sed potius fuit preceptum apostolis diuulgare ipsum. Nec fuit etiã institutum Joã. iij. vbi dicunt discipuli Joannis ad ipsum. rabi cui testimonium perhibuisti: ecce ipse baptizat: ⁊ oẽs veniunt ad eũ. q2 post. iiij. cap. dicit̃ ꝙ iesus nõ baptizabat: sed discipuli eius. Et ideo dicẽdum ꝙ nõ inuenitur expresse tempus precisum ⁊ determinatũ quo fuit institutum: sed bene tenetur: ꝙ anteq̄ discipuli sic baptizarent: xp̃s ipsum instituit: cuius auctoritate discipuli baptizabant.

baptizati a Jo. erant rebaptizãdi.

math. vl. Joan. 3.

¶ Hoc presupposito ꝓcedẽdum est de cessatione vel euacuatione circuncisionis ⁊ aliorũ legaliũ per legẽ nouã succedẽtẽ ⁊ per sua sacramẽta: quo scꝫ tpe cessauerũt ⁊ euacuata sunt. ¶ Et de hoc est vna cõmunis opinio ꝙ circuncisio habuit tria tẽpora: quibus fuit licita. Primum tempus fuit illud in quo erat ipsa circuncisio sub precepto. scꝫ ab institutione sua vsqꝫ ad mortẽ xp̃i. et toto tempore illo fuit vtilis: ⁊ contulit gratiam. Scd̃m tẽpus fuit: quo nõ fuit necessaria nec vtilis. tñ licita. scꝫ a morte xp̃i vsqꝫ ad diuulgationẽ euãgelij: ⁊ gratiã pro illo tẽpore non conferebat. Tertium tẽpus habuit: quo fuit licita cõuersis ad fidẽ ex iudeis ⁊ etiam ex gẽtibus habitãtibus cum conuersis ex iudeis: nec esset scandalum ⁊ scisma inter eos: tñ illicita erat ꝓ illo tpe alijs q̄ cõuersis ex iudeis ⁊ habitãtibus cum ipsis. ⁊ durauit illud tempus vsqꝫ ad subuersionem hierosolyme ⁊ dispersionem iudeoꝝ inter gẽtes: qñ iam nullus de cõuersis potuit scãdalizari de contrario. ⁊ sic per magnum tẽpus post diuulgationẽ euangelij. Quartum tp̃s habuit: quo simpliciter fuit illicita ⁊ mortifera oĩbus post illud tp̃s dispersionis. Et sic suo modo de cessatione aliorum legalium vel obseruatione eoꝝ. Et per ista diuersa tẽpora scd̃m predicta saluãtur oĩa: que de ista materia cõtraria adducuntur: sicut dicunt. ¶ Quod aũt toto tẽpore precedente passionem vel mortem xp̃i circuncisio fuerit efficax et sub precepto: patꝫ quia vsqꝫ ad illud tẽpus erat in remedium cõtra originale peccatum. ⁊ gratiã conferebat. ⁊ non erat aliud remedium diuulgatũ nec preceptum etiã. ¶ Sed ꝙ post mortẽ xp̃i vsqꝫ ad diuulgationem euãgelij nõ fuerit vtilis nec necessaria: ptꝫ. q2 in morte xp̃i perdidit virtutem suam. Ex tunc eñ nõ potuit cõferre gratiã. Et consummata fuit in morte xp̃i sicut ⁊ alia legalia: que cessare debebant. in signum cuius dixit xp̃s Joannis xix. appropinquãte morte: cõsummatum est. Si autem queratur ab eis: quid erat faciẽdum pro illo tẽpore paruulis iudeorum: quibus nõ erat diuulgatum euãgelium nec baptismus: nec circuncisio valebat aliquid? Dicitur: ꝙ eis valebat fides parentum: sicut etiã paruulis de lege nature. ¶ Q2 aũt licita fuerit cõuersi ad fidem ex iudeis ⁊ similiter habitãtibus cum ipsis. de cõuersis ad fidem ex gentibus post diuulgationẽ euãgelij apud eos. ptꝫ per hoc ꝙ paulus circũcidit thimotheũ: ⁊ intrauit purificatus in tẽplum. primũ habetur actuum. xvj. et scd̃m actuũ. xxj. quare ⁊c̃. ¶ De baptismo aũt dicitur: ꝙ habuit vnum tp̃s cõsilij: ⁊ hoc fuit tp̃s ab institutione eius vsqꝫ ad mortem xp̃i. ita ꝙ pro illo tempore simul currebat apud iudeos circũcisio sub precepto ⁊ baptismus sub cõsilio. scd̃m tempus habuit: quo fuit sub precepto a morte xp̃i ⁊ deinceps licet non statim obligauerit post mortem xp̃i: sicut nec aliquod preceptum legis positiue obligat donec fuerit diuulgatum sed postq̄ fuit diuulgatum euãgelium: fuit baptismus sub precepto ⁊ obligauit. sicut est modo: ita ꝙ scd̃m istam viã a tpe mortis xp̃i vsqꝫ ad diuulgationẽ euãgelij per predicationem apl'orum iudei nõ erãt obligati ex precepto ad circuncisionẽ. q2 inutilis erat. nec ad baptismũ: quia non erat diuulgatus. Hec est opinio.

De euacuatione circuncisionis. 1. opi.

Circũcisio qñ efficax et qñ non.

Nota.

Act. 16. et. 21.

¶ Alia est opinio: que arguit cõtra istos. primo ꝙ non est verum: ꝙ circũcisio aliquo tempore fuerit sub precepto: et baptismus simul sub consilio: puta sub tempore immediato ante mortem christi ab institutione baptismi. quia cuiuscunqꝫ actus preceptũ reuocat aliud preceptum eiusdẽ actus cõsilium ponit illud aliud preceptum sub cõsilio: ⁊ non relinquit sub precepto: vt ptꝫ. q2 cõsilium diuinũ de non nubẽdo vel cõtrahẽdo posuit antiquum preceptum de nubẽdo vel cõtrahendo sub nõ precepto ita ꝙ aliquis potest nubere vel nõ nubere sine transgressione precepti. sed planum est: ꝙ preceptum de baptismo in lege noua reuocauit preceptum de circũcisione: vt ptꝫ igitur cõsiliũ

alia opinio.

baptismi ab institutione eius vsqȝ ad mortem xp̄i
nō permisit secum preceptum de circuncisione: sed
ambo cucurrerūt tunc tp̄is sub cōsilio. ¶ Si dica
tur: ꝙ paruulo suffecisset baptismus vel circūcisio
sed pater peccasset: nisi circūcidisset. ita ꝙ parētes
habebāt sub precepto circuncisionē paruulorū suo
rum. Cōtra qꝛ parētes ante octauum diem in quo
debebat fieri circūcisio: potuerunt suos paruulos
baptizare. cū ergo baptismus sit perfectum ⁊ suffi
ciens remedium: sequitur ꝙ ex precepto nō tenebā
tur eos de die octauo circuncidere. ¶ Cōtra illud
quod dicitur inter passiones xp̄i ⁊ diuulgationem
euāgelij baptismus fuisse sub precepto. qꝛ nullus
aliter se habet ad aliquā legē: nisi qꝛ sibi aliter est
permulgata. sed post passionē xp̄i ante diuulgatio
nem euāgelij lex de baptismo nō erat aliter diuul-
gata ꝙ̄ ante. ergo nō plus fuit sub precepto legis
tunc tēporis: ꝙ̄ ante. ¶ Tertio cōtra illud qđ dici
tur circuncisio fuisse inutilis tp̄e illo scȝ a tp̄e mor-
tis xp̄i vsqȝ ad diuulgationē euāgelij. qꝛ vniformi
ter habuit circuncisio vim obligādi ⁊ medēdi vel
curādi. qꝛ nō obligabat: nisi qꝛ curabat. sed ipsa ha
buit vim obligādi vsqȝ ad publicationem alterius
precepti de baptismo. qꝛ vsqȝquo autētice reuoca-
retur. qđ fuit factum per publicationē precepti de
baptismo. ergo similiter habuit vim curandi ⁊ me
dēdi. ⁊ per consequens illo tēpore nō fuit inutilis.
Item ad idē. Nullus obligatur ad habēdum fal-
sam opinionem de aliquo. sed iudei tenebātur pro
tempore illo suos paruulos circūcidere: ⁊ spem in
circuncisione ponere. qꝛ nihil poterat eis constare
de euacuatiōe circūcisiōis: nec de precepto baptis-
mi. ergo circuncisio ipsa erat vtilis: vt videtur: ⁊ li
cita: immo iudeis necessaria. Tertio qꝛ nunꝙ̄ fuit
homo relictus post peccatū sine certo remedio con
tra originale: de quo sibi cōstaret: ꝙ esset certum re
mediū. sed de alio remedio ante publicationē euā-
gelij nō poterat cōstare iudeis. ergo constabat eis
adhuc de circuncisione: ꝙ esset remediū certum cō
tra originale. ⁊ per cōsequēs erat remedium saluti
ferum ⁊ vtile vt videtur. ¶ Cōtra dictum vero ali
quorum qui dicūt. ꝙ legalia statim a publicatione
Act. 21. euāgelij fuerunt mortifera: arguunt. qꝛ actuū. xxi.
legiť de paulo: qui ascēdit hierosolymā ⁊ ibi de cō
silio Jacobi ⁊ aliorum fratrum post quartā synodum
factā in hierosolymis purificatus scd̄m legē ascen
dit tēplum. ⁊ obtulit pro se sacrificiū: ⁊ ptȝ ꝙ solē-
niter in hierosolymis tunc fuerat publicatum euā-
gelium ⁊ preceptum de baptismo quod ptȝ per di
Jacobus. ctum Jacobi ibidē. vide (inquit) quot milia hoīm
in iudea crediderunt. ⁊ oēs emulatores sunt legis.
cum ergo paulus euāgelio sic publicato in iudea ⁊
inter iudeos obseruauerit legalia: videť ꝙ nō fue-
runt mortalia statim post publicationē euāgelij. ⁊
hoc etiā bene dictū est in prima opiniōe. quare ⁊c̄.
Resolutio. ¶ Dicunt igiť isti aliter. primo ꝙ circūcisio ⁊ alia
legalia suo modo habuerunt quattuor tēpora. vnū
2. opi. quo circuncisio fuit licita necessaria ⁊ vtilis. ⁊ illud
tempus fuit tēpus circūcisiōis toto tempore legis
vsqȝ ad tp̄s institutionis baptismi. ¶ Scd̄m tem-
pus habuit: quo fuit licita ⁊ vtilis: non tn̄ necessa-
ria nec sub precepto: sed sub consilio currens cum
baptismo sub consilio. et illud fuit ab institutione
baptismi vsqȝ ad diuulgationē solēnem euangelij.
et hoc citius vel tardius factā apud diuersos. Pri

ma vero solēnis publicatio fuit die penthecostes
post missionē spiritussancti: qn̄ predicatus est ba-
ptismus solēniter et apposite sunt in illo die circi-
ter tria milia. Unde pro tēpore illo ab institutione
baptismi vsqȝ ad diuulgationē euāgelij licebat iu-
deo baptizare paruulum vel circuncidere: licet me
lius esset simpliciter baptizare. ⁊ vtrūqȝ diuisim po
terat valere: vnde siue ꝑ circūcisionē siue ꝑ baptis-
mum poterat paruulus saluari seu etiam adultus.
¶ Tertium tp̄s habuit circuncisio: quo fuit licita
cōuersis ex iudeis ⁊ gentibus habitātibus cum iu
deis cōuersis in iudea. nō tn̄ fuit necessaria nec vti-
lis et illud tp̄s durauit in iudea post diuulgationē
euāgelij per aliquod tp̄s. licet non sit expressum in
scriptura: qn̄ cessauerit illud tēpus. Et in fluxu il-
lius tēporis paulus circuncidit thimotheum: ⁊ in-
trauit purificatus in tēplum. ⁊ obtulit pro se sacri
ficium. Non ꝙ poneret spē in istis sed ꝓpter morē
ecclesie conuersorū. Et vt ostēderetur lex nō fuisse
mala sicut statim ⁊ subito repudiata: sed cum hono
re ad sepulchrum deferreť. vnde ⁊ cōuersis ex gen-
tibus tn̄ conuersantibus cum iudeis tunc tēporis
erant licita legalia. saltem aliqua etiam post quat-
tuordecim annos a passiōe dn̄i vel circiter: qn̄ pau
lus ascēdit hierosolymā suꝑ illa questione de qua
habetur actuū. xv. vbi primo petrus allegat factū Act. 15.
cornelij: de quo habetur actuum. x. ⁊ postea Jaco- Jacobus.
bus tāꝙ̄ episcopus loci illius ꝓfert sentētiam di-
cens. ego iudico nō inquietare eos qui ex gētibus
conuertuntur ad deum. ⁊ scribere ad eos: vt absti-
neant a cōtaminationibus ydolorum: ⁊ a fornica-
tione: ⁊ a sanguine: ⁊ suffocato. vbi fuit determina
tum cōuersos ex gētibus nō obseruare legalia: sed
abstinere ab ydoloticis ⁊ fornicatiōe. quod erat ne
cessarium. erat cōgruum ꝙ̄tum ad cohabitātes iu-
deis: ne redderētur abhominabiles cōuersis ex iu-
deis: ⁊ ad cedādum scādalum ipsorū. sicut aliquis
in societate abstinet ab illis: que displicent socijs.
Alijs aūt nō cohabitātibus cōuersis ex iudeis nō
fuit licitum legalia vel circuncisionem obseruare.
¶ Quartū tp̄s habuit circuncisio quo fuit oībus
simpliciter illicita ⁊ mortifera: ⁊ per ꝯn̄s nec vti-
lis nec necessaria: sicut nec modo. sed qn̄ inceperit
illud tēpus: non habetur ex scriptura prefixum et
determinatum. Nā hystoria scripture nō producit
hystoriā: nisi vsqȝ ad quintum neronis annū. scȝ an
num trigesimū a passione dn̄i. ⁊ in tototo illo tēpo
re cōuersi ex iudeis ⁊ iudei seruauerunt legalia: et
fuit eis licitum. dicūt autem ꝙ putāt tp̄s illud in-
cepisse in reuersione hierusalē ⁊ dispersione iudeo
rum ⁊ sic scd̄m morem gentium vel cōuersorum ex
gētibus legalia omiserunt. ¶ Posset tn̄ aliter di-
ci ꝙ etiā deus per apostolos suos vel successores
eorum aliquo tp̄e determinato simpliciter ꝓhibuit
legalia obseruari a quocunqȝ. ⁊ ex tunc illa prohi-
bitione publicata fuerūt oībus illicita simpliciter
et mortifera: sicut ⁊ modo: vt habetur extra de ba-
ptismo ⁊ eius effectu. Maiores: vbi dicit dn̄s In- Innocentius.
nocētius sic/absit: vt in illā dānatam heresim inci-
damus: que perperā affirmabat legem cum euāge
lio ⁊ circūcisionē cum baptismo esse seruādā. Nec
videtur ꝙ hoc iudicaret ecclesia pro heresi ex sola
omissione iudeorum quasi necessitate sue dispersio
nis nō seruātium legē. sed videtur: ꝙ hoc fuerit ꝓ-
pter aliquā reuocationem factā a deo super hoc et

ecclesie publicatam: sic de circuncisione et alijs legalibus dicunt. ¶ De baptismo vero dicunt q̄ baptismus habuit duo tpa vnū cōsilij scʒ ab institutione eius vsqȝ ad diuulgationem euāgelij. que primo fuit in hierusalem in die penthecostes. postea apud alios. Et scdm hoc plus vel minus durauit illud tempus. Ex quo ptʒ q̄ mors xpi nō immutauit istud tēpus baptismi: sicut dicunt illi de prima opinione. ¶ Scdm tēpus habuit baptismus: quo fuit et manet adhuc sub precepto. et hoc ad diuulgatione euangelij incepit: et durabit vsqȝ in finem. ¶ Et pōt apparere ex predictis: quomodo circuncisio cucurrit cum baptismo: et quomodo est diuersimode scdm diuersa tpa et personas se habuit ad baptismū. nam totū tp̄s primū circuncisionis precessit primum tp̄s baptismi. et per cōsequens scdm tempus baptismi. Primum tp̄s baptismi cucurrit cum scdo tēpore circuncisionis. q2 ambo simul cucurrerunt sub cōsilio. Tertiū tp̄s circūcisionis currit cum scdo tempore baptismi apud cōuersos ex iudeis et gētibus habitātibus cū ipsis. sed q̄tū ad alios nō. q2 apud alios a diuulgatione euāgelij incepit quartum tp̄s circuncisionis cum scdo tpe baptismi. et modo apd oēs durat. Quartū tp̄s circuncisionis cucurrit cū scdo tēpore baptismi: sicut apparet ex predictis: et ex tpe dispersionis iudeorū et subuersionis hierusalem: qn̄ nullus recte potuit scandalizari de omissione legalium: vel a tpe diuine prohibitionis et reuocationis legaliū pmulgate. ¶ Si aūt obijciatur eis: q̄ paulus reprehendit petrum super obseruatione legaliū in anthiochia: sicut dicit ipse ad Galathas .ij. cap. Cum venisset (inquit) cephas anthiochiā: in faciem ei restiti: q2 reprehēsibilis erat. Et reddit causam. prius em̄ q̄ venissent quidā a iacobo: edebat cū gentibus. cum aūt venissent: subtrahebat et segregabat se ab illis timens eos qui ex circuncisione venerāt. et simulationi eius cōsenserunt ceteri iudei. Et sequitur ibidem reprehensio. si tu cū iudeus sis: gētiliter et non iudaice viuis: quomodo gentes cogis iudaizare: et istud fuit post illud consilium tertium factuʒ in hierosolimis. de quo dictum est supra. vt pʒ scdm magistrum hystoriaꝝ. q2 quarto claudij anno venit petrus romā. et in illa via versus romam cum transiret: facta sunt ista. hoc autem fuit satis cito post cōsilium supradictum. qd fuit celebratū decimoquarto anno a passione dn̄i. ergo illo tpe nō licebat obseruari legalia cōuersis ex iudeis: sʒ erat reprehensibile. nec erat ad veritatē euangelij vt videtur: et dicit apostolus: cū viderem (inquit) q̄ nō recte ambularent: ad veritatē euāgelij. ¶ Respōdent et bene ad hoc: q̄ cū de facto isto petri fuerit controuersia inter duos egregios apostolos scilʒ petrum et paulum: et postea inter duos doctores famosos scilʒ augustinū et hieronymum sine preiudicio alicuius partis et cū reuerentia alioꝝ oportet tenere: q̄ petrus reprehensibilis fuit in hoc facto. alioquin scriptura canonica q̄tum ad illam partē epistole pauli esset falsa: et paulus falsum dixisset scribendo illā epistolam. qd nullo modo tenenduʒ est. Nam licʒ apostoli et scriptores sacri canonis in verbis alijs que dixerunt vt homines: deuiare et errare potuerunt a veritate: non tn̄ in verbis sacre scripture. tunc enim pari ratione posset dici: sicut dicitur de vno verbo q̄ tota scriptura essʒ falsa. et auctoritas scripture simpliciter et totaliter expiraret scdm augustinum in epistola ad hieronymum. Et ponitur in canone de consecratione. Si ad scripturas (inquit) diuinas aliqd admissum fuerit mendaciū q̄tuncūqȝ paruum seu officiosum: nihil remanet in ea solide veritatis: qua cōuincatur aduersarius. quicquid em̄ contra ipsum allegatuʒ fuerit: respondebit illud mendaciter esse dictū iocose vel officiose: vt est illud aliud qd cōcedit̄ ita ctum. Unde idē augustin9. his solis libris et viris qui canonici nominantur: hāc didici deferre reuerentiam: q̄ nullum eoꝝ in scribendo errasse firmissime credā. oportet ergo dicere q̄ petrus fuit reprehensibilis et q̄ in illo facto peccauit. Sed non q2 tunc seruabat legē absolute loquendo. nam post illud factum etiā paulus circuncidit thimotheum. Istud enim fuit factum satis cito post tertiū consilium supradictum: barnaba adhuc existente cum paulo in anthiochia scʒ post reuersionem eorū de hierusalem: qn̄ scilʒ petrus pgens romam trāsiuit per anthiochiam. vt narrat magister hystoriarum paulus autem circuncidit thimotheum post separationem eius a barnaba: qn̄ assumpto syla prexit ad visitandum fratres: quibus predicanerat: vt pʒ actuum. xvj. post illud etiā tempus bene ad quetuor vel quinqȝ annos paulus purificatus est secundum legē: vbi tota multitudo cōuersa in iudea obseruabat legem: actuū. xxj. vnde nec petr9 erat reprehensibilis: q2 sic obseruabat legem in discernēdo cibos. q2 hoc nō magis fuit mortiferum q̄ alia legalia que paulus obseruabat. scilʒ circūcisio purificato et huiusmodi. fuit ergo reprehensibilis petrus: vel q2 in actu illo substrahebat se a gētibus in cibo et potu. et tn̄ sibi satis innuebatur et dictuʒ fuerat actuum decimo q̄ hoc nō erat faciendū vel q2 prius nō obseruans legē coram gentibus: postea venientibus iudeis in hoc obseruabat. ¶ Et vtrūqȝ istorum duoꝝ sub disiunctione positorum potest intelligi multipliciter. Primū em̄ poterat dici reprehensibile. q2 ad q̄cunqȝ ecclesiam te trāstuleris vel veneris: illi te cōformes: ait ambrosius augusti. ergo reprehensibile fuit in petro cū esset in ecclesia gentium: nō cōformare se modo viuendi eoꝝ. Uel poterat primū iudicari reprehēsibile q2 petrus in hoc dabat occasionem gētibus seruādi legem: vel quasi ostendens facto illud esse necessarium simpliciter: vel saltem necessarium ad hoc vt conuersi ex iudeis cohabitarent cū eis: vel saltē q̄ hoc esset eis laudabilius: q̄ oppositum imitando exempla maiorū. Et ad hoc vident̄ verba pauli posse verti: quādo dicit gentes cogis iudaizare. ¶ Secundum vero potest intelligi dupliciter vel q2 simulabat nō reputans hoc corde esse faciendū qd fecit in opere. Ex primo enim facto qd fecit in absentia nunciorū iacobi: apparuit q̄ nō sensit in corde fore abstinendum agentibus cōuersis ad fidem. et in scdo facto ostendit quasi hoc esset faciēdum: et ad hunc intellectū potest referri illud verbum pauli: q̄ simulationi eius consenserunt plurimi vel ceteri iudei. vel q2 petrus in illo facto non vtebatur auctoritate prelati. cū enim esset superior illis nūcijs iacobi: magis debuisset ipse veritatem constanter tenuisse in opere: et eos adducere ad rectitudinem suā: q̄ propter timorem flecti ad illud qd erat eis placitum vel magis acceptum. Et ta-

Marginalia: obiectio (beside "te. ¶ Si aūt obijciatur"); Paul9. (beside "sicut dicit ipse ad Galathas"); Solutio prece. instante. (beside "recte ambularent … dent et bene ad hoc"); Augu. (beside "mum. Et ponitur in canone"); Augu (beside "ctum. Unde idē augustin9"); Act. 16. (beside "tuor vel quinqȝ annos"); Act. 21. (beside "obseruabat legem: actuū. xxj."); Ambro. (beside "dici reprehensibile").

tis remissio seu. tepiditas prelati est pro tēpore vi
tuperabilis ⁊ reprehensibilis. Et ad hunc intelle-
ctum potest referri verbuꝫ pauli: segregabat se ab
aliis timens eos qui ex circuncisione venerant. Nō
enī erat ibi bonus timor. qꝛ simpliciter licituꝫ erat
iudeis nō obseruare legē: ⁊ precipue inter gentes.
Et hoc debuit petrus nuntiis iacobi suo exemplo
ostendere tanꝗ prelatus suis inferioribus. petrus
igitur peccauit in facto illo: vt dicūt. Et multo me
lius est dicere ꝙ peccauit venialiter ꝗ ꝙ mortali-
ter. Non potest aūt oīno excusari de scādalo nun-
tiorum iacobi: ꝙ alias fuissent scādalizati. nam il-
lud fuisset scandalū phariseoꝝ: de quo nō est curā-
Extra d̄ re. iuris. dum sicut ostendit xp̄s Math. xvj. Et extra de re-
gulis iuris dicitur ꝙ vtilius scandalum nasci per-
mittitur: ꝗ veritas relinquatur. quare ⁊c̄.

cōtra secūdā opinionem. ¶ Contra istam tn̄ opinioneꝫ posset argui
sustinendo: primam: primo ꝙ le-
galia ⁊ circuncisio fuerūt necessaria ⁊ vtilia ad ob
seruandum ante passionem xp̄i. scd̄o ꝙ immediate
post passionem xp̄i nec fuerunt vtilia nec necessa-
ria obseruari. ¶ Pro primo sic. lex scripta veteris
testamēti durauit vsqꝫ ad mortem xp̄i. durauit enī
in robore suo vsqꝫ ad confirmationē noui testamē-
ti. quod quidē in morte xp̄i fuit cōfirmatum: sicut
Aplus. deducit apostolus ad hebreos. testamentū (inquit)
in mortuis cōfirmatum est. alioquin nō viuit. dum
valet: quo testatus est. sed manēte lege manet pre-
ceptum legis. cū esset ergo preceptum legis de ob-
seruationibus legalium ⁊ precipue de circuncisio-
ne: videtur ꝙ circūcisio vsqꝫ ad mortem xp̄i saltem
fuerit sub precepto: ⁊ per cōsequens vtilis ⁊ neces
Apl's. saria. ¶ Scd̄o sic. translato sacerdotio necesse est:
vt legis trāslatio fiat: scd̄m apostolum ad hebre. sꝫ
in morte xp̄i fuit trāslatum sacerdotium antique le
gis: ⁊ nō ante: qn̄ xp̄s assistens pōtifex futurorum
bonoꝝ per ꝓprium sanguinē introiuit semel in san
cta. ⁊ ad destitutionē peccati per hostiā suā semel
apparuit. ergo tunc ⁊ non ante lex vetus translata
est. ⁊ per cōsequēs ante manebat preceptum legis
de circūcisione. ⁊ ita ante mortē xp̄i fuit circunci-
sio ⁊ alia legalia sub precepto pari ratione. ¶ Ter
tio sic. ex dictis alterius opinionis. nō aliter se ha-
bet quis ad legem aliquā: ꝗ ante. donec sibi aliter
fuerit ꝓmulgata siue ꝗtum ad institutionem siue
ꝗtum ad reuocationem. sed ante mortē christi non
fuit promulgata reuocatio legis de circuncisione:
sicut nec institutio legis baptismi: ergo vniformi-
ter tenebantur ad circuncisionem sicut ante: et per
consequēs sub precepto. ¶ Pro scd̄o arguitur sic
qꝛ soluto ⁊ reuocato testamento et cōsummato vel
mortuo: soluitur ⁊ expiratur sacramētum testamē-
ti vel legis ꝗtum ad virtutē vel vtilitatē seu effi-
caciam eius. Nō plus enī durat efficacia vel vtili-
tas sacramēti: ꝗ lex ipsa vel testamētum cuius est
sacramētū sed testamentū vetus in morte xp̄i expi
rauit. qꝛ nouū testamentum tunc cōfirmauit. ⁊ per
cōsequens primum infirmauit. ergo ⁊c̄. Circunci-
Jo. 19. sio igitur vtilitatē ⁊ efficaciā extunc amisit. hoc vi
detur cōfirmari per illud Jo. xix. consummatū est:
dixit xp̄s. Nō solum sicut exprimūt alii: ꝗtum ad
Luce. 18 illa que debebat pati xp̄s: ⁊ que scripta erant de fi
lio hominis: iuxta illud Luce. xviii. cōsummabun-
tur oīa que dicta vel scripta sunt per ꝓphetas de
filio hoīs. etiā ꝗtum ad vetus testamentum ⁊ sua

cerimonialia pura. Sic enī videtur congruum ex-
poni scd̄m sanctos et doctores. ¶ Sic ergo scd̄m
istam viā diceretur: ꝙ circūcisio habuit vnum tp̄s
precepti: quo fuit iudeis necessaria ⁊ vtilis vsqꝫ ad
mortem xp̄i. Scd̄m habuit tēpus quo nec fuit ne-
cessaria nec vtilis tn̄ licita cōuersis ex iudeis ⁊ gen
tibus conuersis cohabitantibus cum ipsis a morte
xp̄i vsqꝫ ad tp̄s euersionis hierusalē ⁊ dispersionis
iudeoꝝ in gētes sicut videtur probabiliter posse di
ci. Tertium tēpus habuit. quod adhuc durat: quo
fuit ⁊ est omnibus simpliciter illicita et mortifera.
¶ Baptismus vero habuit duo tp̄a: vnum cōsilii
ante mortē xp̄i. vnde tp̄e illo currebat sub consilio
cum circuncisione sub precepto. aliud tp̄s precepti
statim post mortem xp̄i. ita ꝙ statim fuit sub prece
pto. qꝛ stat in precepta noue legis fuerunt cōfirma
ta: sicut ⁊ lex ipsa vel nouum testamētum. Et istud
preceptum stat in obligauit maiores iudeorū: qui
nouerāt scripturas prophetarū: quos nō latuerat
istud. ⁊ debuerunt diuulgare synagoge. ⁊ synago-
ga debuit eis credere: vt videt̄. ita ꝙ nullus ex tūc
debuit ponere spem in circuncisione. qꝛ simpliciter
circūcisio: ipsa ⁊ alia cerimonialia legis erāt inuti-
lia. ¶ Si dicas: ꝙ tunc deus reliquit populū suuꝫ
sine certo remedio cōtra originale. qꝛ tunc circunci
sio inutilis erat: ⁊ de baptismo nō cōstabat: ꝙ esset
certū remediū qꝛ nō erat hoc diuulgatū. Ad istud
respōdebit infra respōdendo ad rationes aliorum.

¶ Ad primum ergo diceret̄: ꝙ non opꝫ
maiorē esse verā vniuer- ad argumēta. 2. opiniōis cōtra primā opi.
saliter. nā si actus sint disparati tm̄: ⁊ nō sint repu-
gnātes: non opꝫ ꝙ actus cuius preceptum reuocat
preceptum alterius actus: ꝙ eiusdē actus cōsilium
ponat alium sub nō precepto. sed pōt ipsum relin-
quere sub precepto. sicut est de actu baptismi ⁊ cir-
cuncisionis. Nō sicut de cōtinendo ⁊ nubēdo. qꝛ isti
sunt repugnātes. ⁊ ideo bene cōsilium de cōtinēdo
posuit actum nubendi sub non precepto. quare ⁊c̄.
¶ Ad scd̄m cōtra vnū dictū ꝙ parentes ante mor
tem xp̄i tenebātur suos paruulos circuncidere: di-
co. ꝙ hoc dictum est verū licet paruulis forte suffe
cisset baptismus. Quando dicitur ꝙ habito suffi-
cienti remedio baptismi ante octauum diē circun-
cisionis nō tenetur quis aliud remedium exhibere
puta circuncisionē dico ꝙ immo bene scd̄m prece-
ptum diuine ordinatiōis. ptꝫ de Joanne baptista:
qui habuit sufficiēs remedium contra originale ex
vtero matris: ⁊ bene sciuerunt parentes eius: et tn̄
tenebātur ipsum circuncidere ex lege: ⁊ fuit circun
cisus. Vel dicēdum: sicut dicit vnus alius: ꝙ nūꝗ
aliquis debuit baptizare paruulū suum pro illo tē
pore omittēdo circuncisionē. ꝙ si omisisset circun-
cisionem ex cōcilio alicuius apostoli: ⁊ baptizasset
paruulū: ⁊ ipse deus cū tali paruulo de lege ⁊ pre-
cepto circuncisionis dispēsasset: ꝗtumcunqꝫ apud
alios in suo robore permansisset sub precepto vsqꝫ
ad mortem xp̄i. ¶ Ad tertium qn̄ dicitur ꝙ lex de
baptismo nō fuit aliter ꝓmulgata post mortē xp̄i
ante diuulgationem euāgelii: ꝗ ante mortem xp̄i.
ergo nō fuit aliter baptismus sub precepto tunc: ꝗ
ante diceretur primo sicut aliqui: ꝙ istud argumē-
tum bene concludit: ꝙ ad legem baptismi nō obli-
gabantur ante diuulgationem euāgelii: sed nō cō-
cludit quin baptismus fuerit sub precepto licet enī
aliquid ponatur vel instituatur sub precepto: nō tn̄

obligat donec sit cōuenienter diuulgatum. Aliter diceretur: ꝙ aliter se habuerunt hoīes ad legē baptismi post mortē xp̄i: ꝗ̃ ante: ⁊ fuit eis aliter promulgata: aliter ꝗ̃ ante saltem facto consummationis xp̄i. qꝛ in morte xp̄i fuit consummatū vetus testamentum ⁊ nouum cōfirmatum ⁊ precepta eius. et de hoc fuerunt edocti sancti apostoli ⁊ ꝓphete. Et forte nō solum facto verū ⁊ verbo pronuntiatiuo. Nam vt putat̄ per ꝓphetas ⁊ aliquo modo per ipsum xp̄m fuit hoc dictum ⁊ nuntiatum ante mortem xp̄i. ¶ Ad quartum quod ꝓbat circūcisionem nō fuisse inutilē statim post mortem xp̄i. Dicitur ꝙ circuncisio post mortem xp̄i nō habuit vim medendi. qꝛ euacuata fuit in morte xp̄i. ⁊ per consequens nō habuit vim obligandi. ¶ Ad quintū dicitur ꝙ iudei nō tenebātur ponere spem in circuncisione a tp̄e mortis xp̄i. nec tenebātur ex precepto circuncidere: tn̄ licitum erat eis pro tp̄e illo. ¶ Ad sextum quod est difficilius: dicitur: ꝙ deus nō reliquit illo tp̄e populum suum sine certo remedio cōtra originale: vel quia paruulis sufficiebat fides parētum: sicut in lege nature sine circuncisione quam solutionem nō teneo. qꝛ puto: ꝙ in qualibet lege fuerit aliquod signum sensibile ⁊ nō sufficeret sola fides interior. vel qꝛ deus sufficiēter ostēderat ⁊ per miracula xp̄i ⁊ per doctrinam ꝓphetarum: ꝙ a tempore mortis xp̄i: qui erat verus deus ⁊ testator: testamētum nouum xp̄i ⁊ doctrina sua erat confirmata. et per cōsequens baptismus erat certū remedium cōtra originale ⁊ sub precepto. ⁊ nō reliquit ꝗ̃tuz ad oēs: quin debuisset esse certum. ⁊ putat̄ ꝙ hoc fuit certum apostolis qui statim poterāt vel potuerunt diuulgare alijs. Et eruditis etiam iudeis debuit esse certum: qui debuerunt de hoc synagogam informare. Teneatur quecūq; via videtur magis sana. Hec de tertio articulo principali.

Ad principales rōnes.

¶ **Ad primum** argumentum principale dico: ꝙ in lege erant precepta moralia iudicialia ⁊ cerimonialia. Iudicialia vero non erāt nisi determinationes obseruandi moralia ad ꝓximum. Cerimonialia vero erant determinationes obseruādi moralia quo ad deū. modo dico: ꝙ oīa moralia remāserunt sub lege noua. Et multo perfectius obseruātur in lege euāgelica ꝗ̃ in illa. Iudicialia vero non manent necessario. Nec ligāt nisi de nouo ab aliquo superiori rationabiliter statuātur. sicut est possibile ⁊ rationabile aliqn̄ de aliquibus. Cerimonialia vero nō manent in se sed in suis signatis vt in pluribus. quod dico: qꝛ manēt aliqua: vt thurificatio: vel hmōi que conueniunt cultui diuino pro omni statu. Et tunc potest dici: ꝙ ꝗ̃tum ad moralia xp̄s nō venit soluere legē sed adimplere. qꝛ manent: et perfecta fuerunt per xp̄m: licet nō obligēt modo ex vi illius legis: sed ex vi legis euangelice. Quātum vero ad iudicialia ⁊ cerimonialia pōt magis dici lex esse soluta vel euacuata. licet etiā possit dici ꝙ etiā ꝗ̃tum ad ista lex sit impleta: nō qꝛ in se maneant: sed in aliquibus vtilioribus ipsis. Mores enī legis euāgelice ⁊ in iudicijs ⁊ in cerimonijs multomagis expediūt: ꝗ̃ facerent illa: vt pꝫ. ¶ Ad scđm dicitur: ꝙ nō statim baptismus institutus euacuauit circuncisionem: sicut patuit ex predictis. nam baptismo instituto adhuc circuncisio valuit saltem vsq; ad mortem xp̄i: vel plus scđm opiniones diuersorum. Si dicas: ꝙ fuit data circuncisio in fedus sempiternū ipsi abrahe. dico: ꝙ verum est: nō in se: sed in equipollenti et magis valēti puta in baptismo. Vel magis ad propositum littere ꝙ hoc verū est pro tāto qꝛ non fuit datum aliud signū speciale ⁊ appropriatum semini abrahe post circuncisionē: ⁊ ꝓpter hoc dicitur pactum sempiternum inter deum ⁊ abraham ⁊ semen eius: qꝛ nō successit aliud ꝓpriū semini abrahe: sed commune toti generi humano: ad quod debuit trāsire semen abrahe sicut ad melius ⁊ ꝑfectius fedus. ⁊ hoc est fedus ⁊ pactū baptismi seu legis noue. ¶ Ad tertiū dicitur: ꝙ lex antiqua fuit etiā reuocata de facto in morte xp̄i: sicut exprimit apostolus ad hebreos. vel saltē in diuulgatione euāgelij. Qꝫ autem xp̄s obseruauit eā vel in circūcisione vel in esu agni paschalis: hoc potuit facere: licꝫ nō fuerit subiectus legi. Lex enī illa nōdum erat reuocata: nec noua lex confirmata. Et dato ꝙ fuisset reuocata: adhuc potuisset eam obseruasse multofortius ꝗ̃ apostoli ⁊ alij: qui obseruauerunt eam ex causa etiam per magnum tp̄s post mortem xp̄i ⁊ publicationem euangelij: sicut dictum est supra. licet inutilis esset post ꝗ̃ fuisset reuocata.

¶ Distinctionis Quarte.
Questio Unica.

Circa distinctionē quartā quero. Utrum oēs accedētes ad baptismum vel suscipientes recipiant effectum baptismi equaliter. ¶ Uidetur ꝙ non oēs accedentes ad baptismum recipiūt effectum baptismi: sicut pꝫ de coactis vel nolūtarijs ⁊ de fictis ⁊ huiusmodi. ergo nō oēs recipiūt effectum baptismi equaliter. ¶ Scđo sic. sanctificati prius per gratiā nō recipiunt effectum baptismi. puta deletionē culpe originalis. ⁊ planū est: ꝙ multi istum effectum recipiunt. ergo ⁊c̄. ¶ Tertio sic. aliquis adultus pōt accedere vel magis vel minus dispositus ad baptismū. ꝗ̃ alius: et magis dispositus ad gratiā vel minꝰ ꝗ̃ alius. ergo sibi cōfert amor vel minor gratia ꝗ̃ alteri scđm cōuenientiā dispositionis. quare ⁊c̄. Et similiter potest dici de paruulis nō ratione proprie dispositionis sed deuotionis assistentium vel ministrantium orantium pro paruulo.

¶ **Contra** baptismꝰ magis dependet a ministrante ꝗ̃ a suscipiente. sicut actus magis dependet ab agente ꝗ̃ a suscipiente vel subiecto. sed baptismus nullam sortitur inequālitatem in suo effectu ex inequalitate ministrorum. ergo nec ex inequalitate recipientium.

¶ In ista questiōe sic ꝓcedā.

¶ Primo inquirā: qui sunt illi q̄ obligātur ad baptismum suscipiendum. ¶ Secūdo vtrum omnes accedentes vel suscipientes baptismum recipiant effectum baptismi. ¶ Tertio vtrum equaliter. ¶ Ultimo ad rationes.

¶ **Quātum ad primum dico:** ꝙ cū lex de baptismo recipiēdo in nouo testamento sit vniuersalis: nullum excipiendo: vt patet per

qui obligātur ad bapti. suscipiēdū

illud Jo. iij. nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritusancto: nõ potest introire in regnũ dei. et sit necessaria ad salutẽ hoĩs viatoris cõsequendã: q oĩs persona viatrix humana alias non baptizata obligatur ad susceptionẽ baptismi. Et hoc in affectu si habet vsum rationis. et in effectu: cũ potest et congruit. Si vero nõ habet vsum rationis: sicut est de paruulis et amẽtibus perpetuo vel furiosis: dico q obligatur nihilominus ad baptismũ: vt salutẽ consequatur: et eternã dãnationem effugiat. Differenter tñ obligãtur primi et secundi. q primi si nõ recipiunt baptismnm in effectu: cum possunt: vel saltẽ in affectu si nõ possunt: peccãt mortaliter peccato actuali omittendo cõtra legẽ de baptismo. sed scdi non peccãt peccato actuali. vnde nec dãnantur pena sensus sicut primi. sed tñ pena carẽtie diuine visionis. ¶ Ex his cõcludo vnum: licet aliquis sanctificatus nasceretur: tñ adhuc ad baptismũ obligaretur. sicut aliqui nati iam sanctificati sub circũcisione ad circũcisionem erãt obligati. sicut patuit de hieremia et Joãne baptista. Et hoc ostẽdit exẽplo ipse xp̃s legislator: licet ad hoc nõ obligaretur qui et voluit circuncidi: et voluit etiã a Joanne baptizari. Nec frustra baptizaretur talis. q in ipso gratia augeretur: et per ipsum mãdatum impleretur. Si dicas: q nõ legitur beatã virginẽ et apostolos aliquos fuisse baptizatos. et tñ fuerunt viatores. alias nõ baptizati. Dico. sicut dicit glo. super illud Joannis xiij. qui lotus est nõ indiget nisi vt pedes lauet etc. apostoli tũc fuerũt baptizati a xp̃o et hoc fuit rationabile. nam xp̃s post illud factum fecit eos sacerdotes cõferens illis potestatẽ conficiendi eucharistiã. hec quotienscũq feceritis etc. et hoc facite in meã cõmemorationem. Et cõferẽdo eis etiã potestatẽ super corpus xp̃i mysticũ: quod est ecclesia: accipite spiritũsanctum etc. Jo. xx. baptismus aũt est primum sacramentum. q est sacramentum intrãtium quare etc. Nec videtur necessarium: q xp̃s cũ apostolis super hoc dispensauerit. cum nec ex hoc fuissent magis grati nec perfectiores doctores fidei. immo minus perfecti. imperfectior est eñi magister moralis: qui nõ vult opere implere: quod docet. Unde putãduz est: q voluit eos baptizari: sicut et ipse voluit baptizari saltẽ baptismo Jo. ipse dico. Similiter supponẽdum est de virgine beata: q ipsa aliqñ fuerit baptizata pter obligationẽ precepti xp̃i. q nõ fuit a preceptis diuinis exẽpta. Nisi forte dicatur: q deus cũ ea dispensauerit: qñ in cõceptione filij sui forte peruenit ad illã plenitudinem gratie: quã proposuerat deus sibi dare. ¶ Q autem oĩs persona viatrix humana de cõmuni lege nisi cum ea dispẽsetur ad baptismum teneatur: ptz. Tum q oẽs cum ad legẽ xp̃ianã sint astricti: debẽt recipere signum xp̃i: per quod ingrediãtur obseruãtiam legis. Tum q quilibet viator debet esse mẽbrum ecclesie militãtis nõ solum latẽter sed etiã patẽter q̃tum ad noticiã aliorum: et nõ scãdalizare alios actiue. quod tñ faceret: si baptismum nõ reciperet: precipue adultus q̃tũcũq sanctificatus. Tum q alioquin videretur contemnere adultus. q pro modico facto susciperet magnam gratiã. si baptizaretur. et ideo contẽneret: si nõ baptizaretur: vt videtur. quare etc. ¶ Si dicatur cõtra predicta: q paruulus baptizatus prius baptismo flaminis vel sanguinis in vtero matris perse-

Glo. sup Joã. 13.

Jo. 20.

Quomõ quilibet viator tenetur baptizari. etc.

quendo matrem cum prole pro fide saluatur: si moriatur sine baptismo. Et similiter adult⁹. Dico de paruulo q si moriatur sic sanctificat⁹ vel baptizatus baptismo flaminis vel sanguinis: q secum dispẽsatum est de lege sacramenti baptismi: et saluatur. Similiter de adulto. sed oportet si non põt habere vel recipere sacramẽtum baptismi in effectu: q saltẽ ipm habeat in proposito et affectu vel habuerit aliquando. Etiam q ipsum nõ cõtemnat: qñ sibi occurrit. Hec de primo articulo principali.

¶ Quãtum ad secũdum articulum: qui sunt illi qui recipiunt effectũ baptismi. Dico primo de paruulis: q de cõmuni lege oẽs recipiunt effectum baptismi triplicẽ quo ad nunc scz culpe originalis remissionẽ caracteris impressionẽ et gratie infusionẽ. Dico aũt de cõmuni lege. q si esset aliquis paruulus iustificatus ex vtero vel sanctificatus: suscipiẽdo baptismum nõ cõsequeretur primum effectũ. ptz: q baptismus preueniretur q̃tum ad illũ effectũ. Nec cõsequeretur prime gratie infusionem: sed bene augmẽtationẽ. Consequeretur aũt caracteris impressionẽ. vt patz. ¶ Scdo dico de adultis oĩbus venientibus ad baptismum ratione vtentibus vel recipientibus ipsum: si non sunt voluntarij vel ficti actu vel habitu: sed magis sunt voluntarij nõ ficti: q aliquẽ effectum baptismi recipiunt: q vel illos tres effectus scz culpe originalis remissionẽ: et per cõsequens actualis: si habent caracteris impressionẽ: et gratie infusionẽ. si vero originale non habent: nec actuale mortalẽ: q iam sunt iustificati per gratiã: dico q saltem recipiunt caracteris impressionẽ et gratie augmẽtationem. Si aũt originale non habent sed actuale aliquod mortale precedẽs receptionẽ baptismi. quod potest cõtingere: q aliqñ fuerũt iustificati: et sic originale fuit eis remissum: sed a iustificatiõe p actuale mortale ceciderunt: dico q consequuntur illius actualis mortalis et venialaliũ si qua sunt: remissionem: et alios effect⁹: qui dicti sunt. Ista possunt declarari per adultos qui baptizabãtur in primitiua ecclesia in diuersis statibus et gradibus. ¶ De nõ vtentibus vero ratione si sunt et fuerunt perpetuo amẽtes: iudicãdum est sicut de paruulis. Si autem aliqñ habẽt vel habuerunt lucida interualla: iudicandum est de ipsis scdm q se habent in illis lucidis interuallis ad baptismũ: sicut de ratione vtentibus suo modo. Ad euidẽtiam vero predictorum de adulto consentiente et non ficto dicenda essent aliqua de dissentiente vel non consentiente et de ficto. sed ista dicentur in solutione primi argumenti. Hec de secundo articulo.

¶ Quantum ad tertium articulum. an scz oẽs recipiẽtes effectum baptismi: recipiant ipsum equaliter. Dicendum est breuiter: q q̃tum ad culpe originalis remissionem et q̃tum ad caracteris impressionem oẽs recipientes istos effectus equaliter se habent oĩno. equalis eñi culpa est originnalis in oĩbus habẽtibus. et nõ est maior in vno vel minor in alio. sicut ptz. Similiter etiã eque perfectus caracter videtur esse in vno: et ita perfecte imprimi: sicut in alio: et in oĩbus indelebiliter in vno sicut in alio: sicut magis inferius apparebit. ¶ Quãtum vero ad effectuz gratie est alio modo

An oẽs suscipiẽtes bapt. recipiãt effectum eius.

An oẽs recipientes effectũ bapt. equaliter recipiãt ipsum.

Nam sicut probabiliter dicunt aliqui: cum ad effectum baptismi concurrāt causa principalis que est diuina voluntas: determinās se cōferre in signo baptismi vel cōsequenter ad ipsum causando gratiā in nō habente obicē ⁊ suscipiēte baptismum: ⁊ causa meritoria vt passio xp̄i: ⁊ suscipiens baptismum vel ministrās: q̃tum ad primū potest esse inequalitas gratie recepte in recipiētibus baptismū. q: licet deus forte determinauerit aliquē gradum certum gratie se collaturū in baptismo: sic ꝙ nulli suscipiēti baptismum cōferatur vnq̃ minor gradus: et ille cōfertur semper ex vi sacramēti recipiēti sacramentum obicem nō habenti: ⁊ ex vi sacramenti non conferatur maior gradus: tamen quia deus aliquos baptizatos predestinauit ad maiorem gloriā et aliquos ad minorem: hinc est ꝙ aliquando in baptismo recipit aliquando aliquis maiorē gratiā q̃ alius ex mīa ⁊ beneplacito diuine voluntatis vltra gradum illum quē determinauit se deus operari ⁊ creare infallibiliter ⁊ regulariter ad baptismum. licet ille vlterior gradus nō sit effectus baptismi sicut primus. dicitur tñ effectus: q: cōcurrit ad eandem gratiā numero cōstituendā in baptizato cum illo primo gradu: licet non ꝓpter hoc ꝓprie sit effectus. ¶ Ex parte etiā cause meritorie potest esse inequalitas gratie quā meruit xp̄s per suā passionem scʒ ex parte passionis xp̄i. vel quia specialius oblata pro vno q̃tum ad intētionem xp̄i offerētis q̃ pro alio vel q: q̃tum ad executionē oblata in re et in effectu pro aliquibus pro alijs aūt non: nisi in preuisione diuina. primo modo potest esse inequalitas gratie in suscipiētibus baptismum. Nam xp̄s cum nouerit noticia visionis in verbo saltē omnes electos: ⁊ futuram gloriā ipsorum maiorem vel minorem quā disposuerat eis deus dare. potuit efficacius vel specialius offerre propriā passionē pro illis: quibus disposuerat deus cōferre maiorē gloriam: q̃ pro illis quibus disposuerat deus cōferre minorem gloriā. Et ita potest in baptismo cōferri adhuc maior vel minor gratia ex merito passionis christi. Scd̄o modo dicit̄: ꝙ inequalē gratiā cōtulit circuncisio de cōmuni lege illi q̃ cōfert baptismus: q: baptismus maiorē ex merito passiōis iam exhibite q̃ circuncisio ex merito passionis exhibēde ⁊ future. Maior eñ gratia ⁊ maius bonum cōferri solet ꝓpter officium vel seruitium iam exhibitum: q̃ propter exhibēdum vel futurū. ¶ Ex parte tertij: puta ex parte dispositionis ipsius recipiētis in adultis potest eē inequalitas gratie recepte. Magis eñ disposito ⁊ deuotius accedenti ad baptismum ⁊ ipsum suscipiēti ceteris paribus videtur maior gratia cōferri. Et licet forte non ex vi sacramēti: tñ ex dispositione ⁊ ordinatione ⁊ liberalitate dei. Sed q̃tum ad paruulos est planum: ꝙ ex parte eorum nō potest esse dispositio maior vel minor: sed bene ex parte ministrantis vel assistentium deuote magis vel minus pro paruulis orātium potest paruulis maior vel minor gratia impetrari vel in baptismo cōferri: ⁊ vni maior alteri minor. Sed cōparādo paruulos ad adultos dicitur: ꝙ q: paruulus nullū habet meritū per actum ꝓprium adultus aūt habet meritum q̃tūcunq̃ tenuē voluntatem habeat suscipiēdi baptismum: dum tñ consentiat recipere: nec ponat obicē: etiā dato ꝙ illo tp̄e receptionis baptismi peccaret venialiter q: hoc nō impedit effectū baptismi: nec receptionem gratie: ceteris paribus maiorem recipit gratiā: q̃ paruulus nisi forte preces deuote ministrātis vel assistentium prepōderarent dispositioni adulti per actum propriū. ⁊ tunc nō essent cetera paria. ¶ Sic ergo vt p₃ ex dictis: potest dici: ꝙ licet ex vi sacramēti et per se regulariter oēs illi qui recipiunt gratiam baptismalē equalem recipiant: tñ ex alijs causis secundum benignitatem dei ⁊ misericordiam potest gratia in recipientibus secūdum maius vel minus variari. Hec de tertio articulo. *Summatio predictorum.*

¶ **Ad primum** argumētum principale concedo: ꝙ non oēs adueniētes ad baptismū vel suscipientes ipsum q̃tū apparet exterius recipiunt effectum baptismi. Et primo dico de voluntario simpliciter: qui oīno dissentit: ita ꝙ nulla ratione cōsentit: sed potius oīno dissentit: ꝙ talis nō recipit aliquē effectum baptismi spiritualem. Deus eñ non vult aliquē ascribere militie sue nec esse de familia sua inuitum. Non vult eñ coacta seruitia. ¶ Scd̄o dico de dissentiēte scd̄m quid tñ cōsentiente simpliciter pro tōto: q: vult baptismum recipere. ⁊ fieri in ipso quod facit ecclesia: si aliquid faciat: etiā licet credat ꝙ nihil faciat inductus ad hoc timore pene: cum tñ volūtas sua nō cogatur: sicut nec cogi potest: ⁊ ideo dicitur hoc simpliciter velle: licet scd̄m quid dicatur nolle: sicut de ꝓiciēte merces in mari: de tali dico: ꝙ aliquē effectum baptismi recipit: puta impressionem caracteris: nec ē rebaptizādus postea: s₃ est simpliciter baptizatus. ⁊ cum hoc cogēdus seruare legē christianā. ¶ Tertio dico de adulto nō cōsentiente nec dissentiente actualiter nec habitualiter seu virtualiter magis: ꝙ talis non recipit effectum baptismi. Oportet eñ ꝙ cōsentiat actualiter vel cōsenserit aliqñ si est adultus: sic ꝙ postea nō interueniat dissensus. si aūt actu nō cōsentiat: nec vnq̃ cōsenserit: vel imediate dissenserit: licet aliqñ ante cōsenserit: reputatur habitualiter vel virtualiter dissentiens: ⁊ nō recipit aliquē effectum sacramenti: sed est simpliciter postea rebaptizandus: si cōsenserit. ¶ Quarto dico de paruulis q̇ nec cōsentiunt: nec dissentiunt ꝙ simpliciter recipiunt effectus baptismi. Et potest ibi esse aliqua inequalitas: sicut dictum est supra. ¶ Ex his p₃: quomodo op₃ hominem esse cōsentientē: vt recipiat effectū baptismi. q: actualiter vel habitualiter seu virtualiter: sic ꝙ ante susceptionem baptismi consenserit nullo dissensu interueniēte saltem deliberatiuo: ⁊ hoc loquendo de vtētibus ratione de priuatis perpetuo vsu rationis sicut de paruulis est dicendum de habentibus lucida interualla: sicut de ratione vtentibus pro illis lucidis interuallis: que in eis sunt attendēda vel expectāda ⁊ scd̄m ꝙ se habent in illis: sunt facta ipsoꝝ iudicāda. De fictis vero q: tangitur in argumēto: dico: ꝙ fictus potest intelligi vno modo ille: qui pretēdit exterius se velle recipere baptismum: ⁊ tñ nō vult hoc interius: sed simpliciter vel habitualiter seu virtualiter vel actualiter dissētit. ⁊ iste nullum effectum baptismi recipit: nec est baptizatus: sed est rebaptizandus simpliciter cessante fictione: licet cogendus sit: ⁊ compellendus ab ecclesia seruare legem christi. quia ecclesia iudicando secundum exteriora de ipso presumit partē meliorem. scilicet ꝙ consenserit: sicut exterius ostē

Ad rōes principales.

nota correlariū.

Fict⁹ q̇ et quō.

debat. Aliter potest dici fictus: qui vult recipere
sacramētum:⁊ ostendit exterius se esse dispositum
ad hoc non tñ est dispositus:sed habet obicē sacra
menti:puta vel q2 non credit:nec habet rectā fidē:
vel quia habet aliquod peccatum mortale tunc in
actu.ita ꝙ acualiter peccat mortaliter.vel q2 habz
aliquod peccatū preteritū de quo nullo modo atte
ritur:vel cōteritur: nec aliqñ attritus est vel cōtri-
tus ⁊ de isto nō est dubium: ꝙ nō recipit gratiā sa
Sap.i. cramēti:licet bene possit recipere caracterē:q2 spi-
ritussanctus discipline effugit fictum. Sapiētie.j.
sed ipsa fictione sua dimissa ⁊ cessante per peniten
tiam. si primo stāte illa fictione recepit caractarē:
potest dici:ꝙ recipit gratiā baptismalem. ⁊ habet
baptismus effectum suum infusionē scz gratie ⁊ re
missionē oīs culpe precedētis baptismum: que nō
erat causa fictiōis in baptismo.sicut si adultus an-
te baptismū cōmisit septē peccata mortalia. ⁊ ve-
niens ad baptismū de sex tm̄ atteritur:de septimo
nullo modo:sed forte actualiter sibi placet:illud se
ptimum solū est causa fictionis eius in baptismo:
opz ꝙ vere peniteat de isto septimo ⁊ in se ⁊ inq̄-
tum fuit causa fictiōis in baptismo.q2 peccato no-
uo peccauit in illa fictione: faciēdo irreuerentiam
sacramento.⁊ recedente ista fictione que fuit impe
dimentum gratie baptismalis: deus confert gra-
tiam baptismalē in remedium cōtra alia peccata:
que fuissent tunc deleta in baptismo: nisi fictio oc-
currisset. Et ideo de illis alȳs nō opz habere verā
penitētiā: nec forte nouā attritionē preter illā que
habita fuit ante baptismum. sed solo impedimēto
amoto deus causat effectum baptismi. scz gratiam
baptismalē sicut tunc causasset:si fictio non occur-
Cōtra p̄dicta. risset. ¶ Sed cōtra hoc obȳcitur primo sic. penitē
tia delet non solū vnum peccatū: sed oīa que inue-
nit.q2 impium est a deo dimidiā veniā sperare:ꝭm
Aug.sed peccata que penitētia delet:nō delet gra
tia baptismalis. cum ergo penitentia deleat illud
peccatū:quod fuit causa fictionis: videtur etiā ꝙ
alia. Et sic gratia baptismalis non delet alia sex.
sed magis gratia penitentialis: sicut ⁊ illud septi-
mum. ¶ Scđo sic. penitentia est scđa tabula post
hieronymus. naufragium:ꝭm Hieronymū.⁊ per cōsequens sibi
cōuenit delere oīa peccata:que inuenit post baptis
mum.sed oīa illa septē peccata vel octo inuenit in
isto post baptismum. q2 nō recipit gratiā in batis-
mo.ergo oīa delet: nō igitur gratia baptismalis.
¶ Tertio. q2 nulla videtur ratio quare sicut gra-
tia baptismalis delet illa sex:quare non possit dele
re septimum: quod fuit causa fictionis vel pecca-
Solutio tum ipsius fictionis.quare ⁊c̄. ¶ Ad primum dici
tur:ꝙ penitētia q̄ntum est de se nisi preueniatur ab
aliquo perfectiori vel priori in delēdo peccata de-
let oīa peccata que inuenit.sed in ꝓposito preuenit
a baptismo:qui prius fuit collatus. ⁊ ideo delētur
illa peccata priora:que nō fuerunt causa fictionis
per gratiā baptismalē: ⁊ illud aliud quod fuit cau
sa fictionis per penitentiā. ¶ Contra hoc arguit.
q2 prius natura delet illud qđ fuit causa fictionis
per penitētiā: q̄ baptismus habeat effectum. sicut
prius natura tollitur fictio ⁊ impedimētum: q̄ se-
quatur effectus.ergo in illo priori cum non sit spe-
rare a deo dimidiā veniā: ⁊ non deleatur vnū pec-
catum sine alio:videtur ꝙ oīa delentur per penitē-
tiam:⁊ nullum per gratiā baptismalē. ¶ Ideo di-
citur aliter:ꝙ penitentia vera perfecte reconciliat
deo.⁊ ideo nullū peccatū relinquit.sed tñ nō omne
peccatum quod infuit per se loquēdo curat: sed il-
lud solum:quod est obiectū penitētie:de quo scz pe
nitens penitet.qñq3 autem oportz omne peccatum
quod deletur esse obiectū penitentie:vtpote si om-
nia illa peccata sint cōmissa post baptismū. Quan
doq3 autem nō opz:vt in proposito. Nō igitur per
virtutem penitentie dimittuntur hec oīa peccata:
sed in penitēte partim dimittuntur per penitentiā
et partim per baptismum: sicut predictū est supra.
Et sic nō habetur ibi dimidia venia:sz tota a deo.
Non tñ tota p̄ penitētiā.q2 non oportuit de oībus
peccatis que inerāt penitere. Et scđm hoc esset di
cendum:ꝙ illa que delētur per gratiam baptisma-
lem:delētur ⁊ q̄ntum ad culpā ⁊ q̄ntum ad penam.
nec de eis oportet habere nouā cōtritionem seu at
tritionem:nec cōfessionem: nec satisfactionem:sed
solum de illo septimo: quod deletur per penitētiā.
quod fuit causa fictionis in baptismo. Per idem
ptz ad scđm. ¶ Ad tertium dicitur:ꝙ non pari ra
tione delet baptismus illud septimū:sicut alia sex:
licet illa septem precederēt baptismum. quia illud
septimum fuit causa fictionis. non autem alia sex.
Si autem non fuisset causa fictionis ⁊ impedimen
ti effectus baptismi seu gratie baptismalis potuis-
set per baptismum deleri:sicut alia sex.quare ⁊c̄.
¶ Ad scđm principale de iustificatis ptz quid di-
cendum. ¶ Ad tertiū etiā patz de magis ⁊ minus
disposito. ¶ Ad illud in oppositum de inequalita
te mininistri patet etiam quid dicendum.

¶ Distinctionum Quinte ⁊ Sexte. Questio Prima.

Circa distinctiōes
quintam et sextam quero vnā
questionem primaz scz. Utrū
solus sacerdos cum intētione
actuali possit aliquem alium a
se baptizare. ¶ Et videtur ꝙ
sic. solus sacerdos potest cōse-
crare eucharistiam.ergo simi-
liter baptizare. ¶ Scđo sic.de intentione actuali.
quia non minus requiritur actus interior sacerdo-
tis q̄ exterior. sed actus exterior requiritur: puta
prolatio verborum ⁊ ablutio simul. ergo actus in-
terioris intentionis actualiter requiritur. ¶ Ter-
tio sic.quia videtur: ꝙ possit seipsum baptizare.q2
potest alium baptizare.ergo ⁊ seipsum. cū sit eius-
dem rationis:potest em̄ abluere seipsum cū verbis
prolatis loquendo ad seip̄m:sicut ad aliū.ergo.⁊c̄.
¶ Contra ꝙ non solus sacerdos possit ba
ptizare. de consecratione distin De cōse cratione disti.4.
stinctione.liȳ. Romanus vbi dicitur: ꝙ spiritus
dei ministrat gratiam baptismi etiam si paganus
sit qui baptizat.ergo paganus potest baptizare.et
multofortius quilibet christianus. Similiter etiaz
videtur: ꝙ bonus angelus possit baptizare: quia
potest ecclesiam dedicare:quod est maius:sicut pa-
tuit de sancto michaele: qui ꝓhibuit episcopo suā
ecclesiā dedicare.q2 ipsam dedicauerat.quare ⁊c̄.

¶ In ista questiōe sic ꝓcedā.

¶ Primo inquiram; quis potest baptismum mini-

strare siue de facto siue de iure. ¶ Secundo inquiram. vtrum in baptisante requiratur actualis intentio simul cum verbis et ablutione vel qualis? ¶ Tertio an aliquis possit seipsum baptizare: vel an plures eundem: seu idem plures simul? ¶ Ultimo ad rationes.

Quis pt bapt. ministrare et quomõ.

¶ Quãtum ad primum articulum

dico de facto scd̃m legem communem a deo institutam pro statu vie quodlibet humanum suppositum habens vsum rationis potens abluere et verba sacramentalia baptismi proferre potest baptizare. ¶ Dico primo humanum suppositum. quia suppositum angelicum siue bonus angelꝰ siue malus non posset baptizare: nisi sibi committeretur a deo scd̃m dispẽsationem. Unde si bonus angelus baptizaret in corpore assumpto: supponendũ esset: ꝙ hoc esset ex diuino precepto. et ille esset simpliciter baptizatus: nec esset rebaptizandus. Sicut positum est supra exemplum de ecclesia beati michaelis ab ipso dedicata. ¶ Si vero malus angelus baptizaret: non esset presumendum: ꝙ vere baptizaret. quia fallax est ⁊ mendax. nisi super hoc specialis reuelatio de diuina ordinatione haberetur. Unde dico ꝙ de lege cõmuni instituta a christo solum humanum suppositum baptizare potest. ¶ Secũdo dixi pro statu vie. quia scd̃m legem etiam a christo institutam cum ipsum sacramentũ baptismi sit: in quo cõmunicant sibi viatores aliquod humanũ suppositum extra viam simpliciter puta beatũ vel damnatum non posset baptizare. licꝫ posset hoc ex concessione speciali. ¶ Tertio dixi potens abluere manualiter. ⁊ hoc vel mouendo aquam dispergẽdo puerum vel mouendo alium ad aquam puta immergendo. Et ideo dico ꝙ mancus nec aliquis impotens sic manualiter abluere aspergendo vel immergendo põt babtizare. ¶ Quarto dixi ꝙ possit proferre verba. et ideo nullus mutꝰ potest baptizare. immo nec aliquod sacramentum ministrare cuius ministratio consistat in fieri illius sacramenti. ad differentiam eucharistie. de qua patet ꝙ vnus mutus posset eam alicui de facto porrigere vel ministrare. ¶ Sed vltimo potest exponi illud habens vsum rationis. quia requiriur intẽtio aliqua sicut dicetur in ministro. et ideo nullus amens perpetuo potest de facto etiam baptizare: sed bene si habet lucida interualla in illis interuallis. Ratio autem precisa omnium istorum vel plurium est. quia sic a christo constitutum est.

Correlariũ de potẽtibꝰ baptisare.

¶ Ex hoc concludo ꝙ quilibet homo siue fidelis: siue infidelis: siue bonus: siue malus: siue hereticus: siue scismaticus: siue precisus ab ecclesia: siue toleratus siue vir: siue mulier: habens vsum rationis potẽs abluere et verba illa proferre: intẽtiõe faciẽdi qđ facit ecclesia põt de facto baptisare ⁊ vere. De iure ꝓ͛o dico ꝙ nisi in casu necessitatis manifesto vel ꝓbabilit͛ apparẽte nullꝰ ꝑcisus ab ecclesia: nec scismaticꝰ nec hereticꝰ: nec excõicatus: ⁊ hm̃õi vt infidelis quicunqꝫ potest baptisare: immo nec fidelis aliquis: nisi solus sacerdos: vel sacerdotes ipsi ab ecclesia tolerati. ipsis namqꝫ commissa est de iure solennis dispensatio sacramentorum: vt ministris christi: et quasi principalibus in ecclesia ad quos pertinet ascribere aliquos per baptismũ ad militiam vel familiam christi. sed in casu necessitatis possunt de iure multi alij non solenniter saltem baptisare: sicut fideles laici etiam: et multo fortius clerici. Et quicunqꝫ qui nõ sunt ab ecclesia precisi: sed tolerati. Hec de primo articulo principali.

Que requiruntur in baptisante.

¶ Quãtum ad secũdum articulum

dicitur ꝙ intentio potest esse duplex scilicet habitualis ⁊ actualis. Sed videtur mihi ꝙ tertiũ membrum potest addi: scilicet virtualis. Dicitur autem intentio habitualis: que habetur in habitu aliquo: vel in potentia seu potestate alicuius: qualem potest habere dormiens aliquis: qui nunqꝫ actualiter vsus est habitu quem habet: nec vtitur ipso. Uirtualis dicitur intentio quam habet aliquis de aliquo: licet ipsum actualiter nõ intendat. quia ipsum aliquando prius intendit et efficaciter sic ꝙ ad illam intentionem actualem efficaciter cõsequitur prosecutio illius intenti. Sicut aliquis vadens ad ecclesiam ex intentione audiendi missam: et quam prius habuit in domo sua: licet actualiter non cogitet de missa in via: tamen dicitur habere intentionem virtualem. quia efficaciter sequitur talis motus ex intentione priore actuali quam habuit: quomodocũqꝫ intelligatur hoc. quia non puto: sicut etiam dixi supra: ꝙ non ens sit vere causa alicuius entis. Intentio vero actualis dicitur ipse actus intendendi aliquid formaliter in existens: ⁊ actualiter intendenti. ¶ Ad propositum dico ꝙ in baptisante non sufficit intentio habitualis quã potest habere dormiens. vt videtur. quia actꝰ baptisandi est actus humanꝰ requirens aliquãdo vsum vel actum rationis in ministrante. ¶ Secundo dico ꝙ sufficit intentio virtualis qualis exposita est prius: vt scilicet consequenter ad actum intendendi precedentem efficaciter sequatur motus baptisandi ⁊ actus. quod magis patebit per illud qđ sequitur. ¶ Dico em̃ tertio ꝙ nõ necessario requirit͛ intẽtio actualis in baptisante: sicut nec in alijs sacramẽtis ex parte ministrãtis. Deus em̃ nõ obligauit ministrãtẽ ad nõ distrahi in actu baptisandi. q͛ nõ est oĩno in potestate eiꝰ. Nõ em̃ est in ptãte nostra: quibꝰ visis tãgamur tertio de libero arbitrio. Alioquin em̃ a simili nihil meretur aliquis in aliquo actu: nisi cum actu intenderet omnia ad meritum requisita: quod videtur esse falsum.

3. de libe. arbi.

¶ Secundo dico iuxta hoc: ꝙ nec requiritur cũ prolatione verborum: nec in prĩcipio: nec in medio. nec in fine aliqua intentio actualis de necessitate: sed sufficit virtualis intentio ministri. sic ꝙ intendat facere quod facit ecclesia: siue credat aliquid facere siue nõ. Et non sufficit intentio aliorum: sed necessario requiritur intentio ministri. Hec de secũdo articulo prĩcipali. ¶ De verbis tamẽ dico: ꝙ oportet ea simul proferri cum ablutione: et hoc vel simultate totali vel partiali: puta principij: medij vel termini cuiuscunqꝫ istorum: cum quocunqꝫ alterius. Si enim omnia verba perfecte proferrentur ante ablutionem: vel ablutio fieret totaliter ante verba nihil fieret. Oportet enim verbum accedere ad elementũ et sic est sacramentum.

Uerba qñ ꝓferẽda.

Aliquis an seipm̃ potest baptisare.

¶ Quantũ ad tertiũ

articulum dico p̃mo: ꝙ nullus põt seipsum baptisare. ⁊ huius ratio est institutio xp̃i: q̃ ⁊ ab alio voluit baptisari: ⁊ hoc ĩsinuauit

Mat. vltimo. math. vltimo. Baptisantes inquit eos in alia persona non dixit baptisantes vos rc. Unde discipulos vel baptisantes exprimit in persona vna: et baptisandos in alia. ¶ Secūdo dico: q vnus potest plures baptisare proferendo verba: et aspergendo ipsos aqua: licet non nisi occurrente necessitate debeat aliquis plures simul baptisare. Quod autem hoc possit fieri: videtur per factum apostolorum qui plures simul baptisabant. quia aliquando tria milia in die: sicut in die penthecostes legitur q appposite sunt anime circiter tria milia. Nec oportet semper exprimi ad necessitatem baptismi personā baptisati in numero singulari dicendo ego baptiso te. sed imminente casu necessitatis potest proferri in numero plurali: sicut videtur innuere christus. Baptisantes inquit eos. verum est tamē: q cessante necessitate debet quis seruare formam ecclesie: dicendo ego baptiso te rc. et singulam personā baptisare. ¶ Tertio dico: q hoc est probabile: sicut etiam vnus sacerdos potest plures hostias simul consecrare: licet sit in aliquo dissimile: sicut patet intuenti. quia siue vna hostia consecretur: siue plures: semper dicuntur verba in singulari. quia idem est corpus christi sub vna vel pluribus. non sic in baptismo. quia nō est eadem numero gratia in omnibus. Nec etiam persona eadem ad quam sermo dirigitur in baptismo. ¶ Quarto dico q tūc essēt plures baptisationes passiue et plures ablutiones sicut plures persone baptisate. Et correspondenter secūdum me in baptisante essent plures baptisationes actiue. Oportet enim relationes numerari secundū numerum vel multitudinem respectuū. vt videtur. vnde siue ablutio actiua siue passiua dicatur sacramentum: quod magis puto de passiua. nam suscipiens ipsam dicitur suscipere sacramentum. planum est q ibi essent plura sacramenta et plures baptismi. Et verba prolata dicēdo ego baptiso vos: pluribus verbis singularibus equipollerēt. ¶ Ultimo dico quantum ad hoc q in casu necessitatis sicut tactum est supra: liceret vti tali forma. ego baptiso vos: baptisando plures simul: licet nō sit forma ab ecclesia determinata. quia illa est in singulari data. Non enim videtur verisimile: q cum ecclesia habeat in sua potestate formam ipsam quātum ad hoc q alicui velit precludere viam salutis. quod tamen fieret: si non liceret vti predicta forma in plurali. Ego baptiso vos rc. in casu necessitatis. puta quando manifeste pateret vel probabiliter timeretur: ne aliqui baptisandorum morerentur: antequam singuli per seipsos possent baptisari sigillatim. Si enim non liceret vti predicta forma dicendo ego baptiso vos: prius deberet baptisans dimittere eos mori: quam sic baptisare. quia nullus debet peccare propter salutem alterius procurandam. Non enim sunt facienda mala: vt veniant bona. ¶ Forte tamen diceretur et probabiliter q in principio ecclesie dispensatiue fuit factum: q in forma poneretur vos in plurali propter multitudinem baptisandorum et paucitatem ministrorum: sed non sic modo. quia nec eadem causa currit modo: nec cadit modo dispensatio in forma tradita in singulari. vnde nec ecclesia hoc habet in sua potestate modo. Et ita oportet q proferatur forma in singulari. alioquin nihil fieret. Quod ergo si occurrat modo casus: simul q sint multi baptisandi: nec possint expectare sine periculo et sint pauci ministri. diceret q postquam plures simul baptisari sub forma singularis numeri: sicut plures hostie consecrari. licet enim sit idem corpus christi: ibi tamen sunt plures hostie consecrate: ad quarum quamlibet referuntur verba singularis numeri. Accepit panem rc. hoc est rc. et sic etiam de pluribus baptisatis suo modo. ¶ Sed contra hoc videtur quia non fuit necessaria in primitiua ecclesia dispensatio illa de forma pluralis numeri: sed potuit sufficere forma singularis numeri: dicendo ego baptiso te: vel baptisetur seruus christi: vel huiusmodi. Et ideo videtur dicendum q vel sufficit forma in in singulari: et tunc non fuit illa dispensatio necessaria. vel non sufficit et tunc fuit necessaria. Et ecclesia adhuc simili casu et causa occurrente habet in sua potestate sic baptisare plures simul sub forma in plurali. ¶ Secundo quantum ad istum articulum dico q plures possunt eundem baptisare dicendo verba quilibet: et abluendo. Hoc videtur probabile. Tum quia secundum dominum innocētium de officio misse plures sacerdotes possunt simul eandem hostiam consecrare: sicut consecrante papa simul consecrant omnes episcopi et presbyteri: cardinales astantes sibi: et profert quilibet verba illa sacramentalia: et intentione conficiendi et formaliter non solum materialiter: vel ratione solennitatis: sicut aliqui dicunt. secundo quia si vnus proferret verba: et ablueret. et intentione baptisandi ipse baptisaret. ergo pari ratione quilibet. quia non videtur q vnus impediat alium. quare rc. ¶ Secundo dico q ibi essent plures ablutiones tam actiue quam passiue de genere actionis vel passionis. Quod plures actiue patet. quia secundum me ablutio actio est in abluente. Quod plures etiam passiue: patet. quia oportet passiones in passo multiplicari secundum agentia: sicut relationes secundum extrema. Et tunc posset dici q materialiter essent ibi plures baptismi licet forte vnus tantum formaliter. quia in omnibus istis fundatur tantum vnus respectus rationis: qui est signi ad gratiam signatam: etiam vnus numero. et hoc est possibile bene. sicut dictum est supra. vnde patet q idem non est pluries baptisatus: nec baptismus in ipso iteratur.

Un⁹ plures bapti. potest.

Nota.

Plures simul an possint eūdē baptisare.

¶ Contra hec tamen instatur. Primo sic. quia eiusdem effectus non vidētur esse plures cause totales in eodē ordine. sic autem esset in proposito. quia eiusdem baptismi vel effectus baptismi plures essent cause agentes: puta plures baptisantes: quorum quilibet faceret totum. ¶ Secundo quia aut omnes simul haberent effectum: aut non simul: sed non potest dici q simul quia possibile est q verba non omnino simul proferantur a diuersis. imo difficillimum esset q simul proferrentur. Nec potest dici q non simul. quia videtur q ille qui prius profert verba: et terminat habet effectum. et sic alius qui posterius verba terminat: nihil facit. vel si ille qui vltimo terminat: cōsequitur effectum: tunc prior nihil facit.

Contra predicta.

¶ Ad primum dico q quicquid sit de causis: que sunt vere et realiter et proprie et per se cause: tamen de causis ministerialibus cuiusmodi sunt ministri baptismi quantum ad effectum eius cuius nō sunt vere et realiter

Solu.

ter cause:multominus ꝗ̃ sacramentum: nō est impossibile ꝙ eiusdem effectꝰ sint tales cause plures totales ⁊ in eodem ordine: vt videtur scđm beneplacitum dei instituentis. Si dicas quid dicēdum est de per se effectibus sensibilibus ipsorum baptisantium. Dico ꝙ alia et alia verba numero a diuersis proferuntur. Similiter etiam respectu diuersorum abluētium sunt diuerse ablutiones passiue in abluto. Et ita de istis patet ꝙ non est idem effectꝰ duorum agentium totalium in eodem ordine. sed aliter est de gratia vel effectu baptismi: sicut immediate est predictum. ¶ Ad scđm dico ꝙ proprie loquendo verba nō sunt per se causa: nec realiter causa effectus baptismi: sicut nec baptismus ipse: siue simul proferantur. siue nō. sed ꝙ habeatur gratia: hoc est ex diuina institutiōe. Et tunc dici potest ꝙ licet de lege cōmuni effectus sacramenti habeat᷑ in instanti terminationis verborum sacramentalium ab vno prolatorum: tamen deus instituit ꝙ quādo plures sic baptisant: vel ꝯsecrant ꝙ quando vnus cōsecrat vel baptisat: ⁊ ꝯsequitur effectum: quicūꝙ sit ille: ꝙ omnes alij etiam ꝯsequūtur: siue cōpleuerint verba: siue nō: dum tamen inceperint vnde nō requiritur cōpletio omnium verborum apud omnes: sicut quādo solus baptisat vel ꝯsecrat: sed statim cōpletis verbis ab vno habetur effectus ab omnibus. qui inceperint saltem verba proferre anteꝗ̃ ille finierit. Melius est tamen ꝙ omnia simul fiant ꝗ̃tum possunt fieri bono modo. Et in tali casu predicto ita potuit deus ordinare ꝙ verba incōpleta vnius cōplenda tn̄ ita haberent efficaciam sicut verba cōpleta alterius. Hec de tertio articulo.

Ad scđm (margin)

Ad p̄ncipalia argumēta. (margin)

¶ **Ad primum** principale dico ꝙ eucharistia non est sacramentum tante necessitatis quāte baptismꝰ. et ideo nō oportet ꝙ a tot possit confici eucharistia sicut baptismꝰ ministrari. Et ideo licet solus sacerdos possit eucharistiam consecrare: non tamen solus sacerdos potest baptisare. ¶ Ad scđm de actuali intentione dico ꝙ licet expediat: nō tamen necessario requiritur in baptisante. Tu dicis actus exterior requiritur. dico ꝙ verum est ex institutiōe christi. nō sic interior. quia facilius distrahitur baptisans ab interiori ꝗ̃ ab exteriori. Non ergo requirit᷑ ꝙ actu insit: sed sufficit ꝙ aliquando infuerit ⁊ virtualiter insit sicut dictum est supra. ¶ Ad tertium dico ꝙ aliquis non potest seipsum baptisare: sicut potest alium: vel sicut potest sibiipsi eucharistiā ministrare. Nec est eiusdem rationis cum alio quantum ad hoc. sed bene est eiusdē rationis quo ad hoc ꝙ oportet ipsum ab alio baptisari. nec potest seipsum baptisare: sicut nec aliquis aliꝰ seipsum pōt baptisare.

¶ Distinctionū. v. et. vj. Questio Secunda. distin. vj. specialiter concernens.

SEcundo quero ꝗ̃tum ad distinctionē sextā spāliter: vtrū in baptismo inprimatur caracter? ¶ Videt᷑ ꝙ ꝙ nō. qꝛ circūcisio nō imp̄mebat caracterem. ergo nec similiter baptismꝰ: qui successit circūcisioni in remediū cōtra idē originale pctm̄. Antecedens patet ꝫm cōmuniter loquētes. Et similiter per rationē. quia ille caracter quē impressisset circūcisio: fuisset eiusdē ratiōis cū illo quem imprimeret baptismus. vt videtur: sicut et gratia collata per vtrūꝗ ponitur eiusdē ratiōis. et tunc sequeretur ꝙ vel circūcisus nō esset baptisandus. quod est falsum: sicut patuit in primitiua ecclesia ꝙ cōuersi ex iudeis quibus valuerat circūcisio: baptisabantur. Vel sequitur ꝙ duo accidentia eiusdē rationis: puta duo caracteres: quorum vnus esset circūcisionis: et alter baptismalis simul essent in eadem anima vel subiecto: quod est impossibile de duobus accidentibus eiusdē rationis: vt patet. v. metha. ergo ⁊c̄. ¶ Secūdo sic si caracter imprimit᷑: aut īprimit᷑ in essentia aut ī potētia. nō in essētia aīe. qꝛ caracter si ponat᷑ disponit ad grām: grā aūt est in volūtate: sicut dictū est in scđo. Est eñ idem cū charitate: q̄ est virtus appetitiua. Nec in potentia. qꝛ vel in vna: vel in pluribꝰ. non in vna tantum. qꝛ configurat toti trinati: ⁊ assimilat. Modo scđm vnam potentiam nō configuratur anima toti trinitati: vel tribus personis: sicut nec in vnica potentia consistit imago. ergo ⁊c̄. Nec in pluribus. qꝛ vnum accidens nō est simul in pluribꝰ subiectis distinctis. ergo ⁊c̄. ¶ Tertio sic. caracter si imprimitur: aut est delebilis: aut indelebilis. Nō delebilis. qꝛ manet cū pctō mortali. Si aūt esset delebilis: deleretur per peccatum mortale: sicut ⁊ grā. Nec indelebilis. qꝛ est accidēs aīe per accidēs. nō per se ex principijs aīe: vt patet. ergo separabile. ⁊ per cōsequēs delebile vel non indelebile. ergo ⁊c.

5. metha. (margin)

¶ **Contra** quodcunꝙ sacramētum nō iterabile imprimit caracterē: sed baptismus est sacramētum initerabile. ergo ⁊c.

¶ In ista questione sic p̄cedā.

¶ Prīo supposito vel declarato q̄d dr̄ per nomē caracteris: inquirā an baptismꝰ īprimat caracterē: qui sit aliqua vera forma realis. ¶ Scđo an caracter debeat poni ī essentia aīe: vel ī potētia. ¶ Tertio an caracter sit indelebilis: ⁊ per ꝯñs an sit baptismꝰ irreiterabilis. ¶ Vltio ad rōnes p̄ncipales.

¶ **Quantum ad significatio**nem huiꝰ nōis caracter. dico ꝙ trāsferēdo verbū e verbo caracter significat idē in greco qđ figura: in latino. ⁊ sic etiā patet ad hebreos primo: ꝙ vbi habetur ibi. Et figura substātie eiꝰ habetur caracter in greco loco figure. Et hoc modo etiā vocamꝰ figuras quibꝰ lr̄e significātur: vel scribūtur caracteres. hoc modo etiā figuras incātatorꝝ vel magorū caracteres vocamꝰ. ⁊ similit᷑ caracterē bestie ī apocalipsi. generaliꝰ aūt ⁊ minꝰ ꝓprie accipit᷑ caracter pro signo. Et hoc modo qđcūꝙ signū alicuiꝰ caracter dici pōt. vnde ⁊ ablutio baptismalis pōt dici caracter gratie ⁊ multa alia. ¶ Sed his omnibus pretermissis de caractere: theologi in ꝓposito nostro vocāt caracterē aliquā formā realē spūalē aīe impressam in sacramēto vel mediāte sacramēto nō iterabili. Et ista forma habet aliquas ꝓprietates que dicunt᷑ ꝓprietates caracteris. Et eñ caracter forma assimilatiua alteri habenti similē formā vel similē caracterē. Est scđo distictiua a nō habēte ⁊ iste due sunt rationes cōes omni forme vel figure. Tertia cōditio vel ꝓprietas est ꝙ caracter ē signū rememoratiuū susceptiōis sacr̄i in habēte ipsum.

Quid p nomē caracteris itelligit᷑. Ad heb. primo. (margin)

Proprietates caracteris. (margin)

Quarta ꝙ est signum conformatiuum vel configuratiuum christo vel deo: a quo habetur ipse caracter. Quinta conditio vel proprietas ꝙ est signum obligatiuum signum obligationis ipsius recipientis ad obseruationem legis illius cuius est illud sacramētum: in quo suscipit caracterem. Sexta conditio est ꝙ est indelebilis: eo modo quo dicetur infra. quia post impressionem eius semper manet in anima. ¶ His suppositis: dicunt aliqui ꝙ non est ponēdus talis caracter in anima sic impressus per baptismum. Nec est rationabile ipsum ponere in ipsis baptisatis. Tum quia videmus ꝙ in alijs rebus consecratis non est aliquid reale nouum ꝑ cōsecrationem ipsorum: sicut patet in calice vel ecclesia cōsecrata: vel vestibus sacerdotalibus ⁊ hmōi. ergo in illis que recipiunt sanctitatem formaliter ex sacramēto per gratiam: multominus requiritur aliquid aliud a gratia realiter impressum. Tum qꝛ frustra ponitur et poneretur. quia talis caracter. nec est necessarius ad effectum sacramēti: puta ad gratiam. nec ex parte agentis dei. quia per se sine tali caractere potest immediate causare gratiam. nec ipse caracter est causa effectiua gratie nec ex parte gratie: vt dispositio quia anima seipsa disposita est sufficienter ad receptionem gratie sicut et caracteris: vt videtur. nec est necessarius ad alios effectus: qui attribuuntur caracteri: puta ad assimilandum. ⁊ huiusmodi. quia omnes illi effect⁹ puta assimilari. distingui. obligari. conformari et rememorari possunt baptisato conuenire ex hoc solū ꝙ baptismum recepit. vnde ille qui baptismum recepit: in hoc assimilatur alteri qui etiam recepit: similiter obligatur christo. et aliquo modo cōformatur sibi: sicut aliquis professus in religione ꝑ actū professiōis preteritum obligatur prelato. ⁊ omnia ista sibi possunt cōuenire sine aliqua alia forma reali impressa. vt patet etiam in multis alijs exemplis. Plura autē non sunt ponenda sine necessitate: nec sequenti rationem: nec sequenti fidem. De effectu rememoratiuo etiam videtur ꝙ ad ipsum non requiratur talis caracter. qꝛ non ex pte dei: cū deus sine tali signo posset bene cognoscere baptisatum recepisse sacramentum. ¶ Nec ex parte proximi cognoscentis signatum ex signo. Tum quia proximus tale signum spirituale non cognosceret in via: sicut patet. Nec etiam faceret aliud tale signum in patria ad maiorem honorem habētis ipsum vel ad specialem. quia christus ⁊ beata virgo cum sint maximi honoris. tale signum non habent: christus nō fuit baptisatus baptismo imprimente caracterem. nec fuit confirmatus sacramento confirmationis. nec fuit ordinatus etiam quia non fuit sacerdos ꝑ sacramentū ordinis. ¶ Nec beata virgo etiā fuit baptisata forte. Similiter etiam maior gloria est beato habuisse actum charitatis meritorium in via ꝙ suscepisse sacramētum. et tamen beatus nullum habet signum impressum in beato rememoratiuū. ¶ Nec etiam in damnatis est ponēdum tale signū rememoratiuum ad maiorem cōfusionem. quia maior est confusio damnato cecidisse a caritate. et tamen nullum signum huius ponitur in eo quare ⁊c. Tum quia non videtur ꝙ deus det aliquod donū spirituale suscipienti sacramētum vel baptismum in peccato mortali: sicut ficto. et tamen sibi conferretur caracter: si poneretur ergo nō est ponendus.

Baptismus an imprimat caracterem ⁊c. 1. opinio.

¶ Si dicatur ꝙ non est donum gratum faciēs: sed gratis datum. Et ideo bene datur existenti in peccato mortali. Contra. quia donum tale gratis datum datur ad aliquam vtilitatem ecclesie: sicut donum linguarum ⁊ huiusmodi: que nulla est in proposito. vt videtur. Tum quia nec scriptura sacra: nec fides: nec sancti cogunt ponere talem caracterem: nec augu. videtur ipsum posuisse: sicut accipiunt alij in proposito. nec magister etiā sententiarū locutus est de caractere isto modo. quare ⁊c.

¶ Dicunt ergo isti: ꝙ non est ponendus talis caracter supradictus: qui sit aliqua forma supernaturalis spiritualis impressa anime et infusa alia a gratia gratum faciente: licet bene in baptisatis vel cōfirmatis: vel ordinatis ponēdi sunt caracteres aliqui: hoc est signa aliqua distinctiua ipsorum a non baptisatis ⁊ huiusmodi. scdm actus suscipiendi talia sacramēta ⁊ aliqua sensibilia facta circa ipsos que non sunt facta circa alios non baptisatos. Et hoc modo intelligunt omnes auctoritates de caractere: si de ipso aliquid dicere videantur. ¶ Si dicatur ꝙ immo requiritur: et est ponendus caracter in baptisato ad effectum inducendum quādoqꝫ posterius tempore in baptisato: sicut in ficto pri⁹ baptisato cessante fictione ponitur gratia mediante caractere quem recepit in baptismo. Cōtra primo quia tunc caracter nec requiritur ad effectum baptismi puta ad gratiam ex parte agentis: nec etiā ex parte anime: sicut deductum est supra. Preterea secundo. quia ita deus potest assistere ad causandum talem effectū gratie tunc sine caractere: sicut a principio astitisset: si suscipiens non fuisset fictus. Et confirmatur. quia cessante fictione non cōfertur illi baptisato habenti caracterē gratia: nisi per penitentiam. sed planum est ꝙ per veram penitentiam sine tali forma vel caractere datur gratia. vt patet. quare ⁊c.

Resolutio 1. opinionis

¶ Alia opinio est. ꝙ necessarium est ponere ex dictis sanctorum caracterem: eo modo quo dictum est supra. Sic ꝙ sit aliqua vera forma realis impressa anime in baptismo. ¶ Ad hoc adducuntur auctoritates et postea persuasiue rationes. Prima est dionysij de angelica hierarchia ca. ij. vbi loquens de materia baptismi vel baptismo dicit ꝙ aduenienti ad baptismum datur a sacerdote sacrum signaculum. hoc autem non videtur nisi caracter spiritualis. ¶ Secunda est august. contra donatistas de baptismo paruulorum libro sexto. vbi dicit satis eluxit quē que foris dñicum caracterem acceperat venientē ad salutem ab errore corrigi ⁊c. ¶ Tertia est damasceni libro quarto capitulo primo vbi dicit ꝙ ꝑ baptismum datur nobis regeneratio et sigillum: sed illud sigillum caracter est: quare ⁊c. Et hoc modo etiam videtur magister loqui de caractere.

2. opinio. Dionysius. Augustinus. Damascenus.

¶ Ad hoc sunt rationes. Tum quia baptism⁹ est sacramentum irreiterabile quod non esset nisi imprimeret aliquid indelebile perpetuo manens. et per consequens aliquid spirituale in baptisato aliud a gratia. Tum quia ad formam perfectam cuiusmodi est gratia sacramentalis: congruum est ponere in aīa dispositionē spūalem cuiusmodi est caracter vel aliquid loco caracteris in alijs sacramētis nō imprimentibus caracterē. ¶ Tū qꝛ nō est dicēdum deū instituisse sacramēta vana in lege noua

Rñsio 2. opi.

que perfecta est. Et ita congruum est ꝙ sacramēta sua a nullo recipiātur vere quin aliquē effectū habeāt ⁊ spiritualem effectū. sed non semper habent gratiā. patet in ficto baptisato. ergo saltem caracterem vel aliquid loco eiꝰ. ¶ Tertia qꝛ congruit receptū ad familiā christi distingui a non receptis per aliquid sibi intrinsecū et manens. tale autē distinctiuū in suscipiēte baptismum ⁊ intrante familiam christi non videtur nec ponitur: nisi caracter. videtur ergo ponendus omnino caracter.

5. opinio. quam tenet doct. ¶ **Tertia est positio** que videt̄ mihi ad presens tenēda: ꝙ licet ex fide: nec ex scriptura sacra: nec ex dictis sanctorum: nec per rationē cogentem possit efficaciter probari caracter esse aliqua forma realis ⁊ suprenaturaliter impressa ⁊ spiritualis alia a gratia: quēadmodum cōmuniter est sermo de caractere. tn̄ potest poni ⁊ ponendus est vt videtur s̄m intētionem ecclesie et doctorum ipsius: qui magis videntur ipsum concessisse q̄ȝ negasse. imo nec ip̄m caracterem negauerunt: sed potius concesserūt doctores vsq̧ nūc. ¶ Ad hoc autē p̄cipue mouet me: ꝙ sicut habetur extra de hereticis ed abolendā sen-

Extra de here. tiendum est de sacramentis ecclesie: sicut sentit romana ecclesia. Romana autem ecclesia videt̄ sentire caracterem imprimi anime in baptismo: sicut dicit innocentius tertius extra de baptismo ⁊ eiꝰ effe-

Extra de baptis. ctu. maiores. qui inquit ficte accedit ad baptismū: caracterem suscipit christianitatis impressum. Et planum est ꝙ talis gratiam non recipit. Et ibidē in fine subdit. tunc caracterem sacramētalis imprimit operatio: cum obicem voluntatis cōtrarie non inuenit obsistētem. vnde hic precipue in vltimo dicto videtur expresse loqui de caractere: sicut est sermo cōmuniter de caractere ꝓ aliquo impresso spirituali in anima ipsa. Et ideo licet non habeā cogentem rationem nec auctoritatē sancti: nec possit hoc euidenter deduci ex fide. pono tamen caracterem in anima sic realem.

Ad rōes 1. opi. ¶ **Et ad motiua** prime opinionis vno verbo potest dici ꝙ non concludunt esse irrationabile ponere sic caracterē: licet non sit absolute necessarium: quin bene possint omnia saluari: et quin deus posset oīa facere sine caractere si vellet: sicut etiā posset iustificare ⁊ saluare sine sacramēto quocūq̧. quia suam potentiā nō alligauit sacramētis nec caracteribꝰ. Et multa ponūtur nō irrationabiliter: que tn̄ non est necessariū simpliciter ponere: sicut patet. Ad singula tn̄ potest breuiter respōderi. ¶ Ad primnm de aliis rebus sanctificatis: dicēdum ꝙ licet nihil reale recipiant: tn̄ possent aliquid retipere preuiū sue sanctificationi. ⁊ aliquādo recipiunt multa ipsoꝝ: puta inunctionem aliquā vel aspersionē: vel hm̄ōi. Et oporteret ꝙ omnia talia sic reciperent. si sic deꝰ ordinasset sicut de caractere ordiauit respectu gratie: qua formaliter sanctificatur creatura rationalis vel intellectualis: ⁊ hoc in tribus sacramentis caracterem imprimētibus. ¶ Ad sc̄dm de frustra dico ꝙ non frustra ponitur caracter: licet nō sit nenessarius ad gratiam que est effectus sacramenti: nec ad alios effectus: sicut nec frustra ponitur sacramentum: licet absolute loquendo non sit necessarium ad aliquem effectum spiritualem baptismi: nec ad caractarem: nec ad gratiam. quia deus sine sacramento posset immediate totum facere. id̄ ⁊c̄. ¶ Ad tertium dico ꝙ peccāti mortaliter bene dat deus aliquod donum spirituale gratis datum: nō autem gratum faciens. nec oportet ꝙ illud donum sit ad manifestationem spiritus in ecclesia: sicut donum linguarum vel hm̄ōi. sed potest esse aliquod latens intrinsecus: sicut est caracter. ¶ Ad quartum dico bene ꝙ sicut mihi videtur nec scriptura nec fides immediate: nec auctoritates sanctorum cogunt: sed sufficit ad hoc auctoritas ecclesie: que hoc sentire videtur: sicut superius est allegatum.

¶ **Ad motiua alterius** opinionis etiam dico ꝙ non cogunt ponere caracterem aliquid reale impressum anime sicut ponunt. ¶ Ad dionysium dico ꝙ sc̄dm veritatem et intentionem textus sicut patet ibidem per translationem et expositionē vercellensis. illa auctoritas nō est ad propositum. Nā ibi non exprimit dionysius caracterem. similit̄ etiā signaculum sacrum accipit pro impositiōe manuū sacerdotis: que fiebat aduenientibus ad baptismū anteq̄ȝ baptisarētur. Et precipiebat hierarchia id est sacerdos in primitiua ecclesia: vt ⁊ ipse ⁊ eius receptio scriberētur. Et hoc longe ante baptismū fiebat sc̄dm ritum grecorum. Ex quo patet ꝙ non intellexit dionysiꝰ sicut imponitur sibi in predicta auctoritate. ¶ Ad august. dico etiam: ꝙ nō intellexit caracterem pro aliquo effectu spirituali: sed puto magis pro signo aliquo corporali: cuius est susceptio baptismi. Et in eadem serie dicit ꝙ lupi insigunt caracterem lupis. ¶ Ad damasce. dico etiam ꝙ non est ad propositum. nam ipse nec exprimit ibi caracterem: nec per sigillum quod ibi exprimit: videtur aliquid tale intelligere. Nihil em̄ plꝰ habetur: nisi ꝙ baptismus vel regeneratio sit sigillum: non autem ꝙ per baptismum fiat in nobis aliquis caracter alius vel sigillum. ¶ Ad magistrum eodem mō pōt exponi de signo aliquo sensibili: qđ est ipsum sacramētum. vel aliquid sacramēti. tamē hoc forte nō videtur in intentionē magistri qꝛ tūc quicūq̧ baptisaretur exterius. reciperet caracterē et ideo negaretur dictū magistri. qꝛ non est tante auctoritatis. ¶ Ad primam cōgruentiam patet ꝙ non cogit. si enim concluderet: sequeretur ꝙ ponendus esset caracter in omnibus sacramentis sicut et gratia. que est forma perfecta. dico ergo ꝙ licet gratia sit forma perfecta tamen anima sine peccato seipsa est ad ipsam sufficienter disposita: nec requiritur necessario aliqua formali alia dispositiua. ¶ Ad secundam patet ꝙ non. quia sacramentum penitentie non potest dici vanum vel vacuum et tamen ficto aduenienti ad ipsum nichil confertur: nec caracter: nec aliquid loco caracteris. alioquin fictione cessante reciperet talis gratiam penitentialem. et non oporteret ipsum reconfiteri. ⁊ ita diceret de baptismo: dato ꝙ nihil imprimeret nisi gratiam. et nihil simpliciter conferret ipsi ficto: tamen non esset sacramentum vanum nec vacuum. ¶ Ad tertiam patet ꝙ nō oportet alicui ascripto de nouo ad familiam alicuius principis aliquam nouam formam de nouo imprimi qua distinguatur ab aliis: qui non sunt de eadem familia. sȝ sufficit ꝙ aliquem actum fecerit: vel susceperit: quem alii non fecerunt vel susceperunt: dato ꝙ ille actus non sit forma manens. vel etiam sufficit ꝙ placeat

Ad motiua ii. opinionis.

dn̄o ipsum ascribere sue familie: sicut patet. Sic in proposito. Hec de primo articulo principali.

caracter vbi ponē dus. ¶ Quātum ad secundū articulū dico q aliqui ponūt caracterē in essentia aīe. quia caracter est dispositio ad gratiā. & gratia s̄m
1. opinio. ipsos est in essentia anime: nō in potētia. Sed fundamētum. s. q gratia sit immediate in essentia: improbatū est i scd̄o. & potest improbari: sicut de charitate cum qua est idem: sicut dictum est in secūdo. ¶ Preterea & si caracter sit dispositio ad gratiā: sequitur magis q sit in voluntate: sicut et gratia. ¶ Tertio quia licet ponatur ab aliquibus esse dispositio ad gratiā. non tn̄ ex natura rei: sed s̄m voluntatē dei. & ideo nō oportet q sit in eodem subiecto cū gr̄a: sed sufficit q sit aliqd preuiū gratie in quocūq subiecto ponatur. nō est em̄ ratio recepti.

2. opinio ¶ Alij dicūt q caracter est dispositio ad gratiā. & est in intellectu qui est prior voluntate. gratia autē est in volūtate. Et q caracter sit in intellectu probāt qr caracter est effect⁹ baptismi: qui est sacramētū fidei: fides autē ad intellectū pertinet. ¶ Sed istud etiā nō videtur. qr in eodem est dispositio: & illud ad qd̄ disponit vel forma ipa. patet de omnibus dispositionibus ex natura rei: cuiusmodi est caracter scd̄m eos. sed gratia s̄m eos est in voluntate. igitur et caracter.

3. opinio ¶ Tertij ponunt q est in duab⁹ potētijs in intellectu scʒ et volūtate. & cū hoc in essentia aīe. qr cōfigurat & cōformat totā animā trinitati. & hoc est possibile. qr aīa & sue potētie ad inuicem: siue ad aīam cōparate nō differūt nisi s̄m rationē. Sed hoc est improbatū in p̄mo. distinctione. iij. vbi ostensum est de potētijs aīe q differunt realiter ab inuicem & ab anima. quare &c̄.

Opinio doctoris ¶ Dico ergo q probabile est dicere caracterem esse ī volūtate sicut in subiecto immediato. Tum qr disponit ad gratiam. Et licet nō ex natura rei: sed ex voluntate dei sic ordinātis. tn̄ non videtur probabilius posse poni alibi. Tum qr caracter est signum obligatiuū ad obseruationē legis. ad voluntatē autem precipue pertinet hominem obligare: sicut & obligari queādmodū & dānari. ideo &c̄. Hec de secūdo articulo principali.

caracter an indelebilis. ¶ Quantū ad tertiū dico primo q caracter simpliciter et absolute loquēdo de potētia de non est indelebilis. patʒ. tū qr est anihilabilis cū sit creatura. Tum qr nihil de⁹ de necessitate cōseruat: sicut nec aliqd de necessitate creat: nec caracterē nec aliquid aliud. Tum qr aīa ipsa que est subiectū eius: cum sit prior naturaliter ipso. & essentialiter distincta ab ipso: pōt esse sine ipso: ita post infusionē ei⁹ sicut āte. ¶ Dico tn̄ scd̄o q s̄m potētiā dei ordinatam indelebilis est post sui infusionem. De⁹ em̄ ordinauit nūq ipsum delere ab anima q̄tūcūq peccatrice & dānata. Nec est incōpossibilis culpe: sicut gratia est incōpossibilis scd̄m cōmunē modum loquēdi: quā quidē gratiā deus anihilat ꝓpter demeritū culpe. & nō dicitur gratia indelibilis sicut patʒ.

Bap. an irreiterabilis. ¶ Tertio dico q baptism⁹ & oīa sacramēta caracterē imprimētia sunt irreiterabilia nō quia caracterē imprimāt: sed qr christ⁹ sic instituit. Non em̄ video quare si caracter est forma augmētabilis: nō posset sacramentum reiterari & caracter augmentari: sicut gratia. vel si non est forma augmentabilis: quare nō possent simul esse in anima plures caracteres eiusdē rationis. Sed aliter ordinauit de⁹ scʒ q baptismus & confirmatio & ordo sint irreiterabilia: nec habeant circa aliquem effectum nisi semel Et assignatur cōgruentia de baptismo. qr est in remediū peccati originalis per se primo: qd̄ non habetur nisi semel &c̄. Similiter etiā cū baptism⁹ remittat culpam et penā si iteraretur daretur hominibus facilitas venie & occasio & intentiuū delinquendi. Hec de tertio articulo principali.

¶ Ad primum principale dico q circuncisio nō imprimebat caracterem. Non tn̄ hoc sequitur de baptismo qui est perfectior & efficatior. tn̄ dato q imprimeret caracterem: pōt ad argumentū cōtra hoc respōderi: q nihilominus circūcisus prius cui valuerat circuncisio: erat baptisandus. & poterat baptisari. vel qr caractares circuncisionis & baptismi sunt alterius rationis: sicut & sacramenta. sicut etiam ponimus modo de caracteribus diuersorum sacramentorū: vel quia duo caracteres eiusdem rationis ex ordinatione diuina possunt esse simul. Nec est impossibile hoc de duob⁹ accidētibus etiā absolutis sicut dixi in tertio: vel qr licet caracter circūcisionis eēt indelebilis nō adueniēte baptismo: cedebat tamē adueniēte baptismo ex ordinatione diuina. ¶ Ad secundum patet ex dictis q caracter est in voluntate: licet aliquo modo conformet toti trinitati: nō tamen vsquaq per modum imaginis: sed cuiusdam analogice imitationis alterius ab imagine. ¶ Ad tertium patet q caracter simpliciter loquēdo de potentia dei absoluta est delebilis: tamen de facto et de potentia dei ordinata est indelebilis. Ad illud in oppositum patet q non cogit: licet baptismus sit irreiterabilis. quia ex ordinatione christi sine. caractere diceretur hoc prouenire. q̄re &c̄. Ad rō. principales.

¶ Distinctionum quinte et sexte. Questio Tertia.

Tertio queritur: vtrum caracter sit forma realis absoluta vel respectiua. ¶ Videtur q respectiua caracter est signum quoddā rememoratiuum vel conformatiuum: sicut dictum est supra. sed signum essentialiter est relatiuū ad signatū. g &c̄. ¶ Scd̄o sic. caracter nō est magis absolutū q̄ scia: sed scia per se & q̄ditatiue est relatiua & virt⁹ etiā. Primū pʒ de scia. v. meth. Et s̄m. vij. phisicoꝝ. g &c̄. Philo. ¶ Tertio sic. si caracter esset forma absoluta: eēt de gn̄e q̄litatis: & ptineret ad aliquā ei⁹ sp̄ē: vt videt. Nō em̄ est substantia nec quātitas: sicut pʒ. sed nō est in p̄ma spē. qr non est principiū benevel male operādi moraliter: sicut habit⁹. Indifferēter em̄ stat cū bona opatione vel mala. Silr̄ nō est in scd̄a. qr nō est naturalis potentia: sed magis aliqd supnaturale. Nec in tertia. qr nō est passio: nec passibilis q̄litas: vt sunt q̄litates sensibiles. Nec in q̄rta. qr nō est in quantitate: nec ipsam cōsequtur: vt pʒ. Est em̄ forma sp̄ualis. g &c̄.

¶ Contra caracter ē dispō ad gr̄am. sʒ respect⁹ vl̄ aliqd respectiuū nō disponit ad gr̄aʒ. g nō ē aliqd respectiuū: sʒ absolutū

¶ In ista questione sic ꝓcedā.

¶ Primo ponam vnā opinionē cum suis motiuis de ista questiōe: quod nō est rationabile ponere caracterem aliquid absolutum. ¶ Secūdo ponā aliā ponendo ꝙ caracter sit forma absoluta. et adducā rationes aliquorum ad hoc. et ostendam ꝙ nō cōcludūt. ¶ Tertio inquiram ad quod genꝰ absolutum caracter pertineat: an ad qualitatē: et ad quaꝫ speciem qualitatis. ¶ Ultimo ad rationes.

Ꝙ caracter nō ē aliqd ab solutum. I. opinio.

¶ Quātum ad primū est vna opinio ꝙ nō est rationabile ponere ꝙ caracter sit forma absoluta: sed debet poni aliquis respecus realis: vt videtur eis. ¶ Ad hoc est ratio prima talis. sicut non sunt plura ponenda sine necessitate rationis vel fidei sequenti fidem vel rationem: ita nec ponēdum est aliquid esse perfectius sine necessitate fidei vel rōnis sed nulla apparet necessitas nec fidei: nec rationis: quare caracter ponatur aliquid absolutū. sed sufficit ipsum essa aliquid respectiuum vel respectū vt videtur. ergo ⁊c̄. ¶ Secūdo sic. si caracter poneretur aliquid absolutum in anima: sequeretur ꝙ esset delebilis. quia posset ab aīa separari sicut ⁊ qđlibꝫ accidēs absolutū a subiecto. sed hoc est falsum: ergo ⁊c̄. ¶ Tertio sic. illud quod est per se ⁊ essentialiter signum: est aliquid respectiuum sicut dictū est supra de sacramēto. quia signū per se ⁊ essentialiter dicit aliquid respectiuū vel respectum ad significatum: non aūt accidentaliter. alioquin posset intelligi signum nō intelligendo signatum. sed caracter est essentialiter signum vel sigillum. ergo ⁊c̄. ¶ Quarto sic. si caracter esset absolutum: aut hoc esset: quia est terminus mutatiōis in anima: aut qꝛ est principiū assimilandi: aut quia est principiū distinguēdi. aut qꝛ est principium operādi vel aliqd faciēdi: aut qꝛ est dispositio ad gratiā: aut quia est principium rememorādi. sed nullum istorū concludit ꝙ caracter sit aliquid absolutum quiditatiuum nō qꝛ ad respectū pōt mutatio realis terminari: puta saltē ad respectum aliquē extrinsecus aduenientē. vt ad vbi: qui nō necessario sequitur possessionē

5. phisic. fundamēti ⁊ termini. patet. v. phisicoꝝ. similiť etiā planum est ꝙ aliqua forma realis respectiua prius naturaliter acquiritur in passo ꝙ̄ forma absoluta. Prius eñ adquiriť in passo passio de gñe passionis: que est prior natura ip̄o termino. Similiť etiā ad propositum magis: oportet agēs prius approximari passo ⁊ ecōuerso: ꝙ̄ agēs agat. alioqn nūꝙ̄ erit actio: sicut nec prius. sed per istā approximationē nihil absolutum nouū prius ip̄o respectu adquiritur in aliquo istorum. ¶ Et cōfirmatur hoc. qꝛ agēte existēte in dispositione ꝓxima ⁊ passo etiā si interponať impedimētū: nō erit actio si amoueatur: erit actio de nouo in agente. ⁊ tñ nihil nouum absolutū fit in agēte. nec in passo. dico inquantum est terminꝰ huiꝰ relationis istius: que est actio: licꝫ bene inquātū recipit formā. que causatur ab agente. ğ similiter ad p̄dicta: licet de nouo acquirať caracter in anima: etiā per mutationē aliquā: non tñ oportet ꝙ sit aliqđ absolutū: vt videtur. sed sufficit ꝙ dicat aliquē respectū realē extrinsecꝰ aduenien

5. phisic. tem. ¶ Cōfirmatur hoc per philosophū. v. phisicoꝝ qui licet neget motū vel mutationē in ad aliquid: quod est quartū genꝰ: ad qđ pertinēt respectꝰ accidētales intrinsecꝰ adueniētes: nō tamē negat motū vel mutationē in vbi: qui est respectꝰ extrinsecus. Similiter scđm non arguit. s. ꝙ caracter sit assimilatiuū habētis ad habētē aliū caracterē: ⁊ ꝑ cōsequēs fundamētum relationis realis qꝛ respectus pōt esse fundamētū relationis realis sicut patet per euclidē. v. geometrie: vbi dicit ꝓportionalitas est habitudo duarū ꝓportionū. ⁊ ita in ꝓportione que est relatio fundatur ꝓportionalitas que est alia relatio. Suꝑ vnā relationē etiā fundatur similitudo ad aliā eiusdē speciei: vnde nō solum fundatur similitudo super qualitates de predicamento qualitatis: sed etiā super alia habētia rationē ⁊ modū qualis. Et hec in alijs generibus inueniuntur: sicut ⁊ differētia substātialis diciť qualitas. v. metha. Et idētitas bene inuenitur etiā in accidētibus. ita eñ vnū accidēs est idem sibijpsi: sicut vna substātia. Nec oportet ꝓcedere in infinitum: sicut nec in accidētibus absolutis: licꝫ vnū bene sit subiectū alteriꝰ: sicut quātitas est subiectū qualitatis. Similiter etiā ita bene habēs vnā relationē distinguitur a nō habēte cōsimilē: ⁊ assimilatur habenti cōsimilem: sicut per aliquā formā absolutā. ¶ Similiter quartū non cogit ꝙ sit forma absolnta. s. ꝙ sit principiū operādi ⁊ potestas quedā agendi vel patiēdi seu recipiēdi. nō eñ caracter est talis potestas: sicut imaginatur. qꝛ sine caractere absolute loquēdo habens caracterē posset agere vel recipere quicqđ agit vel recipit. non est eñ potestas actiua vel passiua proprie loquēdo ⁊ ex natura rei: sed ꝓ tanto dicitur potestas actiua vel passiua. quia habens ipsum ex ordinatione diuina est idoneus ad ministrādum aliquid vel suscipiendum. Et de tali potestate nō oportet ꝙ sit forma absoluta: sicut patet etiā in rebus humanis illā qñ aliquis prepositꝰ vel balliuus vel officialis ⁊ prelatus ⁊ hmōi habet potestatem exequendi officium suū iudicādo ⁊ sententiando: ⁊ excōmunicādo ⁊ hmōi. ⁊ tamen nullā formam absolutā ex hoc recipit: sicut patet. immo nec aliquam formā realem: sed solum est voluntas instituentis: vt iste faciat sic: ⁊ instituens ratificat factum huius et non alterius. Et ideo nec valet factum alterius. Similiter etiam nec quādo aliquis de nouo fit miles vel de familia alicuius principis quare ⁊c̄. ¶ Sic in proposito de habētibus caracterem potest dici ꝙ non oportet ipsum esse formā absolutam. Similiter etiam nec aliud arguit. scꝫ ꝙ sit dispositio ad gratiam. Non est enim dispositio ex natura rei: sed solum ex volūtate dei sic instituētis ꝙ sit aliquid preuium gratie in anima suscipientis tale sacramentum imprimens caracterē. Et similiter non oportet ꝙ omnis dispositio ad absolutum precipue quādo non est ratio recipiendi: sit absolutū: licet bene quādo est ratio recipiēdi. quia ratio recipiēdi aliquid absolutū nō pōt esse respectus. ¶ Similiter vltimū non cūcludit ꝙ caracter sit absolutū. s. qꝛ signum rememoratiuum. qꝛ omne ductiuum in notitiam alicuius preteriti potest esse signum rememoratiuum vt patet. hoc auteꝫ potest conuenire alicui alteri ab absoluto ita ꝙ super aliquam relationem realem: cuiusmodi poneretur caracter: potest fundari relatio signi: et precipue in proposito. quia ista relatio hic non est nisi respectus quidam rationis: sicut nec in voce imposita ad significandum. Si dicas ꝙ caracter est aliquid

Euclides. 5. geometrie.

5. metha.

cõformatiuum ⁊ obligatiuũ. dicitur ꝙ ista nõ con
cludunt ipsum esse aliquid absolutum manens: si
cut patet ꝙ aliquis faciens alteri homagium: obli
gatur. ⁊ aliquis professionẽ faciẽs in religiõe obli-
gatur dño suo vel prelato illius religionis. et illa
obligatio non fundatur in aliqua forma noua abso
luta et manente. Sic etiam in proposito diceretur.

Resolutio. 1. opi.

¶ Dicunt ergo isti ꝙ non oportet. nec est rationa-
bile ponere caracterem aliquid absolutum: sed po-
test poni respectus realis extrinsecus adueniens a
diuina voluntate qualiscũqꝫ sit ille respectus. quo
quidem respectu recepto ab anima ipsa est disposi
ta ad agendum vel recipiẽdum aliquid in ecclesia.
et vocant aliqui istum respectum presentie vel co-
assistentie hominis ad deum: vt potens est scđm or
dinationem diuinam ministrare vel suscipere ali-
quos actus sacramẽtales. Hec de primo articulo.

Secũda opio cuꝫ suis rõnibus.

¶ Quãtum ad secũdum arti
culum videtur mihi dicendũ: primo ꝙ caracter est
forma absoluta sicut gratia suo modo. ⁊ non est re-
spectus seu forma relatiua. ¶ Ad hoc autẽ addu-
cunt aliqui rationes volentes probare efficaciter
ꝙ hoc sit necessarium. Tum quia caracter adquiri-
tur in anima per aliquam sui mutationem. quia nõ
per mutationẽ dei. sed mutatio nõ terminatur nisi
ad aliquid absolutũ. Nec potest dici ꝙ mutatio ter
minetur ad gratiã. qꝛ baptisatur aliquis qui nõ re-
cipit gratiam: sed tantũ caracterem. patet de ficto
baptisato. ¶ Tum quia caracter est fundamentũ
multarum relationum realiũ: puta assimilationis
distinctionis ⁊ hmõi. sed relatio non est fundamẽ-
tum relationis. Tũc enim esset processus in infini
tum. ¶ Tũ quia relatio nõ est principium agendi
vel patiendi aliquid seu recipiẽdi multominus ꝗꝫ
terminãdi actionẽ: sed caracter est potestas ⁊ prin-
cipium agẽdi vel recipiendi aliquid in ecclesia: pu
ta conuenienter ministrandi vel recipiendi aliqua
sacramẽta. ¶ Tum quia in quolibet sacramẽto su
scepto habetur aliqua relatio de nouo. si ergo cara
cter non est nisi relatio sequitur ꝙ quodlibet sacra
mẽtum imprimit caracterem. hoc autem est falsum
quare ⁊c.

Solutiones rõnũ preceđ.

¶ Iste rationes non cogunt. Ad primaꝫ
enim diceretur ꝙ ad respectũ intrinsecus aduenię-
tem nõ est mutatio primo: sed solum presupposita
mutatiõe in subiecto vel in extremo penes aliquid
absolutum. sicut supra dicebatur loquendo saltem
de lege cõmuni ⁊ modo vel processu naturali. sꝫ ad
respectum extrinsecus aduenientem cuiusmodi po
neretur caracter: potest esse mutatio nullo absolu-
to acquisito de nouo: nec in subiecto illiꝰ respectꝰ:
nec in extremo: sicut etiam patet de motu ad vbi.
¶ Ad secundã dici potest ꝙ relatio vna realis be-
ne est fundamẽtum alterius relationis realis: sicut
arguebatur supra pro prima opinione. Nec sequi-
tur ex hoc processus in infinitum. Et multo fortiꝰ
ipsa potest esse fundamentum respetus vel relatio
nis scđm rationem. ⁊ potest bene esse processus in
infinitum in respectibus rationis. ¶ Ad tertium
dicendum ꝙ caracter proprie loquẽdo nõ est potẽ-
tia actiua vel passiua seu receptiua: sed sicut dice-
batur supra: pro tãto dicitur potestas: quia habẽs
ipsum ex ordinatione diuina idoneus est ad mini-
strandum sacramẽta. nõ ꝙ sit ratio agendi vel mi-
nistrãdi seu recipiẽdi. nã oẽm actũ quẽ posset aliqs
exercere vel recipere cũ caractere: posset absolute
loquẽdo sine caractere: ita ꝙ caracter nihil facit ad
hoc in ratione potẽtie actiue vel passiue hoc statim
patet scđm eos de episcopatu: qui scđm ipsos non
est ordo: nec in ipso imprimitur aliquis caracter. ⁊
tamen planum est ꝙ episcopus aliqua sacramenta
potest ministrare: que non posset simplex sacerdos.
quare ⁊c. Et preterea non est incõueniens forte ꝙ
aliqua potẽtia actiua sit relatio vel etiam passiua.
vnde multi ponunt potentias anime esse respectꝰ:
sed non curo. ¶ Ad quartum dico ꝙ destruit pri-
mum. nam si in quolibet sacramẽto imprimitur ali-
quis respectꝰ: sicut dicis cum in quolibet sacramẽ-
to non imprimatur caracter scđm te: sequitur ꝙ re
spectus acquiratur sine aliquo nouo absoluto: nisi
fingas ꝙ in sacramẽtis non imprimentibus cara-
cterẽ aliquis ornatus spiritualis imprimatur equi
ualens vel correspondens caracteri: ⁊ disponens
ad gratiam. et tunc non video cum talis ornatus
sit indelebilis: quia non habet causam demeritoriã
eo ꝙ potest imprimi ⁊ stare cum peccato mortali:
quare inꝗꝫ non debeat dici caracter vel possit: et
quare etiam cessante fictione in illis qui ficti reci-
piunt ipsum ornatum ⁊ talia sacramẽta: nõ possit
habere effectum gratie cõsequẽtem: sicut et cara-
cter. ⁊ per consequẽs talia sacramenta essent inite-
rabilia: sicut ⁊ sacramenta caracterem imprimen-
tia: quod nõ est verum. Diceretur etiã ad rationẽ
dato ꝙ in quolibet sacramento aliquis respectus
acquiratur: non tamen talis respectus qualis cara
cter poneretur scđm conditiones caracteris supe-
rius numeratas.

Doctoris resolutio.

¶ Dico ergo quantum ad hunc
articulum ꝙ nec efficaci ratione: nec cogente au-
ctoritate habetur ꝙ carecter sit forma absoluta. nã
ad omnia que caracteri attribuuntur: sufficeret re
spectus aliquis. vt videtur. sed tamen dico ꝙ con-
uenientius est ponere ꝙ sit forma absoluta. Tum
quia hoc magis est consonum intentioni doctorũ
et cõmuniter loquentium de caractere ⁊ dignitate
sacramenti vel caracteris. Tum quia multo faci-
lius et conuenientius et manifestius saluantur il-
la que attribuenda sunt caracteri ponẽdo ꝙ sit ali
quid absolutũ ꝗꝫ ꝙ sit respectus: vt patet intuẽti.

Ad rões 1. opi.

¶ Et ideo respondeo ad rationes il
lorum de pri-
ma opinione. Et dico ad primã ꝙ licet non appa-
ret necessitas simpliciter ad ponẽdũ caracterẽ esse
aliqđ absolutũ: tñ maior cõgruentia est ad saluãdũ
ea que dicũtur de ipo ꝙ ponatur aliquid absolutũ.
et ideo cõgrue potest poni. ¶ Ad scđm dico ꝙ licꝫ
caracter simpliciter ⁊ absolute loquẽdo de potẽtia
dei sit anihilabilis: ⁊ sit etiã separabilis ab aĩa: et
ꝗꝫtum ad hoc nõ dicitur indelebilis: tñ de poten-
tia dei ordinata ⁊ de facto indelebilis est sicut di-
ctũ est in questione precedẽte. ¶ Ad tertiũ dico ꝙ
caracter nõ est signũ quidditatiue loquẽdo ⁊ per se
primo mõ: nec per cõsequẽs aliqđ respectiuũ vel re
latiuũ per se primo mõ: sicut pater vel siľe ⁊ hmõi:
sed tãtũmodo denominatiue. ⁊ isto modo oĩe ens
ꝗꝫtũcũqꝫ absolutũ põt eẽ respectiuũ. qꝛ põt fũdare
aliquẽ respectũ. ¶ Ad quartum et omnia que di-
cuntur in illa deductione: dico ꝙ bene ꝓbatur ibi-
dem ꝙ oĩa possunt saluari de caractere dato ꝙ nõ
sit aliquid absolutum: sed tamen non ita conueniẽ-
ter nec euidẽter secundum intentionem doctorum

et loquentium de caractere. Et ideo probabilius ponendum est q dicat aliquid absolutum. Hec de secundo articulo principali.

ad q8 genus absolutū caracter pertineat.

¶ Quantum ad tertium articulū dico primo q cum nō sint nisi tria predicamēta absoluta. s. substantia q̄titas ꝛ qualitas: ꝛ caracter nō possit dici substantia sed accidēs: nec possit dici q̄titas: vt patz. qꝛ forma spūalis opz q si dicit aliquid reale creatū absolutum q sit qualitas. Est igit de predicamento qualitatis. Nec obstat q est forma supernaturalis nō educta de potentia materie: nec per consequēs ꝑprie corruptibilis. qꝛ corruptibile ꝛ incorruptibile lȝ nō sint eiusdem generis phisici. qꝛ vnum nō est trāsmutabile in aliud: bene tn̄ sunt eiusdē generis predicamētalis ꝛ methaphisici. sicut ptz de angelo ꝛ substātia corruptibili que pertinēt ad idem genus substātie. Similiter etiam virtutes theologice que sunt infuse ad idē genus qualitatis pertinēt cū naturalibus acquisitis. quare ꝛc̄.

caracter ad quam speciē q̄litatis ptineat. 1. opi.

¶ Sed ad quā speciem qualitatis pertineat dubium est. Et dicūt aliqui q potest poni in quattuor speciebus qualitatis. in prima que est dispositio. qꝛ disponit ad gratiā. vel que est habitus quia inheret immobiliter. qꝛ indelebiliter: vel qꝛ est quidam decor spiritualis delectās intellectū vel aspectum in patria. In scd̄a specie que est potentia. qꝛ est principium agēdi aliquid vel recipiēdi. In tertia scd̄m q est principium assimulandi. In quarta scd̄m q est principium cōfigurādi et figura quedā vel sigillum spirituale. Nec est incōueniens vt dicunt q eadē res simplex simul sit in diuersis speciebus eiusdē predicamēti: sicut nec est īpossibile q sit eadem res simplex in diuersis predicamentis: sicut ptz de sciētia que est in predicamēto qualitatis. qꝛ in prima specie. vt ptz in predicamentis. ꝛ tn̄ est in predicamēto relationis: ꝛ ponitur inter per se relatiua quinto methaphisice capl̄o de ad aliquid. quare ꝛc̄.

Cōtra ꝑcedētem opi.

¶ Sȝ si species qualitatis ille quattuor sint vere species ipsius qualitatis: siue sint subalterne: siue specialissime videtur mihi impossibile caracterem per se reponi in illis quattuor speciebus. Et probo hoc sic. impossibile est aliquam formam simplicem ꝛ vnā essentialiter per se reponi in aliquibus pluribus speciebus essentialiter distinctis. patet. quia tunc illa forma esset vna essentialiter ꝛ nō vna. sed caracter est vna forma simplex indistincta essentialiter vt ptz. Si autem ille sunt vere species qualitatis: ptz q essentialiter distinguntur: ꝛ sunt essentie distincte. nam differentia specifica vnius speciei essentialiter distinguitur a differentia alterius sicut a differentia sibi opposita ꝛ incōpossibili in eodeȝ ergo ꝛc̄. vnde puto q sicut est impossibile q idē sit homo ꝛ asinus simul: ita q sit per se in diuersis speciebus cuiuscunq generis. ¶ Similiter etiā nulla ratio adducta cogit de aliqua illarū specierū. puta nō de dispositione. qꝛ caractre non est dispositio ex natura rei ad gratiā vt ad habitum. Tunc em̄ caracter posset fieri gratia: sicut illa dispositio sit habitus. Et pari ratione ptz q non est habitus. ¶ Similiter etiā non sequitur q si habitus est de difficili mobilis: q omne illud quod est de difficili mobile sit habitus. sed est fallatia consequentis. ptz em̄ q nigredo corui est qualitas de difficili mobilis: ꝛ tn̄ nō est habitus de prima specie: vt ptz. ¶ Similiter etiam de scd̄a ratione. pro secunda specie ptz q nō concludit. nam sicut dictū est supra: caracter non est vere ꝛ ꝑprie principium agēdi aliquid vel recipiendi. ¶ Similiter de tertia non opz q sit de tertia specie: dato q sit ratio assimilandi. qꝛ hoc cōuenit etiam omni forme q ipsa est ratio assimilādi habētem alteri habenti cōsimilem formā. ¶ De quarta etiā ptz q non cōcludit. qꝛ caracter nō est ꝑprie loquendo sigillum vel figura circa quātitatem: sed hoc methaphorice dictum est per quandā similitudinē. non opz autem ponere res in genere vel in specie ex methaphoris. Tunc em̄ xp̄s qui methaphorice dicitur leo. petra. vitis. agnus ꝛ hmōi: poneretur in speciebus oīm istorū. Et in specie lucis: quia dixit. Ego sum lux mundi Jo. viij. quare ꝛc̄. videtur mihi q melius potest poni in prima specie q̄ in alia sicut dispositio formalis ꝛ perfectio ipsius anime non tn̄ talis dispositio que fiat habitus sed habens aliquā similitudinem cum habitu. qꝛ permanet ꝛ indelebilis est eo modo quo dictum est supra. Et licet istud nō possit efficaciter probari: non tn̄ potest efficaciter improbari. Nec ad ista habentur cogentes immo nec multum probabiles ratiōes. Et ideo dimitto multa que de hoc possent dici gratia breuitatis. Jo. 8.

2. opi.

¶ Alij vero ponunt q caracter est in secūda specie qualitatis: ꝛ habet similitudinē cum potentia passiuā. qꝛ est aliquo modo principium agendi aliquid vel recipiendi. ꝛ reducitur ad modum potentie naturalis: licet sit potētia supernaturalis de qua aristoteles nihil sciuit: nec de ipa exemplificauit: nec intēdit. Non curo de isto modo dicendi. teneo me cum primo.

ad rōes principales.

¶ Ad primum principale pȝ quomodo caracter p se primo modo ꝛ essentialiter nō est signum: sed denoīatiue tm̄. ¶ Ad scd̄m de scientia ꝛ virtute alia dictum est q sciētia est aliquid absolutum: ꝛ quomodo est relatiuum. nec est modo repetēdum. ¶ Ad tertium dico q caracter pertinet ad genus ꝛ primā speciem qualitatis. Ad illud: q nō est principium bene vel male operādi. dicitur q bene cōcludit q nō est habitus naturaliter acquisitus. Aliter dicitur q nec aliquis habitus est principium operandi: sicut dictum est in quarto. dicitur tamen acquisitus habitus principium faciliter operādi. quia ipso habito operās agit faciliter. non sic aūt de infuso pōt dici.

¶ Distinctionis Septime. Questio Unica.

Circa septimā distinctionem quero vtrum confirmatio sit sacramentum noue legis necessarium ad salutem ꝛ irreiterabile. ¶ Uidetur q nō sit sacramentū noue legis. qꝛ non cōfert gratiam. Illa enim gratia aut esset eadem cum gratia baptismali. Et tūc bis eadem gratia conferretur semel per baptismum: ꝛ alio semel per cōfirmationem. aut alia gratia: ꝛ tunc duo accidentia eiusdē rationis essent simul in eodē subiecto: quod est falsum. ergo ꝛc̄. ¶ Secundo videtur q nō sit necessariū ad salutem. qꝛ sine confirmatio-

ne potest baptizatus saluari. nã baptismus aperit ianuã: sicut ptz. ergo ⁊c. ¶ Tertio videtur ꝙ non sit irreiterabile: sed iterabile. Est eñ data confirmatio contra pusillanimitatem: ⁊ ad robur in confitendo fidẽ christi: sed aliquis pluries indiget robore vel roboratione: sicut pluries potest esse pusillanimis. ergo ⁊c.

¶ **Contra** q̃tum ad primum magister in littera. Cõtra scđm quia cõfessio fidei ad quam ordinatur hoc sacramentum est necessaria ad salutem. quia corde creditur ad iustitiam. ore autem confessio fit ad salutem. Contra tertium. quia imprimit caracterem.

¶ In ista questiõe sic ꝓcedã.

¶ Primo supponẽdo ꝙ cõfirmatio sit sacramentum noue legis: sicut notũ est apud fideles ponam desciptionẽ huiꝰ sacramẽti: ⁊ que sit forma ⁊ materia ⁊ minister eius. ¶ Scđo inquirã an sit necessarium ad salutem. et nobilius sacramentum q̃ baptismus. ¶ Tertio an sit irreiterabile ⁊ imprimat caracterem. ¶ Ultimo ad rationes.

cõfirmatiõis descriptio. ¶ **Quãtum ad primum dico:** ꝙ cõfirmatio suo modo posset sic desribi q̃tum ad suum materiale: sicut magister supra descripsit baptismum. s. ꝙ cõfirmatio diceretur vnctio alicuius cum crismate sancto sub forma verboꝝ prescripta. Sed nõ curo. ¶ Pono aliã descriptionem ex qua apparebunt multa de isto sacramento. potest ergo dici ꝙ cõfirmatio est sacramẽtum noue legis cõsistens in vnctione hoĩs viatoris aliqualiter consentiẽtis vel saltem nõ dissentientis facta in fronte in figura crucis cum crismate sanctificato a ministro idoneo simul cum intẽtione debita inungẽte ⁊ certa verba ꝓferente: significãs efficaciter ex institutione diuina vnctionẽ aĩe per gratiã roborãtem ad confitẽdum cum fiducia nomen christi vel fidem. ¶ In ista vero descriptione ponitur genus huius sacramẽti qñ dicitur sacramentum noue legis. Et habet istud genus septẽ species: sicut ptz. scđo dicitur ꝙ cõsistit in vnctione ad differẽtiam baptismi et alioꝝ sacramentoꝝ que in vnctione nõ cõsistunt.

Confirmatiõis materia. ¶ Sed dicitur ꝙ cũ crismate sanctificato ab episcopo vel alio si sibi talis sctĩficatio possit cõmitti. q͛ hec est materia ꝓpria cum qua dꝫ fieri ista inunctio. Et debet esse istud crisma cõfectum ex oleo ⁊ balsamo: ⁊ nõ quocũq; oleo: sed oleo oliue. q͛ illud anthonomatice dicitur oleum. Et illud sic instituit xp̃s. ¶ Si aũt dicatur ꝙ apostoli cõfirmantes tali materia nõ vtebãtur: nec inungebãt: sed imponebant manus. Similiter etiam in aliȷs sacramẽtis. pluribus nõ requirit̃ materia sanctificata.

Apostoli quõ cõfirmabãt ¶ Dico ad primum ꝙ vel apostoli nõ ministrabãt sacramentum cõfirmationis: nec cõfirmabant sacramẽtaliter: sed equipollẽter cõferendo spiritum sanctũ per impositionẽ manuum: vel ꝙ dispẽsatiue a deo habebãt hoc pro tp̃e ꝙ sufficiebat pro signo sensibili impositio manuũ q͛ ad impositionẽ manuũ sequebant̃ aliqua signa sensibilia: vt descensus sp̃us sancti in aliquo signo sensibili: ⁊ hmõi: ⁊ donũ linguarũ. sed a tp̃e apl̃oꝝ cessantibꝰ talibꝰ miraculis necessariũ fuit ⁊ ordĩatũ a deo ⁊ ab ipsis etiã apl̃is diuulgatũ vt in tali materia ministri cõfirmaret. ⁊ in tali forma que dicetur infra: licet non habeatur hoc expresse in scriptura de aliȷs aliquibus sacramentis: quoꝝ materia nõ sanctificatur. ptz. q͛ xp̃s tactu suẽ carnis mundissime sanctificauit eã: vt de materia baptismi: puta de aqua. Nec etiã oportet aquã sanctificare q͛ baptismus est sacramentũ magne necessitatis: et excluderetur salus aliquorum. ¶ Sequitur ꝙ vnctio illa debet esse homĩs viatoris: sicut dictum est de baptismo vel ablutione baptismali. Sed aliqualiter cõsentiẽtis q̃tũ ad adultos eo modo sicut dictum est in baptismo. Uel non dissentiẽtis: q̃tum ad paruulos vel perpetuo amẽtes seu furiosos vel priuatos vsu rationis.

Ubi ⁊ q̃ modo dꝫ fieri confirmatio 4. ethic. ¶ Sed dicitur vltra ꝙ ista vnctio debet fieri in frõte cõfirmati. ⁊ hoc rationabiliter. q͛ in frõte apparet principalier signum timoris vel audacie: ⁊ similiter signum verecundie: sicut ptz. iiȷ. ethicoꝝ. Ista autẽ sunt duo impedimẽta: que possunt impedite actum cõfessionis fidei. s. timor vel verecundia. Sed in figura crucis que correspondens est forme verborũ: de qua dicetur infra. alioquin eñ diceretur falsuꝫ. Hoc etiã cõgruum est. q͛ illud cõfusibile quod videtur in fidelibus in fide xp̃iana est crux ⁊ crucifixio xp̃i: propter qđ dicebat nos predicamus xp̃m crucifixum: iudeis quidẽ scãdalum gentibus vero stultitiã. Ideo ne cõfirmatus erubescat hoc cõfiteri: signat̃ in modũ crucis: que est vexillum xp̃i summi regis ⁊ christianoꝝ: qđ debet vehere miles confirmatus.

a quo dꝫ fieri ꝯfirmatio. ¶ Sed a ministro idoneo dicitur. Minister autem idoneus dicitur scđm aliquos solus episcopus ab ecclesia toleratus nõ precisus vel degradatu. Episcopus dicitur q͛ scđm cõmunem doctrinã ⁊ modum obseruandi simplex sacerdos qui non est episcopus non potest cõfirmare: saltẽ non cõfirmant simplices sacerdotes diebus istis. ¶ Quod autem beatus Gregorius concessit simplicibus sacerdotibus cõfirmare scribẽs ad ianuariũ sicut habetur distinctione. lxxxv. peruenit. ⁊ recitat magister in littera presentis distinctionis dicunt aliqui ꝙ hoc fuit ad vitãdum scãdalum. Sed hoc non est verum. q͛ si soli episcopi hoc possunt: tũc fuisset error in doctrina. vtilius aũt scãdalum nasci permittitur q̃ veritas relinquatur. non eñ sunt facienda mala: vt veniãt bona. ⁊ ita nõ est dicendum ꝙ hoc fecerit beatus Gregorius. ¶ Aliȷ dicunt ꝙ beatꝰ Gregorius nõ cõcessit sacerdotibus cõfirmare: sed oleo vngere: quasi cõfirmarent: non tñ vere confirmabãt. Sed hoc est cõtra textum decretoꝝ vbi supra. vbi dicit̃ ꝙ cõcessit vt sacerdotes baptizatos crismate in fronte vngerent. ⁊ similiter beatꝰ Gregorius cõcessit illud: pro cuius substractione erant aliqui scandalizati. ⁊ illud erat confirmatio vera. Tex. decretorũ.

¶ Aliȷ dicunt ꝙ beatus Gregorius cõcedendo illis sacerdotibus posse cõfirmare fecit eos episcopos q̃tum ad istũ actũ. ⁊ hoc potuit facere sicut habens plenitudinẽ potestatis super corpus xp̃i misticũ. Et ita simplices sacerdotes hoc nõ possunt. ¶ Aliȷ ꝟo dicũt ꝙ oĩbꝰ sacerdotibꝰ licuit a principio cõfirmare: ⁊ oẽs fuerunt pares: ita ꝙ nõ erat differẽtia inter sacerdotes ⁊ episcopos. Et hoc ꝓbatur primo per auctoritatẽ Hieronymi super epistolã ad titum. et ponitur in canone dinstinctione. xcv. olim inquit idẽ presbyter qui ⁊ episcopus antequam diabolico instinctu scismata in religione fierent: ⁊ diceretur in populis ego sum pauli. ego cephe. ego autẽ apollo: cõmuni presbyteroꝝ consilio hieronymus.

ecclesie regebãtur. postq̃ aũt vnusquisq̃ eos quos baptizauerat:suos putabat:non xp̄i. In toto orbe decretum est vt vnus de presbyteris superponeretur:ꝛ scismatũ semina tollerẽtur. Et parum post: sicut presbyteri sciunt se ex cõsuetudine ecclesie:ei qui sibi prepositus fuerit esse subiectos ita episcopi nouerint se magis ex consuetudine q̃ dispensationis dominice veritate presbyteris esse maiores et in cõmuni debere ecclesiã regere. ¶ Secundo ꝓbatur hoc ꝑ eundem hieronimum ad euandriũ presbyterum. legimus inquit ꝙ apostolus perspicue doceat eosdem esse ep̄os:quos presbyteros. Et ponitur distinctione.xciij. vnde ꝛ ibidẽ dicit hieronimus ꝙ alexandrie presbyteri a marco euangelista vsq̃ ad dyonisium ꝛ aliquos alios ep̄os presbyteri eligebant ex seipsis vnũ et in excellentiori gradu collocabant quẽ vocabant episcopum:quomodo si exercitus faciat imperatorẽ. dyaconi aũt eligebãt vnum quẽ industrium nouerant:ꝛ archidiaconum nuncupabant. similiter idẽ hiero. Et ponitur distictione.xcv. et est sup illud verbum pauli noli negligere gratiam que data est per impositionẽ manuũ presbyteri. Quoniã ait presbyteri ep̄i nominãtur secundũ ꝙ dictum est ad episcopum:noli negligere gratiam que data est tibi ꝛc. sic ergo omnes sacerdotes a principio potuerunt cõfirmare. qꝛ oẽs fuerunt pares episcopis in ptãte ministrãdi sacramenta. tamen postea ꝓpter multitudinem sacerdotum cõstitutum est et ordinatũ ꝙ superiores cõstituti inter presbyteros cõfirmarent:ꝛ nõ aliJ sacerdotes:lꝫ absolute loquendo hoc possent. Et tunc beatus gregorius concedendo illis sacerdotibus subiectis ianuario ꝙ possent cõfirmare dispẽsauit cum eis sup illa ordinatione relaxando eã quãtum ad ipsos:vt licite possent hoc facere:qꝺ alias licite non poterant:licet absolute possent. Et in hoc nõ concessit eis aliquã potestatẽ nõ conuenientẽ ipis sed ꝓhibitionẽ positã sup hoc reuocauit. ¶ Quicquid sit de isto modo vltimo dicendi:tenetur tamẽ cõmunius ꝙ etiã a principio ecclesie fuit distinct⁹ gradus episcopi ꝛ sacerdotis simplicis:saltẽ quãtum ad ministrationẽ aliquoꝝ sacramentoꝝ:sicut videtur in ꝓposito de cõfirmatione ꝛ etiam de ordine. Et ꝙ fuerit distinctio taliũ graduum:ꝓbaꝛ distinctione.xxi. in nono:vbi dicit ꝙ loco apostolorum surrexerunt episcopi. Sꝫ loco septuagita duorum surrexerunt presbyteri ꝛ ipsoꝝ vicem gerunt: licet bene inter illos fuerint aliqui dyaconi vt stephanus ꝛ aliqui ad apostolatũ assumpti:sicut mathias saltem vnus. Et ꝓbatur etiã per hieronymũ vbi supra distinctione. xciij. Dicit em̄ quid enim facit accepta ordinatione episcopus:qꝺ presbyter non facit. Et scd̄m glosam intelligitur. per consecrationem intelligit alia que videnꝛ ꝑcipue aliqua sacramenta. Tunc dicendũ est ꝙ episcopi possunt hoc sacramentũ ministrare:ꝛ non simplices sacerdotes. Et tũc exponẽde sunt ille auctoritates hieronimi sicut glosa exponit ꝙ forte a principio nomina erant communia ꝛ quasi synonima:ꝛ administratio idest gubernatio ecclesie cõis:sed nõ dispẽsatio quoꝝcũq̃ sacramentoꝝ. Et tunc vlteri⁹ dicendum est ꝙ iuxta tertium modũ dicendi : quãdo beatus gregorius cõmisit vel cõcessit illis presbyteris cõfirmare ꝙ eos episcopos ordinauit quãtũ ad istum actum:sicut ꝛ potuit facere habens pleni

hieronymus.

Idem.

Communior mod⁹ circa predicta

hieronymus.

tudinem potestatis. hoc tamen dubiũ est:cum non inueniatur eos in sua ꝑsentia ordinasse : sed tantũ in absentia cõmisisse. Et similiter si episcopat⁹ imprimit caracterem:quomodo partitur potestas ei⁹ ¶ Episcopus ergo solus est idoneus minister et potest cõfirmare. Hoc ptꝫ extra de sacra vnctione per frontis. Et de consecratione distinctione. iiij. presbyteri ꝛc. ¶ Sed potest ne hoc episcopus degradatus:dicunt aliqui ꝙ sic de facto: licet non de iure. qꝛ quantũcunq̃ degradetur:tñ semper manet episcopus. ¶ AliJ dicunt ꝙ nec de facto nec de iure. qꝛ non manet apud eum potestas super corpus xp̄i misticum:sed simpliciter tollitur ab eo auctoritate pape. qui simpliciter in sua dispositione habet talem potestatẽ ꝛ ita nõ potest crismare. qꝛ simpliciter priuatus est tali potestate. sicut etiam nec potest aliquis absoluere aliquem de aliquo super quo nõ habet potestatẽ:vel respectu cuius priuatus est potestate. ¶ Secus est aũt de suspenso. Nã suspẽsus nõ priuatur potestate: sed sibi ꝓhibetur ne sua potestate vtatur. et hoc ad tp̄s. Et si facit:factum est. tñ grauiter peccat. qꝛ facit contra inhibitionem suspẽdentis ipsum. Secus est etiã de sacerdote vel episcopo degradato:qui semper potest de facto cõficere corpus xp̄i. nam talis potestas super corpus xp̄i verum cõsequitur caracterem indelebilẽ. ꝛ per cõsequens semel collata auferri nõ potest : sed alia bene super corpus xp̄i misticum. quare ꝛc. ¶ Ista opinio multum est probabilis. Tamen qꝛ quecũq̃ teneatur bene ponitur in descriptione sacramenti quod ab idoneo ministro confirmãdus inungatur. ¶ Sed dicitur vltra ꝙ a ministro inungẽte simul et ꝓferente ꝟba cũ debita intẽtione. Et vniformiter possunt declarari ista:sicut in baptismo dicebatur. ¶ Sed que sunt illa verba qꝛ certa dicitur ꝙ hec est forma verboꝝ sacramẽtalium in confirmatione. signo te signo crucis: cõfirmo te crismate salutis. In nomine patris ꝛ filiJ ꝛ spiritus sancti. ¶ AliJ vtũtur hac forma cõsigno te signo crucis. confirmo te crismate sanctificationis. In noĩe patris ꝛ filiJ ꝛ spiritus sancti. Et tenẽda est quelibet istarum formarũ in ecclesia in qua est cõsueta: ꝛ ab ecclesia romana tollerata. Illa em̄ verba sic variata non variãt nec impediunt effectum sacramenti. ¶ Sed vltra dicitur ꝙ cõfirmatio ex institutione diuina efficaciter significat : ꝛ in hoc tãgiꝛ relatio signi efficacis instituti a diuina voluntate que conuenit omni sacramẽto sicut dictum est supra. Sed additur ꝙ significat vnctionem aĩe per gratiã. ecce correlarium huius signi. s. gratia vngens. ¶ Sed vltimo additur ꝙ per gratiã roborãtem ad actum confessionis fidei. qꝛ ad istum actum specialiter dicitur hoc sacramentum roborare quomodocũq̃ in intelligatur. Hec de primo articulo principali

¶ Quãtum ad secũdum articulum dico primo ꝙ per se loquẽdo de his duobus sacramẽtis accipiendo quodlibet ipsoꝝ precise secundum illud quod pertinet ad ipsum : baptismus est nobilius sacramẽtum. Tum qꝛ cõfert maiorem gratiã. Tum qꝛ aperit ianuam. ꝑm quid tñ confirmatio est nobilius sacramẽtum. Tum qꝛ sibi determinat nobiliorẽ ministrum. Tum qꝛ etiã habet nobiliorem materiã. Tum qꝛ etiã constituit in gradu altiori in ecclesia:cum sit in statu militis:li non nisi

Qꝫ solus ep̄s ꝯfirmare pt.

De ep̄o degradato.

De ep̄o suspẽso.

Uerba i cõfirmatione dicenda.

Efficacia cõfirmatiõis

cõfirmatio an nobilior baptismo. ꝛc.

Confirmatio an necessaria ad salutem.

presupponēdo baptismum. ¶ Scdo dico ꝙ sacramentum cōfirmationis nō est necessarium ad salutem simpliciter loquēdo : ita ꝙ sine ipso non possit aliquis saluari: sicut est baptismus : sed scdm quid puta adulto ad nō contēnendum: ꝛ etiam ad suscipiendum tpe. ꝛ loco oportuno. qꝛ alioquin contēnere videretur. Et hoc est quod dicitur de consecratione distinctione. v. oēs fideles post baptismū per manum episcoporum impositionem spiritum sanctum suscipere debent vt pleni christiani inueniantur. quare ꝛc. Hec de secundo articulo:

Confirmatio an imprimat caracterem.

¶ Quantum ad tertium articulum dico primo ꝙ cōfirmatio imprimit caracterem. ꝛ puto ꝙ alterius rationis a caractere baptismali ꝛ ordinis. Ista aūt tria sacramenta. s. baptismus cōfirmatio ꝛ ordo conferre dicuntur caracterem. qꝛ cōstituunt fideles in aliquo gradu determinato triplici in ecclesia militāte. Sicut eñ in policia tēporali dicuntur aliqui habere gradum certum: eoipso ꝙ de populo assumuntur ad familiam principis ꝛ vlteriorē gradum: qñ promouentur ad militiā: vt defendant rem publicā: ꝛ adhuc vlteriorem: qñ ad ducatū promouētur sub rege: ita ꝙ habent potestatē assumēdi alios ad familiam principis: vel etiā ad militiā q̄ꝫtum ad aliquos: ꝛ habent alios regere vel gubernare ꝛ instruere non autem habēt aliqui certū gradum eoipso ꝙ in curia principis comedūt vel bibunt: nec qꝛ filios ꝛ filias procreant in terra principis : nec qꝛ post offensam ad gratiā recōciliātur: siue q̄ꝫtum ad graues offensas siue q̄ꝫtum ad leues: vt ptꝫ sic in ꝓposito suo modo. Per hoc eñ constituitur aliquis in certo gradu in ecclesia militāte in curia xp̄i. qꝛ per baptismū assumitur ad familiā christi eoipso est seruus ꝛ famulꝰ christi: sed in vlteriori cōstituitur: qꝛ per confirmationem. fit miles christi ad cōfitendum secure fidē christi ꝛ constanter tanq̄ꝫ bonus miles et defensator fidei ꝛ reipublice christiane. sed vlterius adhuc in gradu vlteriori qñ efficitur dux alioꝝ et habēs potestatem assumendi alios ad familiā christi : vel etiam faciendi milites. et hoc est per sacramentum ordinis includendo episcopatū: etiam si episcopatus sit ordo: et cōferatur in ipso caracter de quo videbitur infra: non autē cōstituitur in gradu speciali per hoc ꝙ suscipiendo sacramentum eucharistie manducat ꝛ bibit: nec per sacramentum matrimonij: per qḋ deputatur ad procreationē prolis nec ꝑ hoc ꝙ per sacramentum penitentie reconciliaꝛ ad gratiam post graues offensas : vel per extremam vnctionem de venialibus peccatis. et ideo tria prima sacramenta imprimunt caracterem et signum speciale datum a hierarchia. i. a principe in militia christi ab episcopo vel sacerdote. Alia vero quattuor caracterem non imprimunt. ¶ Ex quo patet sicut dictum est supra de baptismo ꝙ confirmatio est sacramentum initerabile: sicut ꝛ alia similia caracterem imprimentia. Nec potest habere effectū suum circa eundē suscipientem plusq̄ꝫ semel: nō qꝛ sit hoc necessarium eoipso ꝙ imprimit caracter est sed qꝛ christus sic instituit ꝛ ecclesia hoc diuulgauit de cōsecratione distinctione. iiij. nobis visū est confirmationem sicut et baptismū iterari minime debere. ¶ De pena vero iterantium hoc sacramētum dicit vnus doctor ꝙ in iure nō inuenitur irre

Ꝙ sacr̄m cōfirmatiōnis nō reiteraꝛ.

gularitas inflicta iterantibus ip̄m. et ideo non videtur sibi ꝙ iterans cōfirmationem sit irregularis siue ministrando: siue suscipiendo: secus est de baptismo de quo inuenitur bene expressum ꝙ iterās baptismum scienter ꝛ aduertenter de facto ꝙ. s. iste qui nunc baptisatur fuit alias baptisatus incurrit irregularitatem ipso facto. Dicunt etiā canoniste ꝙ suscipiens iterato quātuncūq̄ꝫ ignorās ꝙ alias fuerit baptisatus incurrit irregularitatem: non tñ ministrans incurrit si habet ignorantiā facti. Sed istis videtur ꝙ sicut ignorantia excusat ministrātē ita et suscipientē: nec aliquis eoꝝ incurrit irregularitatem quando. s. habent ignorantiam talem ꝙ nec sciunt: nec probabiliter presumere possunt istū alias fuisse baptisatum. Hec de tertio articulo.

¶ Ad primum pricipale dico ꝙ gratia ꝯfirmationis adueniēs gratie baptismali cedit in vnam perfectiorem gratiam cū ipsa. et auget ipsam: et est eiusdē rationis cum ipsa. vnde ptꝫ ꝙ nec due gratie eiusdē ratiōis omnino distincte sunt simul in anima: nec eadē gratia totaliter bis acquiritur. ¶ Ad secundum dico ꝙ non est simpliciter necessaria ad salutem: sꝫ sicut dictum est supra. ¶ Ad tertium dico ꝙ est initerabilis hec medicina et morbus etiam secundum ꝙ contra ipsum est medicina: licet aliunde ꝛ alijs modis possit iterari.

ad argumēta pricipalia.

¶ Distinctionis. Octaue. Questio. Prima.

Circa distinctionē octauam quero primo vtrum eucharistia sit sacramentū noue legis. ¶ Videtur ꝙ non omne sacramentū noue legis consistit in rebus ꝛ verbis qꝛ accedit verbum ad elementū et fit sacramentū sed eucharistia non consistit in rebus ꝛ verbis. manet enim eucharistia sine verbis ut ptꝫ ergo ꝛc. ¶ Secūdo sic omne sacramētū noue legis: q̄ꝫtum est ex se causat in aliquo gratiā gratum facientem. sed sic non est in eucharistia. nam ꝑ cōsecrationeꝫ eucharistie nulla habetur gratia a quocūq̄ꝫ: sed tantū habetur aliqua presentia corporis christi ergo ꝛc. ¶ Tertio sic. qḋ non est vnū sacramentū: non est sacramētum quarto methaphisice. sed eucharistia non est vnum sacramentū ptꝫ. nam species panis est vnuꝫ sacramentū distinctum a specie vini. et priusq̄ꝫ cōsecretur vinū adoratur christus sub speciebus panis ergo ꝛc. sunt eñ illa diuersa signa: sicut ꝛ diuersa signata. quare ꝛc.

¶ Contra magister in hoc tractatu. Et de cōsecratione distinctione secunda in sacramentorum oblationibus. ꝛ loquitur de eucharistia ꝛ ibidem non opꝫ in sacramēto dñi ꝛc.

¶ In ista questione sic ꝓcedā.

¶ Primo ponam rationeꝫ vel descriptionem eucharistie. et ostendam ꝙ conuenit alicui sacramento noue legis. et ponam aliquas conditiones huiꝰ sacramenti in se et in comparatione ad alia sacramenta. ¶ Secundo inquiram de materia huius sacramenti. ¶ Tertio de forma verborum consecra

tionis. ¶ Ultimo ad rationes principales.

Eucharistie descriptio. ¶ Quātum ad primum articulū dico qꝺ
euchariſtia q̄tum ad rationem nominis poteſt ſic
deſcribi. Euchariſtia eſt ſignum ſenſibile vel ſacra
mentum corporis chriſti ꝛ ſanguinis veraciter cō
tenti ſub ſpeciebus panis ꝛ vini ꝑ conſecrationem
factam a ſacerdote ſub certis verbis cū debita in=
tentione ꝓlatis. ex inſtitutione diuina veraciter ſi
gnificans corpus chriſti ꝛ ſanguinē ſub predictis
ſpeciebus realiter ꝛ veraciter cōtineri. ¶ Iſta de
ſcriptio poteſt declarari ſicut declarabatur deſcri=
ptio baptiſmi: q̄tum ad aliquas conditiones que
ponuntur in ipſa ſimiles cū alijs poſitis in deſcri=
ptione baptiſmi. Et ideo declaro ipſam ſolū quan
tum ad cōditiones ſpeciales iſti ſacramento. Pri=
ma eſt ꝙ euchariſtia eſt ſignū corporis ꝛ ſanguinis
Duplex signatū ꝑ se eucharistie. chriſti cōtenti ſub ſpeciebus panis ꝛ vini. Hic tā=
gitur per ſe ſignatū huius ſignati vel ſacramenti
qꝺ eſt duplex vnū. ſ. corpus chriſti verum includēs
carnem ꝛ oſſa et huiuſmodi qꝺ quidez corpus per
ſe primo cōtinet ſub ſpecie panis: et oīa alia chri=
ſto intrinſeca per cōcomitantiā ad ipſum. Sāguis
autem ipſius ꝑ ſe primo cōtinetur ſub ſpecie vini
tanq̄ per ſe primo ſignatum: ꝛ alia ſecundario ma
gis et per cōcomitantiā ad ipſum. ſed dicit ꝙ ſub
ſpeciebus panis ꝛ vini non ſub alijs. q2 panis ꝛ vi
num eo modo quo dicetur infra: ſunt ꝓpria mate=
ria conſecrationis ſacramēti huius. Et iſtoꝝ acci
dentia manent facta trāſubſtantione panis et vini
in corpus ꝛ ſanguinē chriſti. ſub quibus accidenti
bus que hic ſpecies appellantur veraciter ꝛ reali=
ter exiſtit: ꝛ ꝯtinetur corpus et ſanguis chriſti ad
vnam ꝑfectam ſpiritualem anime refectionem ſe=
cundum rationē cibi ꝛ potus. Sed dicitur vltra ꝙ
hoc eſt ꝑ ꝯſecrationem factam a ſacerdote. ¶ Ex
quo pꝫ ꝙ ſolus ſacerdos poteſt hoc ſacramentum
conficere. ꝛ nullus non ſacerdos hoc poteſt ex in=
ſtitutione diuina. ¶ Sed dicitur vltra ſub certis
De ꝟbis sacra. euchari. 1. modus verbis de quibus verbis habebit infra in tertio ar
ticulo principali. ¶ De iſtis aūt verbis dicūt ali=
qui ꝙ non ꝑtinent intrinſece ad eſſentiam huiꝰ ſa=
cramenti: q2 ſacrametū hoc manet et exiſtit nō ma
nentibus verbis: lꝫ non haberetur ſacramentū niſi
precedentibus verbis. Et in hoc differt hoc ſacra
mētum ab alijs. q2 nullum ſic manet ſine verbis vel
poſt verba. ꝛ ipſa verba in alijs ſacramentis perti
nent ad eſſentiam ſacramenti nō ſic aūt in iſto. Et
hoc eſt rationabile. q2 cum hoc ſacramentū ſit man
ſiuum: dicunt ꝙ nihil ſucceſſiuum cuiuſmodi ſunt
verba poteſt intrinſece pertinere ad ip̄m. Alia ve=
ro non ſunt manſiua. vnde dicunt ꝙ verba nō ſunt
forma huius ſacramenti. ſed magis ſunt forma cō
ſecrationis ꝛ cōfectionis ſacramenti. vnde nec ſic
ſunt verba ſacramentalia: ſicut in alijs ſacramētis
et si est in re pro qñ ipsam significat: iudicat eā veram. si nō: iudicat eā falsam. ¶ Ad scdm similiť potest dici de dictione: sicut suo modo dictū est de oratione. Ad illud quod additur contra scdm: dico: ꝙ dictio ſm se idem habet significatum siue per se siue in oratione. sed tamen aliter habet ipsum in oratione: et aliter distincte et per se accepta. sicut patꝫ. ꝙ licet pars eandē naturam habeat in toto ⁊ extra totum: sicut lapis in domo vel extra domum: tamē aliter hinc et inde. sic dictio hinc et inde. quia per se acceptata habet suum significatum actu ⁊ distincte habitū in termino sue prolationis. sed inq̄tum pars orationis habet ipsum in potētia quasi ⁊ ordine quodam cum alijs dictionibus ad vltimū instans prolationis totius orationis: sicut ⁊ oratio ipsa. quia in hoc sequitur legem sui totius.

¶ Ad tertium de illo indiuiduo generis dico: ꝙ sicut genus species ⁊ differentia et indiuiduū sunt essentialiter idem: ita indiuiduuꝫ generis ⁊ speciei sunt essentialiter idē puta hoc animal ⁊ hic homo. Et sicut genus et species ex natura rei aliquo modo distinguuntur: sic etiam indiuiduum generis et speciei: hoc animal ⁊ hic homo. Et sicut species includit genus: sic indiuiduum speciei includit indiuiduū generis. sicut hic homo includit hoc animal vel hanc substantiam. ¶ Ad illud quod subdiť dico ꝙ habetur in sacramēto substantia q̄ est in corpore christi nō alia substātia nec aliud indiuiduum essentialiter distinctum ab eo. Ad argumentum dico: ꝙ genus prius descendit in speciem q̄ꝫ habeat indiuiduū. vnde dico: ꝙ species prior est q̄ꝫ indiuiduum generis. tamē iudiuiduum generis prius est q̄ꝫ indiuiduum speciei: sicut hoc animal q̄ꝫ hic homo. Et qñ dicis: ꝙ genus post descensum in speciē non habet indiuiduum nisi indiuiduū speciei ⁊ includens speciē dico ꝙ non est verū. licet illud indiuiduū bene sit essētialiter idē cū indiuiduo speciei: sicut et genus cū specie. Qñ dicis vltra: ꝙ tunc in quolibet essent tot indiuidua quot sunt genera subalterna ⁊ genus generalissimum ⁊ species specialissima. dico ꝙ non habeo pro incōueniente: ꝙ vnū indiuiduum essentialiter sicut hic homo sit tot indiuidua distīcta aliquo modo ex natura rei: sicut suo modo vnū indiuiduū cōpositum includit plura indiuidua partialia. quia ⁊ indiuiduum materie hāc materiā ⁊ indiuiduum forme scꝫ hanc formā. Aliter dici potest. ꝙ proprie loquēdo nō sunt plura indiuidua. sicut dato ꝙ sint plures scientie in eodem: non est plures scientes. Aliter diceretur: ꝙ licet genus species ⁊ differentia differant ex natura rei: non tamen indiuidum huius ab indiuiduo illiꝯ nisi scdm rationem. ⁊ hoc sufficit scdm aliquos ad propositum. sed de hoc non curo. Quando ergo dicitur hoc est corpus meū non est omnino idem dictu sicut ꝙ corpus meum est corpus meū: sed est dictu hec substātia est corpus meū: nec ista oratio effectiua est huiꝯ scꝫ ꝙ hec substātia sit corpus christi: sꝫ est effectiua: ꝙ hec substātia que est corpus christi: sit hic. vel ꝙ substātia panis conuersa est in corpus christi. ¶ Ad quartū dicitur: ꝙ oratio q̄tūcunq̄ȝ de presenti non habet necessario suū signatum vel suum cōceptum secū in suo proferri ⁊ esse. sed sufficit ꝙ pro vltimo instanti sue prolatiōis. Nec est in hoc differētia inter orationē de presenti ⁊ de preterito vel futuro: sed in hoc conueniunt. differūt aūt bene in veritatibus suis scdm diuersas partes vel instantia temporis. in quibus ponitur vnio extremorum in re significata per tales orationes. quare ⁊c. ¶ Ad quintum potest dici illa oratio causatiua: quādo nō est quia tunc ponitur signatum eius. Sed nō est dicēdum: ꝙ proprie ⁊ realiter sit causatiua: sicut bene concludit argumentū: ⁊ sicut supra dictum est de sacramētis sed est causa vulgariter ⁊ minus proprie loquendo pro tanto: q2 ipsa prolata ex ordinatione diuina et instanti terminatiuo sue prolationis ponitur talis effectus a deo effectiue. sicut alicui eunti romam confertur prebenda: quādo venerit romam. Et solet dici: ꝙ via illa dedit sibi illam prebendā vel fuit causa collationis prebēde. licet via iam non sit: sed preterita sit: quādo sibi confertur prebenda. ¶ Ad sextū dico. ꝙ licet causa q̄tum ad respectum sit simul cum effectu etiam q̄tum ad respectum: tamen q̄tum ad fundamentū est prior natura q̄ꝫ effectus. Et sic in proposito potest dici. Tamen dico: ꝙ oratio illa signū sensibile non est vere ⁊ realiter causa. nec habet realem aliquem respectum ad effectum sacramenti. sed si habet aliquem respectum ille est rationis ideo ⁊c.

¶ Ad septimum dico: ꝙ oratio causatiua est inq̄tum sensibile signum a deo institutum ad hoc non ex sua sensibilitate sed ex institutione. Quando dicis: aut vt vera: aut vt falsa. dico ꝙ nec vt vera nec vt falsa. Tu dicis nō vt neutra. quia nō potest esse neutra. dico ꝙ in sua prolatione est neutra ⁊ in suo esse sensibili. quia cū profertur: significationē suaꝫ vel conceptum suum non habet. sicut dictum est supra. Non tamen est causatiua vt neutra. quia hoc non est sibi ratio causandi licet neutra existat. Tu dicis: ꝙ non potest esse neutra. dico ꝙ immo. Ad probationem dico: ꝙ licet res sit vel non sit: quādo oratio profertur: nec sit dare medium: tamen non oportet ipsam esse veram tunc vel falsam. ita ꝙ verum ⁊ falsum non opponuntur priuatiue circa orationem pro omni tempore scilicet pro tempore sue prolationis: sed magis pro instanti sue terminationis scdm habitudinem cōformitatis vel priuationem seu difformitatem ad rem quā significať per orationē sicut videns ⁊ cecū circa canem non pro quocūq̄ȝ tēpore. sed pro determinato. ¶ Ad octauum dico ꝙ vniformiter ista oratio est causatiua: modo sicut ⁊ fuit qñ christus eam protulit cōficiēdo corpus suū. Est enim consecratio eiusdē rationis: sicut tūc fuit. licet modo dicatur recitatiue a sacerdote. qđ patet per verba precedentia. si enim nō dicerētur recitatiue: sequeretur ꝙ in verbis sequētibus consecrationem sanguinis diceretur falsum: cum dicitur: qui pro vobis et pro multis effundetur in remissionem peccatorum. planum est enim: ꝙ hoc amodo in futurum non fiet: ꝙ sanguis christi effundetur. Quādo dicis vltra ꝙ prius natura q̄ꝫ terminetur prolatio eius: et esset causatiua effectus sacramenti: habuit suum significatum ex dictionibus proprijs et suam veritatem: dico ꝙ non. Quando dicis ꝙ tunc frustra christus accepisset talē orationē: sed debuisset assumpsisse vocem aliquā nō significatiuā: dico ꝙ ita bene assumpsisset si voluisset aliquā vocē nō significatiuā: ⁊ in ipa cōfecisset et cōficiendū esset: si voluisset. sed hoc non fecit: sed orationem et vocem significatiuā assūpsit quasi magis cōgruam ad operandū ⁊ cogitandum.

et deuotionem ministri ꝛ aliorum inflammandum. Hec de tertio articulo principali. Uide tamen ꝙ ẜm ista dicta in tertio articulo possent solui aliqua argumenta prius facta cõtra primas opiniones.

Ad rões ṗncipa.

¶ Ad primum argumentum principale patet quid dicendum ex predictis scilicet ꝙ li hoc inq̃ʒtum sit dictio per se accepta demonstret aliquid presens in termino sue prolationis. Aliter tamen demonstrat: vt est pars orationis q̃ʒtumcũqꝫ coniunctũ cum verbo presentis temporis sicut dictum est, tunc enim demõstrat in instanti terminatiuo prolationis totius orationis ꝛ cũ est presens illud qᵭ demõstrat: ꝛ oratio est vera. ¶ Ad scḋm dico: ꝙ li hoc demonstrat particulare entis: quod est substãtia. vel particulare substantie scꝫ hanc substantiã. Et licet illa substantia sit corp⁹ christi: nõ tamen est idem dictu hoc ē corpus meũ: sicut corpus meũ est corpus meum sicut patuit ex predictis. ¶ Ad tertiũ dico: ꝙ licet ista oratio sit causatiua per modũ qui dictus est supra: non tamen prius significat corpus christi esse presens: q̃ʒ sit presens: sed simul hoc significat: ꝛ corp⁹ christi est presens. ꝛ ideo non est falsa.

¶ Distinctionis None. Questio Tertia.

Tertio quero de isto sacramẽto q̃ʒtum ad suscipiẽtes vel tempus suscipiendi simul pro distinctione sequenti: vtrũ istud sacramẽtũ licite possit tantũ suscipi a ieiuno ꝛ existẽte sine peccato mortali. ¶ Uidetur ꝙ regulariter sit suscipiendũ a nõ ieiuno. q꞉ xp̃s istud sacramentum instituit post cenã: ꝛ discipulis suis suscipiẽdũ tradidit. ergo sic debet fieri (vt videt̃) exẽplo xp̃i. ¶ Secũdo sic apostolus ṗme ad corĩthi. xj. si q̇s (inquit) esurit domi mãducet. ergo videtur ꝯcedere: ꝙ pri⁹ possit homo mãducare: ꝛ bibere: ꝛ postea ad ecclesiaꝫ venire: ꝛ cũ alijs istud sacramẽtũ suscipere. ¶ Tertio videtur: ꝙ existens in pctõ mortali licite possit istud sacramẽtum recipere. Primo q꞉ vnusquisqꝫ siue peccator siue iustus adultus ex p̃cepto ecclesie semel in anno tenet̃ cõicare. sed null⁹ peccat faciẽdo id ad qᵭ tenet̃ ergo ꝛc̃. Itẽ de ꝯsecratione di. ij. relatũ dr̃ ꝙ sacerdos qui ꝯsecrauit tenet̃ cõicare. sed põt ꝯtingere: ꝙ tunc est in pctõ mortali. ergo ꝛc̃.

1. ad corīthios. xj.

De ꝯsec. distin. ij.

¶ Contra primũ est ꝯsuetudo ecclesie ꝛ ordinatio de ꝯsecratione dist. ij. si quidem. ¶ Contra scḋm est apostolus ṗme ad corinth. xj. Qui mãducat ꝛ bibit indigne ꝛc̃. sꝫ ille q̇ recipit in pctõ mortali: mãducat indigne. ergo ꝛc̃.

1. ad corĩthios. xj.

¶ In ista questione sic p̄cedã.

¶ Primo premittã quot modis recipit̃ hoc sacramẽtũ. ¶ Scḋo vtrũ debeat vel possit licite recipi a solis ieiunis. ¶ Tertio vtrũ a solis iustificatis vel sine pctõ mortali. ¶ Ultimo ad rationes.

Q̇t modis sacr̃m eucha. recipiatur.

¶ Quantum ad primum dico: ꝙ aliquis põt sacramẽtũ hoc percipere: ꝛ nõ sacramẽtaliter. ꝛ isto mõ recipit istud sacr̃m quicunqꝫ recipit hostiã ꝯsecratã nõ dijudicãs hoc sacr̃m ab alijs cõmunib⁹ cibis sicut reciperet vna vacca. vn⁹ bos vel vnus puer. siue vn⁹ amẽs qui comederet hostiã cõsecratã. Et isto mõ recipiũt illi q̇ nõ ponũt differẽtiã inter hũc cibũ ꝛ alios cibos: nec ad ip̃m habẽt reuerẽtiã. Cõtra quos loquit̃ apl̃us ṗme ad corĩt. xj. iudiciũ sibi mãducat ꝛ bibit: nõ dijudicãs corp⁹ dñi. Et istud põt esse vel ex infidelitate: sicut reciperet iudeus vel sarracen⁹. vel ex ꝯtẽptu: sicut malus christian⁹: etiã stãte fide. ¶ Scḋo mõ percipit̃ hoc sacr̃m ꝛ sacramẽtaliter: sed nõ spũaliter: sicut recipit ip̃m quilibet christian⁹ credẽs veritatẽ huius sacramẽti: ꝛ habẽs reuerẽtiã ad ipꝫ tñ ē in peccato mortali aliquo. q꞉ nõ sufficiẽter dispositus ad vitãdũ mortale pctm̃ in ista receptiõe: ꝛ ad ꝯsequẽdũ grãm spũalẽ: q̇ cõfertur cõiter in susceptione sacramẽti: ꝛ q̃ʒtũ est ex p̱te sacramẽti. ¶ Tertio mõ recipit̃ hoc sacr̃m ꝛ sacramẽtaliter ꝛ spũaliter: qñ scꝫ nõ solũ recipit̃ hostia ꝯsecrata nec solũ creditur veritas sacramẽti: nec solũ habet̃ reuerentia qualiscũqꝫ ad ip̃m: sed qñ suscipiẽs disposit⁹ est: ꝛ fecit qᵭ in se est: vt digne recipiat sacr̃m tunc em̃ grãm spũalẽ recipit. ¶ Quarto mõ recipitur hoc sacr̃m nõ sacramẽtaliter sed spũaliter ex deuotiõe ad istᵭ sacr̃m ꝛ isto mõ recipit fidelis deuot⁹ ꝛ sufficiẽter disposit⁹ sine pctõ mortali existẽs desiderãs illud sacr̃m. licet ip̃m nõ suscipiat aliquo impedimento alio occurrẽte: vel q꞉ non habet: qui ministret sibi vel hmõi. Hec de primo articulo principali.

1. ad corĩthios. xj.

¶ Quãtum ad secũdum arti. dico breuiter ꝙ nullus excepto casu necessitatis debet recipere hoc sacr̃m nisi ieiun⁹ ieiunio nature dico: nõ solũ ecclesie. Est em̃ differẽtia inter ieiuniũ ecclesie ꝛ ieiuniũ nature. Nã ieiuniũ nature dicit priuationẽ cibi vel pot⁹ in stomacho recepti vel in via ad stomachũ: ita ꝙ nihil intret stomachũ ĩ illo die a p̃ncipio diei vel post p̃ncipiũ in quo dr̃ ieiunus. Et ita pꝫ: ꝙ ieiuniũ nature soluit̃ per sumptionẽ cuiuscũqꝫ cibi vel pot⁹ vel specierꝫ vel medicinaliũ. Ieiuniũ vero ecclesie nõ soluit̃ nisi p̱ aliquã refectionẽ extra ordinariã p̃ter morẽ ecclesie. Un̄ per specierũ sumptionẽ vel medicinaliũ vel potũ saltẽ post prandiũ nõ soluit̃ ieiuniũ eccl̃ie. ¶ Dico igit̃ ꝙ licite ꝛ regularit̃ nõ põt q̇s suscipe istud sacr̃m nisi ieiun⁹ ieiunio nature. Et hoc est nisi ꝓpter ordinationẽ eccl̃ie vel xp̃i reuelatã ab ip̃o eccl̃ie sue per apl̃os. que quidẽ ordinatio ꝯgrua est ꝓpter reuerẽtiã sacramẽti: q̇ maior est cõiter in ieiuno q̃ʒ in prãso. De hoc habet̃ de ꝯsecratiõe di. ij. Et sumit̃ ab augu. ad inq̇sitiones ianuarij. placuit inq̇t spũi sancto in honorẽ tãti sacramẽti: vt pri⁹ in os sacramẽti dñicũ corp⁹ intraret: q̃ʒ alij cibi. ꝛ ideo vbiqꝫ mos iste seruat̃. ¶ Scḋo dico: ꝙ in casu necessitatis vel p̃cepti maioris q̃ʒ sit illud p̃ceptũ eccl̃ie de percipiẽte ieiunio põt aliq̇s suscipere hoc sacr̃ꝫ nõ ieiun⁹ ieiunio nature dico nec etiã ieiunio ecclesie. In casu necessitatis vel infirmitatis. sicut alicui cõstituto ĩ graui infirmitate: sic ꝙ timet̃ ꝓbabilit̃ de morte: ne decedat sine viatico vl̃ hmõi. In casu etiã maioris p̃cepti de p̱cipiẽdo nõ ieiuniũ q̃ʒ ieiunum in quo etiã videt̃ dispẽsatũ esse de illo minori p̃cepto. sicut si aliq̇s sacerdos p̱cipiat ĩ p̱ceptiõe ip̃eꝝ sanguinis fuisse mĩstratũ aquã ꝛ nõ vinũ. tenet̃ lꝫ perceperit totã aquã vel p̱tẽ: ꝛ sit nõ ieiun⁹: cõplere sacr̃m ꝛ facere mĩstrari vinũ: ꝛ ꝯsecrare sanguinem et sumere ipsum. et omnia ista si poterit cau-

Nõ ieiunis an liceat recipere sacramẽtũ eucha.

De fractiõe ieiuniorũ.

Augu.

Q̃n põt sacr̃m eucha. ab in ieiuno recipi.

te sine scandalo populi. et si non sine scandalo non debet curare. quia scãdalum passiuũ est ꝛ pharisseorum. de quo non curauit christus math. xvj. (mat. 16.) Sinite (inquit) eos ceci sunt ꝛ duces cecorum. preceptũ enim maius est: ꝙ sacramẽtum quãdo conficitur: integre perficiatur: ꝛ percipiatur a conficiente: ꝙ ꝙ ieiune percipiatur propter integritatem ꝛ perfectionẽ sacramẽti. Unde ad illud ponitur magna pena cõtra trãsgredientes. ꝛ iudicatur ꝙ ille qui cõtrariũ facit reus est corporis dñi. et ꝙ sine grandi sacrilegio fieri nõ potest. ꝛ ꝙ talis a cõmuniõe vno anno repulsum se nouerit. Unde de consecratione (De ꝯsec. distin. ij.) di. ij. Cõperimus: dicitur de cõficientib⁹: ꝙ aut sacramẽta integra percipiant: aut ab integris arceãtur. Et subditur ratio. quia diuisio eiusdem sacramenti sine grandi sacrilegio nõ potest prouenire. Et de cõsecratiõe di. ij. Felatum dicitur: ꝙ hi qui sacrificantes nõ edunt: rei sunt dñici sacramenti. Hoc etiam vt puto nõ solum est preceptũ ecclesie sed christi. quia apostolis quibus dedit potestatez cõficiendi: non solum precepit sumere corpus christi: sed etiã sanguinem: sicut patet math. xxvj. ꝛ luce. xxij. (mat. 26. ꝛ Lu. 22) ¶ Et ideo dico. ꝙ in hoc casu tenetur aliquis cõmunicare nõ ieiunus ieiunio naturali. ꝛ eo ipso in hoc casu reuocatum est preceptum de communicãdo ieiunus. vel ecclesia nõ intendebat per ipsum ligare in hoc casu. quia illud preceptum fortius est ꝛ artius. Sicut etiã patet: ꝙ in aliquo casu etiam cõmunicat aliquis nõ ieiunus. Nam in die parasceues particula hostie consecrate percipitur cum vino nõ consecrato. quia alio die precedente hostia cõsecratur: ꝛ reseruatur: ꝛ vinum non reseruatur. Et probabile ꝛ manifestum videtur: ꝙ vinũ illud prius venit ad stomachũ: ꝙ illa particula hostie. quare ꝛc. Nec oportet propter integritatẽ sacramẽti: ꝙ sacerdos in die parasceues recipiat sanguinem: qꝛ illud preceptum non est nisi quãdo percipiens consecrat: vel debet cõsecrare vtrũqꝫ ꝛ corpus scilicet ꝛ sanguinẽ: non autẽ hoc requiritur in qualibet perceptione: puta quãdo neutrum conficit vel consecrat: sicut patet de laico: qui recipit corpus ꝛ non sanguinẽ. Hec de secundo articulo principali.

(An solis iustificatis liceat recipe sacramẽtũ eucharistie.) ¶ **Quantũ ad tertiũ** articulum dico: ꝙ aliquis potest intelligi percipere sacramentũ hoc in peccato mortali tripliciter. ¶ Primo modo in actu. qꝛ tũc peccat actualiter ꝛ mortaliter scdm actũ interiorẽ aliquẽ vel exteriorẽ. ꝛ de isto recipiente cum actu peccandi mortaliter: patet ꝙ peccat mortaliter alio nouo peccato. qꝛ recipit idigne: ꝛ facit irreuerẽtiã sacramẽto. ¶ Scdo modo potest hoc intelligi qꝛ recipit sacramẽtum post peccatum mortale preteritum de quo nõ penituit. nec penitet de isto. Et de isto dico. ꝙ si ẽ negligẽtia penitẽdi vel ignorantia supina vel crassa vel affectata: qd sibi non licet recipere sacramẽtum qꝛ talis ignorãtia nõ excusat. Tenetur eñ quis suã cõscientiã examinare et probare iuxta dictũ apostoli prime ad corinth. xj. (i. ad corinthios. ii.) probet seipsum homo ꝛ sic de pane illo edat: et de calice bibat. Si autem nõ sit negligentia crassa: puta quia precessit examinatio sufficiens: nec occurrit illud peccatum: de omnibus que occurrerũt fuerit contritus et confessus prius licet communicare, nec peccat cõmunicando: licet aliquod peccatum lateat quod fuerit traditum obliuioni. Tum qꝛ post talẽ inquisitionẽ attritus ꝛ confessus si moreretur saluaretur. nec requiritur maior exquisitio cõsciẽtie ad bene cõmunicãdũ ꝙ ad bene moriẽdũ ꝙtum ad hoc. Tũ qꝛ alias qlibet cõmunicãdo exponeret se periculo. qꝛ nescit ꝙtũcũqꝫ diligenter suã cõsciẽtiã examinet: an aliqd pctm̃ lateat ipsuz. Juxta illd. delicta qs intelligit ꝛc. Et ecclesiastes. ix. Nescit homo vtrũ amore vel odio dignus sit. nisi forte accipiatur hoc de amore finali. (Eccle. 9) Tũ quia non esset sacramẽtum eucharistie cõueniẽs viatori. qꝛ talis noticia perfecta de peccatis suis viatori non cõuenit ideo ꝛc. Dico etiã vltra ꝙ si aliquod tale peccatum latẽs diligente inquisitione ꝛ confessiõe premissa inueniatur in suscipiẽte ꝙ deletur per eucharistiam. Nõ tñ puto ꝙ inueniatur qꝛ per sacramentũ penitentie precedens delebatur. ¶ Tertio modo potest illud intelligi: ꝙ si aliquis suscipiens sacramẽtum de peccato preterito penitet vel penituit: tamẽ de primo nõ est confessus. et de isto dico ꝙ si occurrat oportunitas tenetur prius confiteri: nec licet sibi recipere hoc sacramentũ: nisi prius cõfiteatur dato etiam ꝙ sit in gratia ꝛ contritus non solum attritus. Et ratio est. quia hoc sacramẽtum est vnitatis ecclesie. vnde ꝛ significat vnitatẽ corporis ecclesie ꝛ corpus christi misticũ. ꝛ ideo non debet nec licite potest ipsum recipere: nisi prius confiteatur: ꝛ reconcilietur ecclesie habita oportunitate. Si autem nõ occurrit oportunitas confitendi: et potest vitare ne cõmunicet absqꝫ scandalo actiuo: adhuc nõ licet sibi cõmunicare: sed tenetur differre. Si aũt sine scandalo vitari non põt vtpote si sit indutus ad celebrandũ: et occurrit sibi cõsciẽtia de peccato mortali: de quo nõ est cõfessus ꝛ nõ habet cõfessorẽ in promptu. vel si habet: nõ tamen est in pũcto in quo possit ꝯfiteri: vt in secreto misse vel hmõi ꝛ in casibus cõsimilibus: licz sibi cõmunicare cum penitentia et contritione ꝛ proposito confitendi: vt scandalum euitetur. Nec aliquod preceptum obligat ipsum ad actum confitendi ꝓ tũc. nec peccat nisi forte in talẽ necessitatẽ seipsum sciẽter ꝛ aduertenter induxisset.

(Ad principalia argumẽta.) ¶ **Ad primum** principale argumẽtum dico: ꝙ scdm augustinũ licet christus sic fecerit ad imprimẽdum cordibus discipulorum nobilitatem et altitudinem huius sacramenti quasi nobilissimi iocalis collati in fine: tamen non sic est faciendum sed per apostolos postea ecclesie reuelauit: quo ordine sumendum sit hoc sacramentum. ¶ Ad secundũ dico. ꝙ verba illa apostoli: si quis esurit: domi manducet: non sunt intelligenda: ꝙ manducandum sit ante sumptionem eucaristie: sed post. Non enim debet aliquis seipm̃ inebriare vel saturare de illis speciebus eucharistie in ecclesia: sed si habet famem vel sitim debet expectare vsqꝫ ad domum suam post sumptionẽ eucharistie. vnde et laudabilis est consuetudo latine ecclesie: que in tam parua quantitate specierũ ministrat hoc sacramentũ: vt non possint sumi ad crapulam vel superfluitatem. ¶ Ad tertium dicitur ꝙ aliquis non peccat faciendo id ad quod tenetur et eo modo quo tenetur ad illud ex precepto rationabili. sed ad cõmunicandum in peccato mortali quis non tenetur: sed tenetur seipsum preparare: sicut et cõmunicare: si est in peccato mortali.

¶ Ad quartum patet quid sit dicēdum ex dictis.

¶ Distinctionis Decime.
Questio Prima.

CIrca distinctionē decimam quero. Primo vtrum corpus christi sit realiter presens ⁊ veraciter sub specie panis facta consecratione. Et eodem modo potest queri de sanguine sub speciebus vini.

¶ Videtur ꝙ non: quia illud quod est sub aliquo tanꝗ in signo: nō est in ipō vel sub ipso veraciter ⁊ realiter. sed corpus christi est ibi tanꝗ in signo. quia tāꝗ in sacramēto. ergo ⁊c. ¶ Secundo sic. corpus christi si esset sub specie cōtineretur a specie sed hoc est impossibile. quia maius nō potest cōtineri a minori licet econuerso minus a maiori. species autē satis minor est ꝗ corpus ergo ⁊c. ¶ Tertio sic. impossibile est aliquid realiter et veraciter contineri sub aliquo: qd̄ prius nō continebatur sub illo: nisi facta mutatione aliqua vel in continente vel in contento. sed nulla ibi mutatio fit: que valeat ad propositum. Nec in specie quia solum per consecrationē fit sine subiecto: que prius erat in subiecto. sed ista mutatio ad propositum nihil facit. Similiter etiā quia corp⁹ christi non mutatur aliqualiter. quia tunc precipue mutaretur localiter. hoc autem non est verum. q̄r non mutat locum suum in celo. ergo ⁊c.

mat. 26. Luc. 22. ¶ Contra math. xxvj. ⁊ luce. xxij. dicit christus corpus suum veraciter ⁊ realiter contineri. hoc est (inquit) corpus meum. ⁊ sic etiam de sanguine suo modo.

¶ In ista questione sic p̄cedā.

¶ Primo ostendam. ꝙ corpus christi facta consecratione veraciter ⁊ realiter continetur sub specie panis ⁊ est ibi presens. ¶ Secūdo inquiram: vtrū precisa ratio quare corpus christi est ibi presens: sit cōuersio substātie panis in corp⁹ christi vel non. ¶ Et tertio dato ꝙ non ostendam vtrum fiat ibi presens per aliquam mutationem et que sit illa mutatio vel qualis ī corpore christi. ¶ Ultimo ad rationes principales.

Depn̄tia corp. xp̄i sub sacrāmēto opīo hereticorū. ¶ Quantum ad primum articulum dicerent omnes heretici circa veritatem huius sacramēti ꝙ corpus christi non est veraciter et realiter presens sub specie panis. nec esse potest quacunꝗ cōsecratione facta. ¶ Ad hoc adduci possunt multe rationes pro ipsis. ¶ Prima sit ista. Impossibile est idem simul esse in pluribus locis totalibus actualiter ⁊ numero distinctis. Probatur hoc q̄r quātitas est ratio formalis essendi in loco sicut patet: ⁊ per cōsequens vna q̄titas in vno loco. igitur cū vnius corporis nō sit nisi vna q̄titas sequit̄ propositū. Similiter si posset esse idē corpus simul in pluribus locis: pari ratione in infinitis. ⁊ sic posset fundare simul infinitos respectus ad infinita loca. Similiter etiā idem corpus distaret a seipso. ⁊ ita esset aliud a seipso. sed corp⁹ christi quacūꝗ consecratione facta manet ⁊ est in celo. Quia s̄m augu. August. et ponit̄ de cōsecratione dist. scd̄a: donec finiat̄ seculum sursum est dn̄s. ⁊ ibidem dicit: ꝙ corp⁹ christi sursum ⁊ in vno loco esse oportet. ¶ Secunda ratio aut corpus christi sub illa specie esset q̄tum aut nō q̄tum. Nō potest dici: ꝙ non quātum. quia in celo est q̄tum. ⁊ tunc simul esset q̄tum ⁊ nō quātum. quod est cōtradictio. nec potest dici ꝙ quantū quia tūc esset ibi modo quantitatiuo. Quantitas enim non potest esse in loco: nisi modo quātitatiuo. quia talis modus inseparabilis est ab ipsa: ⁊ econuerso. sicut modus qualitatiu⁹ a quātitate. sed nullum maius modo quantitatiuo pōt esse in minori: vel cōtineri ab eo. ergo ⁊c. ¶ Tertia ratio. aut in eucharistia esset pars corporis christi cū parte eucharistie: ⁊ totum cū tota: aut totum cum qualibet vel sub qualibet parte eucharistie vel hostie: et totū sub tota hostia. non pōt dici: ꝙ totū sub tota: et pars sub parte. q̄r hoc est impossibile nisi q̄titates sint equales ⁊ continentis sc3 et contenti: vt patet. Et similiter sequeretur: ꝙ nō essent oēs partes corporis simul sub eadē parte hostie. Nec scd̄o modo quia q̄tum necessario haberet partem extra partē alioquin nō esset q̄tum. sed omne habens partem extra partem cōtentum in aliquo. sic continetur. ꝙ sicut totum toti coexistit: ita pars parti quia alioquin nō esset extra partē: sed in parte vel cum parte. ergo ⁊c. ¶ Quarta ratio impossibile est ꝙ idē simul moueatnr et quiescat: vel possit etiam moueri motib⁹ cōtrarijs. ratio est. quia quies est priuatio motus. impossibile est autē ꝙ eidem simul insit habitus ⁊ priuatio siue per se siue per accidēs. ⁊ similiter impossibile est: ꝙ duo cōtraria insint simul. sed si corpus xp̄i esset sub hostia moueret̄. ad motū hostie ⁊ in celo quiesceret. ergo simul moueretur ⁊ quiesceret. Similiter etiā in diuersis hostijs posset simul moueri motibus cōtrarijs. q̄r in vna sursum: et in alia deorsum. ergo ⁊c. motis eñ specieb⁹ moueretur corpus christi. q̄r motis nobis mouent̄ omnia que sūt in nobis. ¶ Quinta rō. si corp⁹ christi simul est sub plurib⁹ hostijs: sequitur ꝙ plures hostie sunt simul quia quecūꝗ vni ⁊ eidem sunt eadē inter se sunt eadem. ergo similiter quecunꝗ vni et eidem locato id est corpori christi sunt simul inter se sunt simul sed falsum est cōsequens sicut patet ꝗ ⁊c. ¶ Sexta ratio. quia illud quod repugnat apparentibus de facto ⁊ de possibili est falsum ⁊ impossibile. sed apparentibus veris de facto et possibili repugnat idem corpus sic esse in pluribus locis: et aliquid maius contineri a minori. ergo illud est falsum et impossibile. ¶ Confirmatur hoc. quia impossibile est duas quantitates esse totas simul et non se tangant sexto phisicorū. et per consequens que non commensurentur: et sint equales. et vlterius per cōsequens impossible est: ꝙ quātitas christi que est maior: sit tota simul quantitati hostie: que est minor. ¶ Et ideo dixerunt aliqui heretici: ꝙ corp⁹ christi non est realiter et veraciter presens sub speciebus: et ꝙ hoc est impossibile simpliciter. sed tātum est ibi: vt signatum in signo. quia hostia consecrata tantummodo est signum representatiuum corporis christi. Nec veritatem huius sacramenti possunt capere iudei vel etiam sarraceni et reputant nos pessime ydolatrare in isto sacramento. Unde ⁊ puto: ꝙ omnes philosophi hoc negassent: ⁊ dixissent: hoc eē simpliciter impossibile: licꝫ male et false deducentes ex apparentibus veris.

q2 nullum falsum bene deduci pōt ex apparētibus veris. q2 ex veris nō sequitur falsum scd̄o priorum.

De p̄sentia corporis xp̄i sub specie panis facta ꝯsecra. opi. ꝯa xp̄ianorum.

¶ Sed istis non obstātibus:

dico primo ꝙ nō est impossibile corpus xp̄i veraciter ⁊ realiter ꝯtineri sub specie panis. nec implicat hoc aliq̄ ꝯtradictionem: sicut magis apparebit infra soluēdo ad argumēta ⁊ prosequēdo aliqua: que longum esset modo oīa explicare. ¶ Scd̄o dico: ꝙ de facto corpus xp̄i presens veraciter ⁊ realiter cōtinetur sub specie panis facta ꝯsecratione vel ꝯfectione. Et istud q2 est de facto ⁊ cōtingens: per rationem efficacē demonstrari nō potest: sed notū est vnicuiq̄ fideli ex sua fide eadem qua creditur veritas cuiuslibet sacramēti ⁊ cōsimiliter istius sacramenti. ¶ Ad hoc est auctoritas euāgelij precipue

mat.26. ⁊ luc.22.

Mathei.xxvj. ⁊ Luce.xxij. vbi xp̄s dicit suum corpus eē ibi hoc est (inq̄t) corpꝰ meū. hic est sanguis meus ⁊c̄. Nec potest dici: ꝙ hoc dixerit parabolice vel figuraliter: sicut dicerent heretici. Nam s̄m Augustinū ex verbis xp̄i precedētibus vel sequentibus haberi pōt bene: qn̄ loquitur parabolice seu

Jo.15.

figuraliter vel etiā aliter. Unde ⁊ Jo.xv. qn̄ dicit ego sum vitis: subiunxit ⁊ vos palmites planū est aūt: ꝙ discipuli nō erant palmites veraciter. sed figuraliter figurati per palmites ꝓpter aliq̄ similitudinem. Et ex hoc pt3: ꝙ figuraliter loquebatur xp̄s: qn̄ dixit ego sum vitis. Sed in ꝓposito pat3 ꝙ nō loquebatur figuraliter: sed veraciter: q̄ sic esset in re. q2 postq̄ dixit hoc est corpus meum: subiunxit: quod pro vobis tradetur. Cum etiam dixisset: hic est sanguis meus. subiunxit: qui pro vobis effundetur. Ita ꝙ corpus xp̄i verum pro vobis passum: et sanguis pro vobis effusus. ibi veraciter et realiter sub speciebus cōtinentur. ¶ Et hoc pat3

Jo.6.

etiā Jo.vj. vbi ita expresse a xp̄o hoc sacramētum predicatur. Caro mea vere est cibꝰ. Sanguis meꝰ vere est potus. Nisi manducaueritis carnē filij hominis: ⁊ biberitis eius sanguinē. nō habebitis vitam in vobis. ⁊ multa cōsimilia ibi. Nec valet etiā quod dicunt heretici: ꝙ xp̄s ibidem vidēs multos fuisse scādalizatos: ⁊ abijsse ꝓpter istā predicationem: dixit: spiritus est: qui viuificat. caro autē non prodest quicq̄. verba que loquor vobis sp̄us ⁊ vita sunt. vbi videtur innuere xp̄us: ꝙ corpus suum nō sumitur veraciter ⁊ realiter in isto sacramento. nec est ibi sic: sed tm̄ spiritualiter intelligēdo et fi-

August.

guratiue tm̄. Sicut etiā videtur dicere Aug. de cōsecratione. dist. ij. prima heresis pertractās illa verba xp̄i immediate allegata dicēs. Non hoc corpus quod videtis: māducaturi estis. nec sanguinē effundendum. sacramētum quod cōmēdaui vobis spiritualiter intellectum viuificat vos. ⁊ loquit̄ Aug. in persona xp̄i. Ad hoc enim respondet magister ⁊ bene: ꝙ nec xp̄s nec Aug. intēdunt negare veritatem corporis xp̄i sub specie panis. vel sanguinis sub specie vini: sed pro tāto dixerunt ista: q2 l3 sint ibi veraciter: nō tn̄ sumūtur sic carnaliter: sicut alie carnes cōmuniter comeduntur: vel sicut vinum potatur cōmuniter: sicut intellexerunt illi scādalizati recedētes a xp̄o: sed quasi spiritualiter manducat̄: et sumitur corpus xp̄i in hoc sacramento. quia non diuiditur dētibus: nec atteritur: sicut alij cibi. ideo

1. ad Corinth.11.

⁊c̄. ¶ Tertia auctoritas principalis est apostoli prime ad Corinth.xj. vbi multa dicit de hoc sacramento: ⁊ ꝙ corpus xp̄i veraciter ⁊ realiter ibidem cōtinetur. Hoc idē habetur auctoritate ecclesie de

De cōse. distin.2.

cōsecratione di. scd̄a: panis in altari ⁊c̄. Et ibidem etiā per vnum aliud verbum. Eadem etiā di. scd̄a. Ego berengarius: condēnatur error berēgarij qui posuit: ꝙ corpus xp̄i nō esset hic: nisi sicut in signo: et nō scd̄m rei veritatem quē errorē reuocauit coram cētum tridecim episcopis. Similiter etiam ad hoc est ratio ex efficacia sacramenti. alioquin enim sacramētum non esset efficax signum corporis xp̄i: vt videtur. Similiter cōdecentia. q2 non decuit: ꝙ xp̄s spōsam suā ecclesiam militātem tāto tp̄e relinqueret sine sua presentia corporali ꝓpter quod etiā

math.vl.

Mathei vlti. Ecce ego vobiscū sum oībus diebus vsq̄ ad consummationē seculi. Hec tenuerunt etiā et tenent oēs catholici tractatores. ⁊ ideo firmiter est tenēdum hoc: ⁊ etiā incōcusse. ¶ Sed de modo

de mō p̄ quē xp̄s est p̄sens sacramēto ⁊c̄.

per quē: notādum est: ꝙ aliquid dr̄ esse in loco ꝓprie alio modo nō sic ꝓprie. Illud quod proprie dicitur esse in loco: dicitur cōtineri a loco: ⁊ locus dicitur ipsum ꝯtinere: sicut aliquid distinctum ab ipso subiecto vel supposito. Unde ⁊ deꝰ (qui sic est presens alicui loco: quod tn̄ nō ꝯtinetur ab ipso: celum etiā quod nō ꝯtinetur ab aliquo corpore: sed alia ꝯtinet tanq̄ locus: ⁊ aīa etiā que sic est presens corpori: ꝙ tn̄ non est distincta subiecto a corpore q̄to: sed est forma eius) nō est proprie in loco. plus eñ requiritur ad hoc: vt sit aliquid ꝓprie in loco: p̄ sit sibi realiter presens. Unde ⁊ predicta sunt presentia loco vel corpori alicui: ⁊ tn̄ ꝓprie nō sunt in loco: vt pt3. Sed illud quod est in aliquo sicut aliquid distinctū ab ipso vel separatum in esse: ⁊ ꝯtinetur ab ipso: dicitur esse ꝓprie in loco. ¶ Scd̄m hoc ergo dico: ꝙ

Triplex hītudo ad locū.

aliquid potest habere triplicē habitudinem ad locum. vno modo habitudinē simplicis presentie ad ipsum vt est in omni creato locato scd̄m naturā et entitatem suā realē. ⁊ si ꝯtineatur a loco vel a corpore dicitur vbi presentiale. et est istud vbi pertinēs ad predicamētum vbi. ⁊ est habitudo alicuius ad locum ꝯtinētem ipsum: cui quidē loco veraciter et realiter presens est tale cōtentum. ¶ Scd̄o modo potest aliquid habere habitudinē ad locum vel corpus seu q̄tum vt ꝯtentum ab ipso ⁊ circunscriptum: ita ꝙ in illo continetur circunscriptiue ⁊ dimēsiue coextēsum loco ⁊ cōmēsuratum ⁊ ꝯfiguratum sibi. ⁊ ista habitudo vocat̄ vbi circunscriptiuū de quo precipue loquitur philosophus: ⁊ actor sex principiorum loquēdo de predicamento vbi q2 inter alias species ipsius vbi ista est magis clara patēs. Et isto modo de cōmuni lege q̄tum locatū habet habitudinē ad q̄tum locans. ¶ Tertio modo potest habere aliquid habitudinē ad corpus vel ad locum vt contentum ab ipso diffinitiue tantum ⁊ nō circunscriptiue secundum ꝙ huiusmodi. et isto modo dicimus: ꝙ angelus existens in vno loco tātum habet habitudinem ad ipsum et vbi diffinitiuum. Et dicitur vbi diffinitiuum: q2 sic determinate hic est ꝙ nō alibi: ⁊ non tn̄ est circunscriptiue vt patet. Duo vltima vbi presupponunt primum. Nā quicquid est in loco circunscriptiue vel diffinitiue: est ibi presentialiter: sicut pt3 sed nō ecōuerso. Potest eñ aliquid esse in loco presentialiter ⁊ non circunscriptiue. q2 non cōmensuratiue nec coextensiue ad locum vel ad q̄tum. nec ꝯfiguratiue. nec etiā diffinitiue. q2 sic potest esse. ⁊ est aliqn̄ in vno loco quod

est vel esse potest cum hoc in alio. aliquid aũt diffinitiue nõ potest esse in actu nisi in vno loco. ita hic ꝙ non alibi. Alia duo possunt se ꝯcomitari vel ab uicem separari. Nam de cõmuni lege vbi circũscriptiuum habet secum vbi diffinitiuum. Illud enim quod est in loco circunscriptiue de cõmuni lege est ibi cum hoc diffinitiue. qꝛ sic est in illo loco: ꝙ non in alio simul: lꝫ deus possit facere: ꝙ cum hoc sit in alio loco etiã circunscriptiue: sicut dicã infra. ⁊ tũc in nullo illoꝝ locorum esset diffinitiue: sed circunscriptiue. Similiter etiã vbi diffinitiuum in oĩbus nõ q̃titis que sunt in loco: separatur ab vbi circunscriptiuo: qꝛ illis non ꝯuenit esse in loco circunscriptiue: sicut ptꝫ de angelo. Et dico: ꝙ ad quodlibet istoꝝ vbi potest mutatio aliqua terminari nullo absoluto aduenięte: nec in subiecto mutato: nec in extremo terminatiuo talis habitudinis. Et quodlibet istoꝝ vbi est de predicamento vbi. ⁊ per consequẽs est respectus extrinsecus aduenięs: sicut ptꝫ. Et ita nullum eoꝝ necessario ponitur absolute loquendo q̃tumcũqꝫ posito fundamẽto ⁊ extremo: et ipsis q̃tumcũqꝫ approximatis. Sicut etiã nec fuit posita actio ignis in illos pueros passibiles bene approximatos in camino babilonis: sed suspensa fuit virtute diuina.

Aliquid q̃tũ duplicẽ positõnẽ habere dꝛ.

¶ Scdo notãdum est. ꝙ aliqd q̃tum potest intelligi habere duplicẽ positionem. vnã que est differẽtia q̃titatis ⁊ est positio partiũ in toto. partium (inq̃) q̃titatis in tota q̃titate. ⁊ secundum hãc positionẽ dicimus: ꝙ vna pars q̃titatis est extra aliã ⁊ ꝯtinuum est ex partibus habentibus positionẽ. Alia positio est: que est distinctuꝫ predicamẽtum quod dꝛ situs. ⁊ est positio partium q̃ti in loco vel in partibus loci. ita ꝙ sicut totũ q̃tum circunscriptum a toto loco habet habitudinẽ vbi ad totum locum: sic partes quãti ad partes loci habeãt habitudines situum. ita ꝙ vna dꝛ esse in alio situ q̃ alia. qꝛ cõmensuratur ⁊ coextẽditur alteri parti loci: ⁊ continetur ab altera parte q̃ alia. Ita ꝙ scdm primã positionem partes ordinantur in toto: sed scdm aliam ordinãtur in loco. Et sicut vbi est respectus extrinsecus: ita ⁊ positio illa scda sicut ⁊ totum predicamẽtum situs. Et isti respect⁹ scꝫ vbi circũscriptiuum ⁊ situs nunq̃ separantur. quicquid em̃ est in loco circunscriptiue: habet partes situatas in loco ⁊ ecõuerso. nisi forte in vltima spera cui non ꝯuenit vbi: tm̃ sibi cõuenit situs scdm partes. scdm aliquos. quare ⁊c̃.

Qꝛ corp⁹ xp̃i nõ ẽ sub specie ⁊c. circunscriptiue.

¶ Ad ꝓpositum de modo existẽdi corpus xp̃i sub specie panis. dico primo: ꝙ nõ est ibi sub ipsa nec ꝯtinetur circũscriptiue. Quod ptꝫ primo. qꝛ corpus xp̃i nõ coextenditur: nec cõmẽsuratur speciei nec loco speciei quãte: nec sibi ꝯfiguratur. planum est. sed ista necessario ꝯueniunt alicui ꝯtento circũscriptiue. ergo ⁊c̃. Scdo qꝛ nullum maius est in minori vel ꝯtinetur a minori circunscriptiue. opꝫ em̃ equari locum ⁊ locatum circunscriptiue. sed planum est corpus xp̃i esse maius q̃ quãtitatem hostie vel loci eius. ergo ⁊c̃. Tertio sic. illud qd est totum in aliquo toto ⁊ totum in qualibet parte illius: nõ est in ipso circũscriptiue. sed corpus xp̃i sic est ⁊ ꝯtinetur in hostia: sicut dicetur infra: ⁊ apparebit magis. ergo ⁊c̃.

ꝙ corp⁹ xp̃i nõ ẽ sub specie diffinitiue.

¶ Scdo dico: ꝙ corpus xp̃i nõ est sub specie diffinitiue. Quod ptꝫ. qꝛ illud quod sic est vel ꝯtinetur sub aliquo vel alicubi: ꝙ simul est in alio loco non est ibi diffinitiue. hoc ptꝫ per rationẽ essendi diffinitiue: qꝛ esse diffinitiue est sic esse alicubi: ꝙ nõ alibi. sed corp⁹ xp̃i sic est sub specie: ꝙ est alibi. qꝛ ĩ celo. q̃ ⁊c̃. Scdo sic. illud nõ est diffinitiue in loco: qd simul hꝫ diuersos modos essendi ⁊ habitudines incõpossibiles in eodẽ respectu vni⁹ loci: sꝫ tm̃ respectu plurium locoꝝ. sed corpus xp̃i existens sub hostia ⁊ ꝯtentum ab ipsa est hmõi. habet em̃ habitudinem circunscripti ad aliquẽ locum: in quo est circunscriptiue ⁊ habitudinem aliã non circunscripti licet ꝯtenti ad speciem. sed incõpossibiles sunt iste habitudines due per cõparationem ad eundem locum. ergo ⁊c̃. Tertio sic. si esset sub specie diffinitiue aut esset ibi sicut spiritus: aut sicut corpus. Non sicut spiritus. patꝫ qꝛ non est spiritus sed corpus ⁊ quid q̃tum. Nec sicut corpus. qꝛ non est precise in isto loco. ergo ⁊c̃.

ꝙ corp⁹ xp̃i ẽ sub specie principalit.

¶ Tertio dico: ꝙ corpus xp̃i est sub specie principaliter. ita ꝙ ad speciẽ ipsam habet verã habitudinẽ realis presentie scdm naturã suam ⁊ entitatẽ: qua realiter presens est: ⁊ fundat talem respectum presentie realis ad speciem. Hoc patꝫ primo. qꝛ est ibi realiter ⁊ ꝯtinetur sicut ostensum est prius. ⁊ nõ est ibi circunscriptiue nec diffinitiue sicut etiã ostẽsum est. ergo tm̃ presentialiter ¶ Scdo sic. impossibile est: ꝙ corpus xp̃i preexistens ꝯtineatur: vel sit ibi de nouo: nisi per aliquid qd prius non habuit: puta per aliquẽ ordinem vel respectum. qꝛ si nullum ordinem vel respectum nec aliq̃ habitudinẽ habet ad istũ locum plusq̃ ante: nõ est in eo plusq̃ ante. qꝛ nec ipse locus habet habitudinẽ ad ipsum plusq̃ ante. sed talis habitudo nõ potest pertinere ad aliud genus: q̃ ad vbi ⁊ non pertinet ad vbi circunscriptiuum vel definitiuum: sicut probatum est. igitur ad vbi presentiale. ⁊ non est nisi habitudo realis presentie ad speciẽ ꝯtinentem. igitur ⁊c̃.

Quõ est ibi principaliter

¶ Quarto dico: ꝙ sic est ibi corp⁹ xp̃i: ꝙ partes eius sunt extra se inuicẽ. Quod ptꝫ primo. qꝛ impossibile est esse q̃titatẽ nõ habentem partem extra partẽ. hec est em̃ ratio q̃titatis cõtinue. qꝛ ꝯstat ex partibus habẽtibus positionẽ. primo modo accipiẽdo positionem. sed corpus xp̃i est ibi cum sua q̃titate ergo ⁊c̃. Scdo. qꝛ si non habet partem extra partẽ: sequeretur ꝙ pars esset in parte: ⁊ confusio maxima in corpore: ꝙ oculus esset in dorso: ⁊ pari ratione ecõuerso. qd est incõueniens. Tertio. quia tale corpus nõ esset proportionatum anime. Est em̃ aia actus corporis phisici organici potẽtia vitam habẽtis. ergo ⁊c̃.

Quõ partes corpor. xp̃i sunt i partib⁹ hostie

¶ Quinto dico: ꝙ partes corporis xp̃i nõ sunt in partib⁹ hostie situaliter habẽtes positionẽ scdo modo per cõparationem ad tales partes. Primo qꝛ totum corpus nõ est sub hostia circunscriptiue. situs autem partium non separatur ab vbi circunscriptiuo totius. ergo ⁊c̃. Scdo quia pars habẽs situm per cõparationẽ ad partẽ loci necessario equaꝛ sibi: sed ĩpossibile est ꝙ partes corporis xp̃i equenꝛ partibus hostie sed necessario sunt inequales: sicut ⁊ tota ipsaꝝ ergo ⁊c̃. Tertio. qꝛ pars non cõfiguratur parti hostie. sicut totum toti. ergo ⁊c̃. ¶ Ex quo patꝫ: ꝙ lꝫ pars corporis xp̃i nõ sit in parte corporis: sed vna extra aliã: sicut ⁊ partes q̃ti: omnes tñ partes sunt in eadem parte hostie: ⁊ totum similiter. ⁊ planum est: ꝙ totum corpus est sub tota hostia. ergo totum est in tota: ⁊ in qualibet parte quantitatis hostie. Non est autem in linea vel in puncto vel in superficie ꝓprie. qꝛ ista non sunt partes q̃titatis hostie:

que est corporeitas. q꞉ corpus non cõponitur ex superficiebus: nec superficies ex lineis: nec linea ex punctis sexto phisicorum. quare rc. ¶ Ultimo dico: ꝙ hoc est possibile: corpus christi sic esse sub specie virtute diuina. Hoc autem potest probari primo sic. Illud est possibile deo: quod non implicat cõtradictionem ex terminis: sed hoc nullam implicat contradictionem: scꝫ corpus xp̃i cum sua q̃titate sic contineri sub specie. quia sic ipsum contineri sub specie non est nisi esse presens speciei. sic ꝙ totum sit sub specie non habens respectum intrinsecum vbi circũscriptiui ad speciem: nec partes eius respectus situales ad partes hostie. hoc autem nullam implicat cõtradictionem: quia nec q̃titas hostie equalis est q̃titati corporis. Et ita non est mirum: si ponantur tales respectus. quia deficit terminus scilicet q̃titas equalis. ⁊ dato ꝙ esset equalis adhuc non esset contradictio: quia vbi circunscriptiuum ⁊ situs illi sunt respectus extrinseci: qui nõ ponuntur necessario posito fundamento et termino. quicquid sit de intrinseco. Et ideo non oportet adhuc dato: ꝙ quãtitas hostie esset equalis ꝙ corpus esset ibi circunscriptiue. nec partes eius situaliter. Unde non est aliqua contradictio. precipue quia ad aliam presentiam corpus de se est indifferens secundum vbi presentiale tantum. ergo rc.

ꝙ p̃dicta sũt possibilia ṽtu te diuina

¶ Secundo sic. omne prius essentialiter distinctũ ab alio põt deus facere alicui presens sine illo alio essentialiter distincto sola p̃sentialitate excepta. sed corpus christi est essentialiter distinctum ab vbi et situ respectu cuiuscũqꝫ corporis: cui potest esse presens. ⁊ non est necessario presentia ipsa quecũqꝫ q꞉ indifferẽs ad aliam presentiam q̃ secũdum vbi circunscriptiuum: vt dictum est supra. ergo potest facere corpus christi presens cuicũqꝫ corpori siue vbi circunscripto ad tale corpus. non tamen circũscriptiue: sed alio modo sic autem est in proposito.

¶ Tertio sic. non est magis impossibile ꝙ corpus christi sit presens alicui: ⁊ contineatur ab ipso non circunscriptiue: q̃ ꝙ accidens sit presens subiecto et non inhereat sibi. sed hoc est possibile. vt probabo infra. ergo rc. ¶ Quarto sic. non est magis impossibile corpus christi sic contineri sub specie: q̃ actiuum esse presens passo. disposito: et non agere in ipsum. sed hoc est possibile virtute primi agẽtis liberi. quod nisi coagat. nullum agens agit q̃tumcunqꝫ approximatũ passo. ergo rc. ¶ Quinta ratio sicut dictum est supra: vbi circũscriptiuum presupponit vbi presentiale: ⁊ non potest esse sine ipso licet ecõuerso. vnde bene ipsum vbi presentiale est prius naturaliter: ⁊ distinctum essentialiter. sed tale prius potest facere deꝰ in corpore christi sine posteriori. ergo potest facere corpus christi presens alicui corpori sine vbi circunscriptiuo. ¶ Sexta ratio non magis necessario q̃titas dat corpori esse coextensum vel circũscriptum a corpore: cui est presens: q̃ ipsamet sit ratio coextentionis vel circunscriptionis. sed ipsa non est necessario ratio circunscriptionis: licet sit ratio extensionis. quia est effectus eius formalis vel quasi formalis: non autem illud. ergo rc. ¶ Sic igitur dico: ꝙ possibile est virtute diuina corpus christi esse sub specie panis q̃tumcunqꝫ sit maius ipsa. et ꝙ est ibi de facto facta consecratione: sicut apparet ex predictis et patet etiam per queꝫ modum. Et sicut possibile est: ꝙ sub vna specie: ita est possibile ꝙ sub pluribus secundũ plures respectus vbi presentialis causatos in ipso: ⁊ terminatos ad plures species suo modo. sicut plures similitudines fundarẽtur in eodem albo: ⁊ terminarentur ad diuersa coalba.

Resolutio precedẽtium.

¶ Ad primum aliorum dico:

Ad motiua p̃me opiniõis heretice.

ꝙ possibile est idem corpus christi simul esse in pluribus locis actu ⁊ numero distinctis: et hoc siue sacramentaliter sicut predictum est: siue localiter et circunscriptiue: sicut dicetur infra in vna questione: siue in vno loco localiter vel circunscriptiue vt celo: ⁊ in alio sacramentaliter sicut in altari. ¶ Ad primam probationẽ dico: ꝙ q̃titas nõ est ratio formalis essendi in loco: sed magis ratio fundamentalis. Sicut albedo nõ est rõ formalis essendi similẽ: sed magis ipsa similitudo. Albedo vero est ratio fundamentalis. Et ideo dico: ꝙ non obstante vna q̃titate in vno corpore: ꝙ super ipsam possunt fundari plura vbi vel habitudines plures ad loca diuersa: quibus formaliter idem q̃tum et idem corpus potest esse in pluribus locis. sicut idem album pluribus similitudinibus fundatis super vnam albedinem suam potest simul esse simile pluribus albis. ¶ Ad secũdam ꝓbationem dico: ꝙ si essent infinita loca distincta: ꝙ sicut vnũ corpus potest esse in pluribus locis ita in infinitis non obstante limitatione sui. Et posset fundare infinitos respectus ad loca infinita. Nec maioris potentie est fundare duos tales respectus q̃ vnũ. nec infinitos: q̃ duos sicut dixi de relationibus intrinsecis in tertio. Aliter dicitur: ꝙ licet esse in infinitis locis arguat infinitatem. ⁊ repugnet enti limitato ⁊ finito: non tamen esse in locis pluribus finitis. Sed nõ curo. nec est istud dictum scd̃m Aristotelem in quarto phisi. ¶ Ad tertiam probationẽ dico: ꝙ si accipiatur aliquid distare a seipso pro tanto quia ipsum est in diuersis locis distantibus adinuicem: et ita localiter distare: sicut possibile est: ꝙ idem distet a seipso. sicut ꝙ idem sit in pluribus locis. nec sequitur: ꝙ sit nõ idem sibi ipsi. sed sequitur: ꝙ loca illa vel vbi terminata ad diuersa loca secundũ que distat. non sint idem. Si autem accipiatur distare prout nõ solum dicit diuersitatem vel distantiam locorum sed etiã concernit vel includit distinctionem realem locatorum: ⁊ distantis a distante. sic idem non distat: nec potest distare a seipso: sicut nec potest esse non idem vel diuersum a seipso. Si dicas: ꝙ vnitas continui est sua continuitas. sed distantia tollit continuitatem. ergo tollit vnitatem. ⁊ per consequens ponit pluralitatem ⁊ diuersitatẽ distantis a distante. Dico ꝙ idem continuum non discontinuatum potest esse in pluribus locis non ꝯtinuatis. ⁊ talis distantia tantum secundum locum non tollit continuitatem eius nec idẽptitatem. Eandem enim cõtinuitatem infra seipsum potest habere ⁊ habet in pluribus locis. Unde non valet. dato ꝙ vnitas cõtinui sit sua continuitas. argumentum non cõcludit. Et preterea dici potest: ꝙ continuitas continui nõ est vnitas: licet ipsam bene sequatur vnitas. nec aliquid est idem sibi: quia continuum: sed veriori vnitate. et illa que non sunt continua sunt eadem cum ipsis. Unde magis continuitas est vnitas partis ad partem incontinuo q̃ totius. vnde ⁊ partes cõtinuantur in toto ⁊ se habent continue sicut patet:

non autem totum sibiipsi est cõtinuum quare ⁊c̄. Ad minorem dico: ꝙ bene sequitur nunc de facto: ꝙ si corpus christi est sub specie: ꝙ sit in pluribus locis. quia ibi ⁊ in celo. Tamen dico ꝙ nõ sequitur gratia forme. posset enim deus facere: ꝙ non esset nisi sub illa specie. ita ꝙ non maneret: nec esset in celo: sed tantum esset sub vna specie panis. Ad dictũ Augustini dico: ꝙ corpus christi secundum diuinam ordinationem necesse est esse in vno loco puta in celo. sed non negat Augustinus quin cum hoc possit esse in alio loco: ⁊ quin sit in aliis locis saltē sacramẽtaliter. licet non sit nisi in vno localiter vel circunscriptiue: puta in celo. ¶ Ad secundum dico: ꝙ corpus christi sub specie est ꝗ̄tum. alioquin non esset organicum: nec perfectum ab anima vel animatum: quod est falsum. Quãdo dicis: ergo est ibi modo quãtitatiuo. dico ꝙ verum est. quia habꝫ ibi partem extra partem. ⁊ ꝗ̄titas dat sibi esse ꝗ̄tum. sed non sequitur: ꝙ sit ibi circũscriptiue: sicut ostensum est supra. Quãdo dicis non potest esse ꝗ̄titas alicubi nisi modo ꝗ̄titatiuo: sicut nec qualitas: nisi modo qualitatiuo. dico. ꝙ verum est. quia cuicũqꝫ inest vt subiecto. dat sibi esse ꝗ̄tum: sed nõ oportet ꝙ cuicunqꝫ inest: det sibi esse a loco circunscriptum. Posset enim deus facere vnum corpus ⁊ ꝗ̄tum extra celum. ⁊ tunc non esset circũscriptum. sicut nec etiam vltima spera est proprie circunscripta. Et dico ꝙ potest facere vnum corpus in loco non circunscriptum: sicut dictum est supra ⁊ declaratum. ¶ Ad tertium dico: ꝙ totum corpus christi est sub tota hostia ⁊ qualibet parte eius. Quando dicis: ꝙ nõ: quia tunc nõ haberet partem extra partem. dico ꝙ immo sicut ꝗ̄tum scd̃m positionem que est differẽtia ꝗ̄titatis: ⁊ respicit ordinem partium in toto. Unde nihil est quod dicunt aliqui: ꝙ pars est in parte virtute diuina. sed dico ꝙ non habet partem extra partem scd̃m positionem vel situ: qui est predicamentum: sicut ostensum est supra.

Ad Augusti.

¶ Ad quartum de motu ⁊ quiete dico: ꝙ idem corpus potest quiescere in vno loco. id est non moueri: vel recedere ab illo loco sed continue habere suum vbi in illo loco: ⁊ moueri in alio loco. id est non habere continue suum vbi in illo loco: sed moueri ad alium locum ab illo loco. Et isto modo planuꝫ est: ꝙ moueri et quiescere non opponuntur priuatiue sed bene opponerentur priuatiue vel contradictorie. ⁊ esset cõtradictio dicere: ꝙ idem corpus simul quiesceret in vno loco: ⁊ non quiesceret: sed moueretur ab illo non manendo in ipso. similiter ꝙ non moueretur ab illo: ⁊ sic quiesceret et moueretur ab ipso. non remanendo in ipso. sic autem non ē in proposito. Ad illud de motibus dico: ꝙ vel motus nõ sunt contrarii: vel si sunt cõtrarii: adhuc virtute diuina possunt esse simul: ¶ Ad quintum dico: ꝙ nõ oportet hostias plures esse simul: dato: ꝙ sub ipsis sit idem corpus christi ꝗ̄tumcunqꝫ limitatum quia corpus christi non eadem simultate vel presentialitate est simul illis sed diuersis respectibus et habitudinibus quare ⁊c̄. ¶ Ad sextũ: ꝙ corpus christi sic esse sub specie panis non repugnat apparentibus veris: licet etiam ex apparẽtibus non possit deduci. Et nõ est impossibile nec falsum: sed possibile ⁊ verum. Unde ⁊ si aliquis sequeretur apparẽtia: recte diceret: ꝙ ex apparentibus non haberet hoc nec oppositũ: sed esset ex apparẽtibus neuter.

Ad confirmationem que adducitur septimo dico: ꝙ possibile est duas ꝗ̄titates esse simul immediate accipiendo simul pro existẽtia vtriusqꝫ ⁊ presentia immediata vnius ad alteram: dato ꝙ ille ꝗ̄titates non se tangãt nec cõmensurent. Sicut virtute dei est possibile. ꝙ corpus sit in loco: ⁊ nõ circũscribat a loco. virtute aũt nature non videre mihi possibile. Quia vero questio ista secundum articulos suprapositos si compleretur: esset nimis longa: ideo soluo ad rationes et alios articulos tractabo in sequenti questione.

¶ Ad primum pͥcipale dico:

Ad pͥncipalia argumẽta.

tem cōiter loquētes: ⁊ scd̄m negātes idem corpus
posse eē in pluribus locis. g̃ ⁊c̄. Et ꝯfirmatur ista
ratio: magis videt̄ necessarium multiplicari poste
rius mltiplicato p̄ori ꝗ̄ ecōuerso. p̄us. n. magis vi
detur manere vnū multiplicato p̄ori ꝗ̄ ecōuerso.
vt ptꝫ in oībus: vel saltem vt in pluribus. corpus
aut locatum vel locabile videtur p̄us loco. Tuꝫ qꝛ
corpus videtur cāre locum vt cōiter: qꝛ facit latera
distare. Tum qꝛ etiā variato corpore variatur lo=
cus scd̄m figuram nō ecōuerso. sic intelligendo: ꝙ
eiusdem corporis possunt eē plura loca: ⁊ quando
recedit corpus de loco ad locum: nō oꝫ variari cor
pus: licet oporteat variari locum. Sꝫ multiplica=
to corpore scd̄m te nō oꝫ multiplicari locū. ⁊ qꝛ in
eodem loco possunt esse plura corpora: ergo etiam
multiplicato loco multominus oꝫ multiplicari cor
pus: sed p̄t idem corpus eē in pluribus locis. De
ista confirmatione non curo. quia quasi tota dubia

est michi. Non enim video. quare in eodem loco
non possunt esse plura corpora successiue: sicut ideꝫ
corpus in pluribus locis. Similiter non video
quare sicut idem corpus locabile posset esse sine lo=
co: quare non locus sine corpore locabili distincto:
Similiter nō video bene: quō corpus sit p̄us loco
cum locus hēat rationem ꝯtinentis ⁊ corpus ratō
nem contenti. Similiter non video bene: quō cor=
pora ꝯtenta a celo faciant latera celi distare. Vide
tur enim ꝙ distarent: dato ꝙ nullum corpus eēt in
fra celum. Similiter etiam celum empireum nō di=
uiditur: licet localiter ꝯtineat corpora beatorum.
¶ Ratio autēꝫ adducta soluitur ab vno doctore q
dicit: ꝙ nō repugnat plura corpora eē simul in eo=
dem loco: quia ꝙ dimensio vniꝰ corporis repugnat
alteri in eodem loco: hoc non est nisi ratione situuꝫ
vel situs localis: ⁊ talem repugnantiā tollit in cor
poribus gloriosis dos subtilitatis. Et ideo duo
corpora gloriosa possunt simul stare in eodeꝫ loco.
vel saltem vnum gloriosum ⁊ aliud non gloriosuꝫ
sed ꝙ idem corpus non possit esse circūscriptiue in
pluribus locis: impedit limitatio corpis ⁊ deter=
minatio ad locum. Et quia impossibile est ab ip̄o
corpore tolli limitatiōem ⁊ finitationem. ideo ⁊c̄.
Contra illud patet: ꝙ hoc exclusuꝫ est supra. quia
non plus limitatio corporis excludit a corpore eē
in pluribus locis: ꝗ̄ limitatio loci excludit ab ipso
posse locare plura corpora. quare ⁊c̄. ¶ Quarta ra
tio est ista. similis est limitatio angeli ad eē in loco
non localiter sicut corporis ad eē in loco localiter.
vt patet: sed angelus potest esse in pluribus locis
secundum modum nature sue non localiter proba
tio. quia posset deus cōuertere substantiam panis
in gabrielem: sicut dicetur infra: ⁊ etiam substan=
tiam alterius panis. sed facta conuersione duorū
panum gabriel simul esset in duobus locis: in qui=
bus p̄existebant panes ꝯuersi: sicut et corpus chri=
sti modo est in pluribus altaribus facta ꝯuersione
plurium panum in ipsum. ergo ⁊c̄. ¶ Quinta ra=
tio. sicut deus potest ꝯuertere substantiam panis
in substantiam corporis xp̄i: ita et quantitatem in
quantitatem. sicut etiam pobabitur infra. sed hoc
facto sicut corpus christi est in pluribus locis sa=
cramentaliter quando substantia tantum cōuerti=
tur in substantiam ex vi conuersionis secunduꝫ ip
sos. quia substantia est ibi p̄mo tanꝗ̄ per se termi
nus conuersionis. ita: esset corpus Christi in pluri
bus locis localiter. quia quantitas corporis Chri
sti esset primus terminus conuersionis: et ita esset
substantia ibi secundum legem quantitatis secun=
dum viam ip̄orum. ⁊ per consequens circūscripti=
ue. ¶ Sexta ratio ⁊ vltima est ista. non magis vi=
detur repugnare due habitudines vel pures itrin
secus aduenientes ⁊ consurgentes ex natura fun=
damenti: ꝙ fundentur in eodem fundamento ipso
non mutato nec multiplicato ꝗ̄ ꝙ due vel plures
habitudines extrisecus aduenientes sic fundentur
in eodē fundamento indistincto. Magis enim vi=
detur aliquid mutari ad mutationem alicuius sibi
magis intrinseci: ꝗ̄ minus intrinseci ⁊ intrinseci.
⁊ minus videtur fundamentum adequari respetui
extrinseco ꝗ̄ intrinseco: ⁊ per consequens non mi=
nus videtur possibile: ꝙ vnum fundamentū inade=
ꝗ̄te fundet vnū respectuꝫ extrinsecū: sꝫ cū hᵒ possꝫ
fūdar̄ aliū: ꝗ̄ videat̄ ꝺ respectu itriseco. cū igr̄ vbi

circũſcriptiuum dicat ⁊ reſpectiuum extrinſecuꝫ
corporis locati ad locum: videtur ꝙ in eodem ſub
iecto ſecũdum idem fundamentum peſſint funda-
ri talia plura vbi: non minus ꝗ̃ ſuper idem funda-
mentum plures ſimilitudines ad plures terminos
Reſolu. vel hmõi. quare ⁊c. ¶ Dico igitur ꝙ abſolute lo-
hu9 opi. quẽdo poſſibile eſt ideꝫ corpus eẽ ſimul iu pluribꝰ
locis circũſcriptiue virtute diuina: ſicut oſtendunt
premiſſe rõnes. Ad hoc p̃t adduci auctoritas hu-
gonis libro. 2. de ſacramentis parte. viij. ca. 2. q̃ fe
cit (inquit) vt vnũ corpus eẽt in vno fecit quomo-
Hugo. do voluit. ⁊ ſi voluiſſet aliter feciſſet. Et videt̃ in-
telligere de modo eẽndi ĩ loco localiter. qꝛ ſicut vi
detur: nõ erat ſibi dubium nec alicui fideli: quin ſa
cramentaliter. Similiter etiam qꝛ loquẽdo de illo
modo ẽm quẽ corpora de cõmuni lege ſunt in loco
loquebatur hugo. Et ita de mõ eẽndi circũſcripti
ue in pluribus locis. ¶ Scdo dico ꝙ ꝓbabile ẽ ꝙ
aliquãdo fuerit hoc factũ de facto. ⁊ puto: ꝙ quo-
tiens dicitur Jeſus xp̃us poſt aſcenſionẽ in celum
alicui apparuiſſe: vel corporaliter deſcendiſſe vel
ſue matri in aſſumptione obuiaſſe: hoc fuiſſe factũ
ita ꝙ xp̃us ad dexteram patris ſurſum reſidebat:
et tamen in alio loco erat ſimul localiter ⁊ circun-
ſcriptiue. Et hoc videtur conſonum dicto Augu-
ſtini ꝙ donec finiatur ſeculũ ſurſuꝫ eſt dñs. Et vi
detur hoc intelligere de toto tp̃e poſt aſcẽſionem.
Jſto modo etiã putatur fuiſſe factum in exequijs
Nota. beati martini: in quibus fuit pñs beatus ambroſiꝰ
⁊ tamen in eccleſia ſua pñs erat in loco multum di
ſtanti: vbi miſſam celebrabat. Jſto mõ etiã putat̃
de beato germano altiſiodorenſi: q̃ cũ eſſet diſtans
vel in loco remoto: fuit tamen pñs in exequijs btĩ
lupi trecẽſi. Hoc mõ etiã ꝓbabiliter p̃t dici: ꝙ fue
rit factũ tp̃e beati franciſci: quãdo p̃dicãte btõ an
thonio in capitulo arelateñ. beatꝰ franciſcus cum
eſſet in loco remoto adhuc viuens corporaliter in
oſtio capituli velud expanſis in cruce manibꝰ ſeip
ſum preſentem fratribꝰ exhibebat. ¶ Tertio dico
ꝙ hoc fieri nõ p̃t virtute nature vel agẽtis creati
nõ ꝓpter incõpoſſibilitatẽ vel repuguãtiam diuer
ſorum vbi talium circũſcriptiuoꝝ in eodem corpo
re locato: ſed qꝛ p̃taxatus eſt agenti naturali talis
modꝰ agẽdi vt nõ poſſit ponere vnuꝫ corpꝰ in alio
loco niſi amoueat ip̃m ab alio loco p̃ori ⁊ nõ poſſit
etiã ponere aliquod corpus in aliquo loco: niſi ex-
pellẽdo aliud de eodẽ loco. ⁊ ita nõ p̃t ponere duo
corpa in eodem loco: ſicut infra in capi. de reſurre
ctiõe magis apparebit. ſꝫ virtute diuina: cui nihil
eſt impoſſibile: niſi illd quod ex terminis implicat
contradictionem: vtrũqꝫ ĩpoſſibile ſimpliciter. Et
puto ꝙ minꝰ eẽt hoc mirabile: ſi fieret: ꝗ̃ ſit de hoc
ꝙ idẽ corpus xp̃i ponitur ſimul in pluribus locis
ſiue ſacramentaliter ſiue localiter in vno: ſicut ĩ ce
lo: ⁊ in alio ſacramentaliter. Et puto ꝙ illi qui ne
gant iſtud: pari ratiõe vel fortiori negarent illud: ni-
ſi ꝑ fidẽ cogerẽtur. Et eſt mirabile ſicut dicit vnꝰ
doctor: ꝙ plus ſequũtur fantaſiã puerilẽ: ꝗ̃ ſequẽ-
tur rõnem ẽm illa que tenemus ex fide. Hec de ſe
cundo articulo p̃ncipali.

¶ Quantũ ad tertiũ articuluꝫ ponunt̃ aliq̃ re-

Regule gule ad ſolutionẽ motiuoꝝ ꝑ alijs ſupiꝰ adductoꝝ.
ꝓ ſolu. 1. ¶ Prima regula: ꝙ oĩs forma abſoluta p̃or natu
opinio. raliter ip̃o vbi ꝯuenit corpori vniformiter in plu-
ribus locis: ſicut in vno loco. Jta ꝙ ex variatione
vbi vel multiplicatione nõ variat̃ nec multiplicat̃
in corpe. Nã ad variationẽ vel multiplicationem
poſterioris nõ opꝫ variari vel multiplicari ip̃ꝫ po
ſterius. ¶ Secũda regula ẽ ꝙ ſicut paſſiuũ appro
ximatũ duobꝰ vel pluribus actiuis exiſtẽs in vno
loco pateretur ab eis: ⁊ recipet aliquã formã abſo
lutam. Jta etiã in pluribus locis exiſtẽs ⁊ approxi
matum illis oẽm talẽ formã abſolutã recipet. Et
ratio eſt. qꝛ ead ponit̃ potẽtia actiua ⁊ paſſiua hic
⁊ inde ſufficienter approxiata. Et puto ꝙ nõ ſolũ
vera eſt iſta regula de formis abſolutis: ſꝫ etiã de
reſpectibus cãtis in tali paſſo ab illis agentibꝰ: ꝙ
tales recipit vniformiter in vno loco vel in plu-
ribus locis: alioqn ꝯtradictio ſeqretur: ꝙ ſcꝫ recipe
ret: ⁊ nõ reciperet in diuerſis locis. Jmaginor eñ
ꝙ quicqd corpi in vno loco: ꝯueniret ſibi in pluri-
bus. licet nõ oporteret: ꝙ vt in illis puribꝰ ⁊ quo-
libet primo. ¶ Tertia regula ẽ ꝙ ſicut corpꝰ acti-
uum ſe haberet ad diuerſa paſſiua approxiata ſibi
in vno loco exiſtẽti: ſic in pluribus locis exñs ſe ha
beret ad illa ⁊ vniformiter. hoc põt etiã ꝓbari ex ꝓ
batione regule p̃cedentis. ¶ Quarta apponit̃ ab
aliquibus: ꝙ ſi aliquid vno mõ ſit poſſibile: ⁊ alio
mõ ſit ĩpoſſibile ⁊ ſequatur ꝯtradictio: licet ponat̃
⁊ debeat dici poſſibile primo mõ. nõ tamẽ ſcdo mõ
accceptũ: vel licet ſit ⁊ dicat̃ impoſſibile ſcdo mo-
do acceptũ: nõ tñ prĩo mõ et q̃re hoc dicitur: appa
rebit infra.

¶ Hijs premiſſis ad p̃mum aliorum reduco cõtra eos.

Ad mo- Primo qꝛ ſi argumentũ eſt bonuꝫ: ſeqtur ꝙ corpꝰ
ua. 1. opi xp̃i ſit infinitum ⁊ ĩmenſum. qꝛ ſicut non repugnat
nionis. ſibi eẽ in pluribus locis ſacramẽtaliter veraciter
⁊ realiter p̃ſens: ita nec ĩfinitis ſi eẽnt. Scdo quia
ſicut nõ repugnat vni loco: ꝙ duo corpa ſint ĩ ipſo
localiter: ita nec ꝙ infinita ſi eẽnt virtute diuina ⁊
tñ nõ oportet ꝓpter hoc illum locum eẽ infinitum
quare ⁊c. ¶ Dico igit̃: ꝙ ſi eẽnt loca infinita: in q̃
bus poſſet eẽ aliqd corpus circũſcriptiue: ſicut vir
tute diuina p̃t eẽ in duobus vel tribus: ita in om-
nibus illis q̃tũcũqꝫ ĩfinitis. Nec arguitur ex hoc
aliqua ĩmenſitas eius vel infinitas. Tu dicis pro-
prium eſt dei eẽ vbiqꝫ. Dico ꝙ verũ eſt ex neceſſi-
tate ⁊ ĩmediate nature ſue q̃ exigit: ꝙ quocũqꝫ lo-
co poſito: deus ſit p̃ſens illo loco: nec p̃t nõ eẽ pñs
loco exiſtẽti in actu. ſic aũt non eẽt de corpe. qꝛ nec
virtute ꝓpria eẽt in illis locis pluribꝰ: nec diceret̃
ibi eẽ neceſſario poſitis illis locis. ſed cõtingenter
ſicut patet. quare ⁊c. Similiter etiam deus p̃ſens
eſt omni loco vniformiter. corpꝰ autẽ nõ p̃t eẽ pñs
omni loco vniformiter. qꝛ loco minori non poteſt
eſſe preſens circunſcriptiue: licet bñ aliter poſſit eẽ
preſens. ¶ Ad ſecundum reducendo contra eos.
quia ſicut locatum circunſcriptiue commenſura-
tur ⁊ connumeratur loco: ita vt videtur ecõuerſo.
locus locato. ſed locus non ſic commenſuratur vel
connumeratur locato: quin in eodem loco poſſint
eſſe plura locata: ſicut dictum eſt ſupra. ergo ſimi-
liter in pluribus locis idem locatum. Et confirma
tur quia ſicut non eſt impoſſibile: ꝙ idem corpus
ſit equale pluribus locis ſecundum quantitatem
per plures equalitates ⁊ reſpectus intrinſecos: et
intrĩſece ꝯmẽſuret̃ eis: ita nõ ẽ ĩpoſſibile ꝙ ꝯmẽſu
ret̃ eis ẽm plẽs reſpectus extrinſecos. ſed hoc nõ

est nisi eē in pluribus locis circūscriptiue: ⁊ habere plura vbi circūscriptiua ⁊ cōmēsuratiua ad illa plura loca sicut etiā plā locata ad vnū locum. ⁊c. ¶ Dico igiť ꝙ nō oꝫ locatū ⁊ locū cōnūerari scḋm discretū. sed loco plurificato potest eē locatū vnū ꝗtūcunqꝫ circūscriptiue: sicut etiam hoc est possibile sacramētaliter. ⁊ ecōuerso locatis existētibus pluribus potest eē locus vnus. Nec est eadem ratio de cōnumeratione ⁊ cōmensuratiōe scḋm continuum. q꞉ cōmensuratio loci circūscribentis ⁊ locati est de ratione iporum scḋm ꝙ huiusmodi: sed connumeratio accidit. Non enim locant ⁊ locantur secundum numerum sed secundum cōtinuum.

¶ Ad tertium dico reducendo cōtra eos: ꝙ sicut termini corporis sunt simul cū terminis loci: ita ecōuerso termini loci cū terminis corporis. si ergo ꝓpter simultatem terminorū corporis ad diuersa loca sequitur ꝙ corpus sit extra terminos proprios vel quātitatis sue ꝓprie: ita ꝓpter simultatem terminoruꝫ loci cū diuersis locatis seqͥť: ꝙ locꝰ sit extra terminos ꝓprios. q꞉ sicut tu dicis: ꝙ duo loca arguūt duo locata ita diceretur tibi: ꝙ duo locata arguūt duo loca. hoc aūt est falsum nā duo corpora pñt esse in eodem loco dato ꝙ locus nō sit extra ꝓprios terminos: nec aliquod illorum corporū sit extra terminos loci. ¶ Dico igitur: ꝙ idē corpus ꝑ suā quātitatem qua intrinsece ⁊ formaliter terminatur: potest esse in pluribus locis: nec sequitur: ꝙ sit extra terminos ꝓprios vel extra terminū ꝓprie quātitatis: sed bene exñs in loco vno est extra aliū locum ⁊ extra terios alterius loci: sicut locus est extra aliū locū: licet cū hoc posset esse intra illū locum ⁊ terminos eius. Similiter dico: ꝙ si argumentū est bonū: ꝙ concludit idē corpus nō posse eē in pluribus locis sacramētaliter. quia etiam termini loci ⁊ locati sunt simul: licet nō cōmensuratiue vel circūscriptiue. Et similiter etiā precedēs argumētum. q꞉ licet locatū sacramentaliter ⁊ locus non cōmensurētur: tamen ita viderentur cōnumerari: sicut si cōmensurarētur. ¶ Ad quartū de terminis motus reduco contra eos primo q꞉ sicut termini motus sunt quelibet duo vbi circūscriptiua: sicut tu dicis: ita termini mutationis alicuiꝰ corporis pñt esse duo vbi presentialia vel sncramētalia. si ergo illa sunt incōpossibilia. ⁊ nō possunt stare in eodem corpore: pari ratione nec illa duo sacramentalia. ⁊ ita non potest eē idem corpus in pluribus locis sacramētaliter sicut nec localiter vel circūscriptiue. Secūdo. quia aliq̄ ipsorum cōcedunt: ꝙ in augmento quantitatis minor vel charitas est terminus a quo: ⁊ maior est terminus ad quem. ⁊ tamē stant simul etiā scḋm ipos. Sic diceretur eis de duobus vbi. ꝙ scilicet termini motus vel mutationis per se sunt affirmatio et negatio. ⁊ illa non stant simul. Et de istis necessarium est: ꝙ mutatio vel motus faciunt distare subiectum motum ab altero. sed dico ꝙ positiuum cōcomitans illam negationem ex ꝑte termini ad quē separabile est ab ipsa: ⁊ potest simul stare cum termino ad quem. Unde ⁊ duo vbi possunt simul stare in eodem corpore. ⁊ manens ⁊ exñs in vno loco potest esse in alio loco vel moueri ad alium locuꝫ. Ita ꝙ vbi ⁊ vbi nō sunt ꝑ se termini oppositi motus vł mutationis: nec sunt incompossibilia. licet affirmatio ⁊ negatio. vnde bene impossibile est ꝙ aliquod corpus habeat aliquod vbi in vno loco ⁊ moueať ad illud vbi: vel non habeat ipsum. sed non est impossibile: ꝙ cum hoc sit in alio loco secundum aliud vbi. Quando dicis tunc: ꝙ agens naturale posset hoc facere. ex quo plura vbi repugnant: dico: ꝙ nō sequitur sicut nec sequiť: ꝙ possit facere plura vbi sacramentalia simul: immo nec vnuꝫ: licet plura nō repugnent. Sicut nec potest facere plura corpora in eodem loco; nec ꝙ virgo pariat. quia est limitate virtutis: cui prefinitus est certus modus agendi.

¶ Ad quintuꝫ de pluribus figuris dico: ꝙ si figura dicat aliqꝫ formam absolutam: puta qualitateꝫ in ꝗtitate: ꝙ argumentum in nullo concludit dato ꝙ vnius corporis non sit nisi vna figura nam per vnam qualitatem vel figuram potest configurari idem corpus pluribus locis similis figure. Sicut vnum corpus spericum in cōuexo potest eē in pluribus locis spericis in concauo. nec oportet ꝓpter hoc ꝙ habeat diuersas figuras: vt patet. sicut etiā nec oportet ꝙ locus in quo sunt plura locata circūscriptiue habeat plures figuras. Unde argumentum potest retorqueri cōtra eos. ¶ Scḋo dico ꝙ si figura sit aliquid tale absolutum puta qualitas in quātitate nō apparet cōtradictio: quare idē corpus non possit figurari simul pluribus figuris siue similibus siue dissimilibus: siue eiusdem ratiōis siue alterius. sicut ꝙ simul sit spericum ⁊ quadratū ⁊ hmōi. Et ita secūdum illa poterit eē idem corpꝰ cōfiguratum pluribꝰ locis. Si aūt non dicat figura aliquid absolutū vltra quātitatem: sed dicat ordinem partiū quātitatis: hoc est dupliciter. vel in toto vel in loco. Si in toto: tūc nō variatur figura ad variationem vbi: sed manet eadē: licet vbi eiusdem rationis saltem varientur. Si dicat ordinem partium in loco: sic oportet figurā variari. q꞉ figura sic seqͥtur vbi. Nec est incōueniēs ꝙ sic varieť: ⁊ idē corpꝰ pluribus figuris figureť. Et sic corpus vnū poterit diuersis figuris figurari. ⁊ diuersis locis ꝯfigurari vt sit in aliquo pleno vase in isto loco: in alio loco in vase dimidio. in vno loco sit i dolio inclusū. in alio in terra effusū scḋm diuersa vbi ⁊ positiōes ipius in diuersis locis. ¶ Breuiť tñ ⁊ faciliter pt̄ se expedire hō de isto argumēto: ꝙ nō oꝫ corpꝰ figurari plꝰibus figuris: sicut nec habere plures quantitates: dato ꝙ sit in pluribus locis sibi equalibus ⁊ similis figure cum ipso secundū cōcauum loci vel conuexum locati. ¶ Ad sextum de mutationibus ⁊ mutatis esse de mutationibus oppositis vel eiusdem rationis dico: ꝙ per omnia potest retorqueri contra eos. Nam de mutationibus oppositis: ita videtur corpus christi mutari mutationibus oppositis: quando ponitur sacramentaliter sursum simul ⁊ deorsum vel ante et post seu retro in diuersis hostijs: sicut corpus si moueatur localiter sursum vel deorsum. Similiter etiam de mutationibus eiusdem rationis: quando ponitur sub diuersis hostijs in eadem dispositione. Similiter etiam sicut accipiunt: ꝙ corpꝰ exñs in vno loco posset de alio in quo est: moueri ad eundem locum: in quo p̄existebat. ⁊ ita simul sunt mutari ⁊ mutatum esse: ita diceretur: ꝙ de vna hostia posset fieri i alia in qua iam est. ⁊ sequitur idem incōueniens. ¶ Dico igitur simpliciter loquendo: ꝙ plures mutationes eiusdem rationis possunt eidem simul inesse: ⁊ insunt de facto aliquando virtute nature. sicut idē aer simul illuminatur pluribus illuminationibus

ꝙ plures mutationes eidē pñt siml ineē.

ad plura lumina terminatis:vt dictum est in secundo. Sic dico i ꝓposito esse possibile virtute diuina ꝙ idem corpus simul moueatur ad plura loca circunscriptiua:sicut etiam ꝙ simul mutetur ad plura vbi sacramentalia. Ad philosophũ respondi alias in secũdo di.xiij.de duobus luminibus ꝙ non video dictum Aristotelis verũ esse vniuersaliter: licet in aliquibus sit verũ particulariter etiã loquendo de virtute nature. Et de mutationibus oppositis dico:ꝙ ꝓprie loquẽdo ille sunt mutationes opposite incõpossibiles:q̃ sunt inter terminos oppositos incõpossibiles:puta inter esse ⁊ nõ esse affirmationem ⁊ negationem:quarũ vna est ab esse in non esse:alia vero ab eodem esse in non esse. Et istomodo generatio ⁊ corruptio eiusdẽ sunt incõpossibiles:⁊ incõpossibile est idem simul generari ⁊ corrũpi:creari et anichilari:licet non sint ꝓprie mutationes. Similiter impossibile est idẽ simul moueri vel mutari mutatiõe acquisitiua alicuius loci ⁊ deperditiua eiusdem loci.sicut impossibile est:idez simul esse ⁊ non esse in eodem loco:sed possibile est idẽ sic mutari ad diuersa vbi ĩ diuersis locis sursum ⁊ deorsum:ante et retro:qꝛ vel iste mutationes nõ sunt cõtrarie:sicut nec loca:sed sunt tantum disparata. Et nec ipsa vbi in locis illis sunt ꝯria: nec opposite relationes sed disparate:nec etiã sursum ⁊ deorsum. Uel si sursum ⁊ deorsum ante ⁊ retro propinquum vel remotũ sunt relationes opposite:tñ fundantur in vbi:⁊ reducunꝭ ad primũ modum quarti generis. Et sicut diuersi vbi ĩ locis illis possunt simul in esse:ita ⁊ sursum et deorsum ita bene sicut ⁊ sacramẽtaliter. Et dato etiã ꝙ ipsa vbi essent cõtraria nõ solum sursum ⁊ deorsum fundata sup ipsa vbi:adhuc possent eidẽ inesse:sicut dicã infra de contrarijs etiã absolutis.⁊ per cõsequẽs mutationes ad talia plura vbi:sicut mutationes ad duo cõtraria absoluta.licet hoc non senserit Aristoteles. ¶ Ad illud de mutato esse et mutari dico:ꝙ idem corpus de vno loco non mutaretur ad locũ in quo iam est:vel erat:vel expelleret seipsum:et sic acciperet nouum vbi per nouã mutationẽ ⁊ non seruaret prius vbi. Uel deus faceret mutationem sine mutato.sicut puto esse possibile.ita ꝙ mutaretur:⁊ nõ haberet terminũ illa mutatio:quia scđm me mutatio et mutatũ esse accipiendo mutatum esse pro termino mutationis nõ pro indiuisibili cuiuscũq̧ mutatiõis essentialiter distingunꝭ:⁊ mutatione prior natura. Uel si mutaretur:⁊ non expelleret se:⁊ mutaretur mutatione acquisitiua saltem mutarꝭ mutatione deperditiua alterius loci:a quo mutaretur sicut dicit vnus. Et sic patet:ꝙ mutatio ⁊ mutatũ esse nunq̃ sic essent:ꝙ mutatum esse terminus mutationis iam esset ante mutationem:sicut imaginatur argumentum. Tamẽ si mutaretur ad locum:in quo ꝑat ⁊ mutatione acquisitiua oporteret dicere:vel ꝙ seipm̃ expelleret:vel ꝙ in eodem corpore respectu eiusdem loci essent simul plura vbi circũscriptiua ⁊ vtroq̧ modo acciperetur nouũ vbi: et mutatum esse nouum esset ⁊ simul duratione cum ipa mutatione:si esset instãtanea.licet mutatio eẽt prior natura.vel posterius etiam duratiõe forte:si mutatio successiua. Non curo de hoc.vel si non acciperetur vbi nouum: tunc deus faceret mutationem etiam acquisitiuam sine termino. Sicut puto ꝙ posset facere generationem sine gñato esse:⁊ quã cunq̧ mutationem localem sine aliquo vbi acquisito per ipam. ¶ Ad septimũ dicunt quidam: ꝙ nõ est impossibile eandem materiam alimẽti vel etiã simpliciter informari simul a diuersis formis specificis alterius rationis vel eiusdem rationis.nec in hoc aliqua cõtradictio implicatur. Sed hoc est mihi dubium. Primo quia sicut quelibet species tota distinguitur eẽntialiter ab alia:⁊ indiuiduũ cuiuslibet speciei ab alio:sic videtur:ꝙ partes coruz essentialiter distinguantur. ita ꝙ sicut ambaꝝ vel amborum non potest esse vna forma ita ambarum vel amborum non possit esse vna materia. Secundo in proposito.quia non plus materia alimẽti superuenientis isti alimenti informaretur in hoc indiuiduo pluribus formis:q̃ materia prior vel precedens cui apponitur.nec in alio pari ratione.⁊ sic in nullo:vt videtur. Tertio quia quelibet talis forma substantialis cõpleta est immediata ratio suppositandi fundamentaliter. Et ideo sicut impossibile est:ꝙ plura supposita cõcurrant in eadem materia eo ꝙ suppositũ est incõmunicabile:ita impossibile est ꝙ plures tales forme concurrant in eadem materia. Et hoc dixi in secundo. ¶ Dico igitur aliter. primo ꝙ argumentum potest retorqueri cõtra eos.nam sicut idem alimentũ si esset in pluribus locis: potest sumi a diuersis animalibus in illis locis:ita idem alimentum existens in vno loco posset sumi a duobus animalibus existentibus in eodem. Et possibile est:ꝙ fuit in eodem loco.et tunc queritur sicut vltra: ⁊ deducitur:ꝙ illud alimentum sic sumptuz ab vtroq̧ conuerteretur. Et plures forme substantiales simul essent in vna materia. Secũdo dico:ꝙ argumentum non concludit nam idem esset iudicium de alimento sic sumpto a diuersis animalibus in diuersis locis existente:sicut in vno loco.vel qđ fieret de ipo sumpto a duobus alimentibus existentibus in eodem loco. Tũc enim vel virtus vna totaliter vincerem aliam.⁊ totum verteret in suum corpus: vel essent virtutes equales:⁊ sic equaliter conuertent de alimento.s. ista in corpus suum:⁊ alia in suum:vel essent inequales non tamen sic ꝙ vna totaliter vinceret aliã ⁊ alia nihil conuerteret:sed sic:ꝙ vna plus ⁊ alia minus.⁊ tunc patet:ꝙ nullo istorum modorum eadem materia vel pars materie simul esset sub diuersis formis subãlibus exñtibus in pluribus locꝭ Per hoc ad cõfirmationẽ iuxta illam ꝓpositionẽ secundã ꝑus positam:ꝙ eadem materia ligni exñtis in pluribꝰ locis nõ informarꝭ duabus formis subãlibꝰ ignis nec fieret vna pfectior.:qꝛ scđm me subã non suscipit magis ⁊ minꝰ:nec intendiꝭ vel remittiꝭ sed fieret tñ vna fora ignis ab igne ꝑualẽte vl' ab ambobꝰ:citius tñ alterantibꝰ lignũ et intensius:q̃ vnꝰ tantũ:si eẽnt ignes equales. Et eodez modo hẽres dicere:si poneres illos duos ignes approximatos ligno in eodẽ loco exñtes:sicut ẽ possibile scđm te. Uel si dicatur: ꝙ ab ipis si sint equales:nõ gñantur ignis:ne ponãꝭ eiusdẽ effectꝰ simplicis due cause totales in eod ordine:eod mõ hẽs dicere. ¶ Ad octauũ dico:ꝙ corpꝰ exñs in plribus locis hꝫ ĩ oĩ loco suo formã oẽm:quã hꝫ ĩ alio alioqñ eẽt ꝯdictio. Ad incõueniẽtia dico:ꝙ si ĩ vno loco calefit:⁊ hꝫ caliditatẽ:in omni alio loco calefit ⁊ habet caliditatem eandem. Similiter de infrigidatione. Tu dicis in vno loco potest infrigida-

ri:⁊ in alio calefieri. dico: si calefieri ⁊ frigefieri ca
liditas ⁊ frigiditas nõ possint stare simul per quã=
cunqꝫ potentiam. ꝙ corpus sicut in vno loco nõ po
test simul calefieri ⁊ infrigidari:⁊ habere simul ca=
lorem ⁊ frugus:ita nec in diuersis. Et idem est iu=
dicium de ip̃o in diuersis sicut in eodẽ loco. quãdo
approximarẽtur sibi calefactiuum ⁊ frigefactiuuꝫ.
tunc eñ vel alterũ puta calidum totaliter vinceret
frigidum:⁊ sic tantum fieret calidu3. vel equaliter
se haberent:⁊ sic generaret̃ qualitas media. vel vnũ
superaret aliud:sic tamen ꝙ aliud etiã aliquid face
ret ⁊ tũc passum neutri perfecte assimilaret̃ sed vel
starent cõtraria simul inesse remisso: sicut in motu:
vel alterum impediret tantũmõ:ne alterum induce
ret ꝑfecte effectum suum. Et ita oporteret etiam
te dicere:si ignis ⁊ aqua simul essent in eodem loco:
Quõ ꝯ=ria pñt eẽ simul. ⁊c. ⁊ approximarẽtur eidem calefactibili ⁊ infrigida.
bili ad vitandum cõtraria esse simul. ¶ Ad istud
tamen dico:ꝙ nõ est impossibile cõtraria esse simul
⁊ idem simul infrigidari ⁊ calefieri virtute diuina
seu facto aliquo ꝟtute diuina. Et ita bene possuut
esse caliditas ⁊ frigiditas ineẽ intẽso simul:sicut in
esse remisso. Et tamen oportet ponere illud in mo=
tu:etiã secũdum negãtes ꝙ cõtraria non stant simꝉ
saltem inesse intẽso. Et ita dico ꝙ corpus ide3 siue
in e odem loco siue in pluribus saltem virtute diui
na posset esse simul calidum ⁊ frigidum ⁊ infrigida
ri ⁊ calefieri. Tu dicis ad cõtraria sequũtur cõtra=
ria. Dico ꝙ nõ ẽ verũ:sicut dici in tertio:⁊ ibidẽ de
claraui. Aliter dico:dato ꝙ corpus poneret̃ in di=
uersis locis iuxta agẽtia ꝯtraria:nõ oporteret ip̃m
aliquid pati ab illis. sicut nec ĩ vno loco. qꝛ deꝰ poss3
suspendere actiões illorum agentiũ. Et ita nõ pro
pter incõpossibilitatem ꝯtrariorum (dato ꝙ essent
incompossibilia) negandum est illud primũ:scilicet
vnum corpus simul esse in pluribus locis. ¶ Ad
aliud inconueniens de sanitate ⁊ egritudine:si po=
nãtur duo ꝯtraria positiua:eodẽ mõ sicut de predi=
ctis. Si vero egritudo ponatur priuatio sanitatis
in corpore:tũc dico ꝙ ambo nõ possunt inesse simul
in diuersis locis:sicut nec in vno loco. Et idem ha=
bes dicere de aere tempato ⁊ intempato:quos pos
set facere deus presentes in eodem loco corpori ta
li existenti tantum in vno loco:⁊ tunc alterum cau
sabitur in tali corpore ita in pluribus locis sicut in
vno loco. ¶ Ad aliđ de morte ⁊ vita dico:ꝙ mors
est priuatio vite ⁊ anime in corpore. ⁊ ambo nõ pos
sũt ĩesse eidem in pluribus locis:sicut nec in vno lo
co. sed oportet ꝙ alterum insit. Et sic oporteret te
dicere si corruptiuũ ⁊ conseruatiuum essent presen
tia ĩ eodem loco alicui corruptibili. Similiter de fa
me ⁊ saturitate:si fames dicit priuationem saturi
tatis vel saturitas priuationem famis. Nec variã=
tur ista scđm variationem vbi: sed si vnum inest in
vno inest etiam in alio:⁊ non oppositum eius. Si=
militer si dicas:ꝙ ambo dicant aliqđ absolutu3 sci
licet fames appetitum naturalem calidi ⁊ sicci: et
saturitas dicat aliquid in ventre replens ipsum:di
co vniformiter ꝙ non variantur: sed vbiqꝫ inest al
terum. Unde si venter est plenus rome:eodẽ modo
parisius:licet parisius vt sic nõ sumat cibum:sed vt
rome tamẽ bene parisius capit. Sicut corpus chri
sti in pixide fuisset vulneratum eode3 vulnere quo
in cruce. non tamen primo vt in pixide:sed vt ĩ cru
ce:vbi conuenienter erat ad vulnerationem sibi in

fligendam. ¶ Ad aliud de duplo nutriri:dico: ꝙ
non plus posset ꝯuertere de nutrimento in multis
locis:ꝗ̃ in vno ⁊ ita non duplo nutriretur. Simili
ter habes hoc dicere. qꝛ duo alimenta possent poni
in eodem ⁊ simul sumi ab eodem ali. ⁊ tamẽ nõ du=
plo nutriretur. ¶ Ad aliud de abscisione capitis
dico ꝙ cum abscisio capitis dicat discõtinuationẽ
quãtitatis vel partium sicut ⁊ vulneratio: ꝙ vbiqꝫ
haberet caput abscisum vel vbiqꝫ nõ abscisum: si=
cut in vno loco tantu3. ¶ Ad aliud de quiescere ⁊
moueri dico ꝙ ista magis respiciunt vbi:⁊ possunt
variari. Et dico:ꝙ vno loco posset quiescere vel se
dere vꝉ iacere:⁊ ĩ alio loco stare vel moueri ad aliũ
dico tamen:ꝙ omnia ista inessent ei in vno loco:nõ
tamen primo:nec in habitudinem ad vnum locum
sed primo secundum diuersa loca:in quibus sic dis
ponitur. ¶ De loqui ⁊ tacere dico:ꝙ formare vo=
cem per motum localem aeris in vno loco:nec for=
mare in alio loco possent simul inesse:⁊ non contra
dicunt quia ista negatio in vno loco nõ est respectu
affirmationis de alio loco. Nec in talibus est con=
tradictio:puta si hoc ẽ duplũ respectu dimidij ⁊ nõ
respectu sui dupli nõ seqᷓtur. ꝗ duplũ ⁊ nõ duplum.
Siꝉr dico ꝙ ĩ vno loco poss3 fortiꝰ vꝉ altiꝰ forma=
re vocẽ mouẽdo fortiꝰ aerẽ:⁊ ĩ alio loᵒ minꝰ fortiꝰ.
Et dico:ꝙ simul faceret melodiã tenendo lyram ⁊
burdonẽ vel huiusmodi. Si dicas:moueri ⁊ qͤsce
re opponuntur priuatiue. dico sicut dixi supra:ꝙ ꝓ
uatiue opponuntur eodẽmodo:quo quies dicit ꝓ=
uationem alicuius motus in aliquo loco ⁊ ille mo=
tus ⁊ ista priuatio non possunt simul inesse. sed qͤs
in comparatione ad vnum locum tenendo vel ha=
bendo vbi in illo loco continue siꝉ vocet̃ hoc qͤsce=
re:⁊ motus in comparatione ad alium vel ad aliu3
seu in alio non opponuntur. Sic de istis inconue=
nientibus:que secundum opinionem aliorum vidẽ
tur inconuenientia:⁊ de multis alijs potest dici.
¶ Ad nonum dico:ꝙ habes respondere:si ponerẽ
tur duo vel plura ꝯbustibilia in eodem loco iuxta
paruum ignem ⁊ tunc diceretur:vel ꝙ in aliquod
illorum modicus ignis ageret precise:vel si in age=
ret in illa plura remisse:ageret in qđlibet. ⁊ ita etiã
remisse posset calefacere vnum constitutum ex eis.
¶ Ad decimum dico. ꝙ idem corpus non esset di=
scontinuum dato ꝙ esset in pluribus locis simul:si
cut nec oportet: ꝙ duo corpora continuẽtur:dato
ꝙ sint in eodem loco. Et de ꝓpinquo ⁊ distanti idẽ
sequitur inconueniens de corpore christi in pluri=
bus locis sacramentaliter. Et dico ꝙ non est ĩpos
sibile idem esse sibi ꝓpiquum ⁊ distãs:sicut nec ha=
bere plura vbi in pluribus locis distantibus vꝉ ꝓ=
pinquis. ¶ Ad vndecimum dico:ꝙ idem tempora
le non potest esse in pluribus temporibus simul. qꝛ
nec plura tempora possunt esse simul. sic autem non
est de locis. Et concludit etiam cõtra esse sacramẽ
taliter sicut contra esse localiter. ¶ Ad duodeci=
mum dico:ꝙ vbiqꝫ videret:/visio enim est aliquid
absolutum:⁊ tantu3 videret:⁊ in quolibet loco pos
set habere oculos apertos simul ⁊ clausos. Ista ei
pertinent ad situm:⁊ possunt variari ⁊ multiplica=
ri sicut vbi:posito ꝙ clausio ⁊ apertio sunt diuer=
si situs positiui:non ꝙ vnum sit negatio alterius.
Alia vero ꝙ̇ adducũtur nõ habẽtur ꝓ ĩcõuenien=
tibꝰ s3 ꝓ possibilibꝰ ꝟtute dĩna quarẽ ⁊c. Sic ei ꝟtu
te dĩna p̃t fieri:ꝙ vna chorea vꝉ vnꝰ exercitꝰ plu=

rium corporum distinctorum simul sit in vno loco: ita potest facere: ꝙ vnum corpus faciat choreã vel exercitum in pluribus locis ⁊ huiusmodi.

ad rationes ꝑnci pales.
¶ Ad primũ principale patet quid dicẽdum: quia modus essendi circunscriptiue nõ tollit nec excludit esse alibi sicut modus essendi diffinitiue. Et ideo nõ est contradictio: ꝙ aliquid sit in pluribus locis circũscriptiue: sicut esset ꝙ angelus esset in pluribus locis diffinitiue. esse em̃ diffinitiue est esse alicubi: ita ꝙ non alibi. sicut esse aliquid diffinitiue ⁊ non aliud: licet possibile sit angelum esse in pluribus locis non diffinitiue: licet spiritualiter ⁊ non circũscriptiue. ¶ Ad secũdum dico: ꝙ totum corpus sic est in quolibet: ꝙ nulla pars est: que non sit intra locum. sed cum hoc potest esse extra locum: sicut et totum suum: quia in alio loco. ¶ Ad tertium patet quid est dicẽdum ex ꝑdictis.

¶ Distinctionis Decime. Questio Quarta.

Quarto q̃ro: vtrũ omnia que insunt vel conueniũt christo in celo: vbi est circũscriptiue: possint eidẽ conuenire vel inesse in sacramento. ¶ Uidetur ꝙ non: qꝛ corpori christi in celo cõuenit esse circũscriptiue per rationẽ q̃titatis: que est ratio formalis essendi in loco circũscriptiue: sed in sacramento non est in loco circũscriptiue: nec potest esse sub minori q̃titate circũscriptiue. ergo ⁊c̃. ¶ Secundo sic. si omnia conuenirent sibi sub sacramẽto que in celo: sequeretur: ꝙ in sacramẽto posset sentire quacũq̧ sensatione ⁊ intelligere sicut in loco in quo est naturaliter vel circũscriptiue: sed istud est falsum: quia in sacramẽto non est modo requisito ⁊ necessario ad actũ aliquẽ sentiendi. nec per consequens intelligendi aliquid ex sensibilibus: quia non est ibi dimensiue vel circũscriptiue: nec in debita dispositione vel approximatione ad sensationem: nec per consequẽs videt̃ sentire presentia sibi in sacramento. ⁊ multominus absentia: ⁊ inter que et visum suum ponuntur obstacula. Similiter etiam pari ratione nõ potest sentiri: nec videri. nec naturaliter intelligi sub sacramẽto. eo ꝙ non est ibi sensibiliter: nec intelligibiliter modo naturali. sed supernaturaliter tantum ⁊ credibiliter: ergo ⁊c̃. ¶ Tertio sic. si omnia cõuenirẽt christo sub sacramẽto vel possent conuenire: que cõuenient vel possunt conuenire ĩ celo vel in loco circũscriptiuo: sequeretur ꝙ sub sacramẽto posset aliquid mouere vel mutare: ⁊ ab alio moueri vel mutari: sed hoc non est verum: quia nec potest mouere vel mutare nec seipsum: nec aliquid aliud. quia nõ est in loco modo conuenienti ad sic mutari vel moueri. Nec ab aliquo alio naturaliter potest moueri vel mutari pari ratione. ꝭ ⁊c̃.

¶ Contra si aliquid inest christo ĩ celo vel inesse potest quod non inest vel inesse potest sub sacramento: sequitur cõtradictio quia cum simul possit esse in celo ⁊ in sacramento. sequitur ꝙ aliquid simul possit inesse ⁊ non inesse. hoc autem est impossibile. ergo ⁊c̃.

¶ In ista q̃stione sic procedã.

¶ Primo inquiram vtrum christus potuit prius esse sub eucharistia sacramentaliter: q̃ in vtero virginis secundum suum modum essendi naturalem ⁊ localiter. ¶ Secundo inquiram: vtrum omnem ꝓprietatem naturalem habitualem habeat vel habere possit sub sacramento ⁊ in celo: vel vbi potest esse circunscriptiue. ¶ Tertio vtrum omnem actionem immanentem possit terminare vel elicere sub sacramento quã in celo. ¶ Quarto vtrum omnẽ actionem transeuntẽ possit termĩare vel elicere vtrobiq̧. ¶ Ultimo dato ꝙ sic: respondebo ad ratiões principales.

¶ Quãtũ ad primũ articulũ videretur alicui: ꝙ christus non potuit esse sub eucharistia sacramentaliter primo: sicut fuit in vtero virginis primo per incarnationem secundum suũ modum essendi naturalem. ¶ Ad hoc possunt adduci alique rationes difficiles. Prima est ista. posterius essentialiter alio ⁊ dependẽs ab eo non potest esse. nec poni prius q̃ illud vel non posito illo patet: sed modus essendi sacramentalis presupponit modum essendi naturalem prius enim est aliq̃d esse naturaliter q̃ sacramentaliter. christus autem habuit esse modo naturali vel naturaliter in incarnatione in vtero virginis: ꝭ ⁊c̃. ¶ Secunda ratio esse scd̃m quid vel accidẽtale presupponit necessario esse substãtiale ⁊ simpliciter. Quod em̃ aliquid habeat esse scd̃m quid vel accidẽtale: ⁊ non habeat esse primũ simpliciter ⁊ substantiale: contradictio est: sed esse christi sub eucharistia est esse scd̃m quid et accidẽtale. patet: ꝭ ⁊c̃. sed eẽ substãtiale habuit in incarnatione ⁊ vtero virginis: vt patet. ergo ⁊c̃. ¶ Tertia ratio. impossibile est ꝙ aliquid incipiat esse: postq̃ fuit vel desinat esse: postq̃ esse desijt: vt patet: sed hoc sequeretur ad illam positionẽ. quia si christus fuit sub eucharistia sacramẽtaliter: sequit̃ ꝙ potuit incipere esse in vtero virginis per incarnationem verbi ⁊ ita incipere esse postq̃ fuit. Siliter etiã desinere esse sub modo naturali: postq̃ desijt sub eucharistia. Et cum vtrobiq̧ sit simpliciter ⁊ substantialiter: sequuntur contradictoria scilicet ꝙ simul fuit ⁊ non fuit. incepit ⁊ non incepit. desijt ⁊ non desijt. ¶ Quarta ratio. eadẽ est inceptio rei ⁊ sui esse simpliciter. sed res incipit esse sub suo modo essendi naturali. ꝭ tunc simpliciter incepit. igit̃ prius corpus christi non potuit habere esse modo sacramentali. ¶ Quinta ratio. impossibile est aliquod corpus prius esse realiter alicubi q̃ illud de quo formatur tale corpus in rerum natura sit: sed ꝭm Dama. corp⁹ xp̃i fuit forãtũ ex purissimis sanguinibus virginis: ⁊ ꝭm aliquos virgine ipsa actiue cooperãte: ergo non potuit prius esse reale alicubi nec sacramẽtaliter nec aliter. ¶ Sexta ratio. pro quocunq̧ instanti aliquid potest esse alicubi sacramentaliter: pro eodem instãti diuisim potest esse naturaliter ⁊ sub suo modo naturali: sed corpus christi ante incarnationem verbi non potuit preesse naturaliter vel sub modo suo naturali: quia per incarnationem vel in ipsa incarnatione accepit ꝑmo esse naturaliter vel ꝭm modũ naturalem: ꝭ ⁊c̃.

Xps an potuit ꝑus sb eucharistia esse q̃ in vtero virginis.

1. opi.

¶ Sed his non obstãtibus potest dici: ꝙ corpus christi immo tot⁹ chri

stus primo potuit esse sub sacramēto anteꝙ̄ in vte
ro virginis per incarnationem verbi. Ita ꝙ sicut
essentia actualis in re ⁊ in effectu sibi conueniebat
primo sub modo naturali essendi circūscriptiue in
vtero virginis: ita prius potuit in virtute diuina
sibi conuenire sub modo sacramētali. Et potuit in
cipere esse simpliciter in re idē numero existēs sub
sacramēto virtute diuina: sicut incepit esse in vte-
ro ꝟginis sub suo modo natnrali ⁊ circūscriptiuo
¶ Hoc probatur primo sic. Illud cuius eē actua-
lis existentie contingēter se habet: ⁊ sic est simplici
ter indifferēs ad duos modos essendi: quorū vnus
non depēdet ab alio: potest indifferēter primo po-
ni sub quocūq̄ illorum. hoc patet. quia in hoc nul-
la contradictio includit̄. sed corpus christi vel esse
actualis existētie christi indifferenter ⁊ contingen
ter se habet ad duos modos essendi sc3 sacrameta
liter ⁊ naturaliter seu circunscriptiue in aliquo. et
vnus eorum nō depēdet ab alio necessario: nec est
alius nec alteri intrinsecus. Sunt eñ duo modi es
sendi disperati. Unde ⁊ supra dicebat̄: ꝙ de⁹ pos-
set facere corpus christi existere sub sacramēto tā
tum. ita ꝙ alibi non esset modo suo naturali essen-
di corpus in loco. ꝙ ⁊c̄. Dices: ꝙ licet vnus non sit
alius nec sibi intrinsecus: tamē vnus presupponit
alium in eodem corpore. quia modus sacramenta-
lis ꝑ̄supponit naturalem. Contra aut ꝑ̄supponit
ip̄m sicut causam: aut sicut fundamētum: aut sicut
rem sacramenti signatam per istud sacramentum.
Non potest supponere ipsum sicut causam intrin-
secam. patet: quia iam dictum est: ꝙ neuter est alte
ri intrinsecus. tunc enim manēte vno maneret ne-
cessario alius: qui esset alteri intrinsecus. Et simi-
liter patet hoc. quia vnus eorū potest conuenire in
habitudine ad aliquē locum: respectu cuius alter
non potest conuenire. sicut modus sacramentalis
eēndi potest cōuenire corpori christi respectu loci
minoris q̄ntitatis: ⁊ tñ non pōt conuenire sibi mo-
dus naturalis essendi respectu loci minoris. Si di
catur: ꝙ ꝑ̄supponit ipsam sicut causam extrinsecā
tunc cum quicquid deus potest facere mediāte cau
sa extrinseca secunda: possit immediate causare si-
ne illa: sequitur ꝙ talem modum essendi sacramen-
talem potest facere sine modo naturali eēndi. Nec
presupponit ipsum tanꝙ̄ fundamētum: quia sicut
corpus christi fundat per suam naturam vel q̄ntita
tem modum essendi in loco naturalem: ita ⁊ modū
essendi sacramentalem. nam quicquid potest eē in
loco naturaliter per illud idem fundamentum po-
test eē alicubi sacramētaliter. Nec presupponit ip
sum vt signatum vel terminum seu extremum re-
lationis signi vel sacramenti. quia licet sit eadē exi
stentia christi sub modo vtroq̄ essendi: non tamen
est terminus relationis eucharistie ſm suum mo-
dum essendi naturalem patet. quia existētia nō cō-
tinetur hic per se sub modo essendi naturali ⁊ exvi
sacramenti: sed magis sub modo sacramētali. Eo
autem modo existentia christi res est ⁊ signatū hu
ius sacramēti: quo non per se continetur ab eo. q2
in hoc differt sacramentum ab alijs: qd vere reali
ter continet suum signatum primum. ergo ⁊c̄.
¶ Secunda ratio. vbicūq̄ aliquid potest esse vere
⁊ realiter: ibi pōt recipe eē post nō eē vel postꝙ̄ nō
fuit. patet. quia nulla contradictio est. Sicut enim
sibi non repugnat ibi esse realiter: sibi non repu-
gnat ibi primo esse aliqua virtute: sed corpori chri
sti vel christo non repugnat esse sub sacramento ve
re ⁊ realiter. ergo christo non repugnauit primo es
se sub sacramento. Ita ꝙ sicut prius fuit in vtero
virginis q̄ sub sacramento: ita prius potuit eē sub
sacramento q̄ sub virginis vtero. ¶ Tertia ratio
est. posito fundamento completo ⁊ termino: potest
poni respectus. sed ante modum essendi naturalē
corporis christi potuit poni fundamentum huius
respectus presentialis ad spēs sacramentales ⁊ ter
minus. patet ꝙ terminus. q2 spēs ipse. Patet etiā
ꝙ fundamentum. scilicet corpus christi. Nam om-
ne absolutum prius naturaliter ⁊ distinctū ab alio
deus potest ponere in re ⁊ in effectu sine illo. s3 cor
pus christi ē aliquod absolutū eēntialiter distictū
a suo. eē mō naturali ī loco sicut ⁊ a loco. Posset eī
fieri ꝙ esset extra celum. ⁊ ita non esset in loco. er-
go potuit facere corp⁹ xp̄i sine mō naturali essendi
in loco. ⁊ tunc potuit facere ip̄m esse modo sacra-
mētali. ergo ⁊c. ¶ Quarta ratio. Si hoc repugna
ret: hoc videretur. quia corpus christi accipit esse
simpliciter per generationem temporalem de pu-
rissimis sanguinibus virginis. ⁊ ita prius non po-
tuit esse realiter in effectu ⁊ in re: nec alicubi per
cōns sacramentaliter. quia tunc prius fuisset q̄ ge
neratum fuisset. Et ita noua generatio non habuis
set nouum esse pro termino: nec per cōns fuisset mu
tatio a non esse in esse. ⁊ corpus christi fuisset ante
materiam suam. ¶ Sed istud non tollit nec impe-
dit. quia corp⁹ christi primo potuit formari a deo
ante generationem temporalem ex virgine preue
niendo ipsam immediate producendo ip̄m. Sicut
posset producre vnum hominem anteꝙ̄ naturali-
ter generaretur ꝑ̄ueniendo generationē eius: ⁊ ip
sum ꝓducendo de eadē materia. quia materia non
fit de nouo in generatione. Materia enim sangui
nis vel menstrui: vel seminis non est noua. sed to-
ta materia a ꝑ̄ncipio creata est. Similiter etiā de⁹
corpus christi potuit formare de eadē materia san
guinum virginis: que ꝑ̄fuit anteꝙ̄ esset virgo ip̄a
sub alijs formis. ⁊ ꝑ consequēs nō oportuit ꝙ pri
mum esse substantiale haberet corpus christi ꝑ ge
nerationem: sicut patet. Et potuit prius esse sacra
mētaliter alicubi q̄ naturaliter. ¶ Si dicas. dato
ꝙ potuerit sic formari corpus christi a deo preue-
niendo generationem: tñ non ꝓpter hoc minus po
tuisset postea corpus christi formari ꝑ generatio-
nem tēporalem ex matre sicut ⁊ formatum fuit de
facto: ⁊ accepit eum. ¶ Et tunc remanet difficul
tas quomodo illa generatio habuisset nouum esse bona dif
pro termino: ⁊ quomodo fuisset a non eē in eē. quia ficultas.
corpus christi potuit ꝑ̄fuisse illi generationi scdm
te. Dico ad hoc ꝙ isto supposito. s. ꝙ corpus chri-
sti prius fuisset formatum a deo imediate: sicut pos
sibile fuit ꝙ vel ipso durante non potuisset habere
postea ꝑ nouam generationem tēporalem: vel illa
generatio non fuisset nisi generatio scdm quid: et
habuisset corpus christi ꝑ illa3 esse non simpliciter
post: nec ꝑ illam simpliciter incepisset: sed ſm quid
Sicut dicitur ꝙ corpus christi ad desitionem pa-
nis conuersi in ip̄m accipit eē de nouo: nō simplici
ter. quia preexistebat: sed ſm quid tantū: quia acci
pit esse terminum illius conuersionis vel transub
stantiationis. de quo tamen videbitur infra. Pri-
mum magis placet. vnde licet absolute loquendo:

corpus christi fuerit habitum et potuerit haberi p generationem tēporalē primo: tamē facta illa sup positiōe q corpus christi pmo fuisset habitū a deo immediate:et non desijsset esse. videretur dicēdum q non potuisset postea haberi per generationē no uā:q̄ terminaretur ad esse simpliciter nouū. Sicut si aliquis pduceretur modo a deo immediate: nō posset generari nisi prius desineret esse. sz si tali ge neratione potuisset haberi postea ꝛ ex purissimis sanguinibus:oportuisset q desinisset eē. ꝛ materia ei⁹ fuisset deducta ad formā .sanguis vel sāguinū ¶ Et tunc non video quare nō potuisset generari:ꝛ forma corporis de illa materia educi cooperā te spiritu sancto virgini. ꝛ sic corpus christi de nouo per generationē haberi:licet aliquādo fuisset:ꝛ sub euuharistia fuisset. ꝛ pcipue si virgo beata po neretur se habuisse passiue pure respectu talis generationis:quod videretur tunc pbabiliter posse poni. qz alias creatura posset cooperari actiue ad hoc vt rediret idem numero:vt sequi videt ex pre dictis. vnde tūc vel virgo nō fuisset cooperata actiue: vel fuisset cooperata ad reparandum idem numero corpus christi quod prius extitisset. qđ satis videtur dubium:ꝛ apparebit de hoc infra in mate ria de resurrectione:vtrum possit idem numero reparari per naturam:quare ꝛc. ¶ Quātum igit ad istum articulum videtur michi q corpus christi imo totus christus absolute loquēdo virtute diuina potuit idem numero:qui est modo fuisse sub eucharistia a principio mundi:etiam ab eterno si mūdus potuit eē ab eterno. ꝛ sic q nō fuisset alibi:sed in eucharistia tm̄:ꝛ tamen postea potuisset formari de purissimis sanguinibus virginis tēpore illo quo fuit formatum modo pdicto. ꝛ tunc habuisset suum modū essendi naturalem in vtero virginis.

Resolutio doct. circa hūc articulū.

¶ Secūdo dico q sicut potuit eē sub sacramento an̄ incarnationē:ita potuit eē in celo vel vbicunq̄ alibi. ¶ Tertio dico q potuisset fuisse:ꝛ non fuisset alicubi. quia fieri extra celum. ¶ Quarto dico q de facto corpus christi prius habuit modum essendi naturalem in loco circūscriptiue ꝛ dimēsiue q̄ habuit eē sub sacramēto. Nam eucharistia fuit instituta post incarnationē in cena xp̄i: sicut patet Mathei. xxvj. ꝛ Luce. xxij.

Ad motiuā prime opinionis.

¶ **Ad primū** aliorum qui pbant q christus non potuit prius esse sub eucharistia vel sacramēto:dico q modus eēndi corpus christi naturaliter in loco. i. circūscriptiue ƀm modum naturalem aliorum corporum:non prior est essentialiter modo sacramētali:nec ille dependet ab ipso:sed vterq̄ indifferenter potest poni primo. vel vterq̄ simul. vnde simul potuit christus incipere esse in vterovirginis ꝛ in eucharistia Quando dicis q prius habet aliquid esse naturaliter q̄ sacramētaliter:dico q accipiendo esse naturaliter p esse nature ꝛ actuali existētia eius pri⁹ natura saltem habet aliquid eē naturaliter in se q̄ in sacramēto. sed accipiendo eē naturaliter pro esse naturali ꝛ circunscriptiuo corporis in loco non aportet. ¶ Ad secūdum dico q esse christi sub sacramēto vel sacramētaliter presupponit suum esse substantiale simpliciter. Ad minorem dico q licet de facto corpus christi habuerit esse primo simpliciter in incarnatione. ꝛ cum hoc esse modo naturali in loco. potuit tm̄ habere esse simpliciter substantiale preueniendo incarnationē. ꝛ ita licet ƀm potētiam ordinatam:ꝛ de facto non potuerit pri⁹ eē sub sacramēto q̄ in vtero. tm̄ absolute loquēdo potuit. ¶ Ad tertium dico q possibile est aliquid incipere vel recipere esse postq̄ incepit:si desijt interim eē:sicut etiam aliquid potest desinere esse postq̄ desijt si interim incepit esse vel fuit. Primū patet in resurrectione. Secūdum patet si aliquid corrumperetur vel anichilaretur:ꝛ postea repararet:ꝛ iterato corrūperetur vel anichilaretur. Sic dico q possibile fuit corpus christi incipere eē simpliciter p generationē tēporalem ex virgine postq̄ incepisset esse p productionem immediatam a deo: si interim desijsset esse:sicut fuit possibile. Uel si non desijsset esse ƀm alios. saltem incepisset non eē simpliciter:sed ƀm quid modo supradicto. Similiter de desinere esse. Et ita pater q nulla contradictio est. Similiter etiam propter aliud. quia non oportuit absolute christuz incipere esse simpliciter: vel etiam corpus christi per generationem temporalē vt dictū est supra. Aliter dz q eē sacramētaliter vel natural'r mō naturali corporū nō ē eē nisi accidētale ꝛ ƀm q̄d. ꝛ ita pōt idē manēs substātialiter secundum esse variari:desinere vel incipere esse secundum talia:nec ad variationem: desitionem vel inceptionem talium esse:sequitur desitio vel inceptio esse simpliciter. ꝛ corpus simpliciter ꝛ substantialiter posset esse sine quolibet tali modo essendi alicubi. Unde arguere ex desitione vel inceptione ipsorum inceptionem vel desitionem esse simpliciter est fallacia secundum quid ꝛ simpliciter. ¶ Ad quartum dico q non oportet q res incipiat eē simpliciter ꝛ substantialiter:dato q incipiat esse naturaliter in loco. i. modo naturali corporum:sed pōt preexistere tali modo sub alio modo essendi sacramentaliter. ¶ Ad quintum dico q impossibile est corpus christi fuisse alicubi realiter anteq̄ sua materia(ex qua cum sua forma intrinsece consistit)esset. sed bene anteq̄ aliquod corpus cuius fuit illa materia:vel futura erat:esset. ꝛ ita anteq̄ essent purissimi sanguines virginis:nec etiaz ipsa virgo potuit eē corpus xp̄i:licet nō anteq̄ eēt materia illorum sanguinum. qz sanguines non pertinēt ad substantiam corporis xp̄i:sed materia ipōrum que pfuit sub alijs formis anteq̄ sanguines eēnt. Similiter etiā dicovltra:dato q sanguines ipi intrarēt substantiam corporis ꝛ nō solum materia eorum: vel siue sint siue non:deus potuit facere ꝛ pducere illos sanguines eosdem numero : anteq̄ eēt beata virgo: ꝛ ita adhuc de illis potuisset formasse imediate corpus xp̄i:ꝛ ipsum posuisse sub sacramento priusq̄ sub mō naturali. Tertio dico vltra q etiā potuit deus formare corp⁹ xp̄i de purissimis sanguinib⁹ existentib⁹ in virgine. ꝛ nō fecisset corpus xp̄i eē in virgine modo naturali:sed in eucharistia tantum si voluisset. Nam(sicut dixi supra)licet generati ꝛ corruptisit vna materia. tamen non ē necessarium absolute q vbi corruptum pfuit:ponatur generatum. quare ꝛc. ¶ Ad sextū dico q de⁹ potuit facere corpus xp̄i ante incarnationem verbi eē naturaliter vel modo naturali in aliquo loco de potentia absoluta dico. Nec oportuit q corp⁹ xp̄i incipet eē simpliciter vel localiter alicubi in illa incarnatione:vel per illam generationem temporalem:sed alio modo ꝛ p̄us : sicut dictum est su-

Nota solu.

pra. Nec cogit ꝙ beata virgo coopata fuit actiue
quia quicquid deus potest facere mediante causa
actiua secūda potest immediate sine ipa: vt actiua
dico pro tāto quia generationē actionū vel actio
nem de genere actionis potest facere mediāte agē
te creato. ⁊ tñ ſm me non potest ipsam facere sine
agēte creato vt subiecto. quia pono ꝙ actio est in
agēte: ⁊ ꝙ accidēs respectiuum cuiusmodi est ipa
nō potest fieri sine subiecto. potest tamen deus fa-
cere actionē sine agente creato concurrēte: vt cau-
sa actiua. Et tūc si de⁹ sic faceret immediate actio
nem in agente: agens ita bene diceretur agēs per
eam. sicut quando elicit ipsam. Impossibile est eñ
ꝙ aliqua forma sit in subiecto aliquo: ⁊ non deno-
minet ipsum. Hec de primo articulo.

Xp̄s vbi pōt esse circūscriptiue. ¶ **Quātum ad secundum ar/**
ticulum expedio me ⁊ dico breuiter ꝙ omnis pro-
prietas habitualis que inest christo in celo vel in-
esse potest: inest sibi vel inesse potest sub sacramen
to. sicut q̄titas siue respectus aliquis quicūq; rea
lis. ita ꝙ de omni tali ꝓprietate dico ꝙ ita est: siue
sit absoluta siue respectiua. ¶ Hoc probo per ali-
quas vias. Prima est ista. Si aliquid inest vel in-
esse potest christo in celo qđ non sacramēto: sequū
tur contradictoria simul esse vera: vel posse verifi-
cari. sed hoc est impossibile. g ⁊c. Probatio conse
quētie. ponatur ꝙ aliquid conueniat christo in ce-
lo: puta quātitas vel qualitas insit sibi vel filiatio
vel quicquid vis: ⁊ non insit vel cōueniat sibi in sa
cramēto. sequitur affirmatio ⁊ negatio eiusdē de
eodem ⁊ simul. Ita ꝙ simul eidem inest talis pro-
prietas: ⁊ non inest. hoc autem impossibile est. s. ꝙ
idem simul q̄tum ⁊ non q̄tum. album ⁊ non albū
filius ⁊ non filius. hic ⁊ non hic: vel in celo et non
in celo. ergo ⁊c. ¶ Secūda ratio. Si aliqua talis
proprietas non inest in sacramēto que inest in celo
vel econuerso. hoc videretur quia in sacramēto est
modo incōpossibili ad aliquid qđ conuenit sibi in
celo vel econuerso. sed esse in sacramēto non est in-
compossibile alicui cōpossibili cum esse in celo: nec
econuerso. quia nec ista sūt sibi inuicē incompossi
bilia. simul eñ christus est in celo ⁊ in sacramento
ergo ⁊c. ¶ Tertia ratio. Si aliqua ꝓprietas que
inest christo in celo: nō inest sibi nec inesse potest in
sacramēto. hoc maxime videretur īter absoluta de
quātitate sua: de qua aliquibus videtur ꝙ sit ratio
formalis īcōpossibilitatis cū alia quātitate ī eodē
loco. sicut albedo cum nigredine in eodē subiecto
sed de quātitate ꝓbatum est supra ꝙ inest corpori
in sacramēto. Nec obstat illud qđ adducitur: quia
nō est ratio formalis incōpossibilitatis cū alia quā
titate. nec eñ est vna formaliter incōpossibilis al-
teri in eodē. Nam sicut dicetur infra ⁊ iam supra-
dictum est: duo corpora possunt simul stare in eodē
loco. Nec in hoc est aliqua formalis repugnantia:
licet agens naturale nō possit hoc facere. vnde nō
est simile de duabus quantitatibus in eodē loco: ⁊
de duobus contrarijs in eodē subiecto: si tñ cōtra
ria habent formalē repugnantiam: sicut communi
ter ponitur: qđ tamen negaui in tertio. quare ⁊c.
¶ Quarta ratio. Si aliquid non inesset christo in
sacramēto quod in celo ⁊ ecōuerso. hoc maxime vi
deretur inter respectus de vbi circunscriptiuo qđ
habet in celo: ⁊ situ quia non videntur sibi conue-
nire in sacramento vel econuerso. de vbi ꝑsentiali
non circūscriptiuo qđ habet in sacramēto ⁊ non in
celo: vt videretur. qꝛ nec in sacramēto est localiter
vel circūscriptiue: nec in celo sacramētaliter nō cir
cūscriptiue: sicut videtur fuisse dictum supra ꝙ cor
pus christi non est in sacramēto circūscriptiue: nec
partes eius situaliter. Sed hec non obstant. Dico
eñ ꝙ idem vbi circūscriptiuum quod habet in ce
lo ad ipsum celum circūscribēs: ⁊ eūdem situm par
tium ad partes celi habet in ⁊ sub sacramēto. nō ꝙ
illud vbi sit habitudo ad sacramentum vel ad spe-
ciem sacramentalem: sed ad celum. Sicut etiā sub
sacramēto habet equalitatē ad aliquod corpus si-
bi equale nō ad speciem sacramētalem que est mi-
nor: sed habet inequalitatē ad ipsam. Ita eñ exñs
in sacramēto est equalis quātitati celi circūscribē-
tis ipsum: sicut quātitati speciei sacramentalis est
inequalis. Ita ꝙ vtrobiq; omnia sibi insunt. Alio
quin enim sequitur cōtradictio sibi apta. si eñ ī ce
lo circūscribitur a celo existens ⁊ in sacramēto exi
stens non circūscribitur a celo: nec inest sibi circun
scriptio sequitur affirmatio ⁊ negatio eiusdem re
spectus ab eodem subiecto ſm idem fundamētum
⁊ respectu eiusdem extremi. ¶ Sic ergo in sacra-
mento est circūscriptiue in habitudine ad celum. ⁊ Sūmatio p̄dictorum.
ita etiam partes eius sunt situaliter nō in habitu-
dine ad partes speciei sacramentalis: sicut dictum
est supra: sed ad partes celi. Et ecōuerso in celo est
sacramētaliter. i. in celo existēs habet habitudinē
presentie sacramētalis non ad celum: sed ad spēm
sacramētalem: sicut patet. Et ita dico ꝙ oīs ꝓprie
tas que inest sibi in sacramēto ⁊ in celo ⁊ ecōuerso
⁊ que potest inesse: potest inesse hic ⁊ inde. ¶ Secū
do dico ꝙ aliqua accidētia respectiua licet insint si
bi in sacramēto non tñ vt in sacramēto. qꝛ ratio es
sendi in sacramēto vel in specie non est ratio quare
sibi conueniant talia accidētia. Nec tales respect⁹
sunt habitudines ad sacramētum: nec etiam tales
habitudines inessent sibi si tantum eēt in sacramē-
to. vnde licet eē circūscriptiue vel vbi circūscripti
uum respectu celi conueniat christo in sacramēto.
non tñ vt in sacramēto: quia dato ꝙ christus nō es
se in sacramēto sibi conueniret tale vbi. Et simili-
ter de omnibus accidētibus absolutis potest dici.
Et posito ꝙ christus solum eēt in sacramēto: nō cō
ueniret sibi tale vbi circūscriptiuum: nec ipsum ha
beret in sacramēto: licet accidētia absoluta posset
habere si solum eēt in sacramēto. Similiter ⁊ tale
vbi circūscriptiuum non est habitudo christi ad sa
cramētum: licet conueniat sibi in sacramēto: sed est
habitudo ad celū circūscribens. Sic ergo tale vbi
conuenit sibi primo vt in celo. Est enim habitudo
sui ad celum. ⁊ si nō eēt in celo. nō haberet tale vbi
secūdario vero sibi cōuenit in sacramēto. Simili-
ter etiam vbi sacramētale ad speciem sacramēti cō
uenit sibi primo vt in celo: nec vt in sacramento: qꝛ
omne accidēs absolutum (de quo est sermo modo)
posset habere dato ꝙ nō esset in sacramento nec in
celo. sed extra celum. vel dato ꝙ tantū in sacramē-
to ⁊ non in celo: vel tantum in celo ⁊ nō in sacramē
to. ¶ Hec de secundo articulo principali: nisi ꝙ ex
predictis patet ꝙ frustra distingunt aliqui de for-
mis absolutis ⁊ respectiuis intrinsecis: et de re-
spectibus dicētes ꝙ oēs forme vel proprietates
naturales absolute q̄ insunt christo in celo: insunt

sibi in sacramēto: ⁊ omes respectus intrinseci etiā sed non oportet ꝙ omnes extrinseci: sicut vbi vel si tus ⁊ si qua sunt consequentia ipsum vbi. Nam de omnibus oportet necessario: vt cōtradictio euitet sicut patet ex predictis.

Opinio cuiusdā. ¶ Sed addit vnus doctor ad ꝑdicta ꝙ licet corpus christi sit sub sacramēto cum sua quātitate: ⁊ sit formaliter q̄tum per ipsam: et vtrūqꝫ. s. tam corpus christi ꝙ̄ sua quātitas sit sub stantialiter ⁊ realiter presens: posset tn̄ deus facere ꝙ corpus christi esset q̄tū sub sacramēto: ⁊ sua quātitas nō esset ꝑsens: licet substātia corporis esset ꝑsens: ita ꝙ esset q̄tuꝫ formaliter quātitate nō presente sacramēto: sed celo. Et possibile est ꝺm ipsum ꝙ subiectū informatū ab aliquo accidēte, sit ꝑsens: ⁊ tn̄ accidēs q̄tumcūqꝫ informās non sit presens. vnde licet quātitas informaret corpus ⁊ i celo ⁊ in sacramēto: ⁊ daret sibi esse q̄tum: non tn̄ esset ꝑsens sacramēto sed tantū celo. ¶ Quod autē sit probabile videtur persuaderi. Primo sic. Que cūqꝫ contingēter coniungūtur inter se et respectu tertij: vnū illorum potest conuenire illi tertio: vel stare cum illo non obstante altero vel nō posito: qꝛ non est ratio inseparabilitatis eorū nec ex ipsis inter se. nec ex tertio. sed ꝑsentia substantie hic ⁊ presentia q̄titatis eius sunt due ꝑsentie contingēter se habētes inter se ⁊ respectu tertij: qd̄ est corpus christi esse q̄tum. Patet ꝙ sint due ꝑsentie: quarū neutra includit aliā ⁊ essentialiter distincte: qꝛ deꝰ potest facere quālibet sine alia ⁊ econuerso. Et sic etiam patet ꝙ contingēter se habēt inter se: ⁊ vna non necessario presupponit aliā nec ecōuerso. Nec est etiam causa alterius per se. Quod etiam respectu tertij se habeant contingenter ⁊ separabiliter: patet. quia corpus christi potest eē q̄tum sine qualibet istarum. Si enī corpus christi esset extra celum tantum: adhuc esset q̄tum: ⁊ neutrum esset hic presens. quia nec substantia nec q̄titas. Similiter etiam vtrūqꝫ potest esse presens hic: dato ꝙ corpꝰ christi non sit q̄tum. Si enim separaret deus accidens a subiecto manēte presentia eius ad specieꝫ: patet ꝙ ⁊ substantia ⁊ quātitas essent ꝑsentia. ⁊ tamen corpus christi nō esset quātum. Igitur sequitur conclusio ꝙ corpus christi q̄tum existens potest poni ꝑsens sub eucharistia: ⁊ tn̄ sua quantitas non erit ꝑsens eucharistie sed celo tantū. Non enī q̄titas per hoc dat esse q̄tum. quia est ꝑsens: sed ꝑ hoc ꝙ informat vel inheret. Sicut anima non dat corpori esse viuum per hoc ꝙ est ꝑsens: sed per hoc ꝙ informat. vnde posset deus facere animā ꝑsentē corpori vel loco corporis: sicut etiam angelum dato ꝙ nō informaret. sic etiam quātitatem ꝑsentem corpori vel loco eius: dato ꝙ nō informaret. Et similiter pari ratione econuerso ꝙ informaret ⁊ nō esset ꝑsens. ¶ Et cōfirmatur ista ratio: ⁊ simul declaratur. quia deus potest facere vnū respectū extrinsecum inter aliqua duo: dato ꝙ non faciat aliquem alium: qui non est sibi mutuus: ⁊ est essentialiter distinctus non ꝑsupponēs aliū ipsum: nec ecōuerso: ꝫ sic est de respectu inherēte ⁊ respectu presentie quātitatis: siue ad corpus: siue ad locum corporis. ergo potest primū facere sine secundo. Minor patet. quia sicut dictum est in precedētibus: respectus inherentie non est respectus ꝑsentie. qꝛ potest esse vnus sine alio: vt dictum est. Nec ꝑ consequēs etiam sunt respectus mutui. qꝛ respectuuꝫ mutuorum vnus non potest esse sine alio. Similiter etiam vnus nō necessario ꝑsupponit aliuꝫ. Nā indifferēter vnus potest esse sine alio ⁊ econuerso. ergo ⁊c̄. ¶ Tertia ratio est ista. non est minus possibile esse corpus q̄tum ⁊ quātitatem eius esse sine presentia q̄titatis ad locum ꝙ̄ sine ꝑsentia aliqua alicuius istorum ad aliquē locum. sed possibile est esse corpus q̄tum sine presentia siue corporis siue quātitatis ad aliquē locum: sicut dictum est supra. ergo ⁊c̄. ¶ Imaginatur ergo sic iste doctor: sicut ⁊ imaginor ꝙ licet quātitas corporis xp̄i sibi inhereat: ⁊ insit formaliter in sacramēto: ⁊ etiam de facto sit ibi ꝑsens ꝺm aliquē alium respectum extrinsecum ꝑsentie: tamē virtute diuina possibile eēt ꝙ quātitas corpis xp̄i inhereret sibi in sacramēto et non esset ꝑsens sacramēto ꝺm aliquē respectū presentie extrinsecum fūdatum in quātitate ipsa ad ip̄m sacramētum vel ad speciem sacramētalem: licet eē ꝑsens in celo ⁊ in sacrameto. ¶ Ex quo patet ꝙ licet subiectum habeat accidēs: ⁊ econuerso accidēs sit in subiecto: non tn̄ oportet accidēs esse presens subiecto ꝺm aliquē talem respectum ꝑsentie extrinsecum. Si dicas vel accidēs est ꝑsens vel absēns. si est absens: non pōt informare. ergo oportet ꝙ sit ꝑsens. Dico ꝙ si absentia dicat negationē presentie: que non est nisi respectus extrinsecus ꝑsentis ad illud cui est p̄ns ꝙ potest informare: dato ꝙ sit absens. quia sine tali respectu ꝑsentie. Si vero absentia dicat respectum distantie: sic dico ꝙ adhuc absens posset informare. Non enim magis repugnat hoc ꝙ̄ ꝙ posset simul esse ꝑsens ⁊ distās quod tn̄ concessi in ꝑcedenti questione quare ⁊c̄. Resolutio huiꝰ opi.

Hec de secundo articulo principali.

¶ Quātum ad tertium articulum

De actōnibꝰ immanentibus. premitto primo aliqua. Primū est ꝙ actiones immanētes sunt omnes operationes sensuum vel potētiarum sensitiuarum seu cognitiuarum interiorum ⁊ exteriorum: ⁊ similiter intelligere ⁊ velle vel nolle. ¶ Secūdo premitto ꝙ oēs iste operationes sunt essentia essentialiter absoluta: ⁊ si sunt respectiua ad obiectum: hoc non est nisi ꝑ aliquem respectum accidētalem: qui manet manēte obiecto ⁊ non manet non manente nec existente obiecto. ¶ Tertio ꝑmitto ꝙ aliud est talē operationē terminare: aliud vero eaꝫ elicere. aliquid enim potest terminare: quod non potest elicere vel non elicit. ¶ His premissis dico primo q̄tum ad sensitiuas operationes istas ꝙ omnes que insunt sibi in celo vel q̄ possunt inesse ⁊ conuenire elicitiue: vbi ē vel esse pōt localiter: insunt sibi vel inesse possunt sub sacramēto. Unde quicquid videt in vno loco exn̄s videt sub sacramēto existēs. Et ista conclusio potest recte vniformiter probari: sicut conclusio prima de formis habitualibus: que non consistunt in actu secundo elicito. quia alioquin contradictio sequeretur vel posset sequi: scilicet ꝙ idem simul videret ⁊ non videret: ⁊ sic de alijs suo modo. Tum quia etiam potētie non debēt carere sub sacramento suis ꝑfectionibus actualibus ⁊ quasi beatitudinibus: nec carēt ꝑpter aduentum vnius respectus extrinseci ꝑsentie corporis ad speciem. Tum quia etiam xp̄o infuisset idem dolor in cruce ⁊ in pixide ⁊ ꝑ consequēs idem actus sentiendi. quia dolor. ꝫ

quitur in appetitu sensitiuo sensationē:sicut in ap
petitu intellectiuo intellectionē. Unde dico breui
ter ꝙ talis omnis operatio potentie apprehensiue
vel appetitiue tam sensitiue ꝗ intellectiue: q̄ inest
christo in celo:vel inesse potest in loco vbi est:vel es
se potest circunscriptiue:inest vel inesse potest sibi
in sacramēto. ¶ Secundo dico ꝙ operationes sen
sitiue sensuum exteriorum particulariū nō insunt:
nec possunt sibi inesse primo in sacramēto. Ita ꝙ si
solum esset in sacramēto:non conuenirēt sibi tales
operationes:sed cōueniunt sibi primo vel conuenī
re possunt:naturaliter dico vbi est circūscriptiue ꝛ
localiter. Cuius ratio est. quia in sacramēto nō est
modo conuenienti nec requisito necessario ad sen-
sationē ſm dispositionē situs in loco. ꝛ ideo ibi nō
conueniunt sibi primo:nec cōuenire possunt natu-
raliter dico:sed secūdario cōueniunt sibi pro quan
to est idem corpus vel idē xp̄s in sacramēto cū se
ipso in celo. ꝛ ita habet eādē formā necessario quā
ponitur habere primo: vbi est in loco circūscripti-
ue. Alioquin cōtradictio poneretur. ¶ Tertio di
co ꝙ operationes potētiarum sensitiuarū interio-
rum ꝛ appetitus sensitiui possunt sibi inesse primo
in sacramēto. Non em̄ requirunt tales operatiōes
ad suum inesse vel in fieri nisi sensationes p̄ceden-
tes in sensibus exterioribus:mediantibus quibus
habētur species sensibilium:ꝛ hauriuntur. Nec re
quiritur coextēsio vel cōmensuratio operantis ad
locum exteriorem:sicut in sensatione exteriori na-
turaliter fienda vel habēda. Et ita dico ꝙ ꝗtum
est ex parte ipsarū:omnes possent in fieri naturali
ter ꝛ inesse:dato ꝙ xp̄s non esset nisi sub sacramen
to:si tn̄ ab ipso haberētur sensationes sensuum ex-
teriorum:sicut posset fieri virtute diuina vt puto:
licet non naturaliter posset sicut dictū est in cōclu
sione p̄cedente. Eodem modo potest dici de intel-
lectione ꝛ volitione quātūcunqꝫ depēdēte ex ima-
ginatione ꝛ fantasia ſm modum intelligēdi viato
ris. ¶ Quarto dico ꝙ xp̄s posset hic habere natu
raliter sub sacramēto aliquā intellectionem ꝛ voli
tionē consequētem primo ꝛ naturaliter ꝛ secunda
rio haberet ipsam vt in celo. Nam aliquid in sacra
mento vel vt in sacramēto est sibi p̄sens:quod non
vt in celo:sicut ipse species sacramētales vel huius
modi. Et cum cognitio intuitiua requirat presen-
tiā primi obiecti quādo fit naturaliter:posset aīa
xp̄i intuitiue intelligere aliquid primo hic p̄sens
sibi vt in sacramēto nō vt in celo. Similiter econ-
uerso in celo:qđ non vt in sacramēto : sicut angelū
in celo. ꝛ cōueniret sibi hoc secundario vt in sacra
mēto. ¶ Quinto dico quātum ad terminationem
predictarum operationum ꝙ quācunqꝫ operatio-
nē predictaꝫ terminat in celo existēs:terminat etiā
in sacramēto ꝛ econuerso. Ita ꝙ si pōt videri ocu
lo corporali siue glorioso siue nō glorioso in celo:
potest videri in sacramēto ꝛ hoc si videri dicat tā
tum terminare visionem. Alioquin enim sequeret̄
contradictio sicut supra. s. ꝙ idem obiectum simul
terminaret eandē visionē:ꝛ non terminaret vtro-
biqꝫ ergo terminat. ꝛ potest videri:sed nō vtrobiqꝫ
primo. sed in loco vbi est circūscriptiue : terminat
primo. Et ꝙ terminet vtrobiqꝫ ꝓbatur. quia ter-
minare talē actū ex parte obiecti:non dicit nisi vel
esse obiectū talis actus:vel respectū rationis ad ta
lem actū. Modo oportet necessario ex quo est idē
corpus vtrobiqꝫ ꝛ obiectū:ꝙ vtrobiqꝫ terminet et
habeat predictum respectū. Sicut enim impossibi
le est ꝙ eidem simul conueniat ꝛ nō conueniat ali-
quis respectus realis:ita etiam de respectu ratio-
nis. vtrobiqꝫ igitur existēs terminat ꝛ videtur:sed
nō primo:nec vt vtrobiqꝫ:sed vt in loco circūscri-
ptiue. Et similiter de aliis sensationibus ꝛ opera-
tionibus interioribus tam cognitiuis ꝗ appetiti
uis:tam intellectiuis ꝗ appetitiuis. ¶ Tu dicis:
si naturaliter potest videri xp̄us sub sacramēto si-
cut in celo:ꝛ naturaliter intelligi: sequitur ꝙ qui-
cūqꝫ videns potest ꝑcipere ipsum esse ibi:sicut sor
tem esse in loco suo. Et ꝙ similiter illa que sunt fi-
dei:possunt videri ꝛ naturaliter intelligi. hoc autē
est falsum. quia talia sunt supnaturalia in essendo,
ꝛ per consequēs non possunt nisi supnaturaliter in
telligi. Dico ꝙ nullus visus corporalis siue glori-
ficatus:siue nō potest naturaliter ꝑcipere corpus
xp̄i esse hic:sicut nec potest cognoscere ipsum ab es
se. Eiusdē enim potētie est cognoscere obiectū ali
quod adesse ꝛ abesse scđo de anima. visus ꝑcipit lu
cem ꝛ tenebrā. Sicut em̄ in celo nō percipit visus
corporalis corpus xp̄i esse hic sacramētaliter: nec
in sacramēto:sed sicut in celo corpus xp̄i existens
est visum ꝛ ꝑceptum esse in celo:ita in sacramento
existēs potest esse ꝛ est visum ꝛ ꝑceptum esse in ce-
lo. et ita percipitur ꝛ in celo existēs ꝛ in sacramen
to:sed non vt in sacramēto:sed vt in celo. Ad illud
quod dicitur de naturaliter intelligi:dico ꝙ nō vi
deo quare intellectus angelicus vel intellect9 ani-
me separate vel beate nō posset naturaliter intelli
gere corpus xp̄i esse sub sacramēto:ꝛ intuitiue vi-
dere si esset sufficienter approximatus. sicut etiam
naturaliter posset cognoscere vnum angelū existē
tē ibidē vel vnum spiritum:vel aliquod aliud cor-
pus. Nec valet ꝙ modus ille essendi est supnatura
lis ꝛ causatus supnaturaliter. quia etiam substan-
tia angeli causatur supnaturaliter. Et ille modus
licet supnaturaliter causetur:nō tn̄ est obiectū ex-
cedēs facultatē luminis naturalis cuiuscūqꝫ intel
lectus creati:puta respectu intellectus separati vl̄
beati. quia talis intellectus respicit totum ens pro
obiecto adequato ꝛ ꝓportionato loquēdo saltē de
ente creato. Similiter etiam nō impeditur ex ali-
quo. Dico tn̄ bene ꝙ intellectus cōiunctus homi-
nis viatoris pro statu vie p̄sentis nō potest intelli
gere naturaliter ꝛ clare ꝛ euidēter corpus xp̄i esse
ibi:sicut nec sensus ꝑcipere. depēdet enim sua itel
lectio ex sensatis ꝛ imaginatis:sicut patet. Nō sic
de intellectu angelico vel separato seu beato etiā
coniuncto. vnde ꝛ anima christi naturaliter nouit
se esse ibi ꝛ corpus suum.

¶ Sed contra predicta arguit̄: ꝛ insta tur primo. quia nō videt̄ ꝙ xp̄us in sacramēto videat corporaliter illud qđ videt in celo:q2 visio est noticia intuitiua sed noti-
cia intuitiua requirit obiectum presens illud autē
quod est p̄sens xp̄o in celo:non est sibi p̄sens in sa-
cramēto:ergo ꝛc. ¶ Scđo arguitur. quia in sacramē-
to nō potest tāgere se. ¶ Tertio quia videt̄ ꝙ ope
rationes potētiarum sensitiuarū exterioꝝ possunt
sibi cōuenire primo in sacramēto . q2 dato ꝙ xp̄us
esset in sacramēto solū:adhuc posset deus causare
visionē alicuius visibilis in ipso. etiā dato ꝙ illud
visibile non esset p̄sens:vt videtur. quia visio dicit

Instātie cōtra p̄dicta.

aliquid absolutum:quod posset fieri virtute diui-
na sine respectu ad obiectum:non obstāte illo mo-
do essendi sacramētali ipsius xp̄i vel oculi sui. sed
hoc posito: videret ⁊ sibi cōueniret visio p̄mo sub
sacramēto:q̃ ⁊c̄. ¶ Quarto sic. videtur ꝙ corpus
xp̄i possit videri etiā oculo corporali:vt sub sacra-
mēto.quia lux punctalis videtur ⁊ posset videri.
Tum quia lux illa se diffunderet sperice. Tum qꝛ
a puncto fit reflexio ſm lineā rectam.⁊ planū est
ꝙ illud a quo fit reflexio:potest videri q̃ ⁊c̄.sed cor
pus xp̄i nō est minus visibile sub sacramēto:q̃ lux
punctalis.qꝛ nō est vbi indiuisibile sed q̃tum.simi
liter nō est ibi dimensiue q̃ pūctus: qui est aliquid
indiuisibile. ¶ Quinto ꝙ nullus intellectus ange
licus naturaliter possit cognoscere euidēter corp⁹
xp̄i esse ibi.quia non est hoc magis cognoscibile q̃
aliquod futurū contingēs depēdens ex diuina vo
luntate. Similiter etiā qꝛ tunc angelus malus pos
set cognoscere xp̄m esse ibi quod non videtur.

Ad ꝑcedētes instātias ¶ Ad primū tamen istorū aliqui dicūt ꝙ
xp̄s videt intuitiue in sacra
mēto illud qđ videt in celo.Qn̄ dicitur ꝙ cognitio
intuitiua vbicūq; est:requirit obiectum p̄sens. Di
cūt verum est q̃tum ad suum causari:⁊ vbi causa⁹
nō autē in terminari. Et qꝛ vt in sacramēto nō cau
satur illa visio:sed in celo:vel vt in celo:non opor-
tet ꝙ visibile sit p̄sens sacramēto vel xp̄o in sacra-
mēto:sed in celo sufficit ad hoc vt terminet ꝙ sit p̄
sens. ¶ Sed istud non videt̄ michi verū. Non em̄
video ꝙ plus quātum ad vnū requirat̄ p̄sentia ob
iecti:q̃ quātum ad aliud eo modo quo dicūt. Naꝫ
⁊ si nō causaretur visio ab obiecto sed ab ipso deo
immediate vel ab oculo:adhuc necessario require-
ret p̄sentiam obiecti ſm ipsos.loquēdo saltem de
primo obiecto. Scđo quia nō video ꝙ corpus xp̄i
sit alicui p̄sens in celo:cui non sit p̄sens in sacramē
to ⁊ econuerso.alioquin sequit̄ cōtradictio ꝙ ideꝫ
est p̄sens simul ⁊ nō presens eidē. Dicitur aliter ꝙ
xp̄s in sacramēto habet visionē eius qđ videt in ce
lo:non tn̄ vt intuitiuā noticiā.quia visio vt sic.s.vt
est intuitiua noticia habet respectū ad obiectum:
vt p̄sens ip̄i vidēti. Unde est ibidē modo quāti ta
tiuo ⁊ dimēsiuo.quē quidē respectum nō habet ad
visibile in sacramēto:sed tātum in celo. Nec est in-
cōueniens ꝙ circa visionē variet̄ talis respectus.
quia sequitur vbi:qđ ⁊ ipsum variatur in celo ⁊ in
sacramēto. Istud etiam nō videtur michi bene di
ctum.qꝛ visio ⁊ vnaqueq; notitia est eētialiter ex
absoluto sibi intrinseco abstractiua vel intuitiua:
nō ex aliquo respectu accidētali. Ille em̄ sunt ꝑ se
differētie ipsius notitie:sicut patet. Si igit̄ xp̄us
in sacramento habet visionē vt absoluta est:habet
necessario vt intuitiua est etiā sicut argutū est con
tra solutionē/corpus xp̄i in sacramēto:licet nō vt
in sacramēto presens est obiecto visibili existenti
in celo.quia ⁊ hoc videt̄ sufficere ad noticiā intui-
tiuā ꝙ obiectū sit p̄sens vidēti. Dico igit̄ aliter ꝙ
vtrobiq; xp̄s notitiā intuitiuā ⁊ vt intuitiua est:⁊
ꝙ vtrobiq; oculus xp̄i p̄sens est eidē visibili ⁊ ea-
dem p̄sentia. Ideo si ad notitiā intuitiuā requirat̄
presentia obiecti:siue vt causantis:siue vt terminā
tis.siue vtroq; modo:adhuc sufficit talis p̄sentia.
Dico tn̄ talem p̄sentiam:licet habeat xp̄us sub sa-
cramēto:nō tn̄ primo ⁊ vt sub sacramēto.⁊ ideo nō
requiritur ꝙ corpus sit sibi p̄sens vt sic ⁊ alia p̄sen
tia q̃ illa qua est p̄sens sibi in celo. Puto tn̄ ꝙ ad
notitiam intuitiuā non requiritur actualis ⁊ rea-
lis p̄sentia obiecti etiam primi:sicut dixi in primo
Et dicā in solutione tertij argumēti. ¶ Ad scđm
de tactu dico operatio sensus tactus cōuenit xp̄o
in sacramēto sicut ī celo recte vniformiter sicut de
visione. Nec aliter requiritur p̄sentia ad istā ope-
rationē q̃ ad visionē. Est em̄ quedam operatio co
gnitiua. Aliter dicit vnus ꝙ xp̄s sub sacramento
pōt tangere seipsum:sed nō potest tāgere aliud ex
trinsece cū ratione ponit.qꝛ ad hoc vt possit aliq̄s
tangere seipsum:nō requirit̄ nisi ordo partium in
toto ꝙ pars sit extra partem. Ad tangēdum vero
aliud requirit̄ ordo ⁊ situs partium in toto ⁊ in lo
co. Modo xp̄s sic est sub sacramēto ꝙ partes eius
ordinātur in toto. Et ideo pōt seip̄m tāgere ⁊ po-
nere manū ad caput vel ad pedē:sed nō potest tan
gere aliud vt sic. ¶ Non videt̄ hoc michi verum.
Nam ita bene ad tangēdum seip̄m requirit̄ situs
partium in loco:sicut ad tangēdum alium. Nec vi-
deo quare plus ad vnuꝫ q̃ ad aliud.⁊ ita si non ad
vnū nec ad aliud. Et ideo dico ꝙ si situs ī loco ne-
cessario requirit̄ ꝙ nec seip̄m nec aliud potest tan
gere vt est in sacramēto:licet in sacramēto tangat
illud idem quod in celo. vnde nec si esset extra celū
posset tāgere seip̄m ſm istum modū nec aliud. Si
vero nō requiritur situs partium in loco:tūc ex de
fectu talis situs sub sacramēto nō impeditur quin
possit tangere seipsum vel aliud etiam vt in sacra
mēto. ¶ Ad tertiuꝫ dicitur ⁊ ego dico simpliciter
⁊ absolute ꝙ deus posset causare visionē alicuius
visibilis siue distātis siue nō existētis in re in ocu-
lo xp̄i sub sacramēto:dato ꝙ tātum esset sub sacra
mēto.sed dico ꝙ naturaliter est īpossibile hoc fieri
Et ideo dico vltra ꝙ visio aliqua posset ineē xp̄o
sub sacramento primo:⁊ secūdario in celo:si fieret
post ea in celo. Et hoc supra nō negaui:sed cōcessi
Et dico tūc ꝙ distans ab oculo vel nō ens viderē
tur:⁊ intuitiue viderētur ⁊ cognoscerent̄. Nec ha
beo pro incōuenienti. Non em̄ video ꝙ ad intuiti
uam noticiā.vnde talis requirat̄ entitas obiecti in
re:⁊ ꝑ consequēs nec ꝓpinquitas ad vidētem. Et
non est incōueniens ꝙ nō ens sic denominetur vi-
sum:vel dicatur visum:sicut nec ꝙ dicat̄ situm vel
intellectum.quia esse visum nō plus ponit existen
tiam realē in obiecto q̃ esse cognitum.poneret̄ er
go visio ⁊ distans videretur:vel nō ens seu nichil
videret̄ sicut iam patet ex p̄dictis. Ponitur vnuꝫ Exēplū.
exemplum ab vno.quia sicut est possibile ꝙ aliqđ
videatur vbi nō est:sic ꝙ aliquid videatur qđ non
est. Sed aliquid potest videri vbi nō est:sicut quā
do rotatur in aere baculus ignitus: in summitate
apparet ignis in toto circulo ⁊ videtur.⁊ tn̄ nō est
in toto circulo:sed tātum in summitate baculi. Nō
curo de isto exemplo.qꝛ forte totus aer ignitur in
circulo ad rotationē ⁊ motū impetuosum baculi.⁊
ita est ibi ignis vbi videt̄:vel sensus decipitur: si-
cut etiam in motibus alijs velocibus:vt in trocho
quādo voluitur:vel etiam in remo qui videtur fra
ctus in aqua.licet ſm rei veritatem nō sit fractus
¶ Ad quartum dico ꝙ naturaliter nec etiam vir-
tute diuina corpus christi a quocunq; oculo corpo
rali non potest videri vt sub sacramento:licet sub
sacramēto videatur:vel possit videri.quia modus
ille sacramētalis non est visibilis.nec etiam est ibi

visibile vt sic:licet quãtum ⁊ corpus habẽs vel pos-
sibile habere pyramidez basis terminate ad visum
scḋm angulum suum que nõ cõuenit christo vel cor-
pori christi vt sub sacramẽto:licet sub sacramento
cõueniat sicut in celo:quare ⁊c̄. Quando dicis de
luce punctali. dico ꝙ nõ est dare lucẽ punctalẽ lo-
quẽdo de puncto mathematico ⁊ simpliciter indi-
uisibili. lux enim est forma corporea. ⁊ nõ potest in
formare nisi ꝙ̃tum. punctus aũt talis non est quã
tus. Et ideo dico ꝙ punctus illuminatus natura
lis non est indiuisibilis sed est corpus scḋm rei veri-
tatem ⁊ visibilis. dicitur tamen punctus:quia non
contingit ipm̃ naturaliter diuidi:nec signare quã-
titatẽ minorem. Corpus autem christi nõ plus in
sacramẽto:vt sic est dimẽsiue vel extensiue:nec esse
potest ꝙ̃ pũctus mathematicus simpliciter ⁊ om-
nino indiuisibilis. quare ⁊c̄. ¶ Ad quintũ dico ꝙ
non est simile de futuro ⁊ de p̃senti:licet em̃ ange-
lus non possit naturaliter cognoscere certitudina
liter futurum contingẽs:tamen contingẽs p̃sens
potest cognoscere. Sicut etiaz patet de nobis qui
cognoscimus multa contingẽtia presentia : nõ tñ
futura. Et vlterius ad illud qḋ additur ꝙ angelꝰ
malus naturaliter posset cognoscere corpus chri-
sti esse sub specie. Et cognoscit etiam intuitiue qñ
est presens:si permittitur a deo. si autem non ꝑmit
titur non propter hoc sequitur quin posset natura
liter cognoscere quãtũ est ex facultate sui luminis
naturalis. Hec de secundo articulo principali.

de actiõe ⁊ passione trãseũte.

¶ Quãtum ad quartum ar-
ticulum an. s. christus omnẽ actionẽ vel passionem
transeuntẽ:quaz habet vel terminat in celo: possit
terminare vel habere in sacramento:dubiũ est. Et
primo discutiendum est si potest moueri vel muta
ri in sacramẽto sicut in celo. ⁊ postea si possit moue
re vel mutare aliquid aliud accipiẽdo mutationez
vel motum quomodocũqꝫ accipi potest. ¶ Quan-
tum igitur ad primum dico aliquas cõclusiones.

Xp̃s an põt moueri i sacramẽto sicut i celo.

Prima est ista ꝙ quẽcunqꝫ motum vel mutationẽ
christus potest habere vel elicere in celo vel vbiqꝫ
circũscriptiue potest habere vel recipere in sacra-
mẽto. ⁊ quẽcunqꝫ motum vel mutationez habet in
celo:habet etiã in sacramẽto ⁊ ecõuerso. Hoc pro
bo. quia alioquin esset vel posset stare cõtradictio:
sicut ꝓbatum est supra. Nam affirmatio ⁊ negatio
eiusdem de eodem simul ⁊ respectus eiusdẽ. s. mu-
tãtis. Si enim christus mouetur vel mutatur in ce
lo quacũqꝫ mutatione vel motu seu etiam mutari
vel moueri potest:⁊ nõ mutatur eadem mutatione
vel motu in sacramẽto:vel mutari potest:sequitur
ꝙ idem subiectum simul mutatur vel mouet̃ ⁊ non
mutatur:vel non mouetur ab eodem mutante: vel
ꝙ simul possint sibi ista inesse. hoc autem est cõtra-
dictio:ergo ⁊c̄. ¶ Secunda conclusio est ꝙ loquendo
de mutationibus transeuntibus ⁊ motibus:corpꝰ
christi licet in sacramẽto moueatur ijsdem quibus
in celo vel possit moueri seu mutari. iste tamẽ mu-
tationes vel motus conueniunt vel conuenire pos
sunt christo primo in celo:vel vbi est circunscripti
ue:secundario autem in sacramento. nam tales mu
tationes vel motus naturaliter non cõueniunt nec
conuenire possunt christo ab aliquo: nisi scḋm qḋ est
in loco circũscriptiue ⁊ dimẽsiue:quia talis appro
ximatio vel presentia in loco requiritur necessario
ad mutari vel moueri corporis ab agente natura-
li ⁊ patet ꝙ licet christus in sacramẽto existens sit
dimensiue ⁊ circũscriptiue in celo : non tamẽ vt in
sacramento. ideo ⁊c̄. ¶ Tertia conclusio est ꝙ que
cunqꝫ mutatio transiens vel motus qui inest vel in
esse potest christo in celo:primo ⁊ vt in celo:potest
inesse sibi vt in sacramento virtute diuina ⁊ sic pri
mo in sacramento sola mutatione illa vel motu ex
cepto que terminantur ad esse in loco circunscripti
ue ⁊ illis alijs quę necessario presupponunt istam
vel istas. Nisi diceretur etiã ꝙ mutatio potest fie-
ri sine termino. Et tunc non oporteret ꝙ licet xp̃s
vt in sacramento ⁊ tantum in sacramento haberet
vel reciperet mutationem vel motum ad vbi circũ
scriptiuum in aliquo loco ꝙ haberet terminum il-
lius mutationis vel motus:puta vbi circunscripti
uum. nec ꝙ esset alicubi circunscriptiue. Ratio au
tem huius conclusionis ꝙ̃tum ad alias mutatio-
nes vel motus quicquid sit de ista mutatione vel
motu est. quia corpus christi vt sub sacramento:da
to ꝙ tantum esset sub ipso:habet omnia necessaria
ad recipiendum vel terminandum omnem talẽ mu
tationem vel motum. Nec etiam respectu virtutꝭ
diuine requiritur talis approximatio circũscripti
ua in loco ⁊ situalis qualis respectu agẽtis natura
lis. Et diceretur vltra ꝙ etiam de motu vel muta
tione illa ad vbi circunscriptiuum:puta ꝙ virtute
diuina posset primo conuenire christo vt in sacra-
mento. Et dato ꝙ esset in sacramento tantum:pos
set sibi conuenire:non tamen terminus eius : puta
vbi ipsum circunscriptiuum. Deus enim posset fa
cere mutationez sine mutato esse vel termino:sicut
dictum est supra. Et illa mutatio vel motus nõ es
set respectus nisi ad deum mutantem vel mouentẽ
¶ Quarta conclusio est ꝙ illa mutatio vel motus
ad vbi circunscriptiuũ:secundario conueniret cor
pori christi in celo. vel posset conuenire vbi pone-
retur circunscriptiue:licet terminus puta vbi cir-
cunscriptiuum:primo non conueniret nisi vt in lo
co circunscriptiue. quia est per se habitudo ad lo-
cum circunscribentem. Ratio huius secundi iam
est posita sicut patet. ¶ Sic igitur patet ꝙ omni Resolutio.
mutatiõe vel motu quo mutatur corpus christi in
celo vel potest mutari siue moueri:mouetur vel mu
tatur seu mutari vel moueri potest in sacramento
Et ita omnem motum vel mutationem quam po-
test recipere vel terminare in celo:potest in sacra-
mẽto. Similiter patet ex predictis ꝙ sacerdos vel
aliquid aliud mouẽdo speciem vel hostiam conse-
cratam:nõ mouet corpus christi nec per se nec per
accidẽs. Non plus enim mouet corpus xp̃i sub sa
cramento ꝙ̃ moueret ipsum:dato ꝙ solũ esset sub
sacramento: vt patet. Sed solum esset sub sacra-
mento. Non moueret ipsum nec per se nec per ac-
cidens. Nam sicut dictum est supra : motus talis
non potest inesse primo sub sacramento et vt sub
sacramento ab agente vel virtute naturali:sed tã-
tum a deo. Et ideo dato ꝙ mota specie moueatur
corpus christi:⁊ fiat presens alteri loco:cui ⁊ ipsa
species sit presens:tamen non mouetur a mouente
speciem nec per se:nec per accidens. sed a deo tan-
tum:hoc patet. quia mouens aliquid non propter
hoc moueret nec per se:nec pec accidens aliud aut

presens super quo nullam habet potestatē mouen-
di. quando illud aliud nec est actus moti per se nec
pars eius: nec aliquid quod posset mouere per seip
sum: dato ꝙ illud aliud solū poneretur. sꝫ est aliud
coassistens per se moto non innitens sibi necessita
te: sed mera voluntate alicuius alterius. Sicut pa
tet: si angelus esset presens voluntate propria vel
voluntate diuina alicui lapidi: mouens lapidē per
se non moueret angelum. nec per se nec per acci-
dens sed si angelus moueretur a voluntate facien
te angelum presentem lapidi. sed sacerdos nullam
accipit potestatem mouendi corpus christi: nec ha
bet ex hoc ꝙ mouet speciem vel q̄titatem hostie q2
corpus christi non est ibi sicut pars speciei: nec si-
cut forma vel accidens eius nec sicut aliud innitēs
necessitate naturali ipsi speciei vel q̄titati: qđ pos-
set mouens mouere per seipsum: sicut graue est in
naui mota: sed tantum ex volūtate diuina ergo nō
mouetur per se nec per accidēs a virtute creata: sꝫ
tantum a diuina volūtate. ¶ Dico igitur ꝙ si cor-
pus christi mota hostia moueatur vel mutetur mo
tu pertinēte ad vbi vel terminato ad aliquod vbi:
sicut videtur probabile (quia de nouo fit p̄sens lo-
co: cui species ipsa presens est: licet de nouo nō fiat
presens speciei) ꝙ nullum creatū mouens hostiam
mouet christum nec per se nec per accidēs. Nec po
test sibi conuenire motus vel mutatio aliqua sub
sacramēto primo vel sub sacramēto ab aliquo agē
te creato: nec a seipso vt homo: nec ab alio q2 non
est ibi modo q̄titatiuo et dimensiuo vel situaliter
commodo quo oportet corpus est in loco: ad hoc vt
ab agente creato moueatur ⁊ si non oporteat mo-
uens sic esse in loco: vt patꝫ de angelo mouēte. Et
hoc dicunt aliqui esse intelligendum de motu vel
mutatione locali ⁊ de omni motu vel mutatiōe ab
extra: ⁊ presupponente necessario motum localem
et situationē partium corporis in loco: sed de ali-
quibus motibus ab intra seu mutationibꝰ possibi
le fuit corpus christi mutari primo in sacramēto ⁊
dato ꝙ tantū esset in sacramēto. sicut si christus in
stituisset hoc sacramētum. ante mortem suam diu:
et ante sumpsisset alimētum: ⁊ seipsum fecisset sub
sacramēto tantum cū illo alimēto sumpto: alimen
tum fuisset digestum terminus et conuersum ⁊ po
tuisset sic nutriri vel augmentari. Et hoc bene. q2
talis mutatio non requirit nisi in ordinem partiuꝫ
corporis in toto suo non autem in loco. ⁊ christus
sic est sub sacramento: dato ꝙ tantum esset sub ip-
so: ꝙ habet ordinem partium sui corporis in toto:
sed non in loco scđm situs partiales: vt dictum est
supra. Sed loquendo de motu vel mutatione qua-
si locali ad extra qua mouetur corpus christi mo-
ta specie ipsa dico ꝙ moueret concomitanter per
accidens non a mouente speciem: sed a deo imme-
diate: cuius voluntate presens est speciei vt dictū
est supra. Nec oportet: ꝙ sit omnino nouum mira-
culum: quotiens mouetur hostia: et corpus christi
concomitāter. Nam eadem ordinatione disposuit
deus vtrūq̄ scilicet corpus christi esse presens spe
ciei ⁊ mouere ipsum concomitanter ad motū spe-
ciei: licet bene sint effectus distincti miraculosi. Et
dico: ꝙ talis motus cōuenit primo ipsi christo sub
sacramento. Unde et sibi conuenire posset: dato ꝙ
tantum esset sub sacramento: sicut et terminus ta-
lis motus scilicet esse presens sacramentaliter ei-
dem corpori vel loco cui presens species sit. ¶ Sic
ergo patet de terminatione vel receptione actio-
num vel passionum transeuntium. Modo restat vi
dere: si omnem motum vel mutationem quam po-
test elicere vel causare in celo possit etiam in sacra
mento. Et dico hic: ꝙ sic. cuius ratio est ne conce-
dantur contradictoria. quicquid enim mutat vel
potest mutare in celo existens: et in sacramento lo
quendo de mutatione vel motu quocunq̄: non ta-
men verum est in hoc: ꝙ omnes possit elicere vel
causare: vt in sacramento licet in sacramēto inquā
tum homo est dico. ¶ Circa quod est aduertendū
ꝙ christus scđm ꝙ homo habet duplicem poten-
tiam motiuam: vnam organicam ⁊ aliam non or-
ganicam sed spiritualem: siue ponatur eadem cum
voluntate siue non. per primā nō potest mouere ali
quid nisi organice partem post partem. Per secū-
dam simul totum corpus potest anima mouere: si-
cut angelus posset suo modo. Et in nobis etiam
talis est duplex potentia motiua: licet non habeat
vsum suum pro statu vie presentis. Nec ponitur
frustra. quia ad perfectionem nature. et in beatis
etiam habet actum suum: ita ꝙ non solum moue-
re possunt corpora sua organice partem post par-
tem sed aīa btī licet indistincta subiecto a corpore
moto potest mouere corpus suum simul totum ad
quem locum voluerit. Unde et christus aliquando
vt videtur: ista potentia vtebatur. quando. s. a pre-
sentia aliquorum dilabebatur subito vel quasi. De
ista ergo potentia motiua duplici dicitur breuiter
ꝙ christus vt in sacramento existens seipsum non
potest mouere: sed tantum vt in celo vel in loco cir
cōscriptiue. Ita ꝙ si tantuꝫ esset in sacramento nō
posset mouere seipsum. Nec talis mutatio vel mo
tus possunt sibi conuenire vt in sacramento et pri-
mo a seipso in q̄tum homo licet inq̄tum deus be-
ne. ¶ Similiter etiā scđm potentiā motiuā orga-
nicam non potest aliud extrinsecū mouere vt in sa
cramēto: sicut pōt vt in celo. q2 nō est ibi situaliter
et circunscriptiue: sicut oportet de corpe mouente
aliud organice aliq̄d aliud. sed scđm potētiam mo
tiuam nō organicā potest aliud primo mouere vt
in sacramēto: sicut hostiā ipsam vel aliud sibi pre-
sens vel hmōi. ⁊ aliquando mouit sicut dictum est:
seipsum aut nō propter rationem predictam. Nisi
diceretur ꝙ immo. quia non oportet mouēs scđm
istam potentiam nō organicam nec etiam motum
esse in loco situaliter vel circunscriptiue nisi motū
subiecto distinguatur a mouente. Anima aūt chri
sti subiecto nō distinguitur a suo corpe. Et sic etiā
vt in sacramento posset immediate anima christi
suum corpus mouere: ⁊ primo in sacramēto posset
sibi ista operatio conuenire ⁊ non solum vt in celo:
sed nō de mutatione ad vbi: vel motu scđm poten-
tiam organicam. illam enim non potest elicere vel
causare. nec sibi potest primo cōuenire naturaliter:
nisi vt in celo vel in loco: vbi est circunscriptiue si-
ue respectu sui: siue respectu alterius. ¶ De aliis
autem motibus vel mutationibus puta alteratio-
ne nutritione augmentatione generatione vel cor-
ruptione dico ꝙ quecunq̄ conueniunt sibi vel con
uenire possunt elicitiue in celo: vel vbi potest esse
circunscriptiue conueniunt etiam sibi vel conue-
nire possunt in sacramento: sed non primo in sa-
cramento nec vt in sacramento quātum ad omnes

Quomodo xpus oēm motū quē pt causare in celo pt ⁊ i sacramento.

Nota.

sed bene q̃tum ad nutritionem vel augmentationem sui vel alterationem etiam partis a parte sicut dictum est supra. non autem quãtum ad generationem vel corruptionem: nec alterationem alicuius extrinseci. Iste enim non possunt conuenire alicui creato primo nisi existenti in loco circũscriptiue et situaliter vt videtur ⁊ vt habens ordinem partium in loco vel circa locũ. Et ideo christo non possunt conuenire primo vt in sacramento sed si possunt conuenire hoc est secundario. De alijs autem puta de nutritione vel augmentatione vel alteratione ab intrinseco ⁊ corruptione ab intrinseco videtur probabile ꝙ possent cõuenire christo vt in sacramento primo. Et dato ꝙ tãtum esset in sacramẽto. ¶ Ex quo patet: ꝙ dato ꝙ tantũ fuisset

Correlarium.

christus in sacramento ante mortem suam nõ propter hoc fuisset omnino impassibilis ⁊ immortalis sicut modo sed potuisset nutriri ⁊ augmentari ex alimento sibi incorporato: et alterari ab intrinseco et tandem indisponi ⁊ mori. licet aliqui contrarium dicere videantur. licet non potuisset respirasse vel expirasse aerem extrinsecum nisi scd̃m illã potẽtiam motiuam non organicam. ⁊ hoc suffecisset. Hec de tertio articulo principali.

Ad arg. principalia.

¶ **Ad primum** principale patet ex predictis: ꝙ q̃titas non est ratio formalis essendi in loco vel in celo circũscriptiue sed est ratio fundamentalis. Et vlterius patet ꝙ christus vtrobiq; existens in loco circũscriptiue sed vbi circũscriptiuum non est habitudo ad sacramentum sed est habitudo ad celum. ¶ Ad secundum de sensatione quacũq; ⁊ intellectione siue habendo ipsam siue terminando patet quid sit dicẽdum ex predictis. ¶ Ad tertium de mouere aliquid vel mutare seu mutari vel moueri patet etiã quid dicendum ex vltimo articulo presentis questionis.

¶ Distinctionis Undecime. Questio Prima.

Circa distinctionẽ vndecimam quero primo. vtrũ transsubstãtiatio sit possibilis. ¶ Videtur ꝙ non illud non est possibile quod implicat cõtradictionem sed aliud transsubstantiari implicat contradictionem. probatio. quia trãsubstantiari aliquid in aliud est aliquid fieri aliud. sed implicat contradictionem: ꝙ aliq̃d fiat aliud a seipso sicut ꝙ sit aliud a seipso ergo ⁊c̃. ¶ Secundo sic. transsubstantiatio est mutatio totalis substantie in substãtiam. sed talis nõ est possibilis nam scd̃m philosophum nõ est nisi duplex mutatio substantialis puta gẽneratio vel corruptio: que sunt mutationes vel generationes partiales. ergo ⁊c̃. ¶ Tertio sic. Impossibile est esse aliquam mutationem in qua non maneat aliquod cõmune vtriq; termino. patet discurrendo per omnes mutationis species. v. phisicorum: et cuius termini per se non sint incompossibiles. sed in trãsubstantiatione nihil cõmune manet vtriq; termino: sed totum scd̃m totum transit in totum: et nihil manet intrinsecum vtriq; termino. Similiter etiã termini non sunt per se incompossibiles, quia substãtia panis et corpus christi simul possent stare sub sacramento: sicut dictum est supra. ergo ⁊c̃.

¶ **Contra** ambrosius de sacramẽtis: ⁊ habetur de consecratione distinctione secunda. Reuera mirabile ⁊c̃. nõ est minus dare q̃ mutare nouas naturas rebus. — Ambro.

¶ Ex quo concluditur: ꝙ sicut potest deus dare nouas naturas rebus: que prius non erant per creationem: ita potest naturas earum: que preerant. ⁊ ita conuertere et transsubstantiare vnam in aliam: vt videtur. Et patet per magistrum in presenti distinctione.

¶ In ista questione sic precedã.

¶ Primo ostendam quid nomine transsubstãtiationis intelligitur: ⁊ vtrum sit possibilis aliqua virtute. ¶ Secundo. dato ꝙ sic inquiram vtrum transsubstantiatio sit vere mutatio. ¶ Et tertio dato ꝙ non an sit essentialiter eadẽ cum termino suo a quo vel ad quem. ¶ Et vltimo ad rationes principales.

Quid per nomẽ transsubstãtiationis intelligitur.

¶ **Quãtum ad primum** articulũ dico: ꝙ ratio nominis huius transsubstãtiatio est transitio totalis totius substantie in substantiam aliã. Ad cuius euidentiam notandum est: ꝙ dicitur ibi totalis transitio: quia ad hoc ꝙ sit transsubstantiatio: oportet ꝙ conuersio sit totalis substantie et perfecta ⁊ integra: non solum scd̃m partem sicut in generatione naturali totum trãsit in totum nõ scd̃m quamlibet partem: sed quia vnum totum manente eius materia corrumpitur: et aliud totum succedit in eadem materia. In transsubstantiatione vero nõ manet aliquid de transsubstantiatione quod sit cõmune intrinsecum termino ad quem transsubstantiationis: vt patet. Similiter etiam dicitur primo de generatione: ꝙ in generatione totum transit in totum. et non tamen dicitur hoc de alteratiõe vel motu. quia licet in alteratione maneat aliquod cõmune vtriq; termino: nõ tamen illud commune cũ eo quod est formale in termino per se cõstituit vnũ totum: sed vnum totum per accidens: sicut substantia cum accidente. Et ideo non dicitur totum simpliciter sicut nec ens nec vnum per se. Nec dicitur consequenter totum transire in totum: sicut in generatione: cuius materia vel subiectum cõstituit per se vnum totum cum vtraq; forma termini scilicet generati ⁊ corrupti. Dicitur ergo transitio totalis. Sed dicitur substantie in substantiam. quia proprie ad rationem transsubstantiationis oportet: ꝙ vterq; terminus sit substantia. Unde ⁊ si conuerteretur substantia in accidens: sicut esset possibile. vt dicam infra: vel etiam econuerso: vel accidens in accidens: non esset transsubstantiatio: sed magis diceretur transaccidẽtatio vel ex parte termini ad quem vel ex parte termini a quo vel ex vtrobiq; licet magis proprie ex vtroq; vel ex termino ad quẽ q̃ ex termino a quo forte: nisi diceretur: ꝙ licet alie mutationes vel quasi mutationes magis denominentur ex termino ad quem q̃ a quo: conuersio ista totalis magis ex termino a quo. cuius ratio forte inferius apparebit. ¶ Si igitur ratio nominis est hec: ꝙ transsubstantiatio est transitio vel conuersio totalis substantie in substantiam. Et talis transitio vel quasi mutatio supernaturalis ĩter alias magis assimilatur illi mutationi naturali: q̃ est de subiecto in subiectũ. Fit enim scd̃m phm̃. v. phisi. mu-

1. de generatione. 5. phisi.

tatio de nō subiecto in subiectum ⁊ de subiecto in non subiectū ⁊ de subiecto in subiectum. Et accipit ibi subiectū vel nō subiectū pro terminis: non pro illo qđ subest cōmune vtrīq termino. quia isto modo nō est aliqua mutatio naturalis in nō subiectū. nec est aliqua: que nō habeat subiectū: sicut patet. Inter mutationes aūt vel trāsitiones supnaturales est vna a nō subiecto in subiectū. a nō esse ad esse: ⁊ est creatio. Alia est ab esse in nō esse: ⁊ est anihilatio. tertia est a subiecto ad subiectum: ⁊ est trāsubstātiatio: vel totalis cōuersio alicuiꝰ in aliđ: habens per se duos terminos positiuos: quorū vnus totaliter desinit esse: ⁊ alius preexistit: vel totaliter accipit esse: vel saltem est illud: in quod scđm totum esse transit terminus alius conuersus.

No. correlarium ¶ Ex predictis patet: ꝙ ex rōne trāsubstātiationis vniuersaliter loquēdo nō est: ꝙ fiat in aliquid preexistēs sibi saltē duratione: licet bene sit hoc aliqñ: sicut qñ trāsubstātiatur panis in corpꝰ christi. sed pōt fieri in aliqđ nō preexistēs sibi ꝫm duratiōnē: licet ꝙ̄tum apparet mihi: oporteat bene ꝙ sit preexistens ꝫm naturā. Nā prius creatura oportet ꝙ aliqđ sit ens: ꝙ̄ in ipsum aliqđ trāsubstātietur necessario. Nisi diceretur: ꝙ ipa trāsubstātiatio esset actio ꝓductiua ipsiꝰ termini: in quē aliqđ aliud ꝯuertit. qđ tñ nō videtur. Nō eñ videt actio productiua sed cōuersiua. Et dato ꝙ esset ꝓductiua: adhuc prius natura esset productiua ꝙ̄ cōuersiua. Nisi etiā diceretur: ꝙ ipsam trāsubstātiationē huiꝰ in hoc cōcomitatur in eodē instāti actio ꝓductiua vel productio aliqua termini in quē. nec oportet ꝙ ille terminus sit prior natura vel duratione: licet etiā non possit esse posterior in de ipa trāsubstātiatōe: ſʒ sufficit: ꝙ cōcomitet ita ꝙ simul sint omnino productio alicuius ⁊ cōuersio alterius in ipm: ⁊ eodē instāti mēsurentur: ⁊ nō sint eadē vel eedē: sed alia ⁊ alia. Similit si etiā poneret: ꝙ eadē: diceret ꝙ nō priꝰ est productiua ꝙ̄ ꝯuersiua nec ecōuerso. Puto tñ: ꝙ ex parte ꝓducti ⁊ ꝯuersi vel termini ꝯuersionis nō possūt dici eadē mutatio vel quasi. q2 vna pōt esse sine alia. Et similiter ex parte dei agētis variant ꝫm rationē: licet actus diuine volitionis sit vnꝰ ex natura rei simpliciter in seipso indistinctꝰ. ¶ De ordine aūt vel simultate ipsarū magis dicet infra di. ista in quarta q̄stione in articulo vltimo q̄stiōis. Sed semꝑ bene oportet: ꝙ terminꝰ ꝯuersus ꝑexistat etiā duratiōe ipsi trāsubstātiationi. Nā opʒ: ꝙ aliqđ actu existēs aliqñ ꝯuertat. Qđ eñ semꝑ est nō ens: nō trāsubstātiatur vel ꝯuertit. oportet ergo ipsum aliqñ actu existere. ſʒ nō est hoc possibile in instāti trāsubstātiationis: q2 in illo instāti nō est nec post etiā. ꝗ ante oportet ꝑexistere conuersum. ¶ Et ꝓpter hoc in illa descriptione trāsubstātiationis pōt addi. ꝙ est ꝯuersio totalis substātie preexistētis in actu in substātiā aliā: siue ꝑexistentis ꝫm duratiōnē siue non. Similiter etiā pōt addi: ꝙ est cōuersio passiua ⁊ instantanea. Non enim conuersio actiua: que est volitio diuina. Nec est conuersio vel transitio successiua. q2 in ipsa nulla patet ratio: quare successiua poneretur. q2 nec in potentia agentꝭs: nec resistentia alicuius. quia diuine virtuti nihil resistit. Nec aliquid aliud puta natura sua. Ita enim videtur nature instantanee: sicut alie mutationes, vt creatio ⁊ anihilatio. quare ⁊c.

hoc est primum huius articuli. ¶ Secundo dico: ꝙ transubstantiatio est possibilis simpliciter ⁊ absolute respectu virtutis diuine. Ita ꝙ illa ratio nominis supradicta non est in se falsa: nec implicans cōtradictionem. sicut rationes nominum que habētur de figmentis ⁊ impossibilibus contradictionē implicantibus. ¶ Q2 aūt sit possibilis transubstātiatio virtuti diuine. Probo primo sic. in cuius potestate est totale esse vel non esse rei: in eiꝰ potestate est cōuersio vnius rei in aliam: ⁊ per ꝯñs vnius substātie in aliam: ⁊ sic transubstantiatio vt videtur. sed in potestate dei est totale esse vel non esse substātie create: vt patet. ergo ⁊c. ¶ Secunda ratio. sicut se habet agēs naturale ⁊ crearū ad mutationem vel cōuersionem partialem: sic agens supnaturale ad totalem. sed agens naturale eoipso: ꝙ in virtute sua cōtinet formā rei generabilis ⁊ corruptibilis saltem ꝙ̄tum ad formas eductas ꝙ̄tū ad esse vel ad non esse ipsarum: potest in conuersionem partialem substātie in substātiam: sicut aque in vinū per corruptionem aque ⁊ generationē vini: vt patet ergo ⁊c. ¶ Circa hanc rationem tñ est aduertēdum ꝙ nō similiter se habet conuersio partialis suo modo omnino ad cōuersionē totalem et trāsubstātiationē. q2 nec pars ibi mutatur in partem: vel fit alia pars. Una enim forma nō fit alia: sed magis reducitur in potentiam materie: ⁊ alia educitur: sed in transubstantiatione totum fit totum: hoc fit hoc. tñ in conuersione partiali formatum priori forma. s. materia fit formatū posteriori forma lʒ manens. hic aūt totum vnum fit aliud nō manens sed totaliter desinēs esse. ¶ Tertia ratio. nō est magis impossibile vel minus possibile deo cōuertere totaliter vnum ens in aliud: ꝙ̄ facere aliquid esse ens postꝙ̄ totaliter nō fuit. q2 nō est maior repugnātia vel incōpossibilitas entis ad ens: ꝙ̄ non entis ad ens. Nec minus ordinatur ens ad ens: ꝙ̄ nō ens ad ens: sed est deo possile: sicut ꝓbaui in icđo. ergo ⁊c. ¶ Quarta ratio illud est deo possibile: quod nō implicat aliquā cōtradictionē: sed ꝙ vna substātia nō manēs fiat alia: ⁊ cōuertatur in ipsam: nullam implicat cōtradictionē licet enim cōtradictionē implicaret: ꝙ maneret ⁊ cōuerteretur. q2 sic esset simul et non esset. sic etiam vnū ens manens esset aliud a se ⁊ non esset idem sibi. tamen nulla cōtradictio est: ꝙ nō manens cōuertat: et habeatur tamen aliud: desinente cōuerso totaliter esse quare ⁊c. ¶ Tertio dico: ꝙ transubstātiatio nō est possibilis virtuti create. ita ꝙ nulla creatura potest trāsubstātiare substātiā totalē in substātiam ⁊ totalit. Substātia eñ vel est simplex nō habēs materiā ⁊ formam. Et sic vel est forma subsistēs ⁊ spiritualis seu corporalis nō educta: vt est forma celi nō ponendo in ipsum materiā: sicut dictum est in secundo: vel est materia ipsa vel forma educibilis seu educta: vel substantia composita ex materia ⁊ forma. De substātia simplici que est forma subsistēs non educta. patet: ꝙ nō potest ipsam creatura trāsubstātiare. q2 in nullā formam potest creatura corporalis: cum nō habeatur nisi ꝑ creationē. Ita ꝙ in potestate creature nō est eiꝰ esse vel non esse. ⁊ pari rōne nec in potestate creature intelectualis. quare ⁊c. De materia etiam patet: ꝙ nulla creatura potest ipsam transubstantiare pari ratione. Non enim esse vel non esse materie est in

Quō trāsubstātia tio ē possibilis ꝟtute diui na ⁊c.

Nota.

ꝙ creatu re est impossibilis trāsubstā tiatio.

potestate creature. qꝛ non habetur nisi per creationem qꝛ de nihilo. Est enim ingenerabilis ꝛ incorruptibilis primo phisicoꝝ. Similiter etiā qꝛ ī actione circa materiam creatura quecūqꝫ necessario presupponit materiam vel subiectum: ꝛ ita nō potest habere actionem vel virtutem productiuam materie. quare ꝛc̄. De forma vero educibili vel educta etiam patet: ꝙ nulla creatura potest ipsam trāsubstantiare. Non creatura spiritualis: vt angelus. qꝛ nec habet in sua potestate esse vel non esse alicuiꝰ talis forme. quia angeli non possunt transmutare materiam ad aliquā talem formam: vt dictum est in secūdo. Et dicit augustinus. iiij. de trinitate. Si dicas ꝙ ad aliquam formam accidentalem saltem respectiuam possunt mutare: vt ad vbi vel hmōi. Dico ꝙ ad nullam possunt mutare: que nō educat̃. Super esse vero vel nō esse forme educte nō habēt potestatem: nisi educēdo vel reducēdo in potentiā et ita non transubstātiādo vel subiecti cōuertēdo. Et eadē rōne sequitur de creatura corporali ꝙ nō pōt trāsubstātiare aliquā formā substātialem. nec cōuertere aliquā accidētalē. Ex p̄dictis pꝫ ꝙ nec aliqua virtus creata potest trāsubstantiare aliquā substantiā cōpositā: sicut nec materiā nec formam. quare ꝛc̄. ¶ Secūda ratio est ista. nulla creatura pōt agere ad substātiā: nisi precedēte motu vel mutatione dispositiua ad terminū illius actionis habende vt videt̃. sed ad terminū trāsubstātiationis habēdū nō reqritur dispositio talis. Nā terminus trāsubstātiationis preexistere pōt immo saltem naturaliter preexistit ꝛ si nō duratione: sicut dictū est supra. ergo ꝛc̄. ¶ Tertia ratio oīs actio vel passio productiua substātie possibilis creature est mutatio vera ꝛ accidēs qꝛ est actus materie: vt subiecti. yle enim subiectū est mutationis substātialis et ꝑ ꝯñs necessario p̄suppōit materiā sicut accidēs subiectū. sed per aliquā actionē nō pōt destrui vel desinere esse illud: qd̾ ip̄a p̄supponit in rōne subiecti. ḡ ꝛc̄. Videtur ḡ ꝙ substātiā totā cōpositā nō possit creatura trāsubstātiare. ¶ Dices cōtra predicta: ꝙ īmo bene videt̃ creatura posse transubstātiare. qꝛ habet in potestate sua totā substātiā cōpositam generabilē ꝛ corruptibilē. generās em̄ naturale ꝓducit totū cōpositū generatū. ꝛ per ꝯñs cōtinet in virtute sua actiua eē eius totum. similiter etiā corrūpit ipsum: ꝛ ita habet in virtute eiꝰ nō esse suū: et per ꝯñs esse ꝛ nō esse materie: que est pars totiꝰ cōpositi essentialiter inclusa in cōposito: ꝛ pari ratione ipsiꝰ forme. Cū ḡ possit vnū generare ꝛ aliud corrūpere: vtrūqꝫ habet in sua v̾tute q̄tū ad esse ꝛ nō esse totale. Et sic videt̃: ꝙ possit ipsum trāsubstātiare. Similiter posset argui de toto composito vno ꝑ accidēs ex substātia ꝛ accidēte. ¶ Dico ad hoc primo: ꝙ licet generās creatū cōtineat in virtute sua esse generati ꝛ nō esse si possit idē gñatum corrūpere. ꝛ similiter de alio generato ꝛ corrupto: nō tn̄ pōt vnū in aliud trāsubstātiare: nec materiā in materiā ꝯuertere: nec eā cōtinet totaliter q̄tum ad esse suū vel nō esse. Qñ dicis: cōtinet esse ꝛ non esse totiꝰ: ꝛ per ꝯñs cuiuslibet ꝑtis intrinsece sibi. Dico ꝙ cōtinet esse totiꝰ sic ꝙ pōt ip̄m producere per mutationē substātialē: q̄ est actꝰ ꝛ accidēs materie. ꝛ per ꝯñs presupponēdo materiā: de qua educatur forma que est terminꝰ formalis generatiōis. Et similiter sic pōt corrūpere ꝑ mutationē corruptiuā: que est actus ꝛ accidēs materie: per quā redditur forma in potētiā materie ꝛ sic semꝑ relinquitur materia. Et quia nullo mō aliter cōtinet totū q̄tum ad esse suum vel nō esse: pꝫ. ꝙ nō pōt ipsum trāsubstātiare: nec materiā: nec formā: sicut supra dicebat̃. Et patet etiā: ꝙ alit̃ cōtinet esse vel nō eē totiꝰ: ꝛ aliter esse vel nō esse forme: ꝛ minus inter oīa esse vel nō esse materie. Nā esse totiꝰ cōtinet: sicut esse ꝑ se primi ꝛ cōpleti termini generationis: quod primo generat̃. Et illud esse distinguitur ex natura rei ab ipsa materia ꝛ forma: ꝛ addit aliqd positiuum absolutū super eas: sicut dixi in secūdo. Et ita primo cōtinet illud esse cōpositi: sed formā cōtinet: sicut terminū formalem accipiens suū esse partiale ꝛ incōpletū per generationē vel mutationē tanqꝫ formalis terminꝰ generationis quo primus ꝛ totalis habet esse sicut sua causa formali intrinseca. Esse vero materie minꝰ. qꝛ materia cum presupponatur generationi: nullo mō accipit esse suum per ipsam a generāte in seipsa: licet ꝛ totum scd̾m rationē totiꝰ: ꝛ forma ipsa. ¶ Ex quo pꝫ: ꝙ licet generās in sua virtute cōtineat esse totius primo: non tn̄ esse materie scd̾m se. qꝛ nō continet esse totius nisi scd̾m virtutē productiuā ꝑ mutationē presupponētē ipsam materiā. quare ꝛc̄. ¶ Sic ergo q̄tum ad primum articulū patet quid intelligitur noīe trāsubstātiatiōis ꝛ ꝙ est simpliciť possibilis ipsa trāsubstātiatio respectu virtutis diuine lꝫ nō respectu virtutis create seu naturalis agētis.

¶ Quantum ad secūdum articulū an scꝫ trāsubstātiatio sit vere ꝛ realiter vel proprie mutatio: videret̃ alicui: ꝙ sic. qꝛ oīs transitus a cōtradictorio in cōtradictoriū est vere mutatio. sed trāsubstātiatio est hmōi. Et em̄ transitꝰ ab esse panis ad nō esse panis. ḡ ꝛc. ¶ Scd̾o sic. omne qd̾ se habet aliter q̄ꝫ prius: est mutatū: sꝫ panis aliter se habet ꝑ trāsubstātiationē nūc q̄ꝫ prius. quia prius erat panis. modo nō est ḡ ꝛc̄. ¶ Tertio sic. si nō est mutatio: hoc videt̃: qꝛ nō manet cōmune subiectū vtriqꝫ per se termino. Si em̄ subiectū cōmune maneret qd̾ mutaretur: videret̃ esse mutatio ꝓprie. sed hoc nō impedit qꝛ nō obstāte: ꝙ corruptū nō sit mutatū ꝑ modū subiecti: qꝛ sit subiectū mutationis: sꝫ magis materia ip̄a nec manet: tn̄ dꝛ mutatū: ꝛ nō nisi aliqua mutatione. ḡ similiter dato: ꝙ non maneat subiectum cōmune: quod dicatur mutari a termino in terminū: tn̄ panis totus non manens dicetur mutari. et non nisi per transubstantiationē. igitur trāsubstātiatio est mutatio. ¶ Quarta ratio. qꝛ si trāsubstātiatio nō est mutatio aliqua tunc nihil mutatur circa panē vel circa hostiā seu in hostia per trāsubstātiationē: sed si nihil immutatur: non plus est ibi corpus christi: q̄ꝫ ante quod est falsum. ergo ꝛc̄. ¶ Dicunt ergo isti: ꝙ est dare mutationem subiectiuam. alicuius subiecti manentis sub vtroqꝫ termino talis mutationis. Scd̾o oportet dare mutationē obiectiuā termini: qui de nouo acquirit vel desinit esse. Et licet scd̾m mentem aristotelis vna nō separet̃ ab alia: qꝛ nō posuit aliqd incipere vel desinere esse de nihilo vel in nihil: sed omnia produci de materia aliqua vel subiecto: et redigi in materiam vel subiectum alicuiꝰ mutationis: tn̄ s̄m fideles qui ponūt aliqd ꝓduci de nihilo per creationē: ꝛ redigi in nihil per anihilationem

Margin notes: August. — Obiectō ꝯ ꝓdicta. — Trāsubstātiatio, an ꝓ̄e mutatio. 1. opinio. — Resolutio. 1. opinionis.

et conuerti in aliud totaliter: et sic desinere esse: nō manente aliquo obiecto communi sed totaliter trā sire in aliud: oportet ponere mutationem obiectiuam vere et proprie sine mutatione subiectiua alicuius subiecti manētis sub vtroque termino. ¶ Et confirmatur hoc scilicet quod non solum subiectū ipsum mutetur: sed terminus vel obiectum mutationis. quia non solum dicitur de termino: quod generatur
7.meth. vij. metha. totum cōpositū generatur: sed etiā de sub
5.phisic. iecto vel materia dicitur quod generatur. Unde. v. phisicorū dicitur: quod illud quod generatur: nō est. et illud quod mouetur est. et planū est: quod ibi accipitur quod generatur pro subiecto generationis. Subiectum ergo generatur et terminus vel obiectū generatur: vtrunque ergo mutatur. quia generatio est mutatio. quare etc.

Opinio doctoris ¶ Sed dico: quod trāsubstātiatio passio nō est mutatio proprie et stricte accipiēdo mutationē. Nam sicut dixi in primo in di. viij. q. iij. ar. primo. mutatio proprie accipiendo ipsam: siue sit instantanea siue successiua: est actus et forma alicuius subiecti vel materie propter quod dicit phūs. iij. phisicorum accipiendo motum pro mutatione non distinguendo inter mutationem instantaneam et successiuam: quod motus est actus existē tis in potentia scdm quod huiusmodi. Et est actus mobilis in eo quod mobile. Mobile autem et ens in potētia vt mobile dicit ens in potētia subiectiua et subiectum. ideo etc. Mutatio etiā vt dicitur sexto phi
6.phisic. sicorū. Est scdm quam aliquid se habet aliter nūc quam prius. planum est autē illud quod non manet nunc et prius nō se habet aliter nunc quam prius. quia si non manet: nō se habet aliter: sed nullo mō se habet. Et
Grego. huic videtur cōsonare grego. v. moralium tractans illud iob. Ecce qui seruiunt ei: nō sunt stabiles etc. mutari quippe ex vno in aliud ire est: et in semetipso stabilē non esse. Unde imaginatur: quod aliquid est: quod mutatur. et illud est subiectū transiens ab vno ter
Mutatōnis cōditiones. mino mutationis in alium. ¶ Et ideo dixi ibidē: quod creatio et anihilatio nō sunt mutationes proprie loquēdo. Similiter etiam dixi ibidē: quod per se termini mutationis cuiuscunque proprie accipiēdo sunt affirmatio et negatio. etiā loquēdo de motu est hoc verum licet aliter quam in mutatione instātanea: sicut dixi in primo et in scdo: et ideo per se primi termini motus vel mutatiōis sunt incōpossibiles. Nisi forte accipiatur incōpossibilitas. rōne negationis cōcomitantis ad terminū in motu: si ponatur vterque terminus eius esse positiuus. Ulterius dixi: quod ad hoc vt sit mutatio proprie oportet necessario: quod alter terminus precedat alium in subiecto etiam duratione. Unde et si ignis causaretur ab eterno etiā in tpe vel de nouo: et cū ipso causaretur sua caliditas et simul duratiōe: ignis proprie loquēdo nō mutaretur ad caliditatē. Nō enim se haberet aliter nūc quam prius. quia prius cū fuisset nō ens: nō aliter se habuit. quare etc.

Argumēta quod transubstātiatio nō sit mutatio. ¶ Ex predictis cōditionibus arguo. quod trāsubstātiatio non est mutatio proprie accipiendo mutationē. Primo sic. Illud nō est mutatio scdm quod aliquid nō se habet aliter nūc quam prius. sed nihil se habet in proposito aliter nūc quam prius: quia non manet aliquod subiectū sub vtroque termino. Et ita nihil se habet aliter. quia nec terminus cōuersus seu aliquid eius quia totus transit: et nō manet. nec terminus in quē cōuertitur: vt patet. Nā sine omni mutatione sui aliquid cōuertitur in ipsum ergo etc. ¶ Secūdo sic. illa cōuersio non est mutatio proprie: cuius per se primi termini nō sunt affirmatio et negatio: nec aliqua simpliciter incōpossibilia. sed termini trāsubstātiatiōis nō sunt simpliciter incompossibiles sicut affirmatio et negatio. Ambo enim sunt per se positiua disparata: sicut patet de substātia panis et corpore christi: sicut ostendetur infra. ergo etc. ¶ Tertio sic. illa conuersio nō est mutatio proprie accipiendo mutationem: que non est actus mobilis vel mutabilis scdm quod huiusmodi. sed transubstantiatio est huiusmodi. patet. Non est enim ibi aliquid dare: cui inhereat vel insit transubstantiatio: sicut accidens subiecto. Quia nec terminū conuersum. eo quod in instanti trāsubstātiationis desinit esse Nec terminum in quem fit conuersio patet. nec aliquod istorum. ergo etc. ¶ Quarto sic. illud nō est mutatio. cuius terminus ad quē potest precedere terminū a quo etiā duratione. probatio. Mutatio enim proprie accepta non est posterior suo termino ad quē. sed de trāsubstātiatiōe sic est: vt patet per dicta in primo articulo. ergo etc. ¶ Quinto sic. illa cōuersio non est mutatio: cuius terminus a quo et quē possunt esse simul duratiōe. sed terminus a quo et ad quē transubstātiationis possunt stare simul duratione: loquendo de per se terminis. patet de substātia panis et corpore christi. quare etc.

¶ Dico igitur quod sicut creatio et anihilatio nō sunt mutationes proprie loquendo ita nec trāsubstantiatio. Scdo tamen dico: quod accipiēdo large mutationē pro quacunque noua acceptione vel desitione esse: quod trāsubstātiatio est mutatio. quia panis vel illud quod cōuertitur de nouo: esse desinit. nō tamen oportet: quod terminus ad quem de nouo accipiat esse: vt dictū est supra. Si dicas: quod nō oportet aliquid manere nec esse ens: dato quod se habeat aliter quam prius. sicut nec oportet: quod illud scdm quod aliquid se habet aliter nunc quam prius: sit aliquod ens. quia scdm priuationem vel negationē aliquid se habet aliter nunc quam prius. et tamen priuatio vel negatio non est aliqua entitas in subiecto. Dico quod immo oportet ad hoc quod aliquid aliter se habeat aliter nūc quam prius vere et realiter oportet quod maneat nunc et prius. quia sicut premisi: oportet necessario: quod sit affirmationis et negationis subiectū nūc et prius. Et tunc patet: quod nō est simile de priuatione scdm quā dr aliquid se habere aliter nūc quam prius. et de subiecto. Nā licet priuatio realis vel ex natura rei nō dicat formaliter aliquā entitatē positiuā: tamen per se subiectum priuatiōis oportet esse ens positiuū. quia oportet: quod possit esse subiectū habitus oppositi: qui est aliquid positiuum. Nō ens enim nō pōt esse subiectū entis positiui manens in sua nō entitate. Preterea etiā diceretur ad hoc: quod priuatio nō est illud scdm quod formaliter subiectum aliter se habet nunc quam prius. sed magis ipsa mutatio est: qua formaliter aliquid mutatur: et se habet aliter nūc quam prius: sed bene cōcomitatur negatio. Sicut enim albedine formaliter est aliquid albū: et nullo alio ita mutatione formaliter est aliquid mutatū: et nō aliquo alio: nec affirmatione nec priuatione vel negatione: licet bene cōcomitanter ad mutationem. — *quod trāsubstātiatio nō est mutatio.*

¶ Ad primum aliorum dico: quod nō quicunque transitus a cōtradictorio in cōtradictoriū est proprie mutatio. sed alia requiruntur: que dicta sunt supra. Et ideo non sufficit: quod — *Ad motiua .1. opi.*

conuersum ab esse trāseat in non eē. Scđo dico: ꝙ
esse ⁊ non eē panis nō sunt per se termini trāsubstā
tiationis: sed eē panis vel trāsubstātiati ⁊ eē termi
ni in quē trāsubstātiatur aliqd: vel ꝯuertit. Et iō
adhuc nō est mutatio: sicut patet ex predictis. Di-
co tñ bene: ꝙ large loquendo mutatio potest dici.
¶ Ad scđm patet per ꝑdicta: ꝙ ꝯuersum nō se ha
bet aliter nūc ꝙ̄ pri⁹, qr prius se habebat: nūc aūt
nō se habet. qr nō est. Et similiter scđo potest dici:
sicut dictū est ad primū. Et bene cōcludit ꝙ est mu
tatio aliquo modo cōiter accipiēdo mutationē sal
tē. ¶ Ad tertiū dico: ꝙ in trāsubstātiatiōe nō ma
net subiectū cōmune vtriqꝫ termino tanqꝫ affirma
tioni ⁊ negationi. ⁊ hoc sufficienter impedit ne sit
mutatio. Qñ dicis: ꝙ corruptō dicitur mutatum: ⁊
tñ nō manet: sicut subiectū cōmune vtriqꝫ termino
corruptionis: sed est alter terminorū dico: ꝙ corru
ptū nō dicitur ꝓprie mutatū: nisi forte denomina-
tiue ⁊ per accidēs rōne ꝑtis sue scꝫ materie q̄ per
se mutatur et transit a forma ad priuationem for-
me. Unde materia termini corrupti ꝓprie mutat:
nō autē corruptū. Et de materia patet ꝙ manet.
Et similiter dicēdū: ꝙ licet generatū vt terminus
etiā dicat mutatum: hoc tñ nō est proprie ⁊ per se.
Qñ dicis: generatio ⁊ corruptio sunt mutationes
essentialiter ⁊ per se primo mō. g̃ ꝑ se generatū vel
corruptū ꝑ se mutant scꝫ termin⁹ ꝑ se gnat: vel cor
rūpitur: ⁊ nō ipsa materia ergo per se mutantur et
nō materia ipsa. Dico ꝙ generatio vel corruptio ꝑ
se ꝑmo mō est mutatio. Et ista noīa magis dicūt or
dinē ad subiectū: cui inest mutatio. ⁊ ideo materie
inest generatio etiā corruptio. Concreta tñ verba
vel participia magis imponuntur ex terminis qui
nō mutātur: sed magis acqrūtur: vel corrūpuntur.
ideo ⁊c. generatio eñ ⁊ corrruptio sunt ⁊ mutatio
nes vel forme subiecti: ⁊ sunt ꝓductiue vel destru-
ctiue terminorū suorū. Et scđm ista duo diuersi-
mode imponuntur concreta ab ipsis. Unum inqꝫ-
tum quelibet istarum est mutatio et actus subiecti:
sicut mutatum vel mutari: ⁊ istud dicitur de subie
cto. Aliud secundū ꝙ quelibet se habet ad termi-
num. et istud est generari vel corrumpi generatum
vel corruptum. et ista magis dicuntur de terminis
et non dicūtur proprie de subiectis. Unde nō opor
tet: ꝙ illud quod per se dicitur generatum vel cor-
ruptum: dicatur mutatum: nec econuerso. licet ge-
neratio ⁊ corruptio per primo modo ⁊ essentialiter
sint mutationes. Nam mutatum esse imponitur a
mutatione: prout respicit subiectum. sed generatū
esse vel corruptum ab aliqua mutatione: prout re-
spicit terminum. ideo ⁊c. ¶ Ad quartum dico: ꝙ
corpus christi vere et proprie mutatur: quando fit
ibi presens. Nec oportet ꝙ aliud aliquid: nisi acci-
dentia ipsa que fiunt sine subiecto. Ex his patꝫ ad
illa que dicuntur in modo dicendi aliorum. De phi
losopho dico enim: ꝙ philosophus posuit propriam
rationem mutationis. nec rationabiliter potuisset
posuisse aliam mutationem proprie loquēdo. Un-
de si nobiscum posuisset creationem vel anihilatio
nem vel transubstantiationem. dico ꝙ nec conces-
sisset eas esse mutationes proprie loquendo: sed tā-
tum large et cōmuniter. Ad illud quod adducitur:
ꝙ materia dicitur generari ⁊ etiam totum compo-
situm: dico sicut prius: ꝙ proprie loquendo secun-
dū impositionem verbi totum dicitur generari vel
generatum eē. vij. metha. sed proprie loquēdo nō
dr̄ materia generari: sed mutari magis vel mutata
esse: sꝫ magis per accidēs rōne sui totius. Nisi dica
tur: ꝙ ibi accipit phūs: qđ generat. pro hoc scꝫ pro
ut mutatur mutatione substātiali. ⁊ tūc nō accipit
ibi generatur ꝓprie scđm impositionē verbi. ideo
nō cōcludit. Hec de secūdo articulo principali.

¶ Quātum ad tertiū articulū vide
tur: ꝙ trāsub *Trāsubstātiatio an eadē cum aliq̄ suorꝫ terminorꝫ. 1. opinio.*
stātiatio vel cōuersio nō sit idē realiter cum aliquo
suorū terminorū. qr si est eadē aut est eadē cū termi
no cōuerso: aut cum alio aut cū vtroqꝫ. Nō pōt di-
ci: ꝙ cum altero istorum. qr manēte vel existēte al-
tero istorū: maneret: ⁊ esset cōuersio: que est idē essē
tialiter cum illo: sicut dicis. Nec potest dici: ꝙ cum
vtroqꝫ. qr nō esset aliquid vnum: sicut nec ambo sūt
aliquid vnum. Et preterea: qr posita cōuersione in
instanti ipsius conuersionis oportet ꝙ alterum scꝫ
conuersum non sit. ergo ⁊c. ¶ Scđo sic. sicut se ha
bet generatio ad suos terminos: ita trāsubstantia
tio suo modo. sꝫ generatio nō est essentialiter eadē
alicui per se terminorum suorꝫ. Nō termino a quo:
puta nō esse. qr est aliquod ens positiuum. Nec ter
mino ad quē. qr non manet manente esse generati
vel forma eius. Similiter qr cū idem possit esse ge-
neratum vel creatū: sequeretur: ꝙ creatio et gene-
ratio essent idem: vel possent esse idem sicut creatū
generatum: et sunt idem specie saltem frequenter.
Si dicas: ꝙ generatio si distiguitur a generato: est
aliquid creatum ⁊ cōcreatum siue idem qđ creatū:
sequitur etiā: ꝙ generatio sit creatio. Dico ꝙ ita ē
contra te: si generatio est idem quod genitū. Ideo
dico: ꝙ impossibile est generationē creari. quia im
possibile: ꝙ generatio nō sit mutatio sibi necessario
inherēs materie. ⁊ presupponēs ipām. sꝫ dico ꝙ si
esset idē cum genito: posset creari: et ita esse crea-
tio ⁊ reuertitur contra te argumentum. Non nego
tamen generationē esse creaturam: eo modo quo
omnia preter deum creature dicūtur. Et similiter
potest argui de corruptiōe ⁊ alijs mutationib⁹ suo
modo. g̃ ⁊c. ¶ Tertio sic. si ꝯuersio esset idem cum
aliquo suorum terminorum hoc maxime videretur
cum termino ad quem cōuersionis. Mutatio enim
vel quasi mutatio positiua ⁊ in se magis sortitur ra
tionem ex termino ad quem ꝙ̄ a quo: vt pꝫ. v. phisi *5. phisic.*
corū. sed nō potest poni eadem essentialiter cū ter-
mino ad quem conuersionis. Tunc eñ eo mō quo
cōuersio potest dici mutatio: termin⁹ ad quem ma
gis diceretur mutari: ⁊ per cōsequēs mutari: ꝙ̄ ter
minus a quo. qr sibi esset mutatio eadem. ergo ⁊c.
¶ Quarto sic. qr forte diceretur. ꝙ conuersio est
eadem termino conuerso. Contra conuersio est ali
quid positiuum tantum. sed terminus conuersus li
cet sit positiuum ante conuersionem: est tamen ali
quid permanens. ⁊ in instanti cōuersionis nō est. g̃
cōuersio non est eadem sibi essentialiter.

¶ Contra hoc arguūt alij: ꝙ necessario sit
idem extra intellectū cū altero *2. opinio ꝑori contraria.*
terminorū. ¶ Primo sic. cōuersio ista passiua que
est trāsubstātiatio: aut est substātia: aut est accidēs
qr aliquid positiuū in genere. sed nō est accidēs. pꝫ
ex supradictis. Non eñ est actus inherens alicui
vt subiecto. queritur enim cuius esset accidens. et
non potest dari cuius. ergo est substantia. sed non
alia substātia ab altero terminorū: vt patet. g̃ ⁊c.

¶ Scdo sic. sicut se habet creatio ad creatū esse: sic conuersio ad conuersū esse: sꝫ creatio ꝛ creatū esse sunt idē penitus extra intellectum nec in aliquo distinguūtur positiue: sicut dicuꝫ est in scdo. ergo ꝛc. ¶ Tertio sic si conuersio non est eadē cū aliquo terminorū sed aliquid aliud: quero quid est aliud: aut absolutum: aut respectiuum. Si absolutū: aut substantia aut accidens. Non substantia. qꝛ non potest dari qualis substātia. Nō accidēs: vt dictū est. similiter etiā quale accidēs esset: Non enim q̄titas nec qualitas nec accidens respectiuū. quero enī in quo fundaret̄ tale accidens: et ad quid terminaret̄. Et nō posset fundari: vt videtur: nisi in termino cōuerso: ꝛ terminari nisi ad terminū in quē cōuersionis. sed hoc est impossibile. qꝛ existēte respectu oportet existere fundamētū ꝛ terminū. qꝛ non entis ad non ens nō est relatio realis. nec econuerso. sed dum ponitur conuersio in illo instanti conuersum non est. ergo ꝛc. Pari ratione potest probari: ꝙ nec potest fundari in termino ad quē: ꝛ terminari ad terminū a quo cōuersum. ꝫ ꝛc. ¶ Quarto sic sicut se habet anihilatio ad anihilatū esse: sic cōuersio ad cōuersum. per vtrāqꝫ em̄ vtrūqꝫ desinit esse. sed anihilatio est eadē cū anihilato eē. nō pōt em̄ esse aliquid aliud. ergo ꝛc. ¶ Iste rōnes videtur ꝓbare: ꝙ cōuersio est eadē essentialiter cum altero terminorū: et magis cū termino cōuerso q̄ cū termino a quem cōuersionis: sicut patet inspiciētib⁹ eas. Et hoc videretur ꝓbabiliter posse dici ꝙ scꝫ cōuersio est eadē cū termino ꝯuerso. nō absolute sic: sed vt desinēte esse in aliud: in quod conuertitur: ꝛ in quod cedit. et ita nō oportet: ꝙ cōuersum sit in instāti conuersionis: sed ꝙ desinat esse in aliud in qd̄ cōuertit̄. nō aūt simplicit̄ ꝛ absolute. tūc magis anihilaret̄: q̄ cōuerteret̄. ¶ Sed istud nō videt̄ ꝓbabile. Impossibile em̄ videt̄: ꝙ nō ens sit essentialiter idē cū ente vel ecōuerso. sed terminus cōuersus q̄n est: cōuersio nō est: sed desinit esse. etiā scdm ipsos. ꝫ ꝛc.

Refellit̄ 2. opinio

3. opinio. ¶ Ideo videret̄ alijs posse dici: ꝙ est eadem essētialiter ꝛ penit⁹ extra intellectū: q̄tuꝫ ad id qd̄ est ipsi termino ad quē cōuersionis: in quē cōuertit̄ aliquid. Cōuersum esse pōt dici dupliciter: vno modo pro termino a quo conuersiōis: et sic accipitur cōiter. Alio modo pro termino ad quē: ꝛ sic cōuersum esse nō est nisi esse termināns cōuersionē: vt termin⁹ ad quē. sicut suo modo dicim⁹ generatū esse termināns generationē: ꝛ creatū esse termināns creationē. Et tunc q̄tum ad totū id qd̄ est intrinsece ꝛ positiue cōuersio passiua nō est aliud q̄ terminus ad quē. Dico tn̄ ꝙ connotat ꝫm impositionē nominis terminū a quo: vt desinēs eē de nouo in aliud: in quod conuertitur. sicut etiam dicebatur in scdo de creatione: ꝙ licet creatio ꝛ creatum esse sit idem: tn̄ creatio noua saltem connotat non esse creati precedens immediate. Et ita non dicit̄ semper res de nouo creari. Sic etiā dico: ꝙ non dicitur semper esse vel manere conuersio vel aliquid conuerti q̄diu manet illud: in quod aliquid cōuertitur sed tūc dicitur conuerti vel esse conuersio in instanti scꝫ desitionis essendi illud: quod in aliud conuertitur: licet idem sint conuersio ꝛ termin⁹ ille: sicut creatio ꝛ creatum esse.

Cōuersū duplex.

Ad motiua. 1. opi. ¶ Ad rationes oēs que sūt ꝯtra hoc Ad primā iā pꝫ: quid dicēdū: ꝙ conuersio est eadē q̄tū ad id qd̄ est cum termino ad quē ꝯuersionis. nec oꝫ: ꝙ q̄diu est vel manet ꝯuersio: dicat̄ ad aliqd̄ ꝯuerti vel esse cōuersio noua: vt dictū est: sicut de creatione. Dices: quō potest intelligi: ꝙ cōuersio sit noua: ꝛ termin⁹ ad quē cum quo est eadē preexistat sibi. Dico ꝙ sic potest inteligi: sicut pōt intelligi ꝙ aliqd̄ de nouo conuertat̄ in preexistēs. Et istud est de mirabilib⁹ dei. ꝛ qui pōt capere: capiat. Tn̄ dico: ꝙ pōt sic capi. scꝫ ꝙ cōuersio q̄tum ad id qd̄ est reale positiuū est idē cū termino preexistēte: ꝛ ꝑsistit vel manet sicut ꝛ termin⁹ ille. sed q̄tū ad illud qd̄ cōnotat. scꝫ nouā desitionē essendi ei⁹: qd̄ in aliud conuertitur: non est idē: nec sic manet nec semꝑ est q̄diu terminus ad quē est: vel manet. Tu dicis: oportet ꝙ terminus creationis noue sit nouus. ꝫ oportet idē de termino conuersionis. Dico ꝙ nō sequitur. qꝛ creatio noua habet pro terminis nō esse rei vel termini ad quē. ꝛ esse eius cū quo est eadē. Idem aūt simul non potest esse ꝛ non esse. ꝛ ideo oportet: ꝙ creatū ante creationē nouā nō sit sed conuersio noua non respicit sicut terminos esse ꝛ nō eē termini ad quē: sed magis sicut per se terminos esse conuersi: ꝛ termini ad quē conuersionis. ꝛ sic ꝙ alterū oportꝫ nō esse puta terminū a quo scꝫ ꝯuersum. ꝛ cōnotat necessario nō esse ꝯuersi. ꝛ per ꝯn̄s oportet ꝯuersū de nouo nō eē: sꝫ nullo modo respicit nec ꝑ se nec connotādo non esse termini ad quē: ꝛ ideo non oportet ip̄m esse de nouo: sꝫ accidit ꝙ sit de nouo vel ꝙ preexistat. q̄re ꝛc. ¶ Ad aliū: ꝙ nec generatio nec corruptio nec aliqua mutatio ꝑa est eadē cū suo termino: sicut dixi ꝛ ꝓbaui pluries supra. Sꝫ dico vltra: ꝙ nō simile de trāssubstātiatione vel ꝯuersione vel creatione. qꝛ tales non sunt mutationes nec actus accidētales aliquorū subiectorū vt patet: sicut dictū est supra ideo ꝛc. Dices ꝙ si ratio est bona de gn̄atione: ꝙ non est eadē cū suo termino: pari rōne sequit̄ de cōuersione qꝛ non manēte termino: sicut nec generatio. Dico ꝙ ꝯuersio q̄tū ad totū illd̄ positiuū qd̄ est manet. sꝫ īpossibile est hoc de gn̄atiōe: sicut ꝓbatum est alias. tūc em̄ maneret positiuum gn̄ationis sine generāte: ꝛ positiuū mot⁹ sine mouente: qd̄ est impossibile. ¶ Ad tertiū dico: ꝙ licet cōuersio q̄tū ad suū positiuū sit eadē cū termino ad quē ꝯuersionis: non tn̄ magis dr̄ termin⁹ ad quē mutari: sꝫ magis termin⁹ a quo cui⁹ desitionē essēdi ꝯnotat illud positiuum. ꝛ non termin⁹ ad quē: q̄ potest esse preexistens. ¶ Ad quartum dico: ꝙ positiuum conuersionis substantialis non est aliquid successiuum sed est aliquid permanens ꝛ euiternū sicut et substātia illa cum qua est idem: ꝛ potest coexistere tempori vel instanti: sed quantū ad negatiuum connotatum quod est desitio essendi: potest dici aliquid instantaneum prout concurrit simul cū esse ipsius termini ad quē in instāti codē. vnde i eodem instāti durationis est terminus ad quem: ꝛ desinit esse terminus a quo. Et sic debet intelligi conuersio instātanea: sicut etiā creatio suo modo: licet sit permanēs q̄tum ad suū positiuum pro q̄to est dare instans: cui potest coassistere ꝛ ꝙ habuit non esse rei immediate precedens dicitur instantanea. quare ꝛc.

¶ Ad primum in oppositū ꝯcedo ꝙ q̄tū ad suū positiuū ꝯuersio est substantia: ꝛ est eadem cū altero terminorū modo predicto. ¶ Ad scdm pro idē cōcedo ꝙ est

Ad rōes 2. opinionis cōtra primam.

eadē cū altero terminoꝝ. ¶ Ad tertiū dico ꝙ sicut creatio ⁊ creatū esse: qđ est termin⁹ ad quē creationis sunt termini quātū ad positiua ipsoꝝ: ita etiā cōuersio ⁊ cōuersum esse: accipiēdo cōuersum pro esse terminatiuo: vel ꝓ termino ad quē conuersionis: nō aūt cum cōuerso eē: accipiēdo pro termino a quo cōuersiōis. Et patet ratio supradicta. Nam cōuersiōe posita: termin⁹ a quo cōuersionis nō est: sed desinit esse. ens aūt nō pōt esse idē cū non ente. ergo ⁊c. ¶ Ad quartū de adnihilatione dico ꝙ adnihilatio alicui⁹ nō est actio positiua termini: nec sibi correspōdet aliqđ positiuū increatū. Adnihilatio eñ actio nō est nisi volitio diuina efficax que vult aliqđ nō esse totaliter postq̄ fuit ⁊ isti actioni nihil correspōdet positiuū ex parte termini: nec per consequēs aliqua passio positiua: que possit dici adnihilatio: sed tantū nō esse adnihilati: cū quo etiā adnihilatio passio eo modo quo pōt poni: est eadem: sicut desitio essēdi est eadē cū nō esse. vnde dico vltra ꝙ adnihilatio passio nō est eadē cū esse posituo ei⁹ quod adnihilatur: quod se habet vt termin⁹ a quo: sed magis cum nō esse suo. qđ patet. q2 adnihilatione posita: nō est ipsum esse positiuū vel terminus a quo. vnde nō est verū ꝙ adnihilatio ⁊ adnihilatū esse sint idem accipiēdo adnihilatū esse pro termino a quo. sed bene est verū accipiēdo adnihilatum esse ꝓ nō esse adnihilati. Et sic dico ꝙ cōuersio est eadē cum esse termini ad quē cōuersionis: ⁊ est positiua termini ⁊ aliqđ positiuū ī se. nō tñ ponit terminū de nouo sic ꝙ oporteat ipsum nō preesse: ⁊ iđ nō ponit ipsum ꝓductiue vel modo ꝓductiuo de nouo: sed modo cōuersiuo. Ponere eñ terminū abstrahit a positione noua ⁊ a non esse priori termini positi: sicut dictū est etiā in scđo de creatione absolute accepta nō dico noua: ꝙ per illam potuit poni terminus ab eterno qui nūq̄ pri⁹ habuisset nō eē. ¶ Sic de isto articulo: nisi ꝙ forte posset dici: vel etiā sustineri: ꝙ cōuersio q̄tum ad suum positiuum est eadē cū termino a quo cōuersionis: tñ connotat nō esse eius immediate sequēs vel desinere sui esse in aliđ ⁊ in quod cōuertitur. Et forte currerēt oīa pari passu: sicut currūt: eo modo quo positū est supra de termino ad quē: cum quo posita est esse idē. Potest tamen dici primo modo. Nec discutio istū secundum modum gratia breuitatis.

Ad arg. principalia. ¶ **Ad primum** principale argumētum dico ꝙ aliqđ trāssubstātiari in aliud nō implicat cōtradictionē. Tu dicis aliquid esse aliud implicat cōtradictionē: sicut idē esse aliud a seipso. dico ꝙ non est simile. Nā qñ dicitur aliqđ esse aliud intelligitur vtrūq̄ manēs. ⁊ ita implicat cōtradictionē. sed qñ dicit᷑ aliqđ fieri aliđ per conuersionē intelligitur cōuersum nō manere sed alterū tantū: qđ nō pōt verificari de alio nō manente. quare ⁊c. licet ergo implicet cōtradictionē aliquid manēs conuerti in aliud: vel fieri aliud: q2 ad hoc seq̄tur idem esse aliud: nō tñ implicat cōtradictionē aliqđ nō manens conuerti in aliud vel fieri in aliud: et sic illud nō esse aliud. ¶ Ad scđm dico ꝙ proprie accipiēdo mutationem ⁊ stricte: nō sunt nisi due mutationes substātiales generatio ⁊ corruptio: de quibus locutus est phūs. sed accipiēdo mutationē large ꝓ quacūq̄ acceptiōe esse vel desitiōe bene alie sunt mutatiōes substātiales sicut creatio. adnihilatio. trāssubstātiatio ⁊ multiplicatio: quas phūs forte nō intellexit. saltē q̄tum ad oēs: licet creationem aliquo modo intellexerit. De quo nō curo modo: ⁊ satis dictū est in scđo. ¶ Ad tertium dico ꝙ transsubstātiatio nō est proprie mutatio: sicut bene ꝯcludit illa ratio. q2 nec habet aliqđ cōmune vtriq̄ termino per modū subiecti: nec etiā habet terminos ꝑ se incōpossibiles scđm durationē: large tñ ⁊ cōmuniter accipiēdo mutatione: mutatio dici potest: vt patet ex predictis.

¶ Distinctionis Undecime. Questio Secunda.

SEcundo quero: vtrū qđlibet positiuū virtute diuina possit conuerti in aliud vl' ecōuerso: ¶ Videt᷑ ꝙ sic. Et primo ꝙ creatura in deū illud pōt conuerti in aliud q̄tūcūq̄ īmutabile est cui⁹ conuersio nullā arguit mutabilitatē in illo in qđ cōuertitur: sꝫ ī termino ad quē trāssubstātiationis nullā arguit mutationē trāssubstātiatio ipsa sicut dictū ē supra. ergo creatura in deū pōt ꝯuerti vel trāssubstātiari. ¶ Scđo videt᷑ ꝙ potest de⁹ conuerti ī creaturā. Non est magis īpossibile deū fieri creaturam q̄ esse creaturā. sed possibile est deū esse creaturaꝫ. q2 deū esse hominē. pꝫ de ꝟbo qđ est homo. ergo ⁊ fieri creaturā. sed hoc est ꝯuerti vel trāssubstātiari in creaturā. ergo ⁊c. ¶ Tertio ꝙ oīs creatura in creaturā ⁊ econuerso. illud qđ scđm suū esse vel non eē est totaliter in potestate alicui⁹ agētis potest ꝯuerti in aliud: cui⁹ eē similit᷑ est in ptāte illi⁹ agētis ⁊ econuerso: ⁊ ab illo agēte sed esse ⁊ non esse cuiuslibet creature est totaliter in potestate dei agētis. ergo quelibet ab ipō potest conuerti in aliam. et econuerso.

¶ **Contra** si qđlibet possū ꝯuerti ī qđlibet: oīa pñt eē vnū: q2 oīa possim cōuerti in vnū. sꝫ īpossibile est oīa eē vnū. 1. phisi. ergo ⁊c.

¶ In ista questione sic ꝓcedā.

¶ Primo inq̄rā vtrū creatura q̄cūq̄ possit ꝯuerti in deū vel ecōuerso. ¶ Scđo vtrū oīs creatura corporalis possit ꝯuerti in spūalē ⁊ ecōuerso. ¶ Tertio vtrū creatura spūalis in spiritualē ⁊ ecōuerso. ¶ Quarto vtrū oīs creatura corporalis possit ꝯuerti ī corpalē ⁊ ecōuerso ¶ Ultio ad rōes ꝑncipales

¶ **Quātum ad primū** premittēdū est ꝙ ꝯuersio dicit aliqđ cōius q̄ trāssubstātiatio. q2 trāssubstantiatio est ꝯuersio substātie in subām: sicut dictū est supra: sꝫ ꝯuersio est cōius. q2 est trāsitio totalis cuiuscūq̄ alteri⁹ a substātia vel in q̄cūq̄ aliđ a subā: et etiā substātie in substātiā. Ad ista eñ oīa se extēdit. ¶ Hoc ꝑmisso q̄tū ad istū ergo articulū videretur alicui ⁊ ꝓbabilit᷑ ꝙ creatura aliq̄ siue corpalis siue spūalis possit in deū vel diuinā subām ꝯuerti. ¶ Primo sic. Nō repugnat diuine nature aliquā actionē terminare q̄ nō ponit: nec arguit mutationē ī ipsa. q2 stāte diuina īmutabilitate: stat ⁊ natura ei⁹. sꝫ trāssubātio in termīo ad quē nullā arguit mutationē. q2 nec accidētalē: pꝫ. nec substātialē: sicut dictū est supra. pōt eñ subāliter preesse terminus ad quē. ergo ⁊c. ¶ Scđo sic. illud nō est impossibi

Creatura q̄cūq̄ an possit conuerti in deū. vl' econtra.

1. opinio.

le q̄d nō implicat contradictionem. sed creaturam in deū cōuerti non implicat cōtradictionē sicut nec implicat contradictionem creaturam esse deum: puta hominem esse deum. ergo ꝛc. ¶ Tertio sic. non plus repugnat deo terminare ꝯuersionem vt terminus ad quē: ꝙ terminare aliquā actionem realem: sed deo nō repugnat terminare aliquam actionem realē siue immanētem: vt intelligere vel velle creatum: que terminatur ad obiectum diuinū: siue etiā trāseuntem vt incarnationem q꞉ verbum vere est incarnatum ꝛ terminat actionem incarnationis: vt videtur ergo ꝛc. ¶ Quarto sic. Termino trāssubstātiationis accidit ꝙ sit aliquid nouum sicut dictū est supra. nam trāssubstātiatio potest esse in preexistens: sed nulla creatura potest esse nisi noua. igitur terminus trāssubstātiationis potest esse aliquid increatum quod est deus. Minor patz. quia creatura nō potest esse ab eterno. ¶ Ex hoc videtur etiam consequēter ꝙ deus possit ꝯuerti in creaturam. nō em̄ deo magis repugnat conuerti in creaturam ꝙ creature in deum. equalis enim distantia ꝛ proportio vel improportio est vtrobiq꞉: sed creature non repugnat conuerti in deum. igitur nec econuerso.

Opinio doctoris ¶ Sed q̄tum ad istum articulum dico breuiter primo ꝙ repugnat ꝛ impossibile est quancunq꞉ ceraturā ꝯuerti in deum: ꝛ deum ꝯuerti in aliquam creaturā. Primo probo ꝙ repugnat deo conuerti in creaturā. sc̄do aliud. ¶ Pro primo arguitur sic

Q꞉ repugnat deo ꝯuerti in creaturā

deus est simpliciter necesse esse: sicut dictū est in primo. sed simpliciter necesse esse repugnat cōuerti in aliud. q꞉ sibi repugnat non esse. Illud autem quod conuertitur per conuersionem oportet nō esse. ergo ꝛc. ¶ Sc̄do sic. dictum est supra ꝙ trāssubstantiatio vel ꝯuersio vnius entis in aliud possibilis est solum virtute diuina. Tunc arguo. Impossibile est conuertens aliquid in aliud ꝯuersione eadem ꝯuerti in illud. Tunc em̄ seipsum in illud conuerteret: ꝛ ita seipsum destrueret ꝛ per se corrumperret. sed solus deus potest aliquid in aliud ꝯuertere: ꝛ conuertit. ergo impossibile est ꝙ tali ꝯuersione in aliud cōuertatur. ¶ Tertio sic. Illud quod potest in aliud conuerti totaliter q̄tum ad esse vel non esse: subest potestati ꝛ virtuti ꝯuertentis: vt dictum est supra. sed diuinum esse nō subest virtuti vel potētie diuine. Est enim idem ꝙ esse suum virtus sua ergo ꝛc. ¶ Quarto sic. Illud quod est aliquid infinitum et alteri simpliciter improportionatū ꝛ necessario improportinatum: nō potest fieri illud finitum vt videtur. sed deus respectu creature cuiuscūq꞉ est huiusmodi ergo ꝛc. ¶ Sc̄do dico ꝙ nec creatura que

Q꞉ nō q̄cūq꞉ creatura pōt ꝯuerti in deum.

cunq꞉ potest ꝯuerti in diuinitatē vel in deum. Hoc probo primo sic. necesse esse simpliciter immutabile nō potest esse primo terminus alicuius mutationis vel quasi mutatiōis realis: nec possibile est hoc esse. q꞉ necesse esse semper necessario est necesse esse. sed omne illud in quod potest aliud ꝯuerti vel trāssubstantiari: est possibile esse: ꝛ terminus mutationis esse potest vel quasi mutationis realis. quia ꝛ lꝫ conuersio nō sit ꝓprie mutatio: tn̄ est quasi mutatio realis eadē cum aliquo possibili esse cum termino: scꝫ ad quem ꝛ in quē aliud ꝯuertatur. q꞉ sicut ꝯuersio est possibile esse: nō autem deus vel necesse esse: ita terminus ad quem ꝯuersionis cum quo conuersio est eadē: est possibile esse. ꝛ ita nō est deus. ergo ꝛc. ¶ Secundo sic. impossibile est agens et per se terminum realē alicuius mutationis vel quasi mutationis esse idem. ptꝫ de creatione vel de quacūq꞉ alia mutatione vel quasi mutatiōe. Impossibile est em̄ ꝙ aliquid creet vel generet vel ꝓducat seipm̄: vel per mutationē quācunq꞉ vel motum. sed deꝰ est agēs cuiuslibet ꝯuersionis vel mutatiōis seu quasi mutationis. igitur impossibile est in ipsum esse terminum ad quem talis ꝯuersionis. ꝛ ita nihil potest conuerti in ipsum. ¶ Tertio sic. Nō minus esse termini ad quē est in potestate conuertētis ꝙ esse vel nō esse termini a quo. sed in potētia dei nō est suum esse: nec est in obedientiali potentia respectu suipsius. igitur nō potest esse terminus cōuersionis: ita ꝙ in ipsum nihil potest ꝯuerti. ¶ Quarto sic. qua ratione vnum potest ꝯuerti in aliud eadem ratione ecōuerso. sed deus nō potest in creaturam cōuerti: vt videtur: ꝛ ꝓbatum est prius. igitur nec econuerso. ¶ Ultimo q꞉ finitum possibile improportionatum necessario ad aliud improportionatuꝫ necesse esse nō potest fieri illud nec ꝯuerti in illud: sed creatura sic se habet respectu dei. ergo ꝛc. Sic igitur dico breuiter ꝙ nulla creatura potest in deum cōuerti nec econuerso.

¶ Ad primum aliorum dico ꝙ lꝫ cōuersio non arguat in suo termino ad quē mutationem actualē: tn̄ arguit possibilitatem mutatiōis vel quasi mutationis que simpliciter repugnat deo: ꝛ potētialitatem ꝛ excludit ab ipso necessitatē essendi: sicut ostēsum est supra. et ideo deus non potest esse terminus a quo vel ad quem ꝯuersionis. vt ptꝫ. ¶ Ad sc̄m dico ꝙ repugnat ꝛ implicat ꝯtradictionem fieri deum per conuersionem totalē alicuius in ipsum vel ecōuerso sicut implicat contradictionem aliquid esse necesse ꝛ possibile esse. Tu dicis nō repugnat reaturam esse deum. dico ꝙ creaturā esse deum: si tn̄ hoc cōcedatur: potest dupliciter intelligi. vno modo per vnionem creature ad deū: ꝛ per cōmunicationē ydiomatum. Et sic saltē ꝫm vnū modum ponendi possibile est deum esse creaturam vel econuerso. ꝛ dico sc̄dm vnum modum dicēdi. q꞉ sc̄dm aliquos ista est falsa xp̄us est cratura. sc̄dm alios est vera: sicut dictū est in tertio. Alio modo potest intelligi per idētitatē: sic ꝙ nihil sit ibi nisi deus: ꝛ eomodo quo dicimus creaturā posse fieri craturā aliam per ꝯuersionem. et isto modo est impossibile. Si em̄ non est ibi dare nisi deum. creatura nō est deus. q꞉ creatura nō est. Et similiter nō fit deus. sicut probatum est supra. quare ꝛc. ¶ Ad tertium dico ꝙ deo repugnat terminare quācunq꞉ actionem trāseutem diuinam ad extra. cuiusmodi est oīs trāssubstantiatio vel cōuersio. nō sic de actione immanēte siue sua siue creature. Quādo dicis ꝙ verbum terminat actionem incarnationis: dico ꝙ nō: sed magis natura humana in qua causatur respectus vnionis ad verbum. que quidem vnio vel relatio fundatur ꝛ causatur a deo in natura humana assumpta. Et ita verbum lꝫ terminet relationem vnionis: non tn̄ actionem illam trāseuntem causatiuā vnionis ideo ꝛc. ¶ Ad quartum dico ꝙ termino trāssubstantiationis accidit ꝙ sit nouum non simpliciter: sicut dicerent aliqui: sed pro tāto: quia lꝫ aliqn̄ fuerit de nouo: tn̄ potest preexistere transsubstātiationi vel conuersioni: non tn̄ potest esse aliquid quod de nouo nō inceperit esse.

Ad motiua. I. opinionis.

Nota.

et ita non potest esse deus: sicut potest esse deus recens vel nouus. Ita dicerēt illi q̄ ponerēt aliquā substantiā creatā nō posse esse ab eterno ⁊ nec nisi nouā. Aliter videtur mihi posse dici ꝙ accidit termino trāssubstantiationis ad quē esse nouum. Et dico ꝙ potest esse aliquid ab eterno ꝓductum: sed dico ꝙ aliquid eternū nō solū est deus: sed creatura potuit esse ab eterno sicut dixi in scd̄o. quare ⁊c̄. Similiter dico de termino a quo: ꝙ potest esse vel potuit aliqua creatura ꝓducta ab eterno. et ita tā cōuersum q̄ȝ terminus ad quē conuersionis vtrūq; potuit esse eternum: lȝ conuersio ipsa vel transsubstātiatio nō potuerit esse eterna vel conuersio: sicut nec nō esse conuersi sequēs suum esse scd̄m durationem. ¶ Ex his ptȝ ad illud quod additur scȝ ꝙ deus in creaturam non potest cōuerti. Hec de primo articulo principali

Dūs creatura corporalis an possit ꝯuerti in spūalem vel econtra. 1. opinio.

¶ Quantum ad secundū articulum dicunt aliqui ꝙ creatura spūalis in corporalem cōuerti nō potest nec ecōuerso. hoc probāt primo sic. Illoꝝ quoꝝ vnum nō est in potētia ad aliud vnum non potest ꝯuerti in aliud. sed creatura spiritualis nō est in potētia ad corporalē nec ecōuerso. q̄ȝ nō habēt materiā cōmunē que est potētia vnius ad aliud. Est eñ potētia passiua transmutādi vnū in aliud substantialiter. ergo ⁊c̄. ¶ Scd̄o sic. Illa substātia que nō potest sortiri cōditiones alterius: non potest ꝯuerti in aliam. sed creatura spiritualis non potest sortiri cōditiones vel proprietates spiritualis nec econuerso: sicut angelus proprietates lapidis nec econuerso. ergo ⁊c̄. ¶ Tertio quia ad ad hoc videtur expressa auctoritas August. vij. super genesim ad litterā: ⁊ Boecij de duabus naturis ⁊ vna persona xp̄i: qui dicit ꝙ nullo modo pōt corpus conuerti in spiritum nec econuerso.

Opinio doctoris

¶ Sed his non obstātibus dico ꝙ virtute diuina creatura corporalis potest ꝯuerti in spiritualē ⁊ econuerso. Prima ratio est ad hoc quia illa quoꝝ esse et non esse cuiuslibet sunt in plena obediētia respectu virtutis diuine: videntur posse ꝯuerti in inuicē: nō obstāte ꝙ neutrū habeat materiā: nec habentē aliquid intrinsecū cōmune vtriq;. sed creatura corporalis et spiritualis sunt huiusmodi: vt ptȝ. ergo ⁊c̄. ¶ Scd̄o sic. Non magis repugnat nec implicat ꝯtradictionem creaturam spiritualē cōuerti in corporalē ⁊ econuerso. q̄ȝ aliquā corporalem in aliā. q̄ȝ est dare creaturas duas corporales que non habent aliquid cōmune nec vniuocum nec intrinsecum: sicut substātiā corporeā ⁊ quantitatem. sed creatura vna spiritualis potest habere aliquid cōmune vniuocū saltē cū alia corporali: sicut patȝ. q̄ȝ ambe possunt ꝯtineri in genere substātie. sed corporalis in corporalē conuerti potest: vt videt̄. ⁊ infra ꝓbabitur ergo ⁊c̄. ¶ Tertio sic. Si creatura corporalis non posset ꝯuerti in creaturā spiritualē ⁊ ecōuerso. hoc videret̄: q̄ȝ vnū non est in potētia transmutabili ad aliud q̄ȝ vnum nō habet materiā: sed istud non impedit. quia conuersio nō est mutatio nec actus materie: sicut dictū est supra. vnde licet vna nō posset cōuerti in aliam per generationem nihil ad propositum. ergo ⁊c̄.

Resolutio doctoris.

¶ Dico igitur ꝙ vna creatura spiritualis valde bene virtute diuina potest conuerti in aliam: nisi obstet aliud q̄ȝ spiritualitas ⁊ materialitas. nec implicat hoc aliquam contradictionem.

Ad motiua prime opinio.

¶ Ad primam rationem aliorū dico ꝙ licet vnum non sit in potentia trāsmutabili ad aliud scd̄m aliquā mutationem ꝓprie dictā que sit actus subiecti vel materie manētis sub vtroq; termino: tñ vna potest cōuerti in aliam: ⁊ possibilis est desinere esse in aliā in quā potest conuerti. nec ad hoc requiritur materia communis in vtroq;. ¶ Ad scd̄m dico ꝙ non opȝ conuersum sortiri cōditiones eius in quod cōuertitur: sicut nec manere. sed sufficit ꝙ illud in qd̄ conuertitur habeat ꝓprias cōditiones ⁊ aliud in ipsum conuertatur: sicut patȝ ꝙ non oportet ꝙ panis habeat cōditiones corporis xp̄i: lȝ possit conuerti in ip̄m. ¶ Ad tertium dico ꝙ Boetius ⁊ August. exponi possunt ꝙ verum dicūt naturaliter loquēdo: ⁊ per verā mutationē. cōuersio autem non est mutatio vera vel ꝓprie dicta: que requirit subiectum vel materiam cōmunem vtriq; termino: ¶ Aliter respōdet vnus doctor ꝙ pro tāto dicitur esse impossibile: q̄ȝ licet absolute sit possibile virtuti diuine: non tñ ex tot causis ex quot possibile est ꝙ corpus conuertat̄ in corpus. Nam ꝙ corpus ꝯuertatur vel possit conuerti in corpus habet: ⁊ q̄ȝ habet materiam cōmunem: ⁊ q̄ȝ suum esse est in plena obediētia dei: vt de ipso fiat quicquid nō implicat contradictionē. Et ita ex duabus causis potest conuerti corpus in corpus. nō sic aūt in spiritū vel spūs in corpus. q̄ȝ prima causa nō habet ibi locum. Non eñ habēt materiam cōmunem: sed scd̄a causa tm̄. Et ideo dicitur impossibile ex defectu prime cause: licȝ simpliciter sit possibile ex prima causa. Et reprobat primā solutionem ꝙ. s. corpus nō possit cōuerti in spiritum naturaliter: ⁊ per verā mutationem sicut corpus in corpus. q̄ȝ nec etiā virtute naturali ⁊ per mutationem talē posset cōuerti quodlibet corpus in aliud. ptȝ de corpore xp̄i. Et ita potest dici ꝙ corpus nō potest cōuerti in spiritum vel ecōuerso si prima solutio esset bona. ¶ Sed dico ꝙ sua solutio non valet q̄ȝtum mihi videtur. nam ex pluribus causis nō habet corpus ꝙ possit cōuerti in corpus q̄ȝ in spiritum: loquēdo de conuersione in proposito nostro que est totalis. Nā omne sic ꝯuertibile siue habeat materiā siue non: ex hoc precise est ꝯuertibile. q̄ȝ est in plena obediētiali potētia: ⁊ suum esse vel nō esse totale est totaliter in virtute primi agētis. Et hec est p̄cisa causa non per hoc ꝙ habet materiā partem sui. Nam ⁊ ipsa materia cōuertibilis in aliam materiam vel in formam ex prima causa: sicut ptȝ. ideo ⁊c̄. ¶ Similiter etiam improbatio prime solutionis non valet. licet enim agens naturale non possit conuertere celum in aliud corpus per transmutationē naturalem siue in celo sit materia: siue non: de quo non curo modo: tamen multa alia corpora potest conuertere inuicem. vnde non sequitur si istud non potest conuertere: ergo nullum. E sufficit ad solutionem ꝙ corpus aliquod posset conuerti in aliud per mutationē. quia nullum corpus simpliciter sic potest conuerti in spiritum sicut patet. Preterea etiam dicere ꝙ impossibile est conuerti spiritum in corpus simpliciter ⁊ absolute: q̄ȝ hoc est non est possibile secundum vnū modum: est committere fallatiam consequentis: ex quo est impossibile secundum alium. Et ita non videtur illa fuisse intentio Augustini et Boecij.

Responsio cuiusdam.

Cōtra precedentem solu.

Summatio hui⁹ articuli.

¶ Hec de secundo articulo principali istius questionis in quo patuit ꝙ creatura corporalis potest cõuerti in spiritualem ⁊ econuerso. Et dico breuiter ꝙ omnis creatura corporalis que potest esse in re ⁊ in effectu sine spirituali aliqua potest in illam conuerti. vel magis proprie loquẽdo creatura quecunqꝫ corporalis potest conuerti in illam spiritualẽ: que potest esse ⁊ poni in re sine illa creatura corporali: dum tñ neutra sit pars alterius. Ecõuerso etiã creatura quecunqꝫ spiritualis potest conuerti in quãcunqꝫ corporalem: que potest poni in re et in effectu sine creatura spirituali. Et dico bene istud. nam sicut dictum est supra: oportet necessario ꝙ illud quod conuertitur in aliud: desinat esse et illud in quod conuertitur: oportet ꝙ vel incipiat esse: vel preexistat ⁊ maneat in esse pro instanti saltem conuersionis. Si ergo est aliqua creatura spiritualis que potest non esse creatura corporali existente: nõ video quare non possit in illam cõuerti. Sed si esset aliqua creatura spiritualis sine qua corporalis nõ potest esse: dico ꝙ in illam non posset conuerti spiritualis creatura. Nam contradictio in hoc implicatur. scꝫ ꝙ creatura conuersa esset. quia sine ipa non potest poni creatura corporalis in quam conuertitur ꝫm positionem. ⁊ tamen non esset. quia conuerteretur. ¶ Similiter etiam comparando creaturã corporalem ad spiritualem: dico ꝙ omnis creatura corporalis sine qua potest eẽ ⁊ poni creatura spiritualis: potest in illã cõuerti. sed si esset aliqua creatura corporalis: sine qua non posset esse nec poni creatura spiritualis: in illam non posset cõuerti ratione predicta. ¶ Ad hoc possunt adduci exempla vnum est angelus. quilibet potest esse in re ⁊ in effectu sine quacunqꝫ substantia corporali. patet. et econuerso: etiam saltem virtute diuina. Et dico ꝙ vnum potest conuerti in aliud ⁊ econuerso. sed angelus mouẽdo celum habet aliquem respectum realem et spiritualem in seipso formaliter ad celum: vt ad corpus motum. Et planum est ꝙ talis respectus esse nõ potest in re sine creatura corporali qui est celum: sicut nec relatio sine termino. Similiter etiam econuerso celum habet aliquem respectum realem et corporalem. quia extensum per accidens extensione celi ad angelum mouẽtem. Motum em̃ refertur ad mouens: et mouens creatum ad ipsum motum ⁊ econuerso. ⁊ ille respectus non potest esse sine angelo: sicut nec respectus sine termino quacunqꝫ virtute. Et ideo dico ꝙ nec celum põt cõuerti in respectũ angeli nec angelus in respectũ celi.

Creatura spũalis an possit ꝯuerti in spiritualẽ ⁊c. 1. opinio.

¶ Quantum ad tertium articulum haberent aliqui dicere sequendo viam suam positam in articulo precedenti ꝙ deus nullã creaturã spiritualem posset in aliam conuertere. Nam vna non est in potentia ad aliam eo ꝙ non habent materiam. ¶ Similiter etiam secundo. quia vna non potest sortiri proprietates alterius precipue si differat ab ipsa secũdum speciem. immo etiam nec secundum materiam. quia proprietates indiuiduales ꝓprie sunt in quolibet indiuiduo. ¶ Similiter etiam tertio. quia magis videtur esse in potẽtia corpus habens materiam ad spiritum vt conuertatur in ipsum ꝙ̃ angelus ad angelum. quia in neutro est aliqua potentia: sed corpus secundum eos non potest conuerti in spiritum ergo ⁊c.

doctoris opinio.

¶ Sed his non obstantibus: videtur michi dicendum sicut de precedenti articulo ꝙ omnis creatura spiritualis absoluta potest cõuerti in aliam absolutam ⁊ econuerso. hoc ptꝫ quia non implicat contradictionem aliquã vnam esse ⁊ poni in re et in effectu vel manere sine alia. ⁊ esse cuiuslibet talis est in plena obedientia, respectu virtutis diuine. ¶ Secundo dico quãtum ad presentem articulum qui est de conuersione creature spiritualis in spiritualem ꝙ non omne absolutum spirituale potest cõuerti in respectum spiritualem. quia fundamẽtum respectus vel subiectũ immediatum vel terminus respectus que dicunt aliqua absoluta: in illos respectus cõuerti non possunt. Tunc em̃ sequeretur ꝙ respectus posset manere sine subiecto. ¶ Tertio dico ꝙ non oĩs respectus spiritualis põt cõuerti in alium respectum. qꝛ non potest cõuerti in respectum sibi mutuum quia tunc sequeretur vnum respectum mutuum esse sine alio quod est impossibile. ¶ Quarto dico ꝙ omne absolutum quod non est subiectum vel fundamentũ vel terminus alicuius respectus essentialiter distincti ab ipso vel respectus mutui sibi: potest conuerti in illum. quia nulla contradictio in hoc implicatur: vel sequitur ad hoc. Et dico in respectum essentialiter distinctum. qꝛ nihil potest conuerti in quid: quod est essentialiter idẽ sibi. Tunc em̃ simul posset esse ⁊ nõ esse. vnde nec genus potest cõuerti in differentiam in ipsa specie: nec respectus vestigialis in substantiam: licet realiter distinguatur et non essentialiter. Tamen non oportuit illud addere. forte quia omne creatum absolutum videtur esse fundamẽtum vel subiectum alicuius respectus sibi consubstantialis ⁊ essentialiter eiusdem vel saltem essentialiter idem cum fundamẽto talis respectus. ¶ Quinto dico ꝙ oĩs respectus potest cõuerti in absolutum qđ nõ est essentialiter idẽ sibi: nec pertinet ad respectum sibi oppositum vel mutuum. ptꝫ. Omne em̃ tale absolutum potest esse sine tali respectu ⁊c. que ad hoc requirunt. ¶ Sexto dico ꝙ oĩs respectus spũalis potest cõuerti in quẽlibet alium respectũ: cuius nõ est fundamentum vel terminus: vel qui non est sibi oppositus: sed tm̃ disparatus ⁊ essentialiter distinctus: nec idẽ essentialiter cũ aliquo necessario ad ipm: nec ad mutuum terminũ vel oppositũ sicut patere potest ex predictis. Et etiam ecõuerso ille alius in ipm: nisi presupponat necessario ab illo. ¶ Sic igitur ptꝫ quid spũale potest cõuerti in aliud: ⁊ quid non. Sed eedẽ regule possent dari in articulo precedẽti ⁊ sequẽti ꝫm exigẽtiam materie ⁊ cõparationẽ corporalis ad spũale ⁊ ecõuerso sicut in precedẽti articulo. vel corporalis ad corporale sicut in articulo sequenti. vnde non intẽdo eas ibidem replicare. ¶ Ad motiua aliorum dico ꝙ non concludunt sicut patet ex articulo precedenti. Hec de tertio articulo principali.

Summatio predictorum.

Creatura corporalis an possit ꝯuerti in corporalẽ ⁊c. 1. opinio.

¶ Quantũ ad quartum arti. dicũt aliqui ꝙ substãtia corporalis potest ꝯuerti in substãtiã sicut substantia panis virtute diuina põt cõuerti in substãtiã corporis xpi per hũc modũ. qꝛ materia vt est quid: est oĩno distincta. nec distinguitur vel mutat vt sic. ⁊ ita agẽs attingens ipsam vt est quid attingit eã vt oĩno indistinctã. Deus autẽ qꝛ non agit per motũ attingit eã vt est quid: non vt

q̄ta ꝛ distincta. Quod aūt deus agat non per motum: ptz. q2 non agit vt instrumētum motū ab alio sed est simpliciter primū agens. Agit ergo in materiam indistinctā oīno. ꝛ hinc est ꝙ eandē formā numero potest reparare. q2 de eadē materia indistincta ipsam reducere: vel in eandē inducere. Nō eñ agit per motum qui ꝓhibet idē numero redire. Et sicut potest hec facere: ita pōt facere ꝙ quecūqꝫ forma in quācunqꝫ materia inducatur. Ad eandē aūt formā numero sequitur eadem materia numero. et ita potest facere ꝙ quecunqꝫ materia fiat quecūqꝫ materia. Et sic pōt facere ꝙ forma corpis xp̄i ponatur in materia panis et per hoc illa materia fiet ista: ꝛ forma forma. ꝛ per hoc totum totum. ꝛ sic totum potest conuerti et transsubstantiari in totum: substātia corporalis in corporalem. ¶ Scđo dicit ꝙ non oīs creatura corporalis potest in aliam conuerti. Primo q2 celum cum nō sit trāsmutabile ad substātiam: nō potest cōuerti in substantiam aliam. Scđo q2 q̄titas nō potest cōuerti in quātitatē pu ta q̄titas panis in q̄titatē corporis xp̄i. Nam sequeretur ꝙ corpus xp̄i esset in altari modo q̄titatiuo ꝛ dimēsiue: sicut per ꝯuersionem substantie est ibi non dimēsiue nec quātitatiue. Et cum sit in celo etiā localiter: sequeretur ꝙ in pluribꝰ locis esset localiter. hoc autem implicat contradictionem ꝫm ipsos. Tertio q2 deus non potest ꝯuertere aliquid absolutum in respectum q2 tūc posset facere respectum sine fundamento vel termino absoluto quod nō est verum. Quarto q2 nō potest conuertere vnū respectum in aliud. q2 tunc faceret vnā relationem vel vnum correlatiuum sine alio. q2 relatio cōuersa desineret esse vel ipsum relatiuū relatiuum aūt vel relatiuo in quod ꝯuerteretur: esset. quare ꝛc. Similiter possent arguere ꝙ non posset deus conuertere quecunqꝫ duo accidentia inuicem. quia non habent materiam sibi intrinsecam. et vnum nō est transmutabile in aliud: nec in potentia ad aliud.

¶ Contra istam opinionē q̄tum ad illum modum de possibilitate conuersionis substātie in substātiam: dico ꝙ quasi oīa que ibi ponuntur sunt ficta ꝛ falsa. Et ideo contra primum quod accipit quod materia vt est quid ꝛ substantia: ꝛ oīno indistincta: quero quomodo intelligit hoc. Aut intelligit hoc ꝙ materia est indistincta: q2 vnica numero ꝛ hoc in oībus in quibus est. Aut indistincta: q2 vniuersalis et cōis: eo mō quo cōmune vel vniuersale dr̄ vnꝰ rōnis: ꝛ sic indistinctū. Aut indistincta pro tāto: q2 ex seipsa intrinsece nullā formā vel actū formalē includit. Aut idistincta: q2 pura potētia ꝛ nihil in actu extra intellectū: ꝫm ꝙ actus dicit differētiā entis oppositā potētie et incōpossibilē sibi in eodem. Si primo mō intelligat: falsum intelligit ꝛ cōtra phm: ꝛ ꝯtra rationē: ꝛ cōtra seipm. Cōtra phūm. xij. Metha. vbi dicit de per se pricipijs: ꝙ sicut pricipiata sunt alia: sic eoꝝ per se pricipia. ꝛ hoc tā de diuersis principatis ꝫm genus q̄ ꝫm speciē: ꝫm numerū. Et ad propositū expresse dicit: hoꝝ (inquit) que sunt in eadē specie: diuersa sunt principia non specie sed q2 singularū alia est tua materia ꝛ species. i. forma: ꝛ mea. ratio aūt vniuersalis igitur ex intētione vult ꝙ materia tua ꝛ mea ꝛ ꝫm ꝙ per se principia mei ꝛ tui. ꝛ ꝑ cōsequēs ꝫm ꝙ substātie sunt: ꝛ vt quid sunt. q2 sic est principiū entis per se: nō per aliqđ accidēs est alia numero et distincta a materia tua. ¶ Preterea si sic esset materia indistincta numero: vt quid est substātia in oībus: ita esset vna materia in diuersis simul existētibus: sicut in diuersis sibi inuicem succedētibus: vel sicut in generato ꝛ corrupto qđ est cōtra philosophū inuestigantem de materia ꝛ primo phisicoꝝ ꝛ primo de generatione. ¶ Et cōfirmat. q2 si est eadē simul sub quibuscūqꝫ formis non opꝫ vnam formā corrumpi ad hoc vt introducat alia. ꝛ ita nō esset necessarium corruptionē currere cū generatione. ¶ Cōtra rationē naturalē etiā est illud dictum. q2 materia prior est ordine nature q̄ forma recepta sicut fundamentū ipius: prius aūt essentialiter ꝛ numeraliter nō variatur ꝓter variationem posterioris. Si ergo materia vt est quid ꝛ substantia: est oīno eadē numero in se: sequitur ꝙ nō variatur: nec multiplicat per formas. ꝛ ita eadē materia poterit simul stare sub formis quibuscūqꝫ homis ꝛ asini ꝛ talibus oībus. Si dicas ꝙ variat: tūc sequitur ꝙ in generato ꝛ corrupto quoꝝ sunt diuerse forme: nō est nec esse potest eadem materia. ¶ Cōtra propositum suū etiā est iste intellectus. q2 ip̄e deducit ꝙ deus potest formā corporis ponere in materia panis. sed hoc nō posset de nouo: si ista materia esset de nouo eadē numero sub forma panis ꝛ corporis ꝫm intellectū istum. q2 iam eadē materia preerat sub forma corporis xp̄i: sicut ꝛ sub forma panis. ergo iam habet illā formā: ꝛ per ꝯsequens non potest sibi de nouo imprimi: sicut nec forma panis quā prehabebat. Si intelligat materiam esse indistinctā scđo modo: q2 vnius ratiōis cōmunis ꝛ vniuersalis in pluribus materijs: ex hoc nihil pōt concludere. quia tunc materia panis que est diuersa numero a materia corporis. ꝛ ipsa materia corporis. licet sint eiusdē rationis cōmunis: informarent simul ab eadē forma corporis xp̄i: quod nō videtur verum. Et dato ꝙ esset veruꝫ ꝙ plures materie sic informarētur ab eadē forma: non tñ ꝓter hoc materia hec fieret illa: vel cōuerteretur in illā. ꝛ sic nichil ad ꝓpositum. Non eñ materia prior variaretur: vel esset vna cum alia ꝓter aduētum talis forme posterius aduenietis. Similiter etiam ista impressio forme corporis in materiam panis nō esset trāssubstantiatio: sed vera mutatio ꝛ trāsitus materie a priuatione illius forme ad ipsam formam.
¶ Ultimo etiam nec habet per hoc quomō forma panis fiat forma corporis: sed magis ecōuerso forma corporis fieret forma panis. q2 informaret materiā panis. nō aūt forma panis materiā corporis. Si intelligat tertio mō materiā indistinctā: vt est quid: q2 indeterminata est ad quālibet formā ꝫm se et nullā īcludit sed ad oēs est in potētia: sicut debet intelligi etiā illud dictum cōmentatoris in. ij. Methaphi. ꝙ in fundamēto nature nihil est distinctū: nihil valet sibi hoc ad ꝓpositū: sicut ptz. Silr quartus modus intelligēdi est falsus: sicut ostēdi ī scđo et dato ꝙ esset verus: nihil haberet sicut pꝫ intuēti quare ꝛc. ¶ Contra scđm dictum qđ dicit ꝙ solus deus attingere pōt materiā vt quid ꝛ substātia est. et nō agēs creatū. q2 eo modo attingit agēs creatū materiā: quomodo educit de ip̄a formā substātialē sed de ipsa vt est quid ꝛ substātia ꝛ in potētia substātiali ad formā: educit formā substantialem. ꝫ ꝛc. Agēs ergo naturale respicit materiā vt quid: et ꝑ ꝯsequēs pōt trāssubstātiare sicut deus: si sua rō est

Marginalia: Q2 nō q̄libꝫ creatura corporalis potest in aliam cōuerti. — Cōtra ꝑmā opinionem. — 12. meth.

bona ⁊ concludit de deo: vt ptz. Scdo etiã q2 vt sic est pars totius cõpositi generati nõ per aliqd accidẽs. ¶ Cõtra ꝓbationẽ ꝙ de⁹ nõ agit ꝑ motũ. q2 lz nõ de necessitate agat mediãte motu tñ põt causare motum: ⁊ agere aliquid mediãte motu q2 põt mouere instrumẽtum: vt ptz: ⁊ põt aliquid causare mediãte motu sicut creatura: siue mediãte creatura (vt ptz) siue immediate. Cõtra alia dicta que tangunt resurrectionẽ. arguam infra in tractatu de resurrectiõe. Et ideo dico ꝙ deus põt cõuertere substãtiam corporalẽ in aliã: non ꝑpter illam rationẽ falsam que tangitur in illo modo ponẽdi: sed ꝑpter alias rationes supradictas in precedẽti questione. ¶ Cõtra. illa que dicuntur de aliȷs corporalibus dico ꝙ recte vniformiter per oĩa creatura corporalis quecunqꝫ potest conuerti in aliã essentialiter distinctã: quomodo dictum est in precedenti articulo de creatura spirituali: ⁊ q̃tum ad absoluta ⁊ q̃tũ ad respectiua. Unde vide ibi regulas illas: ⁊ applica ad propositum de creatura corporali.

ad motiua prime opinio.

¶ Ad secundum aliorꝫ de quãtitate dico ꝙ deus põt cõuertere quãtitatẽ corporis xp̃i in quãtitatem panis ⁊ econuerso. Et dico ꝙ potest facere idem corpus in plurib⁹ locis: nec implicat hoc aliquã cõtradictionem. Et nõ oporteret ꝙ faceret idẽ corpus in pluribus locis localiter: dato ꝙ sic cõuerteret quãtitatem in quantitatem. sed posset facere ꝙ nec esset in altari. q2 nõ est ibi ex vi cõuersionis sicut imaginatur. ⁊ dato ꝙ esset ibi localiter posset facere ꝙ non maneret simul in celo localiter: ⁊ ita nõ sequitur ꝙ de facto idem corpus esset in pluribus locis localiter: licet hoc bene deus posset facere. ¶ Ad primũ de celo dico ꝙ licet nõ sit naturaliter trãsmutabile ꝫm generationẽ ⁊ corruptionẽ: precipue ꝫm me. q2 in ipso nõ est materia est tñ ꝯuertibile virtute diuina in aliã substãtiam creatã siue corporalẽ siue spiritualẽ: ita bene sicut spũs creatus. ¶ Ad tertium dico ꝙ licet deus nõ possit cõuertere absolutum in respectũ terminatũ ad ip̃m vel fundatũ super ip̃m q2 ad hoc sequiꝛ cõtradictio plana: tñ bene in aliũ respectum. ⁊ tũc nõ sequitur ꝙ faciat respectũ sine fundamento vel termino. q2 tunc corrumperet vel anihilaret respectum fundatum super ip̃m vel terminatum ad ip̃m: ⁊ illũ respectum in quẽ cõuertere tur generaret sicut prius cum suo fundamẽto ⁊ termino sicut prius. ¶ Ad quartum de respectu mutuo dico ꝙ deus nõ potest ipsum cõuertere in aliũ sibi mutuum: lz bene in alium disparatum essentialiter distinctũ: nisi presupponatur ab illo: in quẽ cõuertitur. sicut forte diceretur de situ: qui presupponit vbi vel hmõi ⁊ ꝫm alia predicta. ¶ Ad vltimũ ptz per predicta. ꝙ licet duo accidẽtia non habeãt materiam cõmunem sibi intrinsecã actu vel potentia: tamẽ possunt inuicem cõuerti: sicut due creature spirituales materiam non habentes.

Ad rões principales.

¶ Ad principalia questionis.

Ad primum ptz ꝙ conuersio arguit in termino ad quẽ cõuersionis mutabilitatẽ: que excluditur a necesse esse vel a deo licet nõ arguat actualem mutationẽ ipsius. ¶ Ad scdm responsum est supra quomodo põt intelligi deum esse creaturã vel fieri creaturã: non per conuersionẽ sed per vnionẽ creature ad ipsum. ¶ Ad tertiũ dico: ꝙ quelibet creatura ad cuius conuersionem in aliã nõ sequitur contradictio: est in plena obediẽtia: vt in aliam conuertatur. sed si sequatur cõtradictio: vel contradictio implicetur: lz totale esse suum in virtute diuina contineatur: q2 potest creari ⁊ adnihilari: non tñ ad hoc vt cõuertatur in aliã: q2 ad cõtradictionẽ vel illud quod implicat eã nulla est potẽtia obedientialis in creatura: nec super illud potest deus: ⁊ quia de aliquibus ꝙ conuertantur in alias: ⁊ de aliȷs non sic: vt dictum est supra ideo ⁊c̃.

¶ Distinctionis Undecime.
Questio Tertia.

Tertio q̃ro: vtrũ

substãtia panis in sacramento eucharistie maneat: vel cõuertatur vel adnihiletur.

¶ Uidetur ꝙ maneat. Nam ꝫm Augustinũ tertio de trinitate. xp̃i corpus dicim⁹ qd ex fructibus terre acceptum sumimus. sed non est in isto sacramento aliud acceptũ a fructibus terre nisi substãtia panis. igiꝛ substãtia panis sumitur in hoc sacramẽto. ⁊ per cõsequens manet. ¶ Scdo videtur ꝙ non cõuertatur: q2 oĩs noue cõuersionis vel mutationis est aliquis terminus nouus. sed corpus xp̃i ꝑ istud sacramẽtũ nõ hꝫ esse nouũ. q2 preexistit. igiꝛ nihil ꝯuertitur in ipso de nouo. igiꝛ substãtia panis non cõuertitur. ¶ Tertio videtur ꝙ adnihiletur. q2 illud qd prius fuit aliquid ⁊ postea nihil est nec ꝫm totum nec ꝫm partẽ: adnihilatur. sed panis prius fuit ⁊ postea nõ est nec q̃tũ ad totũ nec q̃tũ ad partẽ. ergo adnihilaꝛ. August.

¶ Contra q2 ecclesia tenet cõtrarium oĩm istorꝫ. Et potest haberi satis in presenti distinctione ⁊ precedẽti a magistro. ¶ Et confirmaꝛ per Ambrosiũ de sacramẽtis. ⁊ ponitur de ꝯsecratiõe distinctiõe scda. Panis in altari ⁊c̃. dicit eñ ibi: ꝙ vbi accedit ꝯsecratio: de pane fit corpus xp̃i. ¶ Et ꝯfirmatur per illud qd ponitur ibidem reuera mirabile ⁊c̃. vbi dicit. Sermo qui potuit facere que nõ erant: potest mutare ea que sunt in id quod non erãt: quasi diceret immo. ¶ Similiter etiã Eusebius ⁊ ponitur ibidẽ q2 corpus ⁊c̃. dicit sic sacerdos inuisibilis visibiles creaturas in substantiam corporis sui ⁊ sanguinis secreta potestate cõmutat. igitur substantia panis non manet nec adnihilatur: sed conuertitur vt videtur.

Ambro. Eusebi⁹

¶ In ista questione sic ꝑcedã.

¶ Et primo ponã vnã subtilẽ opinionẽ: ꝙ nõ opꝫ dicere substãtiã panis ꝯuerti: sed ꝓbabiliter loquẽdo posset dici manere: ⁊ aliqua motiua eius cũ modo dicẽdi. ¶ Scdo arguã ꝯtra eam: ⁊ ponã: ꝙ substantia panis ꝯuertitur: ⁊ nõ manet: licet nõ demõstratiue: ⁊ soluam ad motiua eius. ¶ Tertio inquiram: vtrum substãtia panis adnihiletur. ¶ Et vltimo ad rationes principales.

¶ Quantum ad primum est

vna opinio q̃ fuit cõis multis: ꝙ substãtia panis in hoc sacramẽto manet ꝫm rei veritatem: ⁊ ꝫm id qd est: ⁊ nõ ꝯuertitur: vel trãssubstãtiaꝛ sic: ꝙ nõ maneat. q2 sicut videꝛ hoc est magis ꝯsonũ verbis euãgeliȷ: qd vocat istud sacramẽtũ vel eucharistiã panẽ

Substãtia panis an in sacramẽto maneat. ⁊c̃.
1. opinio

Jo.vj.panis quē ego dabo: caro mea est pro mūdi
vita. Emulta alia cōsiliā. ¶ Scdo qꝛ nec fides scri
pta in euāgelio: non explicita in simbolis cogit ad
ponēdum: ꝙ substātia panis nō maneat: lꝫ bene co
gat euāgeliū ad ponēdum: ꝙ in sacramēto vel sub
sacramēto est corpus xp̄i. Modo sicut sequēti ra=
tionem nō sunt plura ponēda sine necessitate ratio
nis: primo phisicoꝝ: ita sequēti fidē non sunt plura
ponēda sine necessitate fidei: ⁊ nisi ad hoc cogat fi=
des. ¶ Tertio qꝛ nec ad istud videt̃ artare aucto=
ritates: sanctoruꝫ immo magis ad hoc: vt maneat
substātia panis ſm vnum modū: qui dicetur infra.
Nam ⁊ Dionysius ⁊ Damascenus videt̃ dicere:
ꝙ hoc est sacramētum assumptionis: ⁊ ꝙ in hoc sa
cramēto assumit̃ panis ⁊ vinū a verbo. ⁊ per conse
quēs manēt. Tn̄ istud nō est cōmune oībus tenēti=
bus cōmunem illam conclusionē: sicut dicet̃ infra.
¶ Quarto. qꝛ qn̄ aliquid tradit̃ ad credēdum ab=
solute: qđ potest stare cum pluribꝰ modis: ⁊ multi=
formiter saluari: nō debet artari ad difficiliorē in=
tellectū sine cogēte causa vel ratione seu auctorita
te. modo intellectus difficilior ⁊ modus saluādi mi
nus intelligibilis corpus xp̄i esse in sacramēto vel
sub sacramento est modus: qui ponit: ꝙ substantia
panis nō maneat. Nam si substātia panis non ma=
neat: sequit̃ accidēs ibi eē sine subiecto. ⁊ ad istud
infinite sequunt̃ difficultates. Sequitur etiā: ꝙ sa
cramētum nō habet ꝓprie ita rationē nutrimēti: si=
cut si substātia panis maneret. Sīliter etiā sequit̃:
ꝙ sacramētum non ita vere ⁊ ꝓprie habet rationē
signi: sicut si maneret substātia panis. Nā substan=
tia panis verius significaret substantiam corporis
xp̄i: ꝙ̄ accidētia substantiā. Similiter etiā res con
tēta. s. verum corpus xp̄i equaliter pōt saluari esse
ibi presens cū substātia panis manēte: sicut substā
tia panis nō manēte: sicut dictū est supra. Cū igit̃
oīa possint saluari ⁊ facilꝰ cū substātia panis ma=
nēte: ꝙ̄ nō manēte: ⁊ nec fides nec auctoritas eccle
sie. nec auctoritas sanctoꝝ cogat ad ponēdū substā
tiam panis non manere: sicut magis apparebit in=
fra in modo subtiliori ponēdi sub ista ꝯclusione cō
muni ponēdum est ⁊ cōuenientius: ꝙ substātia pa
ꝙ substā nis maneat: ꝙ̄ ꝙ nō maneat. ¶ Sub hac aūt con=
tia panis clusione sunt vel fuerunt tres modi speciales ponē
maneat. di. Primꝰ: ꝙ substātia panis manet: nec ꝯuertit̃ in
Primꝰ aliquo: sed fit corpꝰ xp̄i sub dimētionibꝰ panis cū
modus. substātia panis manēte ꝺfecto. eo mō quo duo cor
1. opinio pora possent simul eē in eodē loco: sic panis cū cor=
pore xp̄i de facto: sicut dictū fuit supra: ꝙ hoc abso
Secūdꝰ lute loquēdo est deo possibile. ¶ Scđs modus di=
modus. cendi fuit: ꝙ panis manet. ⁊ tn̄ ꝯuertitur per hunc
modū. qꝛ materia panis trāssubstantiat̃. in materiā
corporis xp̄i: ⁊ sic illa materia eadē informat̃ dua=
bus formis. s. panis ⁊ corporis xp̄i. Ita ꝙ idem est
panis et corpus xp̄i rōne vnius materie ab vtraqꝫ
forma panis. s. ⁊ corporis simul informate. qꝛ vna
materia ꝯuertitur in aliā. ¶ Tertius modus dicē
Tertius modꝰ ceteris probabilior. di est pulchrior ⁊ subtilior: ꝙ in eucharistia manet
substātia panis ſm ꝓpriā naturā: ita ꝙ natura pa
nis manet ibi vel paneitas ipsa: nō tn̄ in ꝓprio sup
posito sed assūpta a diuino supposito. s. a verbo nō
immediate: sicut humanitas xp̄i dicitur assumpta
a verbo immediate: sed mediāte corpore xp̄i per te
ꝙ quid corpus pars humanitatis xp̄i est ibi ex vi
Nota. sacramēti. Corpus eñ in xp̄o potest dicere vel to=
tum sub ratione generis: sicut dicimus: ꝙ aīal vel
homo predicatione per se primo modo est corpus
vel pōt accipi ꝓ parte humanitatis: eo modo dici=
mus: ꝙ homo cōponit̃. ex aīa ⁊ corpore. corpus au
tem totū: qđ dicit genus nō est sub sacramēto ex vi
sacramēti: sicut dicunt: ⁊ bene: sed corpus pars est
ibi. Et ita mediāte corpore xp̄i parte verbum assu
mit paneitatē vel naturam panis: sicut immediate
assumpsit humanitatem ad vnitatē suppositi: vt sic
verbum ⁊ corpus xp̄i ⁊ panis sint idem supposito.
¶ Et hinc est ꝙ veraciter pōt dici per cōmunica= Correlaria.
tionē ydiomatū: ꝙ panis est corpus xp̄i ⁊ ecōuerso
qꝛ ambo sunt idē supposito. Et vere etiā posset di=
cere aliquis vidēdo panē: ꝙ videt corpus xp̄i sicut
aliquis vidēdo xp̄m: videbat deū qđ tn̄ nō pōt mo
do dici ꝓprie: si ponatur substantia panis nō mane=
re ⁊ accidētia manētia nō assumi. ¶ Scđo ex hoc
apparet quomodo etiā xp̄s potest dici impanatus
sicut suo modo verbū dr̄ incarnatū. ¶ Tertio quo
mō oīa possunt saluari q̄cūqꝫ dicūt̃. de ꝯuersiōe. qꝛ
panis nō manet ꝙ̄tum ad suppositū: ⁊ sic dr̄ ꝯuerti
vel transsubstātiari. manet tn̄ ꝙ̄tum ad naturā vel
paneitatem: ⁊ sic dr̄ manere. ¶ Quarto apparet:
quomodo nō est ydolatria adorādo eucharistiā: da
to ꝙ ibi maneat panis vel paneitas assumpta: sicut
nec erat ydol. adorare xp̄m hoiem: nec ydol. est ado
rare ipsam: quantūcunqꝫ maneant ibi accidētia si=
ne pane ſm alios. ¶ Quinto patꝫ: quomodo ali=
quis licet sumat eucharistiā: tn̄ dicitur ieiunus: lꝫ
maneat ibi paneitas. ⁊ ieiunio ecclesie: qꝛ nō sumi=
tur ibi panis per modum refectiōis corporalis. Et
etiam ieiunio ecclesie quia sumitur ibi paneitas as
sumpta: sicut ⁊ caro xp̄i assumpta. ⁊ sicut vnum nō
soluit ieiunium nature: nec aliud. Et preterea ita
bene solueretur ieiuniū per accidētia: sicut per sub
stantiā sic manētem. ¶ Ultimo ptꝫ quomodo hoc
est sacramētum assumptiōis ſm Dionysium ⁊ Da
mascenum: ⁊ quomodo nō est ibi corpus xp̄i tm̄ si=
cut in signo: contra illū berēgarium: sed vere ⁊ rea=
liter ⁊ transsubstātiatis pane ⁊ vino: sicut in illa de
cretali cōtinetur firmiter credimus ⁊c̄. qꝛ transub=
stantiantur non ſm naturam: sed ſm suppositum.
Hec de primo articulo principali.

¶ Quantū ad secundum arti

Opinio doctoris ꝯ ꝓcedē. culum dico: ꝙ oīno tenendum est non manere sub=
stantiam panis in hoc sacramento. Et hoc contra
illam cōclusionem in cōmuni. ¶ Secundo dico: ꝙ
quilibet modus ponēdi sub illa conclusione est fal
sus. probo primum primo sic. de sacramentis eccle
sie sentiēdum est: sicut sentit sancta romana eccle=
sia. hoc habetur per illum articulum symboli. san=
ctam ecclesiam catholicam. Et habetur extra de Extra đ here.
hereticis ad abolendam. sed sancta romana eccle=
sia tenet: ꝙ non manet substantia panis in hoc sa=
cramento: nec substantia vini. sed transubstantia=
tur in corpus ⁊ sanguinem christi. extra de summa extra de sūma trini. ⁊ fide catholica.
trinitate ⁊ fide catholica: firmiter credimꝰ ⁊c̄. vbi
dicitur sic. ipse iesus christus sacerdos est: ⁊ sacrifi
cium cuius corpus ⁊ sanguis in sacrameeto alta=
ris sub speciebus panis ⁊ vini veraciter continen=
tur transubstātiatis pane in corpus et vino ī san=
guinē potestate diuina. Nec valet respōsio ad hoc:
que datur a tertio modo dicēdi: ꝙ transubstātian=
tur quātum ad suppositum: non quantum ad natu=

ram. Primo quia vsqꝫ modo semper distinctum est inter transubstantiationem vel conuersionem ꝛ inter assumptionem. nec vna dicta est alia. Similiter etiam: quia sicut dictum est supra transubstãtiatio est desitio esse totalis ipsius transubstantiati vel conuersi. Illud autem quod assumitur ad extrinsecum suppositum: non desinit esse totaliter: sed tantum desinit esse in proprio supposito amittendo aliquam negationem: ꝛ non aliquid positiuum sicut dictum est in tertio. ergo ꝛc. vnde non videtur intentio ecclesie: ꝙ sic possit exponi. Secundo probatur hoc: ꝛ potest probari per illas auctoritates adductas in principio questionis de cõsecratione distinctione secunda: vbi patet: ꝙ natura panis ꝛ vini in hoc sacramento mutantur vel commutantur. Non igitur quantum ad suppositum tantum: sed quantum ad naturas id totum quod sunt panis ꝛ vinum conuertuntur. ¶ Adducitur ab aliis illa auctoritas christi: hoc est corpus meum. sed nõ cogit. quia dato ꝙ maneret substantia panis: ita bene verificaretur ista. quia hoc non demonstrat substãtiam panis: sicut dictum est supra.

Rões ꝙ substãtia non maneat. ¶ Ad hoc adducuntur alique congruentie: ꝙ substãtia panis non maneat quia non est cõgruum: ꝙ illud maneat in isto sacramento: quod per se non pertinet ad rationem sacramenti. sed substantia panis non pertinet per se ad sacramentum: dato ꝙ maneret. qꝛ nõ est per se sensibilis sed per accidens. ergo ꝛc. ¶ Secunda congruentia est de ieiunio ꝛ vsu istius sacramenti. Nã accipiens hoc sacramẽtum non minus est ieiunus post ꝙ̃ ante. ꝛ assumitur hoc sacramẽtum tanꝙ̃ cibus spiritualis: nõ autem corporalis. si autem maneret substantia panis nec post esset ieiunus: nec sumeret cibus spiritualis sed corporalis. quare ꝛc.

¶ Tertia congruentia est de significatione huius sacramenti. quia si maneret substantia panis in sacramento: sequeretur ꝙ species sacramentales immediate non significarent ipsam rem sacramenti: puta corpus christi: sed magis ipsam substantiam

Solutio precedẽ. rationũ. panis: cuius essent accidẽtia igitur ꝛc. ¶ Sed iste congruentie non cogunt: sed de facili possent vitari. Nam diceretur ad primã: ꝙ non solum manet illud: qđ est per se sensibile: sed illud: quod est sensibile quantumcunqꝫ per accidens. Sicut in baptismo non solum manent accidentia aque: sed substantia aque. Et congruum est: ꝙ maneat sicut subiectum per se sensibilium licet per se non pertineat ad rationem sacramenti. ¶ Secunda etiam de ieiunio non cogit: sicut dicebatur supra. Nam ita cogeret de accidentibus. quia accidentia illa nutriunt ita bene: sicut si maneret substantia secundum apostolum prime ad corinthios dicentem. vnus quidem esurit: alius ebrius est. ¶ Tertia congruentia non quia diceretur: ꝙ licet naturaliter ꝛ vt signa naturalia accidentia immediate significent substãtiam panis: tamen vt signa sacramentalia et ex institutione significantia significarẽt primo ꝛ immediate corpus xp̃i. Vel diceretur ꝙ totũ illud scꝫ substantia sensibilis ꝑ accidẽtia sua representaret ꝛ significaret ꝛ representar et corpus xp̃i. quare ꝛc. ¶ Dicunt enĩ alii: ꝙ cõueniẽtius saluaret significatio sacramenti: si maneret substantia panis. qꝛ si non manet: sequitur ꝙ accidẽtia ꝙ̃tũ ad suã significationẽ naturalẽ: que nõ põt anferri ab eis. qua significant ibi esse substãtiã sint signa falsa. Licet in hoc male dicant: qꝛ accidẽtia nõ significant ibi esse substãtiã scđm actũ: sed tñ scđm possibilitatẽ: ideo non sunt signa falsa. ¶ Teneo me cũ determinatiõe ecclesie dicta superius in illa auctoritate superius allegata et edita a dño Innocẽtio. iii. in cõsilio lateranensi.

¶ **Contra** quẽlibet illorum modorum arguo. patet primo per predicta: ꝙ substantia panis non manet secundum determinationem ecclesie: licet absolute loquendo possit sic manere: et corpus christi esse presens ibi sine omni conuersione: sicut dictum est supra. Unde licet modus ille sit possibilis: tamen falsus est defacto. Contra primum modum.

¶ **Contra** secundum modũ in speciali arguitur primo. quia impossibile est eandem materiam simul informari pluribus formis perfectis secundum speciem vel dantibus esse specificum. Et ita impossibile est eandem materiã simul informari forma corporis ꝛ panis. Secundo quia tunc non esset transubstantiatio panis in corpus. quia non esset conuersio totalis panis in corpus: sed materie in materiã. Tertio. quia dicit cõtra seipsum. Non enĩ maneret panis. qꝛ non maneret materia sua. quare ꝛc. ꝛ ideo ille modus non solum est falsus sed etiam est impossibilis. ꝯ scđm.

¶ **Contra** tertium modum arguitur ab aliquibus: ꝙ sit impossibilis. Primo. sicut impossibile est: ꝙ mediante creatura assumatur aliquid a verbo: sicut impossibile est: ꝙ creatura assumat aliquod ꝓpriũ suppositũ. sed corpus xp̃i pars, est creatura. ergo ĩpossibile est: ꝙ ipso mediante assumatur panis a verbo. ¶ Scđo sic. mediante illo: qđ nõ habet intimũ illapsum ad aliud. non põt assumi aliud. sed corpus xp̃i nõ hꝫ intimũ illapsum ad panẽ: sed solus deus. ergo ꝛc. ¶ Tertio sic. omne illud quod facit deus in natura corporis assumpta: posset facere deus vt agẽs sine natura assumpta: sicut curare sine manu assumpta sicut cũ assumpta. sed ꝑ te corpore assumpto põt facere: ꝙ corpus assumat panẽ. qꝛ mediãte verbũ assumit panẽ. ergo põt facere ꝙ corpus nõ assumptũ assumat panẽ. hoc est falsum. ergo ꝛc. ¶ Quarto arguit̃ ꝯtra istum modũ: ꝙ sit falsus: dato ꝙ esset possibilis. qꝛ tunc sanguis nõ esset sub specie vini vniformiter: sicut corpus sub specie panis. qꝛ sanguis cũ non ꝑtineat ad veritatẽ corporis nõ est assumptus a verbo manẽs sanguis. ꝛ ita mediãte ipso non assumit̃ substãtia vini vt videt̃. Et tunc nõ est ibi vniformiter: sicut corpus sub specie panis. quod est falsum. ¶ Quinto. qꝛ soli hũane nature ꝯcedit̃ esse assumptã a verbo: ꝛ nõ alicui creature irratiõali cuius est natura panis. quare ꝛc. ¶ Sed de isto mõ ponãdi lꝫ sit falsus sicut ꝓbatũ est supra: nõ tñ est ĩpossibilis. põt enĩ ꝓbabiliter sustineri possibilitas eius: vt mihi videt̃. Et hoc sic. ꝙ verbũ assumat paneitatẽ vel naturã panis effectiue causando assũptionẽ illã vel vnionẽ paneitatis: ꝛ etiã terminus ipã prius tñ ordine quodã ꝑexigẽtie ex diuina ordinatiõe terminãdo vnionẽ vel assumptionẽ ipius corꝑis. ita ꝙ sint duo assũpta: quorũ vnũ prius est assũptũ ꝛ aliud posterius ꝭm ordiatiõnẽ diuinã. ita ꝙ corpus xp̃i nec causaret nec terminaret illã assumptionẽ panis: sꝫ magis ipm verbũ: prius tñ assũptionẽ corporis. ita ꝙ preexistẽte assũptiõe corporis quotiẽs cõficeret̃ hoc sacramẽtũ: adesset corpus xp̃i mẽdiãte quo assumeret̃ paneitas ipa mõ predicto. ꝛ sic posset itel- ꝯ tertiũ

ligi esse possibile: ꝙ paneitas maneret assumpta a verbo substãs suis accidentibus. Et puto: ꝙ deus sic potuit ordinare. ⁊ si sic ordinasset. dico ꝙ multe difficultates circa istud sacrm̃ de facili vitarẽtur.

Ad rões ꝯ tertiũ modum. ¶ Ad primũ igit̃ dico ꝙ creatura (sicut dixi in scd̃o) nõ põt aliquid assumere effectiue. põt tñ manẽs in ꝓprio supposito assũptionẽ vel vnionẽ alicuꝰ terminare ⁊ aliud sustẽtare ĩ ꝓprio supposito. In ꝓposito tñ dico: ꝙ corpus xp̃i nec causaret nec terminaret talẽ assumptionẽ: ꝫ mediãte ip̃o dicerẽt fieri talis assumptio mõ predicto. ¶ Ad scd̃ꝫ dico: ꝙ illud de intimo illapsu nõ ꝯcludit: qn creatura manẽs in ꝓprio supposito possit aliã sustẽtare. In ꝓposito aũt nõ ꝯcludit. qꝛ nec corpus xp̃i ponit̃ causare nec terminare illã assũptionẽ: ꝫ mediãte ipso. ¶ Ad tertiũ ꝑ idẽ ptꝫ: ꝙ nõ põt dici pari rõne: ꝙ mediãte corpore nõ assumpto possit assumi panis illo mõ quo ponerẽt assumi. Silr̃ etiã argumẽtũ si valeret: ꝯcluderet: ꝙ deꝰ posset ĩmediate assumere panẽ nõ mediãte corpore: sicut mediãte corpore. ⁊ hoc est verũ sicut ptꝫ nec est aliqd ꝯtra eos. sicut etiã posset curare ĩmediate: sicut mediãte manu assumpta. ¶ Ad quartũ cõcedo bene: ꝙ ille modus ponẽdi est falsus de facto. sed tñ hoc nõ ꝯcludit necessario argumẽtũ. Nã etiã nõ opꝫ: ꝙ oĩno vniformiter sit sanguis ⁊ corpꝰ sub speciebꝰ suis. si eñ in triduo mortis qñ erat sanguis effusus: aliqs ꝯfecisset: fuisset sanguis sub specie vini: sic ꝙ nõ fuisset assumptus s̃m multos. ⁊ tñ corpus sic fuisset sub specie panis: ꝙ fuisset assumptũ. Silr̃ etiã mõ (sicut dicis) sanguis nõ est assumptus ⁊ ita nõ vniformiter oĩno. Vel si dicat̃: ꝙ sanguis sit assumptus: ⁊ fuit in illo triduo sue effusionis: nõ apparet magnũ incõueniẽs. Et tũc vniformiter vadit negociũ vtrobiqꝫ. ¶ Ad qntũ dico: ꝙ soli nature hũane ⁊ ptibꝰ eiꝰ ⁊ ꝑtinẽtibꝰ ad ꝯsistẽtiã eiꝰ ꝯcedit̃ de facto eẽ assũptã. Et ideo ille modus de assũptiõe paneitatis ẽ falsus: ꝫ nõ est ĩpossibilis. Si dicas: ꝙ illa assumptio si poneret̃: nihil faceret. Nã ꝑ hoc nõ esset corpus xp̃i presens dato ꝙ verbũ assumeret panẽ. qꝛ duo assumpta a verbo possunt esse distãtia vel nõ p̃sentia. ꝫ verbũ vtriqꝫ assumpto sit p̃sens. ⁊ ecõuerso. Dico: ꝙ ex vi illius assumptiõis nõ esset corpꝰ xp̃i p̃sens: sicut nec mõ ex vi ꝯuersiõis: sed ꝑ aliũ modũ: q̃ dictus est supra. et tñ illa assumptio nõ esset frustra: sicut nec mõ cõuersio. quare ⁊c̃.

Summa ꝙ substãtia panis non manet. ¶ Dico igit̃ ꝙ substãtia panis nõ manet: sed ꝯuertitur: ⁊ trãsubstãtiat̃ defacto in hoc sacramẽto. ꝫ absolute loquẽdo posset manere stãte tota veritate sacramẽti s̃m primũ ⁊ tertiũ modũ dicẽdi: qui sunt veri de possibili: ꝫ defacto sint falsi.

Damascenus. ¶ Hoc ꝯfirmat̃ ꝑ Damascenũ lib. iiij. ca. v. vbi dicit expresse sic. ipse panis ⁊ vinũ trãsit in corpus et sanguinẽ dei. Si aũt modũ inquiras: sufficiat tibi audire. quoniã per spiritũsanctũ fit. Et parũ post. panis ⁊ vinũ ⁊ aqua per inuocationẽ ⁊ superaduẽtum spiritusancti supernaturaliter transubstantiatur in corpus christi ⁊ sanguinem.

Ad motiua prime opi. ¶ Ad primum alioꝝ dico: ꝙ in scriptura siue Joã. vj. siue alibi puta prime ad Corinth. vj. panẽ quẽ frãgimꝰ ⁊c̃. siue in illa auctoritate. Ego sum panis viuus ⁊c̃. nõ vocat̃ sacramẽtũ eucharistie panis: qꝛ in ip̃o vere maneat substãtia panis: siue assũpta siue nõ: sed vel vocat̃ panis pro speciebus panis: vel pro ipso corpore xp̃i ibi veraciter contento qui est vere cibus spiritualis ⁊ ad modum panis anime: quo reficimur. Unde nõ opꝫ ad saluãdum verba illa. Ego sum panis. Vel panis quem ego dabo. Vel panis quẽ frangimus ⁊c̃. ꝙ verbũ assumat paneitatẽ. sed sufficit: ꝙ sub speciebus panis fractis masticatis et attritis ⁊ in vẽtrẽ traductis sit vere realiter presens corpus xp̃i vel caro xp̃i assumpta a xp̃o verificata de ipso vel de verbo s̃m cõicationẽ ydiomatum que dꝛ panis refectiuus animarũ. Dico tñ bene: ꝙ facilius saluarẽtur ista: si panis assumeretur. Non tñ põt hoc poni de facto s̃m determinationẽ ecclesie: que regit̃ a spiritusancto. ¶ Ad scd̃m: ꝙ hoc ꝫ nõ explicetur in euangelio nec in symbolis: hoc tñ est determinatũ sufficiẽter ab eccl̃ia ⁊ eodẽ spiritu: quo fuerũt euagelia cõdita vel etiã symbola. Et ita opꝫ hoc tenere ꝓuectos. Nec potest teneri contrariũ sana fide. Nec ponũtur plura sine necessitate. sicut etiã nec ponẽdo sacramẽtum ad habendũ gratiã ponit̃ aliquid frustra: licet sine sacramẽto posset deus causare gratiã. Si queras quare eccl̃ia fuit mota ad ponẽdũ hoc. Dico ꝙ ex instinctu spũssctĩ ⁊ ꝯformiter ad dicta Ambrosij ⁊ alioꝝ superius allegata. ¶ Ad tertiũ dico: ꝙ satis artãt ille auctoritates Ambrosij ⁊ Eusebij superius posite: accipiẽdo verba ꝓprie sicut iacent. Ad damascenũ ⁊ Augustinũ ꝙ istud est sacramẽtum assumptionis: dico. ꝙ est sacramẽtũ assumptionis specialiter. Non qꝛ ibi assumatur panis a verbo: sed quia per modũ cibi assumitur totus xp̃s veraciter ⁊ realiter ibi existẽs: quod nõ fit in alijs sacramẽtis. Et qꝛ etiã xp̃s modo specialissimo in hoc sacramento sumptus assumit sibi ꝑ inflãmationẽ amoris aĩam sumẽtis istud sacramentum. ¶ Ad quartũ dico: ꝙ opꝫ istũ intellectũ huius articuli de veritate haberi: licet sit difficilior intellectus ⁊ hoc qꝛ verus s̃m determinationẽ eccl̃ie: cui notũ fecit deus istã veritatem sic esse: que solũ est in diuina potestate: nõ in potestate eccl̃ie. sed bñ hoc declarauit ⁊ determinauit tenẽdũ tãqꝫ verũ ꝫ ad hoc verũ sequãtur multe difficultates: vel saltẽ ꝯsequẽter ꝯcedãt̃ sicut accidẽs esse sine subiecto et acidẽtia nutrire: eo tñ modo quo dicetur infra. Et sequit̃: ꝙ hoc sacramentũ habet ita cõplete rationẽ cibi corporalis q̃tum ad omnia saltẽ q̃tum ad substãtiam sensibilem. Nec oportet hoc quia magis habet rationem cibi spiritualis aliquo modo: q̃ si maneret ibi substantia. Et similiter vltra dico de significatiõe: sicut dictũ est supra: ꝙ non significatur ibi corpus christi per substanstiã manentem sed per accidẽtia per se sensibilia sufficienter sacramẽtaliter saltem. Ad illud vero ꝙ non potest verificari ꝙ aliquis videat xp̃m si panis nõ assumatur: tamen potest verificari si panis assumatur. dico ꝙ proprie loquendo aliquis videndo sacramentum non videt christum. nec per se nec per accidens: sed signũ corporis eiꝰ cõtentiuũ. Et ita improprie secundum cõmunem modum loquendi verificatur: ꝙ quis videat christum vel deũ videndo sacramentum. sicut consueuit dici ꝙ aliquis videndo dolium contentiuum vini videt vinum vel huiusmodi. Nec oportet: ꝙ verificetur dictum illud ratione communicationis ydiomatum sic ꝙ verbum assumat panem visum per accidens licet sic posset verificari. Hec de secundo articulo principali.

¶ Quātum ad tertium arti/culum. An scilicet panis in ista cōuersione anichiletur. nō prosequor modo: sed faciam distinctā que
ad rōnes pncipa. stionem sequentem. ¶ Et ideo respondeo. Ad primum principale de augustino dico: ꝙ manerēt species panis ꝛ vini collecti ex granis ꝛ frugibus terre. non autē substantia ipsa panis ꝛ vini. Nec plus vult habere augustinus. ¶ Ad secundum dico ꝙ conuertitur substantia panis: ꝛ conuersione noua. nec oportet ꝙ corpus christi sit nouum licet sit terminus in quem huius conuersionis. In hoc enim distinguitur transsubstantiatio et actio vel passio conuersiua ab alijs productiuis: ꝙ potest esse impreexistēs nec oportet ꝙ terminus ad quem sit nouus. licet bene oporteat in ista conuersione: ꝙ terminus a quo de nouo desinat esse. Et ideo etiam transsubstantiatio vt cōnotat non esse conuersi: nō potest esse eterna. quia nihil potest desinere esse ab eterno: licet possit non esse vel esse ab eterno. Nam desinere esse dicit non esse post esse. ¶ Ad tertium patebit infertus in sequenti questione: ꝙ licet panis ante fuerit: ꝛ post conuersionem nichil sit. nec in se nec in alio. non tamen est anichilatus: sed conuersus vel transsubstantiatus: sicut dictum est in presenti questione.

¶ Distinctionis Undecime. Questio Quarta.

Quartoq̄rit: vtrū substantia panis in ista conuersione anichiletur. ¶ Videtur ꝙ sic. Illud quod aliquando fuit et modo non est aliquid nec in se nec in alio nec aliquid eius est anichilatum. quia est ad nichil reductum. sed panis prius ante istam cōuersionem fuit et modo non est aliquid in se. patet. quia desijt esse totale ꝛ totaliter: eo ipso ꝙ cōuersus est. Nec quātum ad aliquam partem eius. Patet eodem modo. Nec est aliquid in alio. quia quod nichil est in se: nichil est in alio. ergo ꝛc. ¶ Secundo sic. Forma anichilatur quando in aliquid corrumpitur. qꝛ forma non manet in se et in actu: nec in potentiam materie redigitur. Probatio. quia tunc posset iterum educi sicut prius per agens naturale eadem ratione qua prius. ꝛ sic natura posset idem numero reparare: contra philosophum secundo de generatione. ergo multo fortius panis anichilatur vel forma eius. quia nichil manet nec materia nec forma in se nec in potētia materie. Si dicas: ꝙ forma non anichilatur quia manet in potentia materie quantum ad similem sibi secundum speciem: licet non ad seipsam numero eadem. Contra. istud non habet locum in proposito. similiter illud non tollit anichilationem forme. quia dato ꝙ esset anichilata: adhuc posset vna alia de materia educi. ergo ꝛc. ¶ Tertio sic. anichilatio ꝛ creatio sunt opposite circa terminos oppositos. scilicet esse ꝛ non esse: sicut etiam generatio et corruptio quinto physicorum. Nam idem est terminus a quo corruptionis ꝛ terminus ad quem generationis. ꝛ econuerso. Et sic de creatione ꝛ anichilatione. sed quando tota substantia vel totum esse est terminus ad quē productionis secundum totum: non solum secundum vnam partem: sicut in generatione: totum esse vel tota substantia dicitur creari. ergo quando totum ꝛ totaliter desinit esse: est anichilatio: et debet dici anichilatum.

¶ Contra panis conuertit in corpus christi: sicut dictum est in precedenti questione. sed conuersio non est anichilatio. ergo non anichilatur. ¶ Iterum etiam creatio ꝛ anichilatio sunt opposite. sed si panis repararetur de corpore christi: non crearetur quia non fieret de nichilo sed de aliquo. ergo similiter nō anichilatur quādo de ipso fit corpus christi.

¶ In ista q̄stione sic procedā.

¶ Primo ponam opiniones aliquas de ista questione: ꝛ arguam contra eas. ¶ Secundo ponam vnum alium modum dicendi: quem intendo tenere: ꝛ instabo contra eum: ꝛ soluam. ¶ Tertio inquiram. Utrum panis possit reparari idem numero: qui per conuersionem corporis christi in ipsum vel sine tali conuersione. ¶ Ultimo ad ratiōes pncipales.

¶ Quantum ad primum articulum dicunt aliqui ꝙ panis nō anichilatur: sed post conuersionem est aliquid. Qꝛ autem non anichiletur: patet. quia conuertitur in corpus non in nichil. Qꝛ sit aliquid post conuersionem: probatur ex primo. quia vel est aliquid vel nichil non potest dici nichil. quia tunc esset anichilatus vel conuersus in nichil. ergo aliquid. sed non est illud quod prefuit vel aliquitate eius quod prefuit. quia illud quod prefuit conuersum est. ꝛ tunc idem simul esset conuersum ꝛ non conuersum. ergo est aliquid: scilicet illud in quod conuersus est: et aliquitate eius in quod conuersus est puta corporis. ꝛ potest dici: ꝙ illud quod prefuit: est corpus christi. et ita aliquid ꝛ aliquitate corporis. Substantia panis ī ꝯuersione an adnichilet. 1. opinio.

¶ Secunda opinio est: ꝙ nō anichilatur. quia in termino in quem cōuertitur manet materia. et est de qua q̄tum est ex se: posset educi forma panis: ꝛ ad illam posset transmutari ab aliquo agente corrumpente humanitatem christi: et educente formam panis de materia corporis christi. 2. opinio

¶ Tertius modus dicendi est: ꝙ panis n̄ est anichilatus. quia de corpore christi in quod cōuersus est panis: posset idem panis numero reparari per conuersionem vel ab aliquo alio. quare et cetera. 3. opinio.

Sed contra istos modos dicendi arguo. Et primo contra primum q̄tum ad hoc quod dicit: ꝙ panis post conuersionem est aliquid alias esset anichilatus: probo: ꝙ panis post conuersionem non est aliquid ¶ Primo sic. Illud quod in conuersione vel per conuersionem desinit esse totale ꝛ totaliter: nō est aliquid post conuersionem. sed panis vel terminus Ꝯ. 1. opi.

a quo conuersionis in conuersione desinit esse totale secundum id totum quod est: et includit: et totaliter. ergo nichil est post conuersionem. et ita non est aliquid aliud. ¶ Secundo sic. Si panis post cõuersionem est aliquid: quero: qua aliquitate formaliter. Non aliquitate sui propria. quia tunc nõ conuerteret: sed maneret: et nõ fieret ex eo corpꝰ christi: nisi per additionem. Et ita corpus christi augeretur. Nec aliquitate corporis christi. quia corpus christi nichil est intrinsecum ipsius panis. Per illud autem quod non est alicui intrinsecum vel aliquitatem extrinseci non potest esse illud ens formaliter et aliquid. ergo et cetera.

¶ Tertio sic. Illud cuius esse: vt est terminus ad quem conuersionis: concomitatur negatio esse et aliquitatis panis: sic se habet: ꝙ aliquitate eius non potest panis esse aliquid. Nam tunc sequeretur: quod aliquid necessario secum habere negationem alicuius esse. et quod per ipsum simul eẽt illud cuius non esse simpliciter concomitatur ipsum. et simul aliquid esset aliquid per aliquitatem alicuius quam necessario. vt sic concomitaretur negatio illius esse. sed ipsum corpus christi: vt est terminus in quem transsubstantiationis: necessario concomitatur negatio ipsius esse panis conuersi. vt patet. ergo aliquitate corporis post cõuersionem non est panis aliquid.

¶ Quarto sic. Quacunq; aliquitate panis non est aliquid ante conuersionem: nec post conuersionem. probatio. Nam quacunq; aliquitate intrinseca ens est aliquid: eadem semper est aliquid: quãdiu est. Et qua nõ: non sicut aliquitate mea quãdiu sum oportet me esse aliquid et non aliquitate tua. sed panis ante conuersionem non est aliquid aliquitate corporis: vt patet. igitur nec post. quia in nullo aliquitas corporis mutata est ante et post. et per cõsequens nichil per ipsam est aliquid: nisi qđ prius. quare et cetera.

¶ Quinto sic. Si panis est aliquid aliquitate corporis quero quid est. aut est panis: aut corpus. Non potest dici ꝙ sit panis. quia aliquitate corporis non potest aliquid esse panis: sed corpus: sicut nec aliquitate asini potest aliquid esse homo: sed asinus tantum. similiter etiam panis prefuit: et non manet in esse panis. Nec potest dici ꝙ sit corpus. quia falsum est dicere: ꝙ panis sit corpus christi: vel ꝙ illud quod fuit panis et non est panis: et per consequens simpliciter non est: sit corpus christi.

¶ Sexto sic. Aliquid et res idem sunt secundum Auicennam quinto metaphisice sue. si ergo panis post conuersionem est aliquid: sequitur ꝙ est res. aut ergo res a reor reris. et sic etiam figmenta et impossibilia sunt res et tale aliquid non excludit anichilationem. sed sic res postq; anichilata est: aliquid est. aut res a ratitudine et in actu quod est falsum. quia nec est panis nec corpus christi. sicut deductum est. ergo et cetera.

¶ Dico igitur: ꝙ panis post conuersionem non est aliquid: sed est nichil et tamen non oportet: ꝙ anichiletur: sicut dicam in sequenti articulo.

¶ Contra secundum modum

5.2.opi.

arguitur primo sic. quia si propter hoc corpus christi non anichilatur: quia manet materia in corpore christi: de qua potest educi forma et ita illa materia potest esse pars panis: sequitur ꝙ nullum corpus possit anichilari: manente alio corpore habente materiam sic transmutabilem pari ratione quia de materia cuiuslibet corporis potest educi forma alterius pari ratiõe qua de materia corporis christi potest educi forma panis. sed illud est falsum. ergo et cetera.

¶ Secundo sic. Quia licet de alia materia a materia huius panis: puta de materia corporis Christi possit educi forma alia panis et eiusdem rationis: non tamen hec forma panis: sicut probabiliter videretur. et ita nõ faceret ad propositum illud: quod ipsi assumunt.

¶ Tertio sic. Transsubstantiatio (sicut dictum est supra) est transitio totalis non requirens subiectũ commune. igitur per hoc non excluditur a transsubstantiato anichilatio: quia maneat aliquod subiectum: de quo possit educi forma transsubstantiati. quare et cetera. Confirmatur hoc. quia panis potest conuerti in angelum vel angelus in angelũ in quo tamen non manet talis materia.

¶ Quarto. quia possibile esset panem simpliciter anichilari et cum hoc corpus christi manere in esse et esse: et materiam eius: de qua ita bene posset educi forma eius: sicut quando conuertitur in ipsum secundum eos. sed tunc per hoc non excluderet anichilatio a transsubstantiato vel a pane ipso. igitur nec modo: vt videtur. Similiter etiam quia ita maneret panis in lapide sicut in corpore christi. et ita non anichilaretur ratione lapidis manentis: sicut ratione corporis.

¶ Cõtra tertium modum di

5.3.opi.

cẽdi: scilicet ꝙ ideo panis anichilatur: quia manet corpus christi: de quo posset reparari idem panis numero. Arguitur primo. quia pari ratione sequeretur: quod nullum ens conuertibile in aliud posset anichilari: manente illo alio. quia qua ratione panis potest reparari idem numero de corpore in quod conuertitur: ita et quodlibet aliud de alio: in qđ potest conuerti: vel conuertitur. sed consequẽs est falsum. ergo et cetera.

¶ Secundo sic. Quia aut excluditur anichilatio: quia panis potest reparari idem numero: aut quia de aliquo potest reparari idẽ numero: puta de corpore ipso. Non propter primum. quia dato: ꝙ eẽt anichilatus: adhuc posset reparari idem numero. Nec propter secundum quia ita bene posset reparari de alio in quod non est conuersus: sicut de corpore in quod est conuersus: dato ꝙ panis esset anichilatus. ergo et cetera.

¶ Tertio sic. Dato ꝙ panis esset anichilatus: adhuc posset ita bene reparari de corpore: sicut quando est in ipsum conuersus: vt videtur. ergo hoc nõ excludit anichilationem: vel quod panis sit anichilatus. ¶ Quarto sic. Quia si panis potest reparari de corpore christi: aut hoc est per creationem: aut per conuersionem corporis Christi in ipsum: aut per generationem panis ex ipso: vt videtur. Non per creationem. quia non esset de nichilo: vel non de aliquo. Nec per conuersionẽ quia panis non preexistit prius natura. hoc autem

oportet de termino ad quem conuersionis. Nec
per generationem. quia hoc exclusum est in arguē
do contra secundum modum ponendi: scilicet ꝙ
propter hoc non excluditur anichilatio a pane cō=
uerso. ¶ Sic igitur non videtur aliquis predicto=
rum modorum sufficiens ad ponendum: quod pa=
nis non anichiletur. Hec de primo articulo prin=
cipali.

alia opinio quam tenet doctor.

Nota.

¶ Quātum ad secundum ar/

ticulum videtur michi aliter dicendum: declaran=
do conclusionem communem quam omnes tenent
scilicet ꝙ panis non maneat: tamen non anichila=
tur. ¶ Ad cuius euidentiam notandum est: ꝙ ad
hoc ꝙ aliquid anichiletur: requiritur ꝙ nichil per
se intrinsecum sibi maneat in re et in esse. Unde si
manet in re aliqua pars cuiuscunqꝫ: ipsum nō ani=
chilatur: licet totum destruatur.

¶ Secūdo requiritur: ꝙ nō maneat in potētia pas
siua alicuius subiecti: de quo ipm sit educibile: vel
forma eius. Et hec cōditio magis ꝓprie habet lo=
cū de forma: qꝫ de cōposito. Unde dico: ꝙ si aliqua
forma manet in potētia subiecti: de qua possit edu
ci ꝑ trāsmutationē: illa nō anichilatur: ꝑcipue si in
illā redigitur ꝑ mutationē veraꝫ sicut ꝑ corruptio
nē. Et isto mō forma alicuius generabilis vel cor
ruptibilis quādo redigitur in potentiam materie:
nō anihilatur: licet desinat esse: ⁊ post corruptionē
sit nichil. ¶ Tertio requirit: ꝙ actio ꝑ quam ali=
quid debet anichilari: ꝑ se terminetur sicut ad ter=
minū ad quē ad negationē simpliciter extra genus
que vt sic nullo positiuo saluetur: vel ipsum necessa
rio cōcomitetur. Et ꝑ hoc etiā patet: ꝙ corruptio
nō est anichilatio. quia corruptio non terminat ad
talē negationē forme simpliciter extra genus: sed
magis ad negationē in genere vel subiecto tanqꝫ
ad priuationē forme in materia. Uel si dicas: ꝙ ad
nō esse forme non terminatur primo corruptio sed
ad nō esse totius. saltē illud non esse totius conco=
mitatur tale nō esse forme. Ex hoc etiam patet: ꝙ
nulla cōuersio vel actio seu passio vel mutatio seu
quasi mutatio cuius ꝑ se primus terminus ad quē
est aliquid positiuum: cuiusmodi est transsubstātia
tio: est anichilatio. Nō eñ habet tale nō esse extra
gen⁹ pro ꝑ se termino. ad quē. ideo ⁊c̄. Patet etiā
ꝙ si relinquatur aliquid positiuum reale. tanqꝫ ꝑ se
terminus ad quē ipsius actionis vel mutationis li
cet aliud puta terminus a quo desinat esse: non ta=
men anichilatur. ¶ Secūdū dicta ista ꝓbo: ꝙ pa=
nis in ista cōuersione non anichilatur: licet desinat
esse simpliciter ⁊ sit nichil. Primo sic. illud nō ani
chilatur: quod cōuertitur vel trāssubstātiatur. hoc
patet ex distinctione anichilationis a conuersione
vel trāssubstantiatione ⁊ incōpossibilitate ambaꝝ
respectu eiusdē termini sed panis in ista cōuersio=
ne trāssubstantiatur. ergo ⁊c̄. ¶ Scdo sic. illud nō ani
chilatur: quod nō deducit ad nō esse simpliciter ex
tra genus ꝑ aliquam mutationē vel quasi mutatio
nē terminatā per se ad tale nō eē simpliciter extra
genus. quod simpliciter cōtradicit ⁊ incōpossibile
est suo esse. hoc patet ex ꝑdictis. sed panis licet in
ista cōuersione deducatur ad tale nō esse: nō tamen
per aliquam mutationem per se terminatam ad ta
le non esse: sed per conuersionem per se terminataꝫ

Quod panis in cōuersione nō adnihilatur.

ad esse corporis christi: sicut ad per se terminum ad
quem: licet concomitanter habeatur tale non esse
panis. ergo ⁊c̄. ¶ Tertio sic. Illud non anichila=
tur cui succedit aliquid positiuum reale per muta=
tionem vel quasi mutationem: cum qua accipit non
esse. sed pani succedit aliquod ens positiuum virtu
te conuersionis: cum qua panis incipit non esse sim
pliciter ⁊ extra genus. ⁊ illud est corpus christi. nō
ꝙ corpus christi sit presens virtute conuersionis:
sed quia est terminus conuersionis: sicut magis pa
tebit in sequenti questione. ergo ⁊ cetera.

¶ Ex predictis patet ꝙ non valet dictum aliquo
rum: ꝙ panis non anichilatur pro tanto: quia nega
tio sui esse fundatur in aliquo positiuo disparato:
quod est corpus christi. Et ita non est negatio sim
pliciter extra genus. sed in ente puta in corpore:
quia negatio illa que fundatur in corpore christi:
qua dicitur corpus christi non esse panis: eo modo
quo homo dicitur non esse asinus: non est negatio
illa ipsius esse panis noua: que habetur in conuer=
sione panis: sed est negatio antiqua: sicut ⁊ corpus
xp̄i preexistēs cum ipso corpore. ⁊ sicut disparatio
panis a corpore vel econuerso est antiqua: vt pa=
tet. Nam sicut ante conuersionē panis corpus non
erat panis: sic nec post cōuersionem. Et negatio il=
la non est contradictoria ipsi esse panis simpliciter
in re. quia dato ꝙ panis maneret: adhuc conueni=
ret talis negatio ipsi corpori. et conueniebat ante
cōuersionem panis. sed magis ista negatio est idē
titatis panis cum corpore vel corporis cum pane.
et pertinet intrinsece ad vnitatem panis. quia eñ
panis in se vnus est. et per consequens ab alio puta
a corpore distinctus. vel non idem: conuenit sibi ta
lis negatio respectu cuiuscunqꝫ alterius: qua nega
tur esse aliquid alterum. Et econuerso corpori ip=
si conuenit talis negatio: ꝙ non est aliquid aliud si
ue sit siue non sit. Unde nichil facit ad propositū
talis negatio sic saluata in positiuo disparato ad
vitandum anichilationem panis. Nam est dare ali
am negationem nouam simpliciter et extra genus
ipsius esse panis: quam negationem accipit in con
uersione: quando conuertitur: ita bene sicut si ani=
chilaretur: que videretur ad anichilationem suffi=
cere: nisi obesset aliud secūdum supradicta. Et pa=
tet etiam ꝙ nichil facit ad propositum negatio in
corpore christi saluata: que non est extra genus. qꝛ
dato ꝙ panis esset anichilatus: adhuc posset mane
re corpus: ⁊ talis negatio in corpore: ergo ⁊c̄.

¶ Secundo etiam. quia secundum hanc viam ni=
chil posset anichilari vel aliquid non posset anichi
lari manente aliquo positiuo disparato sibi. quia ī
quolibet tali positiuo manente manet talis nega=
tio: vt patet. hoc autem falsum est: ergo ⁊ cetera.

¶ Tertio etiam quia talis negatio non habetur
per conuersionem quia non est noua: vt dictum est
supra. ⁊ posset stare cum anichilatione panis. ergo
nichil facit ad propositum. Quod autem per conuer=
sionem non habeatur: patet. quia negatio esse pa=
nis habita per conuersionem nō preexistebat cum
esse ipsius panis. sed sicut panis vere prefuit ante
conuersionem ita vere de nouo incipit non esse in
ipa conuersione vel cum ipsa: sicut superius dice=
batur. Dico igitur ꝙ panis non anichilatur ſm ra
tiones predictas.

ꝯ victa huiꝰ opi. ¶ **Sed contra** predicta sunt alique dif
ficiles instātie. Prima
est ista. respectu quorumcunq̨ duorum terminorū
qui non sunt essentialiter idē: sed sunt separabiles
oportet dare duas ꝑ se mutatiōes vel quasi muta
tiōes eis corrñdentes. ptꝫ de gñatione: q̄ corrñdet
eē generati: ⁊ corruptiōe: q̄ corrñdet nō esse corru
pti. Et sil'r patet de creatiōe ⁊ anichilatione: q̄rū
vna correspōdet nō esse: ⁊ altera ipsi eē eiusdē rei.
Patet de generatiōe ⁊ alteratione vel loci muta-
tione ⁊ sic de oībus. sed in ꝓposito sunt duo ꝑ se ter
mini habiti nō idē essentialiter sed separabiles: scꝫ
nō esse panis simpliciter ⁊ esse corporis. Et ptꝫ: ꝙ
vnū pōt esse sine alio. igit̃ oportet dare duas per se
mutatōes terminatas ad istos terminos. Accipio
ḡ illā q̄ terminat̃ ꝑ se ad nō esse panis. illa non pōt
dici anichilatio: vt ptꝫ. igit̃ panis ita vere anihila
tur sicut si aliꝰ terminꝰ puta corpꝰ xp̄i ꝑ aliā nō ha
beret̃. q2 alia nō variat rationē huiꝰ mutatiōis. vt
videt̃. ¶ Scđo sic. sicut nō eē panis posset haberi
dato ꝙ nō haberet̃ eē corpis xp̄i ⁊ ecōuerso corpꝰ
xp̄i posset haberi: dato ꝙ nō haberet̃ desitio panis
q2 nec desitio panis est ratio positiōis corpis xp̄i:
nec ecōuerso positio corpis xp̄i est ratio desitiōis.
Ita (vt videt̃) desitio illa panis simpl'r disticta est
a positiōe corpis ⁊ alia. ⁊ posset eē illa desitio: qua
panis desinit eē totaliter sine positiōe corpis. vt vi
det̃. ⁊ tūc q̄ro de illa desitiōe in se ⁊ ī ratiōe sua: q̄-
lis mutatio est. Nō pōt dici creatio nec generatio
nec cōuersio. q2 hꝫ nō esse simpliciter ꝓ ꝑ se termi-
no. Nec pōt dici corruptio q2 nichil de pane relin-
quit̃. ita ꝙ nō manet panis: nec aliq̄d eius in potē-
tia materie: nec in seipso ī actu. igit̃ anichilatio de
bet dici panis. ḡ est anichilatꝰ: vt videt̃. ¶ Tertio
sic. corruptio nō ꝓpter hoc nō est anichilatio. q2 ip-
sam cōcomitat̃ generatio: q̄ terminat̃ ad aliq̄d po-
sitiuū reale. Nā ⁊ si esset corruptio sine generatiōe
sicut virtute diuina posset esse: adhuc corruptio nō
esset anihilatio. Sil'r q2 corruptio nō terminat̃ ad
illud esse positiuū ad qđ generatio: sed ad nō eē ter
minat̃ ꝑ se. ḡ sil'r nō ꝓpter hoc debet negari anihi-
latio ab illa desitione essendi panē. q2 ip̄am conco-
mitat̃ positio corporis xp̄i sed ꝓpter aliud negari
nō pōt. ḡ ⁊c̄. ¶ Et cōfirmat̃. q2 illa desitio termīa
tur ad negationē simpliciter extra genꝰ: sicut etiā
anichilatio. nō autē ad negationē alicuiꝰ in subie-
cto apto nato: puta ad priuationē forme ī materia
sicut corruptio: q̄ ꝓpter hoc anichilatio dici nō pōt
sed illa bñ: vt videt̃. lꝫ ꝑ accidēs cōcomitet̃ positio
corpis xp̄i q̄ nō videt̃ variare rationē ꝑ se illiꝰ desi
tionis. ⁊ ꝑ ꝯñs nō aufert ab ea rōnē anichilatiōis.

Nō hec. ¶ **Ad** euidētiā solutiōis istarū instātiarū no-
tandū est: ꝙ nō sic est de desitiōe panis
⁊ positiōe corpis in ꝓposito: sicut de generatiōe et
corruptiōe in materia. Nā gñatio ⁊ corruptio sūt
due mutatiōes distincte essentialiter simul curren
tes quarū vna est ab esse corrupti ad nō esse eiusdē
Alia vero ab nō esse generati ad esse eiusdē: vel for
me eiꝰ. nō curo modo. ⁊ sunt simul in eodē instanti
duratōis. Et puto ꝙ nature etiā. ita ꝙ simul natu
ra ⁊ duratiōe nō eē corrupti ⁊ corruptio: ⁊ eē gña
ti ⁊ gñatio. Nō sic aūt in ꝓposito. Nā ip̄a cōuersio
que est positio corpis xp̄i: est vna simplex mutatio
inter duos terminos positiuos. s. inter esse panis ⁊
esse corporis xp̄i. ita ꝙ de pane fit corpꝰ xp̄i ⁊ ista
cōuersio ꝑ se primo terminat̃ ad esse corporis chri
sti: sed verū est: ꝙ ipsam cōuersionē concomitat̃ nō
esse panis: vel termini a quo. Non ꝑ vnā aliā muta
tionē distinctā terminatā ad nō esse panis simplici
ter ⁊ extra genus. q2 tūc non posset vitari anichila
tio: vt videt̃: sed eadē conuersione ⁊ simul omnino
panis conuertitur in corpus: ⁊ desinit esse. nō sic ꝙ
nō esse sit aliq̄s de ꝑ se terminus ꝯuersionis: sed cō
comitat̃ ip̄am conuersionē. Sicut suo modo licet
nō sit simile omnino: eadem generatione habet̃ es-
se asini vel esse asinum ꝑ se: ⁊ esse vnuꝫ: vel ab equo
distinctū. i. non esse equum ƀm philosophū. iiij. me
tha. non ꝙ nō esse equum sit terminus generatio-
nis vel ꝑtinens intrinsece ad ip̄m: sed ꝯcomitatur
necessario ip̄m: sicut vnum concomitatur ens.

¶ **Ad primam** ergo instātiam dico: ꝙ
nō semper oportet dare Solutio instātiarū ꝯ opi. vltimam
duas mutationes vel quasi mutationes siue ꝓdu-
ctiones siue destructiones respectu duorū termi-
norum: qui nō sunt essentialiter idem: sed sunt sepa
rabiles. p̄cipue quādo alter eorū est negatiuus. li-
cet etiā sit possibile respectu ip̄orum esse duas mu
tationes vel quasi. sed alter eorū cōcomitatiue po
test haberi p̄cipue negatiuus eadē mutatione vel
quasi mutatione: qua habetur ꝑ se terminus posi-
tiuus. ⁊ p̄cipue si illa mutatio sit cōuersiua: quic-
quid sit de alijs. Nam ipsa sola conuersione vnica
simplici mutatione posita necesse est poni terminū
ad quē positiuum: ⁊ destrui terminum a quo posi-
tiuum ⁊ implicat aliter contradictionē planā. Ad
minorē dico bene ꝙ esse corporis ⁊ nō esse absolu-
te loquēdo nō sunt essentialiter ideꝫ: sed sunt sepa
rabilia. ⁊ ideo dico bene ꝙ ad nō esse panis posset
terminari bene anichilatio: ⁊ ad esse corporis chri
sti creatio: que essent mutationes distincte. sed non
sic se habet: nec habere potest: quādo panis ꝯuerti
tur in corpus. sed necesse esse ad cōuersionē: vt per
ipsam eādem mutationē vel quasi mutationē sim-
plicē habeatur esse corporis christi ꝑ se ⁊ non esse
panis cōuersi. ita ꝙ respectu cōuersionis non esse
panis et esse corporis sunt simpliciter inseparabi-
lia quacūq̨ virtute. ¶ Ad secūdam instātiam pa-
tet ꝑ idem: quid dicēdum est. ¶ Et ad tertiā etiaꝫ
quia desitio esse panis ⁊ positio corporis non sunt
due mutatiōes: sicut generatio ⁊ corruptio: vt pa
tet ex p̄dictis. nec est sic imaginādum: sicut imagi
natur argumētum. Tamē in ꝯfirmatione ponitur
vnū dubium. s. ꝙ ꝓpter hoc negatur corruptio esse
anichilatio: q2 terminatur ad negationē in subie-
cto apto nato. Nā anichilatio gratie etiā videtur
terminari ad negationē eius in subiecto apto na-
to: sicut in aīa. ⁊ tñ nō ꝓpter hoc debet negari ani-
chilatio. Et similiter creatio gratie fit in subiecto
apto nato: ⁊ tñ nō ꝓpter hoc minus est creatio. Et
quicquid sit de hoc: planū est ꝙ argumētum nō cō
cludit. Verūtñ de illo dubio pōt dici: ꝙ vel destru
ctio gr̄e nō termīat̃ p̄mo ad negationē sui eē ī sub
iecto. vñ ⁊ manere posset sepata a subiecto. ⁊ sic nō
eēt in subiecto. ⁊ tñ esset: ⁊ nō eēt destructa vel ani-
chilata: vt patet. sed terminatur destructio gratie
ad non esse simpliciter ipsius gratie: quod est ne-
gatio extra genus ⁊ subiectū: ⁊ ita anichilatur. nō
sic autē forma quādo destruit̃. sed terminat̃ eiꝰ cor
ruptio ꝑ se ad non esse in subiecto. non autē ad nō
eē simpl'r extra genꝰ; vt patet. ⁊ iō dr̄ corrūpi ⁊ nō

anichilari sicut enim prius natura gratia ipa hꝫ ⁊
creari: ꝙ̄ sit vel ponatur in subiecto: sic vt videtur
prius natura est nichil extra genus ⁊ non ens sim=
pliciter: ⁊ anichilatur prius ꝙ̄ sit non ens in subie
cto. sed sicut forma vt ꝑ generationē acquirit: non
prius in se acquiritur ꝙ̄ in materia. qꝛ nō acquirit
primo ſm se sed magis ipm totū cuius forma est
pars intrinseca. ⁊ ita simul ⁊ non prius natura ha
betur ꝙ̄ totū. ⁊ ꝑ consequēs ꝙ̄ ipsa in subiecto vel
in toto. Sic etiā primo corrūpitur totū ⁊ simul for
ma est nō ens ⁊ in materia vel subiecto. ¶ Tamen
ꝯtra ista sunt etiā aliqua dubia. ⁊ ideo dicas si vis
ꝙ nō ꝓpter hoc excluditur anichilatio a corruptio
ne: qꝛ terminetur corruptio ad nō esse forme in sub
iecto sic absolute loquēdo: sed qꝛ terminat ad tale
nō esse tanꝙ̄ ꝑ se mutatio vera: ⁊ actus materie vl'
subiecti. que etiā non primo terminat ad nō eē for
me: sed ad nō esse totius. cuius tñ manet aliqua ꝑs
puta materia: que est subiectū talis mutatiōis. vel
si primo ad formā ipsam vel nō esse forme: cuiꝰ ni=
chil manet: tñ est mutatio vera: ⁊ nō est anichilatio
et terminatur ad nō esse forme manētis in potētia
talis materie vel subiecti tanꝙ̄ aliquid terminato
educibile de illo subiecto vel materia ab aliqua vir
tute quecūꝗ sit illa siue creata siue increata. nō sic
autē terminatur destructio gratie ad nō esse eiꝰ in
subiecto sicut patet. Non enim a quacūꝗ virtute
educibilis est de potētia subiecti: nec ꝑ verā muta
tionē ꝓductiuā potest haberi a quocūꝗ agēte: sed
solum ꝑ creationem. nō de potētia subiecti nec na
turali nec obedientiali vt videt: quare ⁊c̄. Hec de
secundo articulo ꝑncipali: nisi ꝙ ꝑ multas auctori
tates pōsset ꝓbari ꝙ panis nō anichilatur: sicut ꝙ
conuertitur. Et hoc ꝑ Ambro. de sacramētis: ⁊ ꝑ
Hugonē ⁊ Damas. quas dimitto causa breuitatis

Panis an cōuersus pos=sit idē nu mero re=pari ⁊c̄. i. opinio.

¶ Quātum ad tertium arti/
culū est magnū dubium an panis cōuersus in cor=
pus xp̄i possit idem nūero reparari nulla facta mu
tatione vel quasi mutatione circa corpus christi.
¶ Et videt ꝙ possit reparari idem numero etiam
de corpore xp̄i sine quacūꝗ mutatione in corpore
xp̄i. Primo sic. sicut panis fuit cōuersus in corpꝰ
xp̄i: ita ꝙ de pane factum est corpus xp̄i sine muta
tione omnimoda corporis xp̄i: ita videtur omnino
possibile ꝙ econuerso fiat vel possit fieri panis de
corpore xp̄i sine mutatione sui. Minus eñ videt
esse mutatio ex parte termini a quo alicuius muta
tionis ꝙ̄ ex parte termini ad quē. quia mutatio vl'
quasi per se posita ꝓpter terminū ad quē et magis
sortitur rationē ⁊ speciem ex termino ad quē ꝙ̄ a
quo. sed primū est possibile. ⁊ fit de facto in ista cō
uersione. ꝗ ⁊c̄. ¶ Secūdo sic. Non minus pōt deꝰ
reparare panē eūdem numero de corpore xp̄i nul=
la facta mutatione in corpore: ꝙ̄ de nichilo. sꝫ deꝰ
pōt reparare eundē panem numero de nichilo nul
la facta mutatione in corpore xp̄i: vt patet. ꝗ ⁊c̄.
¶ Tertio sic. Illud nō est deo impossibile qđ non
implicat cōtradictionē: sed panē eundem sic repa=
rari nulla mutatione facta in corpore nō implicat
contradictionē. Illa eñ ꝯdictio videret ꝙ corpus
xp̄i simul maneret et nō maneret: maneret. qꝛ nul
la mutatio. Nō maneret. quia de ipso repararetur
panis. ⁊ non nisi per conuersionem: et ita non ma=
neret. sed istud non cogit: quin alio modo sine con=
uersione possit reparare: immo nec per conuersio=
nem repararetur. quia panis non preexistit repara
tioni nec duratione: nec natura: vt patet. ergo ⁊c̄.
et ita nichil potest in eum conuerti vt videtur: nisi
prius reparetur. ¶ Quarto quia qui potest facere
ꝙ vnum sit multa: potest facere de corpore christi
panem manente corpore: precipue si panis manet
aliquo modo in corpore secundum aliquitatē quā=
cunꝗ secundum aliquos. sed deus potest hoc face
re. posset enim simul conuertere vnum ens in mul=
ta. ⁊ ita de vno facere multa. igitur de corpore xp̄i
potest sic facere panem manente corpore.

¶ Sed ꝙ̄tum ad istum articuluꝫ sit val= Mēs doctoris.
de difficilis: videtur mihi dicēda aliqua. ¶ Prio
ꝙ deus panem prius conuersum in corpus posset
reparare eundem numero nō de corpore sed de ni=
chilo. ¶ Secundo ꝙ in panem sic prius reparatū
posset corpus christi ꝯuertere. ¶ Tertio ꝙ de cor=
pore christi non posset primo panem reparare.
¶ Quarto ꝙ si de corpore repararet eundem pa=
nem non primo: sed conuertendo corpus inꝰ paneꝫ
iam reparatum: hoc non posset esse sine mutatione
vel quasi mutatione corporis: sed transiret necessa
rio ab esse in non esse. ¶ Primum probo sic. Quic
quid vere est nichil simpliciter ⁊ prefuit: deus po=
test ipsum reparare de nichilo vel non de aliquo.
patet. sicut anteꝙ̄ esset: potuit ipsum creare de ni=
chilo. Non plus enim implicat vnum contradictio
nem ꝙ̄ reliquum. sed panis post conuersionem est
simpliciter nichil ⁊ nō ens ita bene sicut fuisset ani
chilatus: vt dictum est supra. ergo ⁊c̄. ¶ Secūdo
sic. Si panis conuersus non posset reparari de ni=
chilo: hoc videretur quia non posset reparari nisi
de corpore in quod est conuersus. sed istud non est
verum. nam pane conuerso potest deus anichilare
corpus in quod cōuersus est: ⁊ tamen raparare pa
nem de nichilo. patet. ergo etiam stante corpore et
non anichilato quia panis ita est nichil stante cor
pore in quod conuersus est: sicut corpore anichila=
to. ⁊ sic ita potuit de nichilo reparari sicut corpore
anichilato. ergo ⁊c̄. ¶ Tertio sic. Habitis ꝑ se ter
minis alicuius quasi mutationis que subiectuꝫ nō
requirit: ⁊ agente sufficientis virtutis: potest ha=
beri illa mutatio vt videtur quocunꝗ alio posito:
vel etiam circunscripto. sed termini reparationis
panis sunt non esse simpliciter ipsius panis et esse
simpliciter. nec ista reparatio requirit subiectum:
⁊ deus est virtutis sufficientis ⁊ ꝑfecte. igitur po
sito vel circunscripto quocunꝗ alio: potest haberi
talis reparatio. igit stante pane q̄ est aliquid aliud
potest corpus christi de nichilo reparari: vel etiaꝫ
ipso circunscripto non obstante ꝙ panis fuerit in
ipsum conuersus. ¶ Secundam conclusionē pro=
bo. ⁊ nō oportet hic insistere. quia vniformiter po
test probari ꝙ corpus christi possit conuerti in pa=
nem sic iam reparatum de nichilo: sicut panis priꝰ
connertebatur: vel poterat conuerti in ipsum.
¶ Tertiam conclusionem probo sic. Primo sup=
pono ꝙ postꝙ̄ panis conuersus est ante primam
reparationem est nichil: sicut dictum est prius et
probatum. Tunc arguo. Si panis reparatur pri=
mo de corpore Christi: aut hoc est per creatio=
nē/ aut ꝑ cōuersioneꝫ/ aut ꝑ generationē. Non per
generationē patet. qꝛ nō preexistit materia panis

illi reparationi.nec per creationē.quia creatio est nō de aliquo.Hic autē ponit ꝙ panis de corꝑe re paretur.⁊ sic de aliquo.igitur non ꝑ creationem. Nec ꝑ conuersionē.patet.quia sicut nichil non pōt cōuerti in aliquid vel transsubstātiari:sed oportet ꝙ transsubstātiatū vel cōuersum prius fuerit ens etiā duratione q̄z conuertat:⁊ in conuersione desi nat esse.ita oportet ꝙ illud in quod aliquid cōuer-titur sit preexistens saltē ordine nature illi conuer sioni.qr aliquid nō trāssubstātiatur in nihil: sed in ens.cū ergo panis ante illā reparationē sit nō ens simpliciter:sua reparatio prima nō potest esse con uersio. ¶ Dices ꝙ nō oportet terminū in quē con uersionis prius existere nec duratione nec natura sed sufficit ꝙ sit simul ⁊ simul terminet cōuersionē ⁊ duratione ⁊ natura. Secūdo dices ꝙ illa cōuer sio non est sufficiēs.quia poterit reparari nec per creationē:nec ꝑ generationem nec ꝑ conuersionē: sed ꝑ alium modū.sicut etiam de facto nō reparā-tur entia a deo:que p̄fuerunt per aliquē istorū mo dorum.sed reparatio est aliquid aliud ab omnib⁹ istis tribus. ¶ Contra primū.quia aut ipa cōuer sio est actio ꝓductiua termini ad quē aut nō. Non potest dici ꝙ sit actio ꝓductiua termini. quia acci dit conuersioni.vnde conuersio est ꝙ terminus ad quem de nouo ꝓducatur.pōt enim preexistere cō-uersioni vt dictum est supra.Et oportet te conce-dere velis nolis de corpore xp̄i si nō est actio ꝓdu ctiua termini ad quē.quero quomodo se habet ad actionem ꝓductiuā termini.quia aut ꝭm naturaz presupponit ipsam.⁊ tunc habeo ꝓpositum ꝙ ter-minus ad quē prius natura habet esse q̄z in ipsum aliquid conuertatur. Aut est prior natura ipsa cō uersione illa actio ꝓductiua:⁊ tunc aliquid potest conuerti in nichil:loquēdo de conuersione que est transsubstantiatio qd est falsum. Similiter etiam cum ipsa conuersio ⁊ ꝓductio sint essentialiter di-stincte sicut ꝓbatum est:⁊ prior natura ꝑ teipsum sit conuersio:deus posset facere in re conuersionez non p̄cedente ꝓductione termini ad quē conuer-sionis:nec concomitāte nec sequente.Et ita posset facere ꝙ aliquid cōuerteretur in aliud qd semꝑ es set nihil. Aut iste due sunt simul natura ⁊ duratio ne:sicut diceres. Cōtra primo.qr sicut prius est es-se terminum alicuius conuersionis:ita videtur ꝙ prius sit actio ꝓductiua alicuius q̄z cōuersiua al-terius in ipsum saltem natura:licet enim nō sit sim pliciter prius esse q̄z esse terminū ꝓductionis: ta-men respectu cuiuscūq̧ alterius actionis prius est esse simpliciter q̄z esse terminū illius ⁊ alteri⁹ actio nis.Secūdo etiā qr nō videntur esse due actiones disparate circa idem ⁊ alterius rationis q̄ non ha beant aliquē ordinem circa illum terminum dura tionis vel saltem nature. sed conuersio nō pōt esse prior.igitur oportet ꝙ ꝓductio sit prior.Preter-ea si haberetur corpus christi ꝑ vnam ꝓductionē que nō est conuersio:siue sit simul cū ea.siue nō iam nō reparatur ꝑ conuersionem:⁊ sic sequitur ꝓposi-tū. ¶ Contra secundā solutionē arguo. quia non intelligo aliū modū.quia reparatio aut est de non aliquo vel nō de aliquo ⁊ sic est creatio.aut de ali-quo.et hoc dupliciter.aut sicut de subiecto : et sic est generatio.aut sicut de termino toto:qui transit totus in id quod reparatur.⁊ sic est conuersio. vn-de dico ꝙ resurrectio vel reparatio si sit de aliquo sicut de subiecto:est generatio passio quā pōt fa-cere deus sine generante creato ⁊ immediate : vel mutatio est vera aliqua p̄supponens subiectum.⁊ hoc sufficit michi.nec potest dici in ꝓposito.⁊ po-test dici generatio aliquo modo. Aut est nō de ali quo:⁊ sic est creatio. Uerum est tamen ꝙ non dici tur creatio absolute:sicut quādo res primo ꝓduci tur in esse:ita ꝙ ante nunq̧ sit ens:sed dicit reitera tio.quia iterata creatio nō obstāte ꝙ sit vera crea tio.nec est differētia nisi ꝭm nomen. Et ex hoc pa tet ꝙ conuersio nō potest dici reparatio alicuius ꝓprie:sicut nec creatio vel recreatio. quia ante re-creationem vel reparationē recreatum vel termi-nus ad quem est nō ens. Si tamen dicatur aliquo modo reparatio panis cōuersio corporis in ip̄m: vel actio quecūq̧ ꝑ quam habetur esse ei⁹: vel po-nitur licet non de nouo:tunc habet locū quarta cō clusio.s.ꝙ panis nō potest reparari d corpore xp̄i sine mutatione vel quasi mutatione corporis xp̄i. Et patet ista conclusio.qr conuersio corporis ī pa nē non potest esse nisi corpus desinat esse.patet ex ratione cōuersionis.sed hoc nō potest esse sine mu tatione ⁊ transitu ab esse in non esse : sicut dictum est supra de pane quando conuertit in corpus xp̄i ergo ⁊c̄.Sic dictū sit quātū ad istas.iiij.ꝯclusiōes

¶ Ad rationes

aliorum dico. Ad pri mam ꝙ non est simile de termino ad quē ꝯuersionis ⁊ de termino a quo quia terminū ad quē non oportet mutari:vel qua-si transeundo a nō esse ad esse:sicut oportet termi-num a quo transeundo ab esse in nō esse.panis au-tem idem numero nō potest fieri de corpore chri-sti nisi ꝑ cōuersionem:vt dictnm est supra.⁊ patet ꝙ in cōuersione panis in corpus:corpus habet ra tionem termini ad quē.⁊ ita non oportet ip̄m mu tari.sed si corpus cōuerteretur in panē:corp⁹ ha-beret rationē termini a quo. ⁊ ita necessario muta retur ⁊ transiret ab esse in nō esse.Quādo dicis ꝙ mutatio respicit magis terminū ad quem q̄z a quo verū est.quia respicit terminum ad quē per se intē dendo ip̄m vel tendendo in ip̄m.sed non sic in con uersione ꝙ terminus ad quē magis mutet. ¶ Ad secundum dico ꝙ deus pōt reparare panē eundem numero de nichilo nulla facta mutatione in corpo re xp̄i.sed non de copore xp̄i ratiōe dicta in prece-dēti solutione. ¶ Ad tertiū dico ꝙ panis nō pos-set reparari de corpore christi nisi ꝑ conuersionem et patet ꝙ ꝑ conuersionem ip̄m reparari implicat cōtradictionem:siue ex ꝑte termini ad quem:si po neretur ꝙ prima reparatione que ꝓprie dicēda est reparatio:repararetur siue ex ꝑte termini a quo:si per conuersionez in panem iam prius reparatum. ¶ Ad quartum dico ꝙ licet possit cōuertere vnū in multa:non potest tamen facere ꝙ vnum sit mul ta.nec potest facere ꝙ aliquid cōuertatur in aliud sine mutatione. Hec de quarto articulo p̄ncipali.

ad rōnes 1.opi.

¶ Ad primū principale argu

mētum dico ꝙ panis non anichilatur:licet aliquā do fuerit:et post conuersionē nichil sit aliquo mo-do:vt dictum est supra. ¶ Ad scd̄m dico ꝙ forma nō anichilatur per corruptionē sicut visum est su-pra.Quādo dicis ꝙ immo.quia alioquin posset re parari idē numero ꝑ agens naturale:dico ꝙ ex nā rei nō video rōnē cogentē:q̄re ꝑ naturā non possit

ad rōnes principa les.

eadē numero forma educi de materia: ⁊ idē numero reparari: sicut dicet̃ infra de resurrectione. Tu dicis contra philosophū est: dico ꝙ nō video necessitatē dicti sui. nec ipse adducit ad hoc rationē cogētem. ⁊ ideo non oportet ꝙ necessario credā sibi. Tamē aliter potest dici ꝙ nō oportet idē numero posse redire ꝑ naturā. nā licet virtute agētis īcreati ⁊ infiniti possit redire idē numero ⁊ eadē numero forma educi pluries ⁊ totiēs quotiēs. agens tñ creatū ⁊ limitatū non pōt ex limitatione sua educere vnā formā pluſq̄ semel licet forma in eandem potētiam materie redigatur: ⁊ eadē numero iterato sit educibilis ex materia absolute loquēdo saltē virtute diuina supnaturalis agētis. ¶ Ad tertiū dico ꝙ licet totū esse panis desinat: non tñ ꝑ anihilationē sicut dictū est supra: licet quādo totum esse ꝓducit̃ de nouo incipiat esse ꝑ creationē. Non em̄ panis desinit esse: vel incipit non esse ꝑ mutationē vel quasi mutationē ꝓpriam terminatā ꝑ se ad non esse: sed ꝑ conuersionē ꝑ se terminatā ad esse corporis: cōcomitāter vero ad nō esse panis. igitur ⁊c̄.

¶ Distinctionis Undecime.
Questio Quinta.

QVinto q̄rõ: vtrū per se precisus terminus ad quē ɔuersionis panis sit corpus xp̄i qḋ est pars essentialis humanitatis xp̄i: ex quo cū aīa intellectiua cōponit̃. ¶ Videt̃ ꝙ nō. In omni cōuersione vel mutatione q̄ habet ꝑ se terminū a quo positiuū oportet ꝙ ꝑ se terminus ad quē sit aliquid negatiuū. patet. q² om̄is mutatio vel quasi mutatio est trāsitus a contradictorio in cōtradictorium ꝑ se. Ista autē se habent sicut affirmatio ⁊ negatio. sed ista conuersio habet pro ꝑ se termino a quo aliquid positiuum. puta panē. non ergo pro ꝑ se termino ad quem. sed corpus xp̄i est aliquid positiuum. ergo ⁊c̄. ¶ Secūdo sic. corpus xp̄i vt sic accipitur non dicit: nisi vel materiam solam vel materiā cū quātitate. q² nō potest dicere aīam eo ꝙ sic distinguit̃ contra aīam. nec aliquam vt aliā formā. q² in hoīe nō sunt plures forme substātiales. q² vnius rei vnū est esse simpliciter. sed in materiā solā vel in materiā cum quātitate non fit cōuersio sed magis resolutio vel corruptio: ergo ⁊c̄. Similiter nec in materiā cū quātitate. q² quātitas cū sit accidēs: nō potest esse terminus: nec includi in ꝑ se termino cōuersionis. ergo ⁊c̄. ¶ Tertio sic. Illud nō est p̄cisius ⁊ ꝑ se terminus conuersionis: qḋ vt sic ꝑ ip̄am nullū accipit esse. ꝓbatio. q² cōuersio aut est positiua: aut destructiua tm̄. non pōt dici ꝙ destructiua tm̄. ergo positiua. ⁊ ꝑ consequens sicut est noua: ita potest aliquid de nouo. ⁊ p̄cipue suum per se terminū vt videtur: sed corpus xp̄i pars: vt patet. nō accipit esse ꝑ istā cōuersionem. q² nec nouum esse per istam cōuersionē eo ꝙ preexistebat. nec precedēs esse. q² tūc bis acciperet idem esse. ergo ⁊c̄.

Luc.22. Mat.21. ¶ **Contra** hoc est corpus meū d². Luc.22. ⁊ Math.21. Et similiter de sanguine suo modo.

¶ In ista q̄stione sic procedā.

¶ Primo ponā aliquas opiniones de ista q̄stiōe cū motiuis aliquibꝰ ⁊ modis dicēdi earum. ¶ Scđo arguā ɔ̄ eas: ⁊ soluā ad motiua earū. ¶ Tertio dicā aliter ad questionem. ¶ Et vltimo ad rationes principales.

¶ Quātū ad primū articulū

p̄mittēdū ē ꝙ bñ ɔcedūt hoꝰ oēs moderni ꝙ panis ɔuertat̃ ī corpꝰ xp̄i: ⁊ ꝙ corpꝰ xp̄i est ꝑ se terminꝰ ad quē huius cōuersionis. sed de modo declarādi hoc: ⁊ quale sit illud corpꝰ sunt quatuor opiniōes. Et sūt tres illorum q̄ volūt vitare plures formas ī hoīe.

¶ **Prima** ē ista ꝙ cū corpꝰ nō sit mā tm̄ q² mā tm̄ nō est nisi pura potētia: 1. opinio
nec materia cū quātitate: q² substātia nō īcludit accidēs nec materia cū aliqua alia forma substātiali ab aīa. q² maneret in hoīe cū aīa. ⁊ sic in eodē ꝑ se vno essent plures forme substātiales qḋ est impossibile ⁊ implicās cōtradictionē: sicut ꝙ ꝑ se vnum nō sit per se vnū s̄m eos oportet dicere ꝙ corpꝰ illud qḋ est ꝑ se terminus trāssubstantiationis: īcludat intrinsece materiā ⁊ animā rationalē que dat esse corporeum sublectiuum ⁊ intellectiuū: sed nō inquātum dat esse sensitiuum ⁊ intellectiuū: sed in quantū dat esse corporeū. corpus ergo est ꝑ se terminꝰ isto modo vt dicunt. ⁊ ita oportet dicere s̄m eos ꝓpter rationem p̄dictam. ¶ Ex hoc patet s̄m eos ꝙ possibile est esse cōuersionē in aīam rationalē: non inquātum dat esse corporeū. ⁊ hoc nō est inconueniens: sicut nec est conueniens ꝙ corpus conuertatur in corpus.

¶ **Secūda** opinio est ꝙ corpus illud qḋ est per se primus terminꝰ con- 2. opinio
uersionis nō includit aliquā formam substantialē. quia nec animā rationalē. Nā si fuisset consecratū in triduo sub specie panis fuisset corpus illud qḋ est ꝑ se terminus cōuersionis. ⁊ tñ non fuisset ibi in aīa que erat a corpore separata. Nec includit aliquā aliam formā substātialem. q² nulla alia forma substantialis alia ab aīa ad essentiā humanitatis xp̄i ꝑtinet. nō est em̄ in hoīe nisi vna forma tantū. nec includit aliquod accidēs siue quātitatē siue aliquod aliud. q² ꝑ se terminus est substātia: et aliqd ꝑ se vnū. ¶ Quidā ergo dicunt ꝙ corpus illud dicit materiā xp̄i cum modo quodā quātitatiuo derelicto in materia vel cāto ex ip̄a quātitate. q̄ q̄dē modus nō est quātitas: sed aliquid aliud ab ipsa. ¶ Scđo dicunt ꝙ modus ille quātitatiuus ē substātialis ⁊ essentialiter idē cū materia. q² accidens esse nō potest eo ipso ꝙ includit̃ in ꝑ se termino cōuersionis. ¶ Tertio dicūt ꝙ materia ꝑ illū modum formaliter in seipsa est extēsa habēs partē extra partē: ⁊ ꝙ ꝑ illū potēs est suscipere q̄titatē: ⁊ habere partem aliā ⁊ aliā sub partibus quātitatis. Alioquin em̄ nō est intelligibile vt dicūt: quō materia s̄m se sit simplex ⁊ indiuisibilis: posset suscipere q̄titatē ⁊ habere sub ipsa partem extra partem.

¶ **Tertia** opinio est q̄ dicit ꝙ illud corpus ꝑ se non dicit nisi materiā: tñ con- 3. opinio
notat quātitatem ꝑ quā formaliter illa materia est quāta. ⁊ materia licet s̄m se nō sit corporea: tamen vt substat quātitati ⁊ afficit̃ ꝑ eā: pōt dici corpꝰ: ⁊ idē corpus xp̄i xp̄o mortuo qḋ fuit priꝰ viuū. Tum ꝓpter vnitatē materie ⁊ quantitatis. tum propter vnitatem diuini suppositi sustētantis ita in morte

sicut in vita. ⁊ hoc siue illa materia īformetur alia
forma non pertinente ad christum siue non.

4.opi. ¶ **Quarta** opinio est ꝙ corpus x̄pi non terminat illam cōuersionē ab
solute acceptū: vt substantia est: sed vt hic presens
est: puta sub specie p̄sens. ⁊ isti volunt ꝙ ex vi con
uersionis ꝑ se habetur p̄sentia corporis x̄pi sicut ꝑ
se terminus. Et ad hoc ducūtur precipue. qꝛ nihil
aliud positiuum nouū vidēt: nisi istam p̄sentiam in
proposito. cōuersionis autem noue videtur nouus
terminus aliquis positiuus: sicut deductum est su
p̄ra in argumēto principali. ¶ De isto autē modo
patet ꝙ vnus est contra pluritatē formarū in ho-
mine q̄ alij. immo nō videtur cōtrarius sicut tres
primi qui ad fugam pluriū formarꝫ (vt estimo sine
preiudicio) sunt ficti ⁊ etiā adinuēti. Quartus ve
ro iste non tangit aliquid de illa difficultate: sꝫ in-
differēter cū vtraqꝫ parte potest stare: vt patet in-
tuenti. Hec de primo articulo principali.

ꝯ p̄cedē. opi. ¶ **Contra primā** opinionē ⁊ secundā ⁊ tertiam pro quan
to innitūtur illi fundamēto: ꝙ in homine non sunt
plures forme: ⁊ ꝙ nō est ibi alia forma substantia-
lis ab aīa intellectiua: dico ꝙ illud fundamentum
est falsum ⁊ periculosum. nec possunt saluare vni-
tatem vere carnis x̄pi vel veri corporis x̄pi viui ⁊
mortui in sepulchro. nec per consequēs veritatem
huius sacramēti: in quo ꝑ se continetur tanq̄ ꝑ se
terminus conuersionis vera caro x̄pi ⁊ fuisset con
tēta in triduo: si quis consecrasset. Et ꝙ in homi-
ne necessarium sit dare plures formas: ⁊ fuerit ea-
dem vera caro x̄pi viui ⁊ mortui in sepulchro non
solum materia vel quātitas siue per seip̄as: siue cū
alia forma de nouo adueniente non ꝑtinēte ad na
turam humanā christi. primū probaui in secundo
distinctione. xviij. ⁊ scđm in tertio: cū hoc quod di
ctū fuerat de ip̄a ī scđo satis diffuse. nec est modo
quātū ad p̄sentē articulū aliqđ illorū repetēdum.

¶ **In speciali** igitur arguo cōtra primā opinionē. primo sic. si ali-
ꝯ.1.opi. quis consecrasset in triduo mortis christi ſm om
nes sub sacramento vel sub specie panis fuisset ꝑ
se terminus conuersionis presens vere et realiter.
sed planum est ꝙ ibi non fuisset anima: nec mate-
ria informata. Nam in triduo mortis christi ani-
ma fuit separata a materia vel a corpore christi. vn
de ⁊ om̄es doctores tenēt ꝙ anima modo de facto
non est p̄sens per se ⁊ ex vi sacramenti: sed conco-
mitatiue. quia corpus informat vel materiā ipsam
igitur ꝑ se terminus cōuersionis nō est aliquid cō
stitutum intrinsece per animā: nec includēs ipsam
Nec valet qđ dicunt: ꝙ verū est inquātum aīa dat
esse sensitiuum vel aīal vel esse intellectiuū seu ho-
minē: sed inq̄tum dat esse corporeuꝫ. primo qꝛ ꝑ se
terminus realis ipsius conuersionis debet esse ali-
quid reale ⁊ cōstituens ipsum debet accipi ſm ra-
tionē realem: sed anima vt dat esse corporeum vel
sensitiuum vel intellectiuum nō distinguitur in se
ipsa formaliter ex natura rei: sed tātum ſm ratio-
nē et intellectuꝫ ſm eos. igit̃ ſm ꝙ dat omnia ista
esse: terminat conuersionē. qꝛ ratio realis ⁊ forma
lis per quā dat omnia ista esse: est eadem ⁊ simplex
indistincta. Non enim corporeum vegetatiuū sen
sitiuum ⁊ intellectiuum cōtinētur distincte forma
liter in anima: vt dicunt negādo formalitates. sed
anima vnica simplex indistincta omnino re ⁊ ratio
ne reali virtualiter continet ista esse: ⁊ potest dare
ipsa. quare ⁊c̄. Scđo non valet illud dictū qꝛ dato
ꝙ distinguerētur sic formaliter in aīa. tn̄ eēnt ideꝫ
essentialiter ⁊ impossibile esset ꝙ vnū esse ſm talē
formā poneretur vel daretur ab ipsa sine alio: vel
ꝙ ipsa non esset p̄sens ſm alia esse. si ergo dat esse
corporeū dat esse sensitiuum ⁊ intellectiuū: et p̄ns
est ſm om̄ia ista esse. Et sic in triduo mortis sicut
fuit ꝑ se terminus cōuersionis: ita fuit corpꝰ vniēs
⁊ aīal ⁊ homo: ⁊ ita x̄ps in triduo nō fuit mortuꝰ.
Et idem sequitur si solū distinguant̃ ſm rationeꝫ
isti gradus multofortius. ¶ Scđo sic arguit̃ prin
cipaliter cōtra eos. si panis cōuertitur in tale cor-
pus cōstitutum sic ex materia ⁊ aīa inquātum dat
esse corporeum. sequit̃ ꝙ aīa rationalis possit dare
esse corporeum: sed hoc est impossibile ⁊ falsuꝫ: qꝛ
aīa ſm suum esse totale est forma spiritualis sepa-
rabilis nō educta nec extēdibilis siue ꝑ se siue per
accidēs. oīs autē forma dans esse corpus partē est
corporalis educibilis ⁊ extēsa per se vel ꝑ accidēs
sicut dictum est in secundo ꝫ ⁊c̄. ¶ Tertio sic. pa-
nis conuertitur sic in corpus ꝙ totū in totū. mate
ria in materiam ⁊ forma in formā: sicut patet. sed
ſm eos aliqua forma corporalis nō potest conuer-
ti in spiritualē. cū igit̃ forma panis sit corporalis:
⁊ aīa intellectiua ſm totū esse suum simplex sit for
ma spiritualis: forma panis nō cōuertitur in aīam
ergo ⁊c̄. ¶ Quarto sic. vniformiter debet poni qđ
est ꝑ se terminus cōuersionis panis aliquid cōsti-
tutum ex materia ⁊ aliqua forma substātiali: sicut
sanguis qui est ꝑ se terminus cōuersionis vini: vt
videt̃: sed planum est ꝙ sanguis nō est aliquid con
stitutuꝫ ex materia ⁊ aīa: sed ex aliqua alia forma
substātiali: vt patet. siue sanguis contineat̃ in cor
pore siue effundatur. Non em̄ informatur ab aīa:
vt patet. igitur. Similiter corpus est aliquid con-
stitutū per aliā formā q̄ per animā: precipue cum
in illo triduo in quo ꝑ se terminus fuisset habitus
nō coniungeret̃ anima materie: nec corpus vel ca-
ro esset materia pura plusq̄ sanguis: sed aliq̄d cō-
stitutum ꝑ consequēs per aliquam formā substan-
tialem aliam ab anima. ¶ Sic igitur patet ꝙ opi
nio p̄dicta est falsa. Ad motiuum suum cuius est
vis in hoc. s. ꝙ in homine non possunt poni plures
forme: patet ꝙ nichil valet.

¶ **Contra secūdam** opinionem de il lo modo quanti- ꝯ.2.opi.
tatiuo que est ficta arguo primo sic ꝙ modus ille
sit impossibilis. qꝛ ille modus est derelictus a quā
titate sicut dicunt. sed impossibile est ꝙ a quātitate
vel ab aliquo accidēte derelinquatur aliquid con-
substātiale subiecto. quia sicut subiectum prius est
accidente. ita ⁊ omni derelicto ex accidēte. et sicut
omne accidens posterius est substantia subiecti et
quolibet cōsubstantiali: ita quodlibet derelictū ex
accidēte est posterius quolibet consubstantiali ip
si subiecto. ꝫ ⁊c̄. ¶ Secūdo sic. aut ille modus est
substantia: aut accidēs. non potest dici accidens ꝑ
se. quia includitur in ꝑ se termino cōuersionis. Si
militer etiā consubstantialis est materie. nō sic ali
qđ accidēs. Non p̄ot dici etiā substātia. qꝛ vel est
materia vel forma vel cōpositū. nō p̄ot dici nouuꝫ
cōpositū substātiale ptꝫ. nec forma substātialis. qꝛ
dicis ꝙ nulla forma substātialis īcludit̃ in ꝑ se ter

mino cõuersionis. Similiter etiã quia tunc essent
plures forme substãtiales in xp̃o. Similiter etiaꝫ
quia nõ esset cõsubstãtialis materie. qꝛ nulla fo̾a
substantialis est materie cõsubstãtialis. nec mate-
ria potest dici. qꝛ nõ noua ⁊ alia materia tũc enim
quantitas crearet materiam derelinquẽdo ip̃am.
nec precedẽs materiam in rõne subiecti: sicut ꝓba
tum est supra. Similiter etiam si est ip̃a materia:
ita fit cõuersio tantum in materiam purã: quando
fit in modum illũ: sicut sine modo illo: vel multipli
cantur verba sine fructu. Si dicas ꝙ nec sit mate-
ria nec forma: nec cõpositũ: nec accidens. sequitur
ꝙ est nihil. ¶ Tertio sic. Sicut alie forme nihil de/
relinquũt aliud a se in suis materijs: ita nec quan-
titas vt videtur. sed alie nõ derelinquunt aliquid
tale: puta albedo modum quãtitatiuum ⁊ hmõi. ꝟ
⁊c̃. ¶ Quarto sic quero a te an ille modus sit fo̾a
liter extensio ip̃a habẽs partem extra ꝑtem: vel nõ
si nõ/ tunc per ip̃m nihil extenditur: nec habet ꝑtẽ
extra partẽ: ⁊ ita nõ materia. si sic: sequitur ꝙ est ac
cidẽs: ⁊ nõ nisi quãtitas. igitur quãtitas derelinq̃
tur a quantitate in infinitum. Simliter etiã sequi
tur ꝙ nõ includitur in per se termino cõuersionis
contra te. ¶ Quinto sic. Aut illud corpus qđ po-
nis ꝑ se terminum ꝯuersionis est corpus mathema
ticum: aut naturale. si mathematicũ: includit quan
tiatem ꝯtra te. si naturale: includit aliquã formaꝫ
naturalem. Aut ergo substãtialem: ⁊ cũ illa nõ sit
aĩa: oportet ꝙ sit alia fo̾a substantialis. ⁊ habemꝰ
ꝓpositum cõtra te. aut acccidentalẽ quod est cõtra
te. qꝛ nullnm accidens includitur in per se termĩo
cõuersionis. Tunc enim eẽt trãsaccidẽtatio. ⁊ hoc
etiam tu ponis. ¶ Sexto sic. Non minus sunt effi
cacia verba suꝑ corpus: q̃ꝫ super sanguinem: sed ꝑ
se terminus cõuersionis vini est sanguis cõpositũ
ex materia ⁊ forma substantiali. Nec habet ibi lo-
cum nec apparentiã fictio talis modi: per quã ma-
teria dicatur sanguis. igitur etiã sic de corpore.
¶ Septimo sic. quãdo dicit xp̃s: hoc est corpꝰ. pla
num est ꝙ corpus qđ ponitur ibi: significat veram
carnem xp̃i: sicut dicit ip̃e xp̃s. Caro mea vere est
cibus: ⁊ sanguis meus vere est potus. Et de isto sa
Johã.6. cramento dicit Jo. vi. Nisi manducaueritis carnẽ
⁊c̃. sed fictio est dicere ꝙ aliq̃d sit caro per vnũ ta
lem modum quãtitatiuũ vt ptꝫ. sed oꝫ dicere ꝙ per
aliquã veram formaꝫ. ergo ⁊c. ¶ Cõtra illũ modũ
etiam arguit̾. qꝛ si per ip̃m oꝫ materiã disponi ⁊ ex
tendi vel habere partem extra partem: sequitur ꝙ
ille modus sit prior quãtitate. ⁊ sic non derelinqui
tur ex quãtitate. ¶ Ulteriꝰ sequitur ꝙ vt ille mo-
dus est quãtitas vel aliquid: puta materia extensa
seu hñs partẽ extra ꝑtẽ: ⁊ nõ per quãtitatem qđ est
contradictio. Sicut ꝙ aliquid sit album nõ per al-
bedinem. ¶ Ulterius ꝙ oportet omne subiectum
pari ratione disponi per vnum talẽ moduꝫ ad quã
libet formã. vlterius ꝙ duo corpora sunt in eodeꝫ
loco naturaliter. scꝫ quantitas ⁊ ille modus. vltra
ꝙ ille modus distinguitur ex natura rei a materia
⁊ tamen nõ essentialiter. ⁊ ita ponuntur formalita
tes cõtra illos qui deffendunt istum modum. Et
breuiter totum fictum hoc est cõtra illum moduꝫ.
¶ Preterea etiã quero de materia sub illo modo
aut habet parteꝫ sub parte modi: aut nõ. si sic: pari
ratione sine illo modo sub quãtitate potest habere
partem sub parte: vel oportet ip̃am disponi ꝑ vnũ
alium modum ⁊ sic in infinitum. sed est tota simul
sub qualibet parte modi: tunc habes difficultateꝫ
contra te sicut de materia sub quãtitate ĩmediate.
¶ Ulterius ad istum modũ sequitur ꝙ materia si-
mul ⁊ semel ꝑ naturam possit esse quanta ⁊ habere
partem extra partẽ quod est idem semel per modũ
illum: ⁊ alio semel per quãtitatem inherẽtem. Si
dicas ꝙ modus ille nõ habet partem extra parteꝫ
nec dat hoc materie. Tunc materia illa cũ illo mo
do est indiuisibilis: sicut per seip̃am vel ꝺm seip̃aꝫ
Dimitto ergo illum modum.

¶ **Contra tertiam** opinionẽ arguit̾ in secũdo ⁊ ĩ ter- Contra tertiam opinio.
tio. et iam prius tactũ ẽ ꝙ vera caro xp̃i per se cõ-
tinetur sub sacramento tanq̃ꝫ per se terminus con
uersionis: ⁊ fuisset ibi si quis cõsecrasset in triduo.
sed caro xp̃i ⁊ vere eadem nõ dicit materiam tãtuꝫ
cum quãtitate eadeꝫ. Non enim materia cum quã
titate tantum est caro. qꝛ quãtitas non dat sibi essẽ
carnem. nec vnio ad diuinum suppositũ dat sibi eẽ
carnem vel eandem carnẽ. qꝛ tunc esse vnituꝫ diui-
no supposito esset caro. ⁊ sic aĩa esset caro vel aliã
carnem. sed per aliquã formam substãtialem est ca
ro. ⁊ quia eadem caro oportet ꝙ eadem forma ma
nente in xp̃o viuo ⁊ mortuo ⁊ hoc nõ per animam
patet igitur per aliam que vere ĩcluditur in per se
termino conuersionis sicut patet. Nec valet ꝙ illa
materia vnitur eidem supposito verbi: cui prius. qꝛ
pari rõne (sicut dixi alias) si de materia corꝑis xp̃i
generaretur asinus ⁊ assumeretur a verbo: caro asi
ni posset dici caro xp̃i: ⁊ eadem caro quod est mani
festum falsum. ⁊ cõtra reuerẽtiam sacramẽti ⁊ ve-
ritatem. quare ⁊c. ¶ Secũdo sic. aut quãtitas ĩclu
ditur per se ⁊ intrinsece in ꝑ se termino cõuersiõis
aut nõ. si sic: sequitur ꝙ cõuersio est in accidens. ⁊
ita non est trãssubstãtiatio tãtuꝫ: sed trãsaccidẽta
tio cõtra oẽs si nõ igitur in materia tãtum est con-
uersio. ⁊ sic nõ in corpus. quare ⁊c̃. ¶ Tertio sic. qꝛ
planum est ꝙ materia cum quãtitate non põt dici
sanguis sed oportet ꝙ hoc sit per aliquã verã for
mam substãtialem. ergo cum caro vel corpus non
minus sit aliquid perfectum ens. qꝛ ⁊ in carneꝫ cõ
uertibilis est ip̃e sanguis ꝺm viam perfectionis ⁊
tendendo ad perfectionem vt patet. corpus xp̃i et
caro que oportet per se eẽ terminum huius cõuer-
sionis: nõ dicũt tantum materiam: nec tantũ mate
riam ⁊ quãtitatem. ĩmo nec caro includit quãtita-
tem. Est enim substãtia nõ includẽs accidẽs: vt pꝫ
oportet ꝙ includat aliquã formam substãtialem:
que maneat eadem in materia xp̃o mortuo ⁊ viuo.
Et non valet aliquid contra hoc vnio ad verbum:
sicut dictum est supra. sicut nec vnio asini vel alte-
rius hominis ad verbum. quare ⁊c̃. ¶ Quarto sic
sicut materia non est substãtia per quãtitatem: ita
nec corpus pertinens ad genus substãtie. nec sicut
totum nec sicut pars per quãtitatem. ptꝫ. Nec per
vnionem ad aliq̃d extrinsecum. nec per aliquod ac
cidens. sed materia nõ est corpus pars per seip̃am
tunc enim esset caro per seip̃am: et os xp̃i: ⁊ sic de
alijs. quod est oĩo falsum. opꝫ igitur ponere neces-
sario ꝙ terminus huiꝰ cõuersionis nõ solum inclu-
dat vel dicat materiam: sed aliquam formam sub-
stantialem. nõ animam. ergo aliam. Et dico ꝙ ista

opinio tertia est simpliciter falsa. Et motiuū ei⁹. patet q̄d est nullum euacuatum.

Ↄ quartū modum. ¶ Contra quartā opinionē etiam potest argui scilicꝫ ꝙ corpus vt hic nō est terminus cōuersionis per se. ¶ Primo sic. per se terminus cōuersionis non est aliquod accidēs. q2 ista cōuersio est trāssubstātiatō sed eē hic dicit presentiam corporis xp̄i ad speciē sacramētalē ⁊ illa p̄ntia accidens est: sicut dictum est supra. ergo ⁊c̄. ¶ Secūdo sic. Si corpus xp̄i vt hic p̄ns esset per se terminus: seq̄retur ꝙ ex vi cōuersionis corp⁹ xp̄i esset hic p̄ns. sed hoc est falsuꝫ sicut ostensum est supra. ergo ⁊c̄. Item ista conuersio est per se vna. ⁊ per ꝯsequēs habet terminum p se vnuꝫ. sed corpus xp̄i vt hic p̄ns nō dicit aliquid vnum per se. ergo ⁊c̄. ¶ Ultimo q2 corp⁹ xp̄i posset esse hic p̄sens: dato ꝙ nō conuerteretur panis. Sed de ista ratione parum curo. ¶ Ad motiuum vero huius opinionis supius est solutum ꝙ nō oꝫ noue conuersionis esse terminum nouū: sed in hoc differt cōuersio ab actionibus vel quasi mutatiōibus ꝓductiuis: ꝙ per se terminus eius pōt preexistere. nec ip̄a noua est necessario quantum ad illud quod dicitur: q̄n dicitur aliquid de nouo conuerti: licet bene sit noua q̄ntum ad illud quod cōnotat p illo instāti scilicet pro desitione essendi termini cōuersi. Hec de secūdo articulo.

opi. doc. circa q̄ō. ¶ Quantum ad tertium articulum igitur questionis dico primo sicut dixi in secūdo: ꝙ corpus xp̄i pars humanitatis eius distīcta cōtra aīam includit materiam ⁊ formam: ⁊ dicit totum compositum ex materia ⁊ forma substantiali mixtionis: qua ē aliquid formaliter caro ⁊ os. Et illud totum est imediatum perfectibile ab aīa: ita ꝙ ex ip̄o corpore ⁊ aīa constituitur tota humanitas vel totus homo vnus per se. Et sic in homīe quolibet sunt plures forē substantiales saltē due. imo etiam in quolibꝫ viuo: Et ista ꝓbaui in secundo ⁊ per rationes: ⁊ per Aristotelem: ⁊ per fidem ⁊ auctoritates sanctorum. ¶ Secūdo dico ꝙ anīa separata in morte xp̄i ⁊ in illo triduo remansit idē corpus suum compositum ex materia ⁊ illa forma mixtionis: sicut ⁊ manet in quolibet homine idem corpus verum numero: ⁊ eadeꝫ vera caro: ⁊ os que prius. Sicut ꝓbaui de xp̄o in secūdo ⁊ in tertio. s. ꝙ corpus xp̄i ⁊ vera caro sua fuit idem viuū ⁊ mortuum: caro viua ⁊ mortua in sepulchro per eandeꝫ formam substātialem per quam ⁊ prius cum esset viua per plures auctoritates. ¶ Tertio dico ꝙ si ī triduo fuisset eucharistia cōsecrata: ibi fuisset sub specie sacramentali per se terminus cōuersionis: licet non ex vi cōuersionis. Et verum corpus xp̄i: s̄m illud verbum xp̄i: hoc est corpus meū. Et similiter sub specie vini verus sanguis xp̄i. et tamē nō fuisset aīa. q2 erat separata a corpore. ⁊ non fuisset ibi vera caro xp̄i: nec verum corpus xp̄i: nisi per aliquam formam substātialem: sicut etiam de sanguine. nec eadem: nisi per eandem formam que prius ⁊ nihil aliud fuisset ibi per se: nec accidens nec h'mōi sed per concomitantiam. Sicut vsq3 hodie tenuerunt omnes doctores. Et ideo concludo ꝙ per se terminus ꝯuersionis panis huius ⁊ precisus ē substantia corporis xp̄i ⁊ cōuersionis vini est sanguis xp̄i substantia sanguinis eius. Et corpus illud dicit per se compositum ex materia ⁊ forma mixtionis. Quod aūt substātia corporis xp̄i sit per se terminus talis cōuersionis: ptꝫ satis ex predictis. q2 non pōt esse aliquid aliud: nec aliquid aliud in ip̄o includi. Per se enim terminus aut esset cōpositū ex anima ⁊ corpore: quod est superius improbatū: aut aīa tantum: quod est falsum. aut materia cum illo modo siue cum aliquo accidente: siue forma aliqua substātiali: vel cū aliqua noua forma substātiali non pertinente ad xp̄m. q̄d est etiam ip̄robatū totum. aut corpus xp̄i vt hic quod est improbatum. Et ita relinquitur ꝙ soluꝫ corpus xp̄i sic compositum ex materia ⁊ forma mixti pertinēte intrinsece ad xp̄m: ⁊ alia ab aīa sit per se precisus termin⁹ talis conuersionis panis sicut sanguis cōuersionis vini. Hec de tertio articulo principali.

¶ Ad primum principale argumentum dico ꝙ non opꝫ noue ꝯuersionis eē nouum terminum: sicut apparet ex p̄dictis. Quando dicis ꝙ est transitus a cōtradictorio in cōtradictorium. dico ꝙ per se non est verū: sed a positiuo ī positiuum vel etiam illud positiuuꝫ quod est termin⁹ ad quem: non oportet esse nouum. verum est tamē ꝙ oportet ꝙ terminus a quo desinat esse de nouo: sicut dictum est supra. ¶ Ad secūdum dico ꝙ corpus xp̄i quod est terminus cōuersionis vnius icludit materiam ⁊ formam. que non est anima: sꝫ aliā formam mixtionis sicut dictum est supra. ⁊ eandeꝫ existentem simul cum anima in christo viuo vel viuente. Et dico ꝙ in quolibet homine sunt plures forme. Quādo dicis: vni⁹ rei vnicū est esse. dixi ꝙ verum est ꝙ si est vna res per se vnum est eē eius p se. Sed dico vltra sicut dixi in secūdo: ꝙ plures forme possunt cōcurrere ad vnum esse per se: nec ē aliquod incōueniens de pluribus formis ordinatis: quarum vna non est specifica: sed potest constituere vnum subiectum receptiuum alterius forē complete ⁊ per se in potētia ad ip̄am que est specifica. ¶ Ad tertium dico ꝙ non oportet ꝙ terminus ad quem accipiat nouum esse sicut dictum est in ꝓbatione ad primū argumentū q̄ debuit poni ad istud ⁊ tūc dico ꝙ etiā sicut tangebatur ibi: cōuersio nō est ꝓpria mutatio. nec est transitus a cōtradictorio in contradictoriū: sed a positiuo in positiuū. iō ⁊c̄.

Ad rōes ꝑncipa.

¶ Distinctionis duodecime.
Questio prima.

Circa distinctiōeꝫ .xij. quero primo vtrum accidens possit esse in sacramēto isto sine subiecto. ¶ Videtur ꝙ non. Substātia creata corporea non potest esse sine quātitate que est accidens vt patet. q2 nō est corporea nisi per quantitatem. Nec potest esse sine ratione ad deuꝫ saltem. Relatio aūt est accidens. ⁊ sic de huiusmōi Similiter substātia cōposita nō pōt esse sine vniōe materie ⁊ forme adinuicem. ⁊ tamen illa est accidens sicut dictum est in secūdo libro. ergo multo fortius accidētia nō p̄nt esse sine subiecto vel substantia. Magis enim dependet accidēs a substantia q̄ ecōuerso vt ptꝫ. quia substantia est prior natura accidēte. 7. methaphi. ⁊ posterius eēntialit 7. meth.

5.metha. esse non pōt sine priori.5.metaphisice. ca.de priori. ¶ Secundo sic qua ratione est possibile vnū accidens esse sine subiecto in hoc sacramento: pari ratione ⁊ oīa: vt videtur. sed impossibile est de omnibus ꝙ sint sine subiecto: vt de qualitate vel ratione vt videtur. igitur de quocūqȝ est impossibile vt videtur. ¶ Tertio sic. album solam qualitatē significat in predicamētis. ⁊ sic albedo ⁊ albū idem significant. ⁊ pari rōne quātitas ⁊ q̄tum. sed īpossibile est quātum esse: nisi sit aliquod subiectum cui quantitas cōueniat vel inhereat. ergo etiā quātitatem. similiter de alijs accidētibus.

¶ Contra patet ꝑ auctoritates quas posuit magister in p̄nti distinctiōe ⁊ in precedēti etiam q̄tum ad aliquas. Et probatur ꝙ ita sit de facto. Nam substātia panis cōuertitur ⁊ nō manet: sicut dictum est supra. spēs tamē accidentales vel sacramētales manēt. ⁊ tamen non informant aliquod aliud subiectū. ergo accidētia vel saltem aliquod accidens puta quantitas est ibi sine subiecto.

¶ In ista questiōe sic ꝓcedā.

¶ Primo īquirā vtrū quelibet substātia possit eē sine ꝓprio accidente vel separari ab ipo. ¶ Scdo inquiram vtrū omne accidens possit eē sine subiecto vel separari ab ipō. ¶ Tertio dato ꝙ sic inquiram: vtrum de facto oīa accidentia in eucharistia sint sine subiecto vel sint separata a subiecto.

¶ Ultimo ad rationes principales.

Nota de accñdete ¶ Quantum ad primū articulum premitto ꝙ accidēs est nomē concretum. et significat aliquā formā: puta accidentalitatem vt ita loquar: vel inherentiam sicut suum principale significatum queadmodū albū est ꝯcretum: ⁊ significat albedinem suo modo in predicamētis. Et sicut album significat inconcretiōe ad aliquid: quod denominatur per formam illam significatam. s. in concretione ad subiectum qd̄ denominatur album ita etiaȝ accidens significat in cōcretione ad aliqd quod denominatur tale per inherentiam vel accidentalitatem. ⁊ dicitur accidens vel inherens. Et illud tale sic denomiatum aliquādo est aliqua entitas ⁊ natura positiua absoluta: sicut quantitas vel qualitas que dicunt accidentia. Aliquando vero dicitur ꝙ est entitas respectiua: ⁊ essentialiter ad aliquid vel ad aliud: sicut relatio ⁊ alia de sex predicamētis vltimis. Inherentia accñtis ad subiectū. ⁊c. ¶ Secūdo premitto ꝙ ista accidentalitas vel inherentia accidētis ad subiectum quā principaliter importat: ⁊ significat nomen accidentis. cum sit aliquid positiuū reale: nec sit nihil vel negatio vt patet. qꝛ tūc nomē accidentis significaret principaliter negationem vel nihil. Similiter vltra cū non sit aliquid a se: sed ad aliud nec possit accipi q̄tum ad id quod est: nisi cōcepto alio puta subiecto accidentis qꝛ est habitudo accidentis ad subiectum. ptȝ ꝙ non potest esse nisi accidens receptiuum: seu aliquis respectus realis accidentis ad subiectum ipm. Sed differenter accidētis absoluti ⁊ respectui. Nam accidentis absoluti vt quātitatis vel hmōi inherentia non pertinet ad proprium genus vel predicamētum: nec est sibi cōsubstantialis vel coeētialis. sed pertinet ad aliud genus: quod est respectiuum: nō aūt absolutuȝ. Et illa inherentia respicit accidēs absolutum pro subiecto imediato: cui formaliter iest. Alioquin nō diceretur accidens absolutum formaliter inherens per eam. Et puto ꝙ talis habitudo vel inherentia accidentis absoluti ad subiectum sit habitudo de predicamento habitus. Est enim aliquo modo derelicta ex adiacentia accidentis ad subiectum: vel est ipamet adiacentia talis. nec est inconueniēs ꝙ vnum accidens alterius generis denominet accidens absolutum. Dicitur enim q̄titas equalis alteri equalitate que est accidēs de alio predicamento a predicamēto quantitatis vt ptȝ. qꝛ de p̄dicamento relationis. Si dicas ꝙ inherentia inuenit in nouem generibus accidētium. ergo nō est in determinato genere. dico ꝙ assumpta est falsa de inherentia accidētis absoluti vel etiam respectiui. sȝ bene verum est ꝙ inherentia in suo cōmuni ⁊ trāscendēti non determinatur ad aliquod vnum genꝰ: sicut nec accidens. ¶ Ex quo patet ꝙ talis inherētia respectus intrinsecus est: sicut ⁊ totum predicamentum habitus. ⁊ ita nō necessario ponitur posito fundamēto. s. accidente absoluto: ⁊ termino puta subiecto. Nec esset aliquod miraculum: si a principio accidentis ⁊ subiecti minime poneretur. Secus est autem de inherentia accidentis respectiui. nam illa inheretia nō est alterius generis ab ipso: sed est sibi coessentialis: ne sit processus in infinitū in accidentibus vel inherentijs. ita ꝙ suo mō accidentibus respectiuis ita sunt coessentiales inherētie ipozum ad subiecta imediata saltem ⁊ ꝓxima: sicut respectus vestigialis creature ad deum: vt dictum est in primo. Si enim esset respectus inherētie aliud accidens ab ipa relatione vel respectu inherentie oporteret ꝙ illa inherentia cum sit accidens: alia inherentia inhereret. ⁊ sic in infinitum. Respectus tamen ipe ad terminum et inherentia ipa ad subiectum in ipo accidēte respectiuo distinguuntur ex natura rei sicut patȝ. nā formaliter sunt ad diuersa extrema. impossibile est autem ꝙ eodeȝ respectu formaliter ex natura rei aliquid referat ad diuersa extrema in q̄bus est alia ⁊ alia ratio terminandi respectum: quare ⁊c. Nec est incōueniēs respectum sic fundari in respectu: sicut nec est incōueniēs ꝙ relatio fundet respectum vestigialem ad deum terminantem: sicut ⁊ quelibet creatura. Qd̄ autem inherentia accidētis ad subiectū dicat aliquem respectum realem positiuum potest probari vniformiter: sicut probatuȝ est suo modo respectu vnionis forme ad materiam in secūdo. distinctiōe xij. in questione de partibus ⁊ toto q̄ est quarta.

¶ His premissis que sunt vtilia non solum ad presentem articulum: sed etiam ad sequentem. ⁊ ad tertiuȝ videretur alicui ꝙ substātia aliqua nō potest eē sine omni accidente suo: sed oportet necessario ꝙ hēat aliqua accidentia. Et oppositum implicat cōtradictionem. Quelibȝ subā an possit eē sine ꝓpo accñte .1. opinio. ¶ Primo sic impossibile est subiectuȝ esse sine ꝓpria passione. qꝛ conclusio demonstratōnis ī qua predicatur passio de subiecto: est necessaria ⁊ falsificari non potest. patet primo posteriorū. Alioquin contingeret sciētiam eē ignorantiaȝ vel nescientiam: cōtra philosohum. 7. methaphisice. sed substātie habēt accidētia pro proprijs passiōibus. Nam fm Porphirium passio manat de genere accidētis. ergo ⁊c. ¶ Secūdo sic īpossibile est

esse hominem vel aliquod aiatum sine sua quãtita
te. q2 aia est actus corporis phisici organici: poten
tia vitam habẽtis. sed organicum necessario ipor=
tat quãtitatem. ꝛ quãtitas est dispositio que est rõ
recipiendi. cũ ergo quãtitas sit accidens: sequitur
ꝙ substãtia nõ potest eẽ sine quolibet accidente.
¶ Tertio sic. impossibile est esse materiam sine for
ma. q2 materia est pura potẽtia. sꝫ forma nõ potest
esse i materia sine quãtitate. Quia nec spũalis. ptꝫ
de anima. nec corporalis. multominus. ergo ꝛc.
¶ Quarto sic. impossibile est eẽ aliquid vnum nu=
mero extra intellectum sine illo quod est rõ forma
lis essendi vnum numero. sicut ipossibile est esse al=
bum sine albedine. sed aliquod accidẽs est per qđ
substantia corporea est vna numero. s. qñtitas. ergo
ꝛc. quãtitas enim est principium indiuiduationis
¶ Quinto sic. Substãtia materialis nõ põt eẽ ni=
si naturalis ꝛ phisica. sed planum est ꝙ nõ est natu
ralis nec phisica: nisi per qualitates ꝛ formas natu
rales. ergo ꝛc. ¶ Sexto sic. Celum est substantia
quedam habẽs quãtitatem ꝓ accidente. sed celum
non potest denudari sua quantitate. ergo ꝛc.

Opi. doctoris. ¶ Sed predictis non obstantibus vi=
detur mihi dicendũ
primo ꝙ virtute diuina absolute loquendo possibi
le est oẽm substantiam esse sine suo accidente quo=
cunqꝫ siue absoluto siue respectiuo. ita ꝙ maneret
sola substãtia in re ꝛ in effectu: ꝛ nullum accidens
eius maneret oĩno. ¶ Hoc probo sic primo. quod
est prius alio tempore vel duratione: non implicat
cõtradictionem poni ꝛ eẽ vel manere sine illo. patꝫ
7. meth. sed substãtia respectu accidentis sui est hmõi. vij.
metaphi. ergo ꝛc. vnde ꝛ ꝓ tando puto verificari
dictum aristotelis. quia licet de facto ꝛ in actu sub
stantia nõ semper sit prior duratione vel tempore
suo accidente: tñ qñtum est ex parte ꝛ ratione sub=
stantie non repugnat: nec implicat hoc cõtradictõ
nem. ¶ Secũdo sic. illđ quod est prius natura eẽn
tialiter distinctum ab alio: potest esse in re ꝛ in effe
ctu sine illo. q2 illud in nullo dependet ab eo in eẽ:
nec i manere. sed substãtia prior est natura suo ac=
cidente: ꝛ distincta eẽntialiter ab eo. patet q2 sunt
diuersorum generum ꝛ predicamentorum: quorꝫ
essentie sunt impermixte: primo posteriorum ꝑ ꝛc.
¶ Tertio sic. sine illo quod adest ꝛ abest pret subie
cti corruptionem põt eẽ ꝛ poni subiectum in re et
in effectu sine implicatione cõtradictionis. sed ac=
cidens est huiusmodi. per porphiriũ ꝛ philosophũ
primo thopicorum. q2 accidens est quod contigit
eidem inesse ꝛ non inesse. Nec per hoc distinguitur
ꝓprium ab accidẽte ꝯmuni sicut dictum est in scđo
distinctione. xij. Si tamen ponatur aliqđ accidens
positiuum essentialiter distinctum esse propriũ vel
ꝓpria passione alicuius. ¶ Quarto sic. deus qui ẽ
prima causa: potest facere omnem effectum absolu
tum sine eo: quod nullo modo habet rationem cau=
salitatis vel cause respectu illius q2 etiam loquen=
do de causis extrinsecis: põt facere effectum sine il
lis. sed accidens alicuius substantie nullam habet
causalitatem super ipam. quia causa est prior natu
ra. sed substantia prior est accidente. ergo ꝛc.
resolutio ¶ Dico igitur: ꝙ virtute diuia põt substãtia crea
ta carere omni suo accidente quodcũqꝫ sit illud: et
manere in esse ꝛ in re cõseruata a deo. ¶ Scđo ta=
men dico. ꝙ hoc nõ est possibile virtute data. quia

vel sunt aliqua inseparabilia respectu eius ꝛ ad ꝙ
naturali necessitate determinatur substãtia respe=
ctu agentis naturalis: ꝛ presupponitur sue actioni
vel agens naturale nõ potest aliqua accidẽtia cor=
rumpere: nisi inducendo alia: sicut fit per motum.
quare ꝛ cetera.

¶ Ad primum aliorum de ꝓpria passiõe di
co breuiter: ꝙ nullum accidens est ꝓpria passio sub Ad argumẽta prime opi.
stantie ſm inherẽtiam actualem siue existentiam.
ꝛ ita subiectum vel substantia potest actu existere
sine propria passione. q2 accidens nõ est ꝓpria pas
sio: vt inheret actualiter: sed aptitudialiter Et sic
semper ꝓpria passio cõuenit subiecto: licet accidẽs
actualiter nõ existat existente subiecto. Vel si pro=
pria passio sit aliquod accidens actu inexistẽs. Di
co ꝙ subiectum potest eẽ sine ꝓpria passione val=
de bene. sicut ꝓbatum ẽ supra: ꝙ substantia põt eẽ
sine quocũqꝫ accidente suo. Quãdo dicis: ꝙ tũc cõ
clusio demonstrationis posset falsificari dico ꝙ nõ
põt falsificari. q2 p̃dicatio eius vel demõstratio nõ
est de actuali inherentia predicati ad subiectũ: sed
aptitudinali inherẽtia vel potẽtia. ꝛ ideo non falsi
ficaretur. quare ꝛc. Exẽplum patet in mathemati=
cis. Quãdo eñ demonstratur triangulus habere
tres equales duobus rectis. Dico ꝙ nõ demõstra=
tur equalitas actualis trium angulorum ipsi⁹ triã
guli ad duos rectos. Posset eñ deus facere ꝛ cõ=
seruare triangulum seu angulos triãguli: dato ꝙ
non esset aliquis angulus rectus ꝛ ita per ꝯñs nul
la equalitas actualis. sed demonstratur equalis in
aptitudine vel nõ repugnantia necessaria. et quia
istud semper cõuenit triangulo ꝛ necesse est: ꝙ sibi
cõueniat: qñdiu manet: ideo ꝛc. Si dicas: ꝙ ꝑ hoc
distinguitur accidẽs ꝓprium a cõmuni: per hoc ꝙ
semper inest ꝛ in actu: qñdiu subiectum est. Dico ꝙ
non est verꝫ: sed magis per hoc: ꝙ soli speciei vel
nature subiecti conuenit ꝛ omni tali. non tñ opor=
tet ꝙ semper in actu: sed sufficit ꝙ aptitudie. Ita
ꝙ illa tria integrant rationeꝫ ꝓprie passionis crea
ture. ꝙ scꝫ cõueniat possibiliter subiecto vel nõ re
pugnanter. ꝛ hoc stat siue inhereat vel conueniat
actu. ¶ Ad ſm dico: ꝙ totus homo ꝑ se nõ est sub
iectum quantitatis. quia anima nullo modo ẽ sub=
iectum quantitatis nec diuisibilis etiam siue per se
siue per accidẽs: sed p̃supponitur quantitas homi
nis ipi anime: sicut ꝛ corpus phisicum ꝛ organicũ.
In alijs autem aiatis bñ verum ẽ: ꝙ etiam p̃suppo
nitur anime. Et anima ipa non per se extenditur:
sicut per se subiectum vel pars subiecti ipsius quã
titatis: sed per accidens magis corpus vero aiatũ
pars vel materia ipa est subiectum per se ipsi⁹ quã
titatis i animato. Et ita aliter videretur: ꝙ quãti
tas sit prius naturaliter qꝫ totum animatum: ẽ ta=
men posterior naturaliter corpore ipo vel materia
ꝛ per cõsequens ꝙ licet totum animatuꝫ nõ possit
esse sine quãtitate: q2 est actus corporis organici ꝛ
non posset informare corpus vel materiã nisi quã=
tam. tamen materia ipa vel corpus illud est substã
tialiter prius natura ipa quãtitate: ꝛ per se primũ
subiectum eius: posset eẽ sine quãtitate. ideo ꝛc.
Quicquid sit de hoc videtur michi posse dici: ꝙ tã
homo qꝫ quelibet substantia posset eẽ sine qualibꝫ
quantitate siue totius siue partis. Quãdo dicis ꝙ
anima est actus corꝑis organici: ꝛ ꝙ quantitas est

sibi ratio eēndi organicū: ⁊ recipiendi aiam. Dico ꝙ organicum potest accipi vel substantialiter vel quātitatiue. primo nō corpus est organicū habēs carnem ⁊ ossa: que sunt partes eius ⁊ substātie que dam ex seipso substātialiter ⁊ nō per quātitatē nec per aliquod accidēs. Et dico: ꝙ ipmnet corp⁹ per suam substantiam natū est recipere: vel recipit ani mam. Nec quātitas est sibi rō recipiendi animam: cum sit accidēs. Nam ex rōne recipiendi formam substātialē ⁊ ipa debet fieri vnum ꝑ se. nō sic autē ex accidente ⁊ substātia fit vnuꝫ ꝑ se. similiter etiā ratio recipiēdi substātiam est potētia substātalis: ⁊ ita nō est accidens. Et tunc dico: ꝙ posset de⁹ fa cere: ꝙ aīa informaret corpus nō q̄tū: organicum tamē: sic ꝙ cōstitutū ex partibus substātialib⁹ que sunt caro ⁊ ossa ⁊ hmōi. quare ⁊c. Unde isto modo accipiēdum est organicū in diffinitione anime: nō pro organico quod est eē extensum habēs partem extra partē. q: quātitas per se non pertinet ad sub stantiam. nec per ꝯsequēs ad ꝑ se susceptiuum aīe: que est forma subālis. verum est tamē: ꝙ agens na turale nō posset facere formam ī materia nisi quā ta prius ⁊ dispositiua ꝑ accidentia. ⁊ hoc ex limita tione ⁊ determinatione sui modi agēdi. ⁊ q̄tuꝫ ad hoc corpus oportet ꝑexistere organicum ⁊ q̄tum in alijs aīatis: anteq̄ educatur forma eorum: si ta men ab ipis educatur: quod non puto. si vero non educatur: sed a deo sit: adhuc dico: ꝙ ꝺm ordinatio nem diuinam oportet: ꝙ pri⁹ natura corpus ita sit dispositum ⁊ q̄tum per accidētia: anteq̄ aīa eorū educatur. ⁊ etiā corpus hoīs anteq̄ aīa creetur. li cet absolute loquēdo posset hoc facere deus: nulla quātitate posita in materia vel in corpore. ¶ Ad tertium dico: ꝙ materia potest eē in re ⁊ in effectu sine forma: sicut ꝓbaui in secūdo. ⁊ dato ꝙ nō: ad huc posset esse forma siue spūalis siue corporalis ī materia sine quātitate. Tu dicis: ꝙ materia nec for ma est corporalis nisi per quātitatem. Dico ꝙ acci piendo eē corporeum ꝓ habere ꝑtem extra ꝑtem quantitatiue: sic nihil est corporeum vel corporale nisi per quātitatem. sed accipiēdo eē corporeum de genere substātie: siue corpus dicat totum siue par tem. Dico: ꝙ aliquid potest esse: ⁊ est corporeū vel corporale nō ꝑ quātitatem: sed ꝑ hoc ꝙ habet par tes hōgeneas: sibi intrinsecas: quibus est extēdibi le per quantitateꝫ superueniētem. ⁊ partes ille sunt substantie: sicut ⁊ totum. ⁊ tales partes non habet substantia spūalis ⁊ incorporea: puta angelus vel anima. Et ideo nec sunt extendibiles per se nec ꝑ accidens. ¶ Ad quartum dico: ꝙ quātitas nō est principium indiuiduationis substātie: sic ꝙ ꝑ quā titatem sit ipa substātia formaliter īdiuidua ⁊ hoc aliquid: sicut ꝓbaui in secūdo. iō ⁊c. ¶ Ad quintū de substantia naturali vel phisica. Dico ꝙ substan tia vel habet esse naturale seu phisicum ꝑ acciden tia solum sicut imaginatur argumētuꝫ. ⁊ sic potest esse substātia gñabilis vel corruptibilis sine hoc: ꝙ actu sit phisica ⁊ naturalis: sicut p̄t eē sine talib⁹ ac cidētib⁹ in actu: licet nō sine aptitudine ad ipa. Sꝫ non puto illud esse verum. Nō eñ solum forma ac cidentalis est natura: sed etiā forma subālis: ⁊ etiā materia ipsa. Et ita diuiditur eē phisicum in esse substātiale ⁊ accidētale. Et tunc dico: ꝙ substātia talis esset substātialiter phisica: non tamē acciden taliter per accidentia illa. nec est hoc incōueniens.

¶ Ad vltimum dico: ꝙ absolute loquēdo de⁹ pos set conseruare substātiam celi ⁊ sepaгe quātitateꝫ eius ab eo cōseruando vtrūq̄ vel corrumpere quā titatem celi. Quādo dicitur est imutabile ꝺm quā titatem: sicut inaugmentabile ⁊ ingenerabile ⁊ in corruptibile. Dico ꝙ verum est ab agente natura li ⁊ creato. sed dico: ꝙ a deo posset sua quātitas ab eo separi: ⁊ postea sibi reddi. ⁊ ita mutaref ad quā titatem. Et maior quātitas etiam posset dari sibi: ⁊ sic augmētari ꝺm quātitatem. Sed si in celo non sit materia: sed sit pura forma subsistēs: sicut dixi ī secūdo: tunc dico: ꝙ nullo mō est generabile a quo cunq̄ agente nec corruptibile: sed ꝑ solam creatio nem habetur non de aliquo: ⁊ ꝑ solam anihilatio nem posse desinere esse: eoipo ꝙ materiam nō habꝫ talis forma: nisi cum hoc ꝑ diuisionem suaruꝫ par tium: quas posset deus abinuicem diuidere. Si ve ro poneretur in ipo materia. Dico ꝙ nō video pre cipue si esset eiusdem rōnis cum materia istorū in feriorum: quin eēt generabile ⁊ corruptibile virtu te alicuius agentis: saltem ab ipo deo quicquid sit de agēte naturali. Hec de prio articulo ꝑncipali.

¶ Quantum ad secundū articulum

¶ Quantum ad secundū ar/ticulum videtur opinio omnium philosophorum: ꝙ nullum accidēs quodcūq̄ sit illud: sepabile est a subiecto vel a substātia. ¶ Et ad hoc adducūtur aliq̄ rationes. Prima est ista. Illud quod nullū eē habet ꝺm se: nec est ens nisi q: entis: non pōt se parari ab illo ente. q: nihil potest esse formaliter ꝑ aliquid sepatum ab ipo. sed accidētia sunt entia q: entis: id est substantie vel subiecti. septimo metha phisice. Et quarto metha. dicit philosoph⁹ ꝙ ens analogice dicitur de substātia ⁊ accidente suo mo do: sicut sanū de aīali ⁊ vrina. vrina vero ꝺm se ni chil habet formaliter sanitatis: sed tantuꝫ dicitur sana denominatione extrinseca a sanitate aīalis. Siliter etiam. 7. metha. dicit ꝙ queadmodum non scibile est scibile equiuoce: et medicinale opus. et vas: ita ista scilicet qualitas ⁊ quātitas dicuntur entia. Et ita non entitate ꝓpria ⁊ intrinseca: sed subiecti tantum. igitur nec accidēs secūdum se ha bet aliquid entitatis: sed tantum ratione subiecti. Unde ⁊ philosophus. 7. metaphi. dicit. ꝙ nihil ho rum scilicet accidentium ꝺm se est aptum natū nec possibile separi a substantia. ¶ Secūda ratio. illd quod ꝑ suam essentiam inheret subiecto: nō potest separari a subiecto vel eē sine ipo; sicut nec eē sine sua eēntia. sed accidens ꝑ suam essentiam ⁊ ex sua diffinitione inheret subiecto. quia in diffinitione eius ponitur subiectum: ⁊ impossibile est ipsum ali ter perfecte intelligi. 7. metha. ꝓbatur hoc. quia aut per suam eēntiam aut per aliquid superaddi tum si primo modo hēbetur ꝓpositū. si secūdo mo do quero de illo addito ⁊ nō potest eē nisi accidēs vt pꝫ. ⁊ tūc de illo q̄ritur. Aut ꝑ suā eēntiā inheret ⁊ pari ratione fuit standum in primo. Aut per ali quid additum. ⁊ est processus in īfinitum. ergo ⁊c. ¶ Tertio sic. Aut inherentia est idem quod acci dens inherēs: aut ē ꝓpria passio ei⁹ sed si est idem cū accidente inherēte: impossibile est eē accidens: qꝺ inhereat subiecto. Si propria passio: adhuc sequi tur idem quia subiectum non potest eē sine propria passione. igitur accidēs eē non potest sine inheren tia. ¶ Quarto sic. sicut substantie conuenit per se

Accidēs oē an pos sit eē sine subiecto.
1. opinio.
7. meth.
4. meth.
7. meth.
7. meth.
7. meth.

esse:ita accidenti cōuenit inherere subiecto: vel in
esse. sed impossibile est: ꝙ substātia q̄ per se ē in ge
nere substantie: alteri inhereat: ⁊ non sit ꝑ se subsi-
stēs. ergo impossibile ē: ꝙ accidēs non inhereat: et
sit ꝑ se. ⁊ ꝑ consequēs: ꝙ sit sine subiecto. ¶ Quin
to sic. illud quod essentialius respicit subiectuꝫ q̄ꝫ
creatura deū: nō pōt eē sine subiecto: sicut nec crea
tura sine deo. sꝫ accidēs eēntialiꝰ respicit subiectū
q̄ꝫ creatura deū q2 subiectū necessario ponit in dif
finitiōe accidētis. nō aūt deꝰ ī diffinitiō substātie
create. g ⁊c̄. Si dicas ꝙ subiectū ponit ī diffinitio
ne accidētis ꝑ additamētum ita etiam ponit vnuꝫ
correlatiuuꝫ in diffinitione alterius. ⁊ tamē vnum
non potest esse sine alto. quare ⁊c̄. ¶ Ultimo sic si
aliquod accidens posset separari a substantia: hoc
maxime videretur de quantitate. sed hoc est īpossi
bile. Nam secūdum aliquos quantitas ē eadē eēn-
tialiter cum substantia corporea ⁊ sunt vna res. q̄ ē
in duobus predicamētis sm̄ duos modos: quoruꝫ
vnus ē ꝑ eē ⁊ alius est dare partem extra partem.
Idē autē vel eadem res non potest separari a seip-
so. ergo ⁊ ceterea.

2.opinio ¶ **Alia est positio** theologorum ali-
quorum: ꝙ accidē-
tia possunt separari a subiecto: ⁊ separantur a sub-
stantia in hoc sacramēto. sꝫ hoc ē per vnum nouuꝫ
esse: quod confertur accidēti a deo in ista separatō
ne. Imaginantur enim: ꝙ esse realiter differat ab
eēntia: ⁊ ꝙ accidētium q̄ꝫdiu sunt in subiecto: nul-
lum est esse: nisi eē subiecti: sicut allegatum ē supra
sm̄ Aristotelē. ⁊ cum separantur: oportet ꝙ neces-
sario habeant aliquod esse. Cum ergo illud non
sit eē subiecti: oportꝫ ꝙ sit aliquod nouum eē datū
accidēti a deo in sua separatiōe: que ē aliqua actio
noua circa accidēs. ⁊ ita dat sibi nouum esse extra
subiectum pro termino. Sicut etiam quando acci-
dens de nouo vnitur subiecto: datur sibi nouum eē
in subiecto.

3.opinio. ¶ **Tertij dicunt** ꝙ confertur accidenti
vna noua virtus sup-
naturalis: qua subsistit in se: quando separatur. q2
virtute naturali accidēs subsistere non posset. quia
sm̄ illam dependet. nec seipm̄ substentare. ideo re-
quiritur in ipō virtus supernaturalis sibi influxa
a deo: qua subsistat. ⁊ ita potest a subiecto separi.

Doctorꝫ ¶ **Sed quantum** ad presentem arti-
culum videtur mihi
opinio. dicendum, primo de accidētibus absolutis. Secū-
do de respectibus vel respectiuis. ¶ De absolutis
dico primo ꝙ omne accidens absolutum quodcū-
qꝫ sit illud: potest separari a suo subiecto: ⁊ esse sine
illo: ⁊ pōt eē in re: dato ꝙ non inhereat actualiter
ipi subiecto. ⁊ hoc siue subiectum maneat siue non
maneat in re ⁊ in effectu. Absolute dico loquendo
virtute diuina. ¶ Ad hoc adduco rationes. Pri-
ma est ista. Illud est deo possibile: quod nullam im
plicat contradictionem ex terminis. sed nullā im-
plicat ex terminis contradictionē: ꝙ accidēs abso
lutum non inhereat subiecto: siue subiectum sit si-
ue non sit. Nam sicut dictum est supra in principio
primi articuli: inherētia accidētis absoluti ad sub
iectum est accidētalis sibi: ⁊ accidētis eius. sꝫ nul-
lam implicat contradictionem: ꝙ subiectum sit si-
ne accidēte. ergo nō implicat cōtradictionē: ꝙ ac-
cidens sit: dato ꝙ non inhereat. ¶ Secunda ratio
inherētia accidētis absoluti ad subiectum est res-
pectus quidam extrinsecus aduenien accidēti et
fundatus in ipō. cum enim sit respectus. ⁊ non sit
sibi consubstantialis: oportꝫ ꝙ sit accidētalis. sed
non potest eē de quarto genere ⁊ ītrinsecus: quod
ptꝫ inducēdo per illos tres modos relatōis de qn
to metha. oportꝫ igitur ꝙ sit extrinsecus. sꝫ posito
fundamēto ⁊ termino: ⁊ multo fortius posito funda
mento ⁊ non posito termino non est necesse respe-
ctum extrinsecum poni: vt patꝫ ex dictis. ergo po
sito subiecto ⁊ accidēte absoluto non ē necesse īhe
rentiam talē poni. Et multo minus destructo sub-
iecto: imo non posito subiecto impossibile est inhe-
rentiam poni quia respectum sine termino poni est
impossibile. ergo ⁊c̄. ¶ Tertia ratio. deus ponere
vel conseruare potest in re omnem effectum abso-
lutum sine quocūqꝫ alio essentialiter distincto. qd̄
non est aliquo modo causa eius necessario intrinse
ca: vt ptꝫ. sed subiectum in nullo genere cause ē ꝑ
se causa accidētis. non enim est materia eiꝰ. nec for
ma. quia accidēs non est compositum ex materia ⁊
forma. materia autem ⁊ forma cuiuscūqꝫ sunt cau-
se: sunt cause intrinsece: ⁊ omnis causa intrinseca ē
efficiens vel finis. Unde accidētia non habent ma
teriam ex qua. 8. methaphi. ergo ⁊c̄. Dices ꝙ sub- 8.metha.
iectum est materia in qua: quam non potest deꝰ sup
plere: licet possit supplere causas extrinsecas. dico
ꝙ materia in qua nō est causa forme: que est in ipā:
sed est causa totius compositi ex illa materia ⁊ illa
forma: sicut ꝓbaui in secundo de materia forme.
Alioquin eēt circulus in causis: ⁊ idem a seipō de
penderet ⁊ eēt prius ⁊ posterius natura seipō. Et
ita subiectum non est causa accidentis: licet sit cā
totius compositi per accidens: vel saltem pars.
Unde licꝫ totum compositum ex subiecto ⁊ accidē
te non possit eē sine subiecto accidēs tamē bene.
¶ Quarta ratio. magis necessaria ⁊ intrinseca et
per se videtur vnio forme materialis ad materiam
cum qua facit vnum ꝑ se: q̄ꝫ accidētis absoluti ad
subiectum. sed forma materialis virtute diuina po
test manere ⁊ eē sine materia: vel separari ab ea: si
cut materia potest esse sine forma: que tamen ē mi-
noris entitatis q̄ꝫ forma. g ⁊c̄. ¶ Sic igitur dico ꝯclusio
pro conclusione: ꝙ omne accidēs absolutuꝫ potest doctoris,
esse sine subiecto. id est dato ꝙ subiectum nō sit vl'
etiam separi ab ipō: dato ꝙ subiectum sit. ¶ Se-
cundo dico: ꝙ hoc nō est ꝑ vnum eē nouum sibi da
tum a deo in tali sepatione sicut ponūt illi quorū
opinio supius tangebatur. ¶ Arguo eīm sic. pmo
essentia ⁊ eē actualis existētie nō distinguunt eēn-
tialiter: sed sunt eēntialiter simpliciter insepabilia
in re. sed accidēti non datur noua eēntia in ista se-
paratione. patꝫ. Nam eadē eēntia accidētis q̄ priꝰ
fuit ipius subiecti. ⁊ vniebatur sibi: manet sepata.
patꝫ ⁊ sm̄ ipōs. ⁊ sm̄ veritatem. g nec nouuꝫ eē da-
tur accidenti. ¶ Secūdo sic. illud eē nouū datum
accidēti. aut ē substantia aut accidēs. Nō pōt dici
substātia. patꝫ. Nec accidēs. q2 sicut pmū accidēs
seipō non existebat: ita nec illud seipō existeret. et
ita eēt ꝓcessus in infinitū: quod est īpossibile. ergo
est nihil. ¶ Tertio sic. magis videret idem eē for-
me cum materia vel in materia cum ipā materia q̄ꝫ
accidentis cum subiecto. sed planum est: ꝙ forme
materialis et materie non est idem esse. probatio.
quia esse materie presupponitur ipsi esse forme. q̄

habetur per transmutationem. habet igitur prius esse vel existere: sicut et propriam essentiam. igitur et accidens ipsum. ita quod illo eodem existere vel esse sibi proprio: quo existebat: quando erat in subiecto: modo etiam existit non in subiecto. ¶ Quarto sic. si accidens acquirit unum nouum esse: quando separatur a subiecto: mutatur a priuatione illius esse ad ipsum esse. sed hoc est falsum. quia nulla mutatio pot assignari: que possit tali mutationi couenire. Nec enim acquiritur substantia nec quantitas nec qualitas nec ubi et sic de alijs. Et similiter etiam si est mutatio. necessario presupponit accidens mutatum esse et ita habere propium esse. quod est cotra eos. Aliter potest argui multipliciter cotra istam fictionem: sed non est vis. ¶ Tertio dico: quod quando accidens separatur non datur sibi illa virtus supernaturalis: sicut dicunt alij. Immo breuiter nihil nouum sibi confertur. ¶ Contra enim illam virtutem arguo sic primo. quia illa virtus aut est substantia aut accidens. non pot dici: quod substantia patz. nec quod accidens. quia tunc non plus accidens per illam subsisteret: quam per seipsum: et esset processus in infinitum. ¶ Secudo. quia accides mutaretur ad talem virtutem: et no potest assignari quali mutatione: ut videtur. quia illa virtus no videtur qualitas aliqua nec spiritualis nec corporalis. et tame qualitas maxime videretur. et ita in nullo genere esse videtur. et sic nihil. ¶ Tertio sic. quia si talis virtus conferretur accidenti: tunc naturaliter et non miraculose per illam subsisteret. sicut oculus naturaliter videret licet prius existens secus supernaturaliter illuminaretur. coseques autez est falsum. ergo etc. ¶ Quarto etiam quia substantia no potest aliquam talem virtutem recipere per qua ad aliud naturaliter dependeat tanquam ad subiectum. igitur nec accides aliquam per quam per se rubsistat sicut substatia. quemadmodum videntur illi imaginari. ¶ Quantum igitur ad modum dico: quod accidens habet proprium esse actualis existentie: sicut et propriam essentiam distinctam ab essentia subiecti. Et dico: quod accidens separare a subiecto nihil aliud est: quam corrumpere vel anihilare inherentiam quam habet ad subiectum: siue maneat subiectum in re et in effectu siue non quia utroque modo est possibile. Et quod per istam separationem nihil acquiritur: sed deperditur inherentia. et tunc accides idem quod prius existit in re et in effectu et no inheret: nec innititur subiecto deo manutenete ipsum coseruante: no autem inherentiam eius que est accidentalis: sicut dicum est supra. Nec datur sibi nouum esse: vel etiam noua virtus. Et suum subsistere non est nisi existere sic: quod scilicet actu non inheret: vel innititur alteri. Hec de accidentibus absolutis.

De accidente separato.

De modo essendi accidentis.

¶ De accidentibus respectiuis vel de respectibus

De accidentibus respectiuis.

accidentalibus cuiusmodi sunt omnes respectus de septem ultimis predicamentis. Dico quod impossibile est: et implicat contradictionem absolute loquendo respectu cuiuscumque virtutis: quod sint sine subiecto vel fundamendo. Hoc probo sic primo. Illud cui est essentialis inherentia ad subiectum vel fundamentum non potest sine contradictione separari ab illo: vel non existente illo: sicut nec aliquod potest poni sine eo: quod est sibi consubstantiale vel coessentiale. sed inherentia accidentis respectiui ad subiectum vel fundametum est sibi essentialis: sicut dictum est in principio primi articuli: et probatum est. ergo etc. ¶ Secudo sic. illud quod quiditatiue est habitudo formalis alicuius non potest poni sine illo: nec separari ab eo: sicut nec potest esse sine sua quiditate. Si enim posset separari ab eo vel esse non existente illo: sequeretur: quod quiditatiue non esset formalis habitudo illius entis: sed posset esse non entis. sed respectus quiditatiue est habitudo alicuius ut subiecti vel fundameti vel secundum fundametum aliquod: ut patet ergo etc. ¶ Tertio sic. non minus implicat contradictione esse sine subiecto vel fundamento quam sine termino. sed impossibile est ee respectum realem sine termino reali. quia ad non ens non potest esse relatio realis. patz ex differetia relationis realis a relatione rationis: et ex hisque ad relationem vel respectum realem requirutur: sicut dictum est in primo. ergo. etc. ¶ Ex predicitis concludo: quod intellectio et visio et omnia talia possunt esse sine subiecto vel separari a subiecto. ¶ Secundo concludo: quod nullus motus vel mutatio proprie accipiendo mutationem. cum secundum me sint respectus: potest ee sine subiecto: sicut nec respectus accidentalis quicunque: ut videtur. Sed dices: quod respectus videtur posse esse sine subiecto. Nam aliud est subiectum respectus: et aliud est fundamentum. subiectum enim est illud cui inheret fundamentum. sicut subiectum similitudinis est cui inheret albedo: et quod dicitur simile alteri. sed fundamentum est albedo. Modo licet relatio non possit esse sine fundamento: tamen videtur: quod possint esse sine subiecto: sicut etiam fundamentum eius puta albedo.

Correlaria.

¶ Dico ad hoc

quod quidam sunt respectus: qui habent idem pro subiecto immediato et immediate et proprie denominato per ipsos: et etiam pro fundamento sicut sunt ubi: vel etiam motus seu mutatio. fundamentum enim ipsorum immediate denominatur per ipsos. Est etiam subiectum eorum ut corpus mutatum vel locatum. Alij sunt respectus accidentales: qui respiciunt aliud pro fundamento et aliud pro denominato. et hoc magis ex consuetudine loquendi quam ex proprietate rei. sicut similitudo respicit albedinem pro fundamento: et subiectum albedinis pro denominato quam subiecto. Et de istis patet secundum rei veritatem: quod respiciunt fundamentum pro subiecto immediato quod possent denominare: et tali fundamento manete manere. Nec oporteret: quod subiectum fundamenti maneret: sed sufficeret: quod fundamentum et terminus. Nam subiectum fundamenti non est subiectum relationis accidentalis fundate in illo: nisi mediate et sicut denominatum per illam ratione fundamenti cuius est subiectum. Sicut substantia dicitur subiectum qualitatis mediatum: et denominatur per eam rati one quantitatis: que est immediatum subiectum qualitatis: et que informat substantiam. Et ita videretur: quod manete fundamento vel subiecto immediato et extremo: posset manere relatio sicut manente quantitate potest manere qua-

Nota de respectibus.

litas in ipa:substantia non manēte. Si non placet
istud:oportet dicere:ꝙ relatio habet duas habitu
dines inherentie sibi eēntiales ad duo: ordie tamē
quodam. vnam ad subiectum:⁊ aliam ad fundamē
tum. Ita ꝙ vterq; inheret.⁊ sic non potest eē sine
snbiecto ⁊fundamento. Et hoc habet locum quan
do subiectum ⁊ fundamētum sunt aliud ⁊ aliud.
Uerum est tamen : ꝙ licet vtrumq; sit subiectum:
tamen subiectum fundamēti magis dicitur subie=
ctum tanq; primum in ordine isto. ⁊ ita etiam pre=
cipue denominatur ab ipa relatione. Sic de isto.

Ad moti ua.1.opi. scʒ phoꝝ ¶ Ad primum philosophorum dico:ꝙ
accidens habet ꝑpriam
entitatem ⁊proprium existere aliud ab eē subiecti:
sicut ꝓbatum est supra. Quādo dicis: ꝙ accidētia
non sunt entia:quia entis. sed li quia non dicit ibi
rationem formalem entitatis ipius accidentis. ita
ꝙ sit vnum eē vel vna entitas formaliter acciden=
tis ⁊ subiecti. Alioquin ex ipis non fieret vnum ꝑ
accidens. sed magis videtur dicere rōnem cōcomi
tantie:vel fʒ philosophū forte alicuiꝰ causalitatis
extrinsece:quam habet subiectum respectu accidē
tis. Et ideo qꝛ aristoteles posuit necessariam con=
nexionem effectus non solum ad causam primā: sʒ
etiam ad secūdam:ideo consequenter dicit illud in
septimo:ꝙ accidens nō potest a subiecto separari
1.phisico. nec esse sine illo. Et primo phisicoꝝ:ꝙ intellectus
querens segregationem passionum a substantijs ē
intellectus querens impossibilia. Non ꝙ ex ratio=
ne accidentis sit hoc impossibile:quasi eē acciden=
tis ⁊ subiecti sit idem essentialiter : hoc potuit po=
nere:cum frequenter accidens acquiratur in subie
cto per mutationem ꝓsupposito subiecto ⁊ suo eē.
Et ita esse accidēs posterius est etiam duratione.
Nec dicit illud :ꝙ inherentia sit de eēntia acciden
tis:tunc eñ ponēdo accidens sine subiecto ponerē
tur simul repugnantia ⁊ incōpossibilia vel contra
dictoria. Et nō possent seruari leges disputantiū.
quia statim homo concederet maximum inconue=
niens.ad quod potest homo duci ꝑ disputationeʒ.
quod non ē verū concederetur eñ accidens esse ⁊
non eē. Et ꝙ nō sic intellexit Aristo.contradictio
4.phisi. nem implicari patʒ:4.phisicorum capitulo de va
cuo:vbi querit:si spacium eēt:in quo esset tātuʒ co
lor aut sonus ⁊ non aliquod corpus subiectū istis
accidētibꝰ:an illud eēt vacuum. Et ad alterā par=
tem determinate respondet:ꝙ si spaciuʒ eēt copis
receptiuum:eēt vacuum. Si aūt includeret contra
dictionē sic eē sonum aut colorē sine subiecto:⁊ ad
hoc sequeretur ista esse ⁊ nō esse : ⁊ similiter subie=
ctum corpus:debuisset Aristo.respondisse:ꝙ ⁊ eēt
vacuum:⁊ non esset vacuum. qꝛ in eo esset corpus⁊
non eēt. Sed ad argumētum dico :ꝙ nullam neces
sariam cōnexionem habʒ accidēs absolutum cum
subiecto:sed virtute diuina potest esse sine ipo :li=
cet non per agēs naturale. sicut posset dici: ꝙ Ari
stoteles intellexit. ¶ Ad illud quod dicitur ibi de
4.⁊.6.methaphisice:ꝙ accidēs nō est ens nisi eq=
uoce:sicut vrina sana vel vas vel opus salubre.
Dico:ꝙ exempla non semꝑ currūt quattuor pedi=
bus. Et ideo exēpla Aristo.non arguunt illud:ad
quod adducuntur. sed arguunt ꝙ sicut inter sana
primum est animal ⁊ habitudine aliqua ad sanita=
tem animalis alia dicūtur sana: ⁊ denominantur.
licet nullam sanitatem formaliter in se habeant.
sic accidentia habitudinem aliquam ⁊ analogiam
habēt ad substantiam vt ad primum ens : licet fm
se aliquid habeant entitatis ⁊ aliam entitatē for=
maliter ab entitate substātie. Et q̄tum ad hoc nō
est similis analogia inter entia sicut est inter sana.
Nec oportet ꝙ accidēs sit non ens entitate ꝑpria
⁊ ens tantum denominatione extrinseca ab entita
te substātie. Cum enim in vrina vel in vase nihil sit
sanitatis formaliter :fundatur tamen in eis quidā
respectus rationis ad sanitatem:vt in vrina respe=
ctus signi ad signatum:ratione cuius dicuntur ta=
lia equiuoce sana ⁊ denominatione extrinseca ab
ipa sanitate talem respectuʒ terminātē. Hoc autē
non potest dici de accidēte. sed opotʒ. ꝙ propriam
entitatem habeat distinctam a substantia. Sunt
enim accidētia per se principia operationum⁊ mo
uendi sensum vel terminandi saltem. ⁊ similiter in
telligendi subantiam. ista autem non conueniūt ni
si entibus. quare ⁊c̄. Nec dicit Aristoteles ꝙ acci
dentia non habēt entitatem :sicut nec vas vel vri=
na sanitatem. sed bene ⁊ habēt attributionem ad
substantiam:sicut illa ad animal. Uult forte tolle=
re ꝑ hoc vniuocationem inter entia. Non curo de
hoc. ¶ Ad secūdum dico:ꝙ accidēs absolutū nō
inheret per suam essentiam. sic ꝙ inherētia sit sibi
essentialis vel pertinēs ad eēntiam eius: sʒ est sibi
simpliciter accidentalis. Inheret tamē per suam
essentiam. quia sua eēntia fundat inherentiam vel
vnionem talem:vt patʒ. Quādo dicis ꝙ imo. quia
hoc conuenit accidēti ex sua diffinitione. Nec pro
pter aliud ponitur subiectum in diffinione accidē
tis : nisi quia terminat inherentiam accidentis ad
ipm que est coessentialis accidenti. Alioquin pos=
set complete diffiniri accidēs : ⁊ intelligi per pro=
prium genus ⁊ differentiam non intelligendo vel
coassumendo subiectum. Dico ad hoc:ꝙ accidens Accidēs
secūdum Aristotelem diffinitur ꝑ subiectum. Li= cur ꝑ sub
cet habitudo vel inherētia ad ipsum non sit eēntia iectū dif
lis accidenti. Et causam reddit vnus. qꝛ non habe finitur.
tur perfecte conceptus alicuius forme:nisi sciatur
cuius nata sit esse forma:⁊ quid nata est informare
Non quia subiectum sit terminus inherentie essen
tialis. tunc enim deus magis poneretur in diffini=
tione creature:quia terminat dependentiam eius:
quod non est verum. ita ꝙ secūdum istum licet acci
dens in abstracto posset intelligi q̄tum ad omnia
essentialia ⁊ intrinseca sua:⁊ posset haberi ratio de
ipo per genus proprium ⁊ per differentias:nō ta=
men illa ratio esset diffinitio. quia nō eēt perfecte
expressiua cōceptus talis forme. eo ꝙ non exprime
ret illud:quod nata est informare. ¶ Sed videtur
mihi:ꝙ ista dicuntur ad saluādum Aristotelem in
septimo methaphisice . tamē nō video ꝙ habeant
necessitatem. ex quo inherētia simpliciter est acci=
dentalis ipi accidēti absoluto. Et idem est subie=
ctum esse terminum inherentie:⁊esse illud quod ac
cidens informat siue inclusum in aptitudine. non
video quare de necessitate diffinitionis accidētis
absoluti sit subiectum pari ratione etiam de qua=
cunq; forma absoluta:quin ipa in abstracto signifi
cata saltem possit diffiniri:⁊ intelligi perfecte:non
intelligēdo subiectum:sicut etiam esse non existen
do subiectum:vt videtur. Et ideo non video ne=
cessitatem saluandi Aristotelem: nisi forte de acci
dente in concreto vel : accepto in concretione ad

subiectum. quia sic relatiue accipitur & nō absolute. vel de accidēte respectiuo: cui inherentia ad subiectum est essentialis saltem si quantum ad talem inherentiam accipiatur. De quo non curo modo. Si dicatur: ꝙ essentiale est accidenti aptitudinaliter inesse subiecto. ita dico: ꝙ essentiale est vel saltem inseparabile a subiecto posse recipere accidēs et tamen non propter hoc accidens debet poni in diffinitione subiecti. Si dicas: ꝙ accidens est posterius natura. Dico: ꝙ vel accipis posterius natura pro dependente vel pro presupponente aliud. & tunc dico: ꝙ talis depēdentia vel presuppositio est simpliciter accidētalis accidēti absoluto respectu subiecti. et tunc idem est iudicium: sicut de inherētia. Si dicas: ꝙ accidens est posterius natura. id est naturali intelligentia tanꝗ diffinibile per subiectum: dico ꝙ petis. Et hoc habes probare. Dico tñ bene: ꝙ de accidentibus possunt dari diffinitiones seu magis descriptiones per subiecta & vere de ipsis indicantes illud cui nata sunt inherere. sꝫ nō sunt necessarie tales: vt videtur ad habēdum complete conceptus essentiales accidentium absolutorum. ¶ Ad confirmationem dico: ꝙ accidens absolutum inheret formaliter per aliquid additum: puta per inherentiam accidentalem sibi: fundamētaliter tamen per seipsum. Quando queris de illo addito. Dico ꝙ illa inherentia addita accidēs est: et accidens respectiuum. & inheret per seipsam: sic ꝙ inherentia sui ad subiectum est sibi eadem essentialiter: nec est accidens sibi: distinguitur tamē ex natura rei et formaliter ab illa. Nam ipsa inherentia accidentis absoluti ad subiectum est habitudo illius accidentis ad subiectum accidentis absoluti. sed inherentia inherentie est habitudo inherentie ad accidens absolutum: quod est subiectum sue inherentie. Ex quibus patet: ꝙ non oportet procedere in infinitum. quia illa inherentia non inheret per aliam inherentiam distinctam ab ea essentialiter. et ita est ibi status. ¶ Ad tertium dico: ꝙ inherentia accidentis absoluti nec est idem cum ipso: nec est propria passio eius: sed accidens per accidens et respectus extrinsecus sibi adueniens. Et dato ꝙ esset propria passio eius: adhuc posset accidens absolutum esse sine tali inherētia posita in actu: sicut dictum est supra de substantia & sua propria accidentali passione. Si dicas: ꝙ scđm simplicium in predicamentis esse in ipsorum accidētium non constituit aliud genus ab ipsis. et ita videtur esse idem cum ipsis. et ita inherentia est eadem accidenti. Dico ꝙ si accipiat esse in formaliter pro inherentia ipsa: ꝙ in accidentibus absolutis dictum suum non est verum. sicut dictum est supra: sed tantum in accidentibus respectiuis: cum quibus inherentia est eadem. Si vero accipiat esse in fundamentaliter scilicet pro fundamento: tunc verum est dictum suum. quia idem ipsum quod est accidens absolutum et per seipsum non per aliquid alterius generis fundat inherentiam ad subiectū. Et similiter de respectiuis.

Simplicius.

¶ Ad quartum dico: ꝙ accipiendo per se esse prout negat aptitudinem: vel dicit repugnantiam ad inherendum: et inherere prout dicit aptitudinem vel non repugnantiam quantum est ex parte sua ad inherendum; ꝙ conformiter accidenti conuenit inherere: sicut substantie per se esse et econuerso. Et tunc non plus concluditur: nisi ꝙ sicut substantie conuenit per se esse. quia non est apta inherere. Ita accidenti conuenit aptitudinaliter inherere. Si autem accipias vtrunqꝫ actualiter scilicet ꝙ sicut substantia actualiter non inheret: ita accidens necessario actu inheret: dico ꝙ non vniformiter conueniunt ista vnum substantie et alterum accidenti: nec diuidunt substantiam ab accidente vel econuerso. Et ratio est. quia non posse inherere infert in substantia non inherere actu. sed posse inherere non infert inherere actu: sed est fallacia consequentis. Si queras de illa aptitudine ad inherēdum: quid est. Dico ꝙ vltra naturam accidentis nati inherere non video aliquod positiuum reale in actu extra intellectum. sed si dicit aliquid in actu: dicit respectum rationis ad subiectū: cui accidens natum est inherere. Si vero aliquid in potentia: tunc dicit inherentiam in potentia: que ponitur in actu: quando actu inheret ipsum accidens subiecto.

¶ Ad quintum dico: ꝙ nullum accidens essentialius respicit subiectum ꝗ creatura deum. Sed de accidentibus absolutis precipue dico: ꝙ accidentaliter inherent subiectis: et ꝙ illa inherentia est eis accidentalis. Ad probationem dico: ꝙ nō oportet subiectum poni in diffinitione accidentis absoluti in abstracto vel dato ꝙ ponatur: non tñ propter hoc essentialis est sibi illa inherentia ad subiectum: sed accidentalis. Quando dicis: ꝙ deus non ponitur in diffinitione creature. dico: ꝙ creatura precipue substantia non diffinitur per additamentum nec per aliquid extrinsecum a quiditate diffiniti. deus autem licet ad ipsum referatur creatura respectu sibi essentiali vel consubstantiali: tamen est extra quiditatem creature: immo etiam ille respectus: sicut dictum est in primo: et ita etiam nec ille respectus ponitur in diffinitione creature. Accidentia autem si per subiectum diffiniuntur: per additamentum diffiniuntur quare &c. Aliter dicitur: ꝙ deus non ponitur in diffinitione creature: licet ad ipsum dependeat essentialiter creatura non accidentaliter: sicut accidens absolutum ad subiectum: vel effectus ad quancunqꝫ causam extrinsecam secundam. quia deus est aliquid simpliciter extra genus: et quid commune secundum causalitatem cuilibet creature. & ideo nō ingreditur diffinitionem: sed bene subiectum. Et precipue proprium ingreditur diffinitionem accidentis sibi accidentaliter inherentis. Similiter etiam vnum correlatiuum proprium & eiusdem generis cum alio bene ponitur in diffinitione alterius immo etiam dato ꝙ non sit in genere: ponitur bene in diffinitione relatiui vt tale: non vt aliquid absolutum.

¶ Ad sextum de quantitate dico: ꝙ quantitas separabilis est a substātia corporea corporeitate de genere substantie. Quando dicis: ꝙ est eadē essentialiter cum substantia: dico ꝙ falsum est. Tunc enim non posset separari a substantia: cuius oppositum tenent omnes moderni in hoc sacramento: scilicet ꝙ quantitas panis manet: et substantia nō manet. Et probo hoc. illud quod variatur alio manente eodem et inuariato; non est essentiali-

ter idem sibi. sed substātia manente eadem quanti
tas in ipsa variatur scđm augmentum vel diminu
tionē. patet in rarefactis vel condensatis. ergo ⁊c̄.
Secundo quia diuersarū per se mutationum posi-
tiuarū quarū neutra est ꝯuersiua: sunt diuersi ꝑ se
termini essētialiť distīcti. sicut ⁊ ille mutatiōes sūt
distīcte. sꝫ ꝯgtio est alia a motu augmēti vel a mu-
tatiōe ťminata ad ꝗtitatē: vt pꝫ. Alioqn sꝑ substā
tia corporeꝫa eneraretur: vel corrumpereť: quādo
augmentareť sua ꝗtitas: vel minuereť. qđ falsum ē
Tertio. quia qua rōne ꝗtitas esset eadem cum ma
teria vel cum substātia corporea habēte partem et
partem: eadem rōne cum qualibꝫ qualitate corpo-
rali: ⁊ sic oporteret: ꝙ plures ꝗtitates essent simul
per naturam. sicut ⁊ plures nature tales possunt eē
simul in eodem subiecto. quod est falsum et impos-
sibile. Quarto quia sicut dictum est supra: couer-
sio panis fit in substātiam corporis christi ⁊ nō in
quātitatem. quia ꝗtitas non est ibi per se sed tan-
tum concomitatiue quare ⁊c̄.

Ad moti ua. ij. op. — ¶ **Ad motiuum** illius opinionis de no
uo esse collato ipsi ac-
cidenti in sua separatione dico: ꝙ separatio nō est
actio positiua termini alicuius: sed potius destru-
ctiua inherētie illius quā habebat accidens ad sub
iectum. Et ideo nō oportet: ꝙ per ipsam detur no-
uum esse ipsi accidenti. nec etiā ipsius accidentis ⁊
subiecti: nisi illud subiecti. sed illud non est ad pro-
positum. Qñ dicis ꝙ qñ accidens de nouo vnitur:
datur sibi nouum esse. Dico ꝙ nō datur sibi ex hoc
nouum esse actualis existentie sibi essentiale. pote-
rat enim preexistere illi vnioni. sed datur sibi noua
vnio: que nō est suū esse: sed est quoddam accidens
eius: vt dictum est supra. qñ autē separatur destrui
ur illa vnio: siue subiectū maneat siue non. Et ita
magis argumentū est ad oppositū ꝗ ad propositū.
¶ Ad motiuū de illa virtute supernaturali dico:
ad dictū 3. opinio. — ꝙ nihil est. Potest enim accidēs seipō esse in re nō
inherendo alteri sine tali virtute. ⁊ hoc a deo cōser
uante ipm: ⁊ non conseruando inherentiam sui ad
subiectum. Hec de secundo articulo principali.

Oīa acci dentia in euchari- stia an si ne subie- cto. — ¶ **Quātum ad tertium arti-**
culum videtur due opiniones extreme. Una ꝙ oīa
accidentia in hoc sacramento sunt sine subiecto.
¶ Ad hoc adducūtur ratiōes. Prima est ista. oīa
accidentia sunt in hoc sacramēto sine primo subie-
cto: puta sine substātia. ergo sunt sine subiecto. pro
1. opinio. — batio. essentialior est habitudo accidentiū ad pri-
mum subiectum: ꝗ ad alia: sicut effectus ad primā
causam ꝗ ad alias. quare ⁊c̄. ¶ Secūdo sic. nullū
4. meth. — accidens est subiectum alterius quarto methaphi-
sice. Nam vnum accidēs nō conuenit alteri: nec de
nominat ipsum nisi quia ambo insunt: vel conueni
unt tertio: puta substantie. sed hic nulla est substā-
tia. ergo ⁊c̄. ¶ Tertio sic materia subiecta cū for-
ma sunt cause oīm accidentium: que sunt in ea ve-
1. phisic. — lut in actu primo phisicoꝝ. sed in sacramēto nō est
substātia aliqua: sicut subiectū. nec terminat depen
dētiam accidētiū: vt subiectū: vt patet ergo omnia
accidētia sūt ibi sine subiecto. ¶ Quarto sic. si ali
quod accidens esset ibi in subiecto: et nō essent ali-
qua accidentia sine subiecto: hoc precipue videre-
tur de relatione. sed relationi non repugnat esse si-
ne subiecto. probatio. quia aut repugnaret sibi in-
quantum accidens. ⁊ tunc nullum accidens posset
esse sine subiecto. aut inquātum relatio. sed hoc nō
est verum. patet. quia relatio diuina nō est in subie
cto. ergo ⁊c̄. ¶ Sic igitur dicunt isti: ꝙ omnia ac-
cidentia in eucharistia sunt sine subiecto.

¶ **Alia est** opinio de hoc: ꝙ nō oīa accidē- ij. opi.
tia sunt ibi sine subiecto: pro tā-
to: quia impossibile est qualitatē esse sine subiecto.
ita ꝙ qualitas scđm ipsos nō posset separari a ꝗti
tate quacūqꝫ virtute. hoc enim implicat contradi-
ctionē: sicut dicunt. ¶ Ad hoc adducūtur rōnes.
prima est ista. qualitas corporalis non potest esse:
quin sit sensibilis sed qualitas non esset sensibilis:
nisi esset in subiecto: puta in quantitate. ergo ⁊c̄.
¶ Secūda ratio nulla qualitas corporalis potest
esse spiritualis. sed qualitas a ꝗtitate separata est
spiritualis. vt videtur: ⁊ potest inesse subiecto spi-
rituali. ergo ⁊c̄. ¶ Tertio sic. qualitas corporalis
vel sensibilis nō indiuiduatur nisi per quātitatem:
vt videtur. qꝛ ꝗtitas est subiectū taliū accidentiū.
Accidēs aūt indiuiduatur per subiectū qꝛ illa sūt
vnū numero: quorū materia est vna. v. metha. sꝫ im 5. meth.
possibile est ꝗtitatem esse nisi indiuiduā: vt patet.
qꝛ actiones sūt circa singularia: primo metha. ⁊ oē
qđ est: ideo est: qꝛ vnū numero est. ꝗ ⁊c̄. ¶ Quarto
sic. ꝗtitas nō potest esse sine qualitate puta sine fi-
gura. igitur nec multofortius qualitas corporalis
sine quātitate. nō omnia igitur accidentia sunt ibi
sine subiecto. Isti sunt duo modi dicendi.

¶ **Aliter videtur** mihi dicēdū: distin- Opinio
guēdo de subiecto: doctoris
ꝙ subiectū alicuiꝰ accidentis ꝺm modū cōmunem
accipiēdi subiectū pōt accipi dupliciť. Uno modo
pro subiecto īmediato: ad qđ scꝫ īmediate termina Nota.
tur inherētia accidētis illius. Alio modo pōt acci
pi pro mediato ⁊ vltimo: ꝙ scꝫ vel vltimate lꝫ non
īmediate terminat inherētiā accidētis: vel natū est
terminare: vľ saltē terminat inherētiā subiecti īme
diati ipsiꝰ accidētis ⁊ isto mō substātia dꝛ subiectū
accidētiū ꝗtūcūqꝫ nō īmediate sibi inherētiū. Ac
cipiēdo igiť subiectū siue pmo modo siue scđo mō
dico: ꝙ ꝗtitas in hoc sacro est sine subiecto. Non
eñ pōt habere aliud subiectū ꝗ substātiā ipaꝫ pa
nis: vel materiā eiꝰ: q̄ nō est in hoc sacro. sꝫ ꝯuertiť
vt dictū est supra. Unde nō est in aliquo subiecto
nec mediato nec in īmediato. nec pōt dici: ꝙ infor-
met aliq̄d aliud. Nec eñ corpꝰ xp̄i informat: vt pꝫ.
nec aliq̄d aliud. q̄re ⁊c. ¶ Scđo dico: ꝙ accipiēdo
subiectū pmo mō nō oīa accidētia sunt ibi sine sub
iecto. vnde qualitas nō est sine subiecto. nec aliqua
alia accidētia q̄ sunt ibi: sed sola ꝗtitas est ibi sine
subiecto isto mō. nō aūt qualitas ipa: sꝫ est in ꝗti-
tate sicut in subiecto. Nec obstat illud dictū aristo
telis: ꝙ accidēs nō accidit alteri accidēti. hoc eñi ꝙ accñs
inferius soluetur. ¶ Qꝛ aūt accidēs possit accide- possit ac
re accidenti vt subiecto eius: probo primo sic. Il- cidere ac
lud est accidēs alteriꝰ: qđ inest ei essentialiter disti- cidenti.
ctū ab ipō: ⁊ predicať per se secūdo modo de ipō: ⁊
nō est substātia. hoc pꝫ ex terminis. sꝫ aliq̄d qđ nō
est substātia: sic se pōt habere ad aliqđ accidēs. pꝫ
de passionibꝰ geometrice demōstratis de ꝗtitati-
bus vel figuris. sicut hr̄e tres equales de triāgulo:
que ita ꝯueniūt suis subiectis accidētibꝰ nulla sub
stātia existēte: sicut substātia existēte. pꝫ ꝗ ⁊c. Con-
firmatur. qꝛ superficies est colorata per se secundo.

¶ Secūdo sic. sicut probatum est in precedēti articulo huiꝰ questionis: relatio nō pōt esse sine imediato subiecto saltem. Ad illud eñ habet essentialem habitudinē: vt dictū est supra. sed planum est: ꝙ ibi sunt multe relationes. sicut similitudo hostie ad hostiam scđm qualitatem vel dissimilitudo. vel equalitas seu inequalitas scđm ꝗtitatem. Uel circunscriptio passiua ⁊ vbi respectu corporis continentis. vel passio: seu alteratio aliqua: seu actio aliqua: vel motus localis: vt dicetur infra. ergo non omnia accidentia sunt hic sine subiecto saltē immediato. Ex ista ratione potest patere ꝙ tenenda est illa prima via de relatione dicta in scđo articulo: quomodo pōt esse sine subiecto mediato: qđ est subiectū fundamēti: ita ꝙ ad ipsum nō habet necessariā vel essentialē habitudinē: licet aliqñ ex modo ⁊ vsu loquēdi magis denominetur illud ꝓ modū subiecti ꝗ fundamētū qđ habet rationē imediati subiecti: ⁊ cui ꝑmo inest vel īheret ipa relatio. ¶ Tertio sic. qualitas in hoc sacramēto est extēsa formaliter. patet. ⁊ actu sensibilis ⁊ in potētia ꝓxima: sicut patet ad sensum. sed qualitas nō est sensibilis in potētia ꝓxima: nec extensa formaliter ⁊ actu: nisi vel sit extēsio: vel subiectū extēsionis: vel insit extēsioni sicut subiecto aliquo modo vel eadē a subiecto cū extēsiōe ipa. Planū est aūt ꝙ nō est extēsio ipsa vel ꝗtitas: nec est subiectum extēsiōis vel quātitatis: patet igit̄ ecōuerso ꝗtitas vel extēsio ī hoc sacramēto est subiectū qualitatis. ⁊ ita nō oīa accidētia sunt ibi sine omni subiecto. ¶ Tertio dico ꝙ licet qualitas sit ibi in quātitate sicut in subiecto: posset tñ esse absolute sine omni subiecto: ⁊ separata ab omni subiecto. breuiter siue illud sit ꝗtitas siue q̄cq̄d aliud. ⁊ hoc posset ꝓbari per illas. iiij. cōmunes rōnes precedentis articuli: quibus probatum fuit ꝙ omne accidēs absolutū pōt esse sine subiecto vel separari ab ipo. ⁊ per ꝯñs qualitas ipsa quecūq;. q2 est accidēs absolutū. ¶ Tñ adduco rationes speciales. Prima est hec. Absoluto magis perfectiori nō magis repugnat per se esse ꝗ absoluto impfectiori. sed qualitas est absolutū pfectiꝰ ⁊ actualius ꝗ ꝗtitas. Tum q2 qualitas ꝫm eos ⁊ veritatē est ꝑncipiū agēdi aliq̄d actione reali. nō aūt ꝗtitas. Tum q2 substātijs nobilioribꝰ ꝯueniūt nobiliores qualitates: nō autē nobilior ꝗtitas. et ita qualitas in sua perfectiōe correspōdet ꝓportionaliter perfectiori. s. substātie: nō autē ꝗtitas. Tum quia per qualitates substantie perfecte cōsequunt̄ fines suos: immo ipsi fines ⁊ operationes beatifice creaturarū sun qualitates. Tum q2 scđm alios saltem qualitas sequitur compositum ratione forme: sed ꝗtitas ratione materie. forma aūt nobilior est et perfectior ꝗ materia. Tum q2 qualitas vel magis conuenit cum perfectione simpliciter in vno cōceptu vniuoco: vt patet de sapientia vel iustitia. nō autē quātitas vel saltē in analogia entis magis est propinqua perfectioni simpliciter. ergo ⁊c̄. Si dicas ꝙ ex ista ratione vltima seq̄tur ꝙ quantitas sit nobilior. q2 est propinquior substātie que est nobilior simpliciter. dico ꝙ nō valet hoc de omni qualitate: puta de spirituali qualitate. Nō eñ ꝗtitas ē propinquior substantie spirituali ꝗ illa. immo nec cōuenit spirituali substātie. ¶ Secūdo dico etiā ꝙ nec valet de corporali qualitate ⁊ ipa quātitate. q2 licet ꝗtitas sit ꝓpinquior ⁊ similior substātie quā-

ꝙ q̄litas posset eē sine subiecto.

tum ad subiet: nō tñ ꝗtum ad actualitatē ⁊ perfectionē intēsiuā. ⁊ ita nō est ꝓprie propinquior substātie vel similior quātū ad id qđ est nobiliꝰ ⁊ perfectius in ipsa. s. ꝗtū ad actualitatē: s3 ꝗtum ad potētialitatem receptiuā sit ꝓpinquior. q2 ipam substātia īmediate suscipit: ⁊ mediante ipsa alias qualitates corporales: quas etiam quantitas suscipit. Et ita nō oportet ꝙ quātitas sit nobilior qualitate: sicut nec oportet ꝙ simia sit nobilior equo. q2 magis assimilatur homini. quare ⁊c̄. ¶ Scđa rō est ista ꝙ qualitas possit separari a quantitate. quia si nō: aut hoc est quia quantitas est subiectum qualitatis: quia est tale subiectū ꝙ per ipsam qualitas est sensibilis. sed primū nō obstat. q2 tunc etiā quātitas nō posset separari a substātia quod est falsū. nec scđo modo: q2 ecōuerso magis videtur quantitas esse sensibilis per qualitatē. Nam qualitas est sensibilis per se primo: quantitas aūt non. ⁊ tamen quātitas potest esse sine qualitate. ergo ⁊c̄. ¶ Tertia ratio est ista. sicut qualitas corporalis est aliq̄d sensibile per se: ita et quantitas. Et sicut qualitas in potentia proxima nō est sensibilis nisi quāta et extēsa per quātitatē: ita nec quātitas est sensibilis in potentia proxima nisi qualis ⁊ affectata aliqua qualitate sensibili: sed hoc non obstante nō potest quātitas separari a q̄litate ⁊ eē sine oī q̄litate ergo et ecōuerso. q̄litas sine ꝗtitate alio non obstāte. ¶ Quarta ratio q2 substātia ⁊ quantatis sunt duo subiecta q̄litatis ꝫm alios essentialiter ordinata: ita ꝙ substātia est primum simpliciter sicut ens. Tunc arguo. nō est magis essentialis habitudo ad subiectum nō primum ꝗ ad subiectum simpliciter et essentialiter primum. Sicut patet de habitudine effectus ad causam simpliciter primā ⁊ ad secūdam. s3 habitudo qualitatis ad substātiam que est subiectū simpliciter primū: nō est necessaria. q2 pōt esse sine substātia. igit̄ nec ad quātitatē est necessaria: sed pōt esse sine illa vt videtur. De ista rōne parū curo. q2 forte nihil valet nisi ad hominē ⁊ cōtra eos. ¶ Quarto dico ꝙ accipiendo subiectū secundo modo. s. pro vltimato terminātē vel nato terminare depēdentiā accidētis vel ipsius subiecti imediati. oīa sunt ibi sine subiecto. quia illud subiectū nō potest dici nisi substātia: vt p3. substātia eñ sola nata est vltimo terminare vt predictū est. sed nō est ibi aliqua substātia que sit subiectū alicuiꝰ istorū accidētiū. quare ⁊c̄. Patet igit̄ quō oīa sūt ibi sine subiecto: ⁊ quomō nō. ¶ Ad euidētiā tñ predictorū ⁊ etiā solutionis rationū notandum est ꝙ qñ aliquod accidēs im ediate inheret alteri accidēti: vt qualitas ꝗtitati: dato ꝙ illud accidēs cui inheret: alteri subiecto inhereat sicut quātitas substātie: impossibile est ꝙ inherētia qualitatis per se terminetur ad substantiā vel ad subiectū mediatū. Tūc eñ esset impossibile manere talē inherentiam ad subiectū īmediatū: nisi manēte subiecto mediato vel vltimato. qđ est falsum. Ita ꝙ per se nec mediate nec īmediate ad ipm nō terminatur. s3 si pōt dici ꝙ terminetur: hoc nō est nisi per accidēs ꝓ tāto: q2 īmediatū subiectū ad qđ terminatur illa inherētia: īheret illi subiecto mediato. nō plus. sicut inherentia qualitatis ad quātitatē per se ⁊ veraciter non terminatur ad substātiam cui inheret quātitas. dicitur tamen per accidens ad ipsam terminari. quia quantitas inest sibi.

No. hec.

Ad moti ua.1.opi. ¶ Ad primum aliorū qui dicunt ꝙ oīa accidentia sunt hic sine quocunqꝫ subiecto. dico ꝙ nō est essentialior habitudo illorū accidētiū que ponūtur hic in subiecto ad substantiā ꝙ̄ ad subiectū suum īmediatum. in quo ponuntur manere. Nam si sit sermo de qualitate: dico ꝙ nec ad substātiam: nec ad quantitatē subiectum suum immediatum habet essentialem habitudinē: vt probatum est supra. sed ad quantitatem subiectū suum immediatum habet habitudinē accidētalem et inest sibi in sacramēto sicut ante: quādo manebat substantia panis: ⁊ eadem habitudine vel inherentia. Ex quo patet ꝙ non terminabatur per se illa inherentia ad substātiam panis: nec substantia panis erat subiectum per se. Et ideo licet non maneat substantia panis: manet tñ talis inherentia qualitatis ad quātitatem. Si vero sit sermo de respectiuis: dico ꝙ habent respectū essentialem ad subiecta immediata: puta ad fudamēta que non terminātur ad subiectum mediatū: sicut nec respectus accidētalis accidētis absoluti. Et ita etiā possunt manere manēte subiecto immediato ⁊ termino saltē aliqui respectus: qui manēt in eucharistia. et breuiter omnis respectus nisi forte diceret ꝙ sunt aliqui respectus qui nō solū habent essētialem habitudinem ad fundamemtum vel subiectum immediatū: sed etiā ad mediatū: ⁊ per se terminatam ad ipsum: sicut superi⁹ tāgebatur. Et nullus talis respectus in eucharistia manere diceretur.

¶ Ex qua statim apparet ꝙ nō est simile de accidētibus que ponūtur manere in eucharistia in subiecto cōparando ea ad primum subiectū scꝫ substātiam et scdm immediatū: ⁊ de effectu comparando ipsum ad causam simpliciter primā ⁊ ad secūdam. Nam dico ꝙ effectus quicunqꝫ positiuus hꝫ essentialem respectū sibi cōsubstantialem terminatum per se primo ad causam primam: ⁊ habet respectū aliū accidētalē ad causaꝫ scdaꝫ extrinsecā actu existētem. Accidentem dico: quia causa extrinseca secunda destructa potest talis effectus manere: ⁊ talis respectus sibi non inesse. ¶ Ad secundum dico ꝙ immo necessario oportet ꝙ vnum accidēs sit subiectum alterius accidentis: vel possit esse. Ad philosophum potest dici dupliciter: primo ꝙ si ex intētione loquitur: intelligit dictum suum de duobus vel pluribus accidentibus disparatis: quoꝝ vtrūqꝫ eque immediate conuenit substantie sicut album et musicum: vel album et dulce. Neutrum enim talium est subiectum alterius. nō autem intelligit de accidentibus ordine quodam respicientibus substantiam: vt de albedine et quantitate. vnum enim eorum potest esse subiectum alterius. Si dicas ꝙ dependens aliqua dependentia non potest terminare depedentiam eiusdem rationis. ⁊ ita inherens non potest terminare inherentiam aliquā: nec accidēs esse subiectum accidentis. Dico primo ad propositionem que assumitur ꝙ non est vniuersaliter vera. Filius enim dependet ad patrem scdm filiationem: ⁊ tamen ipse potest esse pater alterius filij: et terminare filiationem eius manens filius patris sui. Secundo dico ꝙ in proposito est verum. sꝫ dependentia vel inherentia quantitatis ad substātiam non est eiusdem rationis cum inherentia qualitatis ad quantitatem: nec esse potest. sicut nec extrema sunt eiusdem rationis. Aliter dici potest ꝙ aristote. non loquitur ibi ex intentione propria tāꝙ̄ istud dictum sit absolute verum: sed magis aliquid sequens ex ypothesi quam intendit ibidē improbare. Arguit enim sic. Si contradictoria sint simul vera. ergo omnis predicatio est per accidens. et per ꝯñs necesse est p̄dicationē in infinitū ꝓcedi. sed in infinitis nō est ordo. ij. metha. q̇ ibi primū. ꝙ 2.meth.
nullum accidens habebit ordinem per se ad aliud accidens. ⁊ ita non magis accidet hoc accidēs illi ꝙ̄ econuerso. Et ita accidens nō accidet accidenti: nisi quia ambo tertio: quod reputat incōueniēs. Ex quo patet ꝙ non scribit illam propositionē sicut veram: sed magis sicut falsam ⁊ ita potest duci auctoritas ad oppositum eius quod adducitur: puta ꝙ accidēs accidit accidēti. Aliter adhuc diceretur ꝙ accidens non est subiectū accidentis vltimū simpliciter ⁊ remotum. qꝛ tale est substantia ⁊ simpliciter independens vel potius non inherens.

¶ Ad tertium de materia subiecta cum forma dicitur ꝙ licet materia subiecta cum forma sint bene subiectum remotum vel partes subiecti potius ꝙ̄ subiectum accidētium aliquorū qui insunt toti per se subiecto: ꝙ̄diu insunt non tamen oportet ꝙ sint omne subiectum puta īmediatum. Et ideo destructa substantia bene possūt immediate manere talia accidētia in subiecto immediato. De illo autem accidēte quod inest substantie immediate sicut quantitas: dico ꝙ est ibi sine omī subiecto. ¶ Ad quartum de relatione dico ꝙ nullus respectus est ibi sine omni subiecto: ⁊ repugnat hoc respectui creato accidētali qui ē accidēs sicut ꝓbaui supra. Qñ dicis ꝙ nō. qꝛ aut inꝙ̄tū respect⁹ sic absolute in communi analogice sumpto. dico ꝙ nō vt sic. qꝛ tūc respectui diuino lꝫ nihil sit sibi cōe vniuocū cū tali respectu creato: ꝯueniret esse in subiecto: ⁊ nō posset eē sine subiecto qd est falsum. Tūc em̄ esset accidēs aut inꝙ̄tū accidens. dico nec sic inꝙ̄tū accidēs in cōi analogice acceptū. qꝛ tūc oī accidēte repugnaret. sꝫ inꝙ̄tū talis respect⁹ accidētalis repugnat sibi hoc: vt dictū est supra. ideo non valet.

¶ Ad primum aliorū qui probāt ꝙ qualitas nō pōt ibi esse sine subiecto: dico ꝙ qualitas lꝫ seipā sit sensibilis ꝑ se primo: nō tñ in potentia ꝓxima habet ex seipsa ꝙ sit sensibilis. qꝛ req̇ritur aliquid aliud cum ipsa ad hoc vt actu possit sentiri: puta ꝙ sit quanta et extēsa. quia sensatio est operatio organica et extensa. Sicut etiam puer licet habeat potētiam generatiuam: non tamen est in potētia proxima ad actu generandum statim: vel etiam ad intelligēdum: sicut etiam potentia visiua: licet sit visiua se primo: non tamen sine quocūqꝫ alio: vt specie vel lumine est in potentia proxima ad videndum. ⁊ tamē planū est ꝙ potest esse sine talibus multis. immo ⁊ ipsa pōt separari a corpore ꝺm ponentes potentias esse consubstantiales ipsi anime. Dico ergo ꝙ qualitas si esset separata: esset sensibilis: sed non in potentia proxima. Et idem argumētum potest fieri contra eos de quātitate. ¶ Ad secūdum dico ꝙ qualitas licet esset separata a quantitate: nō tamen esset spiritualis: nec posset inesse propter hoc subiecto spirituali: sed esset qualitas corporalis habēs ex seipsa et natura sua partes homogeneas ⁊ possibiles extendi per ꝙ̄titatem: qñ inessent sibi. ¶ Ad tertiū dico ꝙ qualitas non indiuiduatur per quantita-

Ad moti ua.2:opi nionis.

tem que est subiectum eius: sed per differentiam indiuidualem sibi intrinsecam ⁊ essentialem. Ad philosophum dico ꝙ vel accipit ibi materiam pro differentia indiuiduali contrahente quiditatem que frequenter dicitur forma. vt intelligit de materia non in qua: sed ex qua: que est altera pars compositi. quia vnum numero simul non habet nisi vnā talem materiam. Nec intelligit etiam ꝙ per illā materiam indiuiduetur. ⁊ ꝙ non possit accipere materiam ibi pro subiecto vel materia in qua accidentium: patet. quia tunc omnia accidentia que insunt eidem subiecto. essēt vnum numero. quod est manifestum falsum. quia talia frequēter sunt diuersa specie: ⁊ per ꝯñs numero. ¶ Ad quartum dico ꝙ si figura est aliqua qualitas absoluta superaddita quātitati sicut imaginatur argumentū: quātitas potest esse sine figura ⁊ ecōuerso indifferenter. si vero nō: tunc non currit argumentum.

Ad rōes principales.

¶ Ad primum principale argumētum patet ꝙ substantia corporea potest esse sine q̄titate. Nec corporea est corporeitate substātiali per quātitatē: sꝫ per seipām. Similiter etiā substantia potest esse sine quacunqꝫ relatione accidētali. Nec illa relatio quam habet creatura in ratione vestigij ad deum est accidens de quarto genere. sed est sibi consubstātialis ⁊ eiusdem generis cū ipsa. Ad illud vero de vnione materie et forme: sine qua non potest esse substātia cōposita: diceretur ꝙ licet sine ipsa non possit esse substantia composita: tamē materia que est subiectum vnionis sue ad formam: potest esse sine tali vnione: et forma similiter sine sua. Compositum vero non est subiectum talis vnionis. Et ideo argumentum ad propositum minime videretur. Aliter ꝙ licet aliqua substantia possit esse sine quolibet accidente: non tamen quelibet sicut in proposito. nec oportet. Sed prima responsio magis valet. Tertio diceretur ꝙ licet in fieri et in esse requiratur talis vnio vt compositum sit vel generetur: vel etiā conseruetur ab agente naturali: nō tamen vt a deo conseruetur. Ita ꝙ posset conseruari substātia cōpositi sine tali vnione: vel etiam creari a deo. nec implicat contradictionem hoc: ꝙ substantialiter compositum sit id quod est: ⁊ non sit compositio vel vnio partium: que dicit aliquod accidens. Si non placet tibi: cogita aliam solutionem ad istud valde difficile argumentum. ¶ Ad secundum dico ꝙ non pari ratione omnia accidentia possunt esse sine omni subiecto: sicut aliqua. Et hoc apparet ex preditis. ¶ Ad tertium dico ꝙ album solam qualitatem significat de principali significato. significat tamen in cōcretione ad subiectum. non autem albedo. Et ideo licet possit esse albedo sine subiecto: non tamen album. Similiter etiam de quantitate ⁊ quanto proprie loquendo. Unde puto ꝙ nichil est proprie quantum: nisi subiectum cui inheret quantitas: vel idem subiecto sibi: quod non est quantitas ipsa. Sed reputo istam simpliciter falsam ꝙ quantitas sit q̄ta: sicut ꝙ qualitas vel albedo sit alba non obstante ꝙ quantitas sit diuisibilis In plus enim esse diuisibile q̄ quantum. quia pōt dici et de quantitate et de quanto.

¶ Distinctionis Duodecime. Questio Secunda.

Secundo q̄ro circa istā distinctionē. Utrum accidentia manentia in hoc sacramento possint habere omnem actionem sicut prius q̄n erant coniuncta substantie panis. ¶ Uidetur ꝙ non. Agere per se est suppositi s'm phūm p̄mo metha. sed accidētia manētia separata non habēt rationem suppositi: sicut dictum est in tertio. nec sunt in aliquo supposito subiectiue. g̃ ⁊c̄. ¶ Secūdo sic. Si accidentia separata agerent: sequeretur ꝙ idem esset in creatura quod ageret: et quo. sꝫ hoc est impossibile s'm boetium de ebdomadibus dicētem ꝙ in omni eo quod est citra primum: differunt quod est ⁊ quo est. Et patet in exēplo. Anima eñ est quo homo est hō. ⁊ planū est ꝙ nō pōt eē homo. ¶ Et cōfirmatur in ꝓposito. q꞉ q̄titas sepata est q̄titas mathematica. in mathematicis aūt nō est bonū nec mot⁹ tertio metha. Et ita quātitas separata nō est principiū agēdi. quare ⁊c̄. 3. metha. ¶ Tertio sic Oportet agens ⁊ passum cōmunicare in materia: patet hoc primo de generatiōe. Et ꝯfirmatur per phū in. vij. metha. cōtra ydeā platonis: vbi dicit ꝙ ydea non pōt esse principiū generandi compositū: 7. meth. q꞉ est forma tantū. Omne principium aūt agendi est principiū causandi cōpositū. vij. metha. sed accidēs separatū nō cōmunicat cū aliquo passiuo in materia. patet. q꞉ nec habet materiā in qua: nec ex qua. ergo ⁊c̄. ¶ Quarto sic. Si accidēs seperatū posset agere: pari ratione ⁊ forma substantialis separata posset generare: ⁊ species intelligibilis intelligere: ⁊ charitas diligere. sed ista sunt falsa vt patet. ergo ⁊c̄.

¶ Contra Forma manens eadem in esse: manet eadē in virtute. quia virtus ⁊ agere sequit̄ eē. sed accidēs separatū manet idē s'm eē: sicut dictū est in q̄stione p̄cedēti: licet nō inhereat nec insit subiecto. g̃ in v̄tute ⁊ sic in agere.

¶ In ista questiōe sic p̄cedā. ¶ Primo ponā vnā opinionē q̄ reputat̄ cōis cū aliq̄b⁹ motiuis suis. ⁊ arguā ꝯtra eā ⁊ soluā ad motiua ei⁹. ¶ Scdo rñdebo alit̄ ad questionē ponendo aliquas conclusiones ⁊ probando eas. ¶ Tertio instabo cōtra dicta ⁊ soluā. ¶ Ultimo ad rationes principales.

Prima opinio.

¶ Quantum igit̄ ad p̄mū articulū dicūt aliq̄ ꝙ accidētia sepata in hoc sacr̄o oēꝫ actionē h̄re p̄nt: quā possēt h̄re ꝯiūcta cū subā panis. Ad cui⁹ euidētiā dicūt ꝙ accidēs est īmediatū p̄ncipiū cuiuscūqꝫ actiōis ita ꝙ subā nō est īmediatū p̄ncipiū alicui⁹ actiōis: sꝫ magis ip̄m accidēs. differēter tn̄. nā accidēs in v̄tute ꝓpa est p̄ncipiū actiōis t̄minate ad accidēs. sꝫ gn̄atiōis vel corruptiōis q̄ h̄nt t̄mīos subāles nō ē p̄ncipiū ī v̄tute ꝓpa: lꝫ sit īmediatū p̄ncipiū: sꝫ mag̃ in v̄tute substātie cui⁹ sūt vel fuerūt. Aliq̄d eī nō in v̄tute ꝓpa: sꝫ alteri⁹ p̄t eē p̄ncipiū agēdi vel causandi vltra ꝓpriā sp̄ēꝫ. ¶ Imaginat̄ g̃ isti ꝙ subā nullā hꝫ actionē elicitiuam cuiuscūqꝫ termini siue substātialis: siue accidētalis: sꝫ accidēs ip̄m qd̄ solū est īmediatū principiū actionis ⁊ nō substantia ipa. Et accidēs ip̄m est īmediatū p̄ncipiū actiōis vel opatiōis t̄miate ad accidēs ⁊ in virtute pro

pria: sed actionis terminate ad substantiam puta generationis in virtute substantie. Et dico immediatum principium. quia inter vtrāqꝫ actionem et accidens ipsum nullum est principium medium. Et ita est hic immediatio principij: licet bene vna actio mediet inter principium et aliam actionem. sicut altera alteratio mediat inter principium alterans et generationem. Sic dicunt de accidentibus coniunctis. ¶ De separatis vero in hoc sacramento dicunt ꝙ quia virtute diuina retinent idem esse quod prius: et agere sequitur esse: ideo retinent idem posse: et possunt in omnem actionem sicut prius. Et ita sicut prius coniūcta poterant aliqui alterare generare vel corrumpere: et sic breuiter de omnibus: ita et modo.

Motiua .1. opini. ¶ Ad probandum vero suam opinionem adducūtur aliqua motiua. Primum est de Arist ot. ij. de anima vbi dicit ꝙ calor est instrumētum anime ita ꝙ calor est illud quo anima nutrit vel agit. igit̄ calor non solum calefacit ⁊ attingit ad calorem in virtute propria: sed etiā attingit ad substātiam immediate: licet in virtute anime vel substantie: vt videtur. ¶ Secūdo sic. generatio est terminus intrinsecus alterationis. sed hoc esset falsum: nisi idem esset principiū alterationis. ⁊ generationis. cum ergo forma accidētalis sit principiū alterationis: ergo et generationis. ¶ Tertio sic. Licet in virtute propria non possit attingere aliud quod est nobilius ipso: nec ipsum causare: tamen in virtute alterius potest. Probatio semen scd̄m se est aliquid innobilius ipso generato vel genito per progagationem. Similiter etiam celū est aliqd innobilius s̄m se: q̃ aliquod vnū generatū per putrefactionem. ⁊ celū in virtute intelligentie potest generare viuum ex putrefactione. Et semen in virtnte generantis vel seminantis potest etiā generare viuum. qr in aliud principium non cōtingit reducere generationem istorū. nec potest reduci in deum tantum. qr forme iste sunt in potentia passiua naturali materie. ⁊ per cōsequēs eis respondet potētia actiua naturalis. ergo similiter accidens in virtute substātie potest esse principium generationis substātie. Et confirmatur de fantasmate: qd̄ est causa intellectionis in virtute intellectus agentis: ⁊ tamen intellectio est nobilior ipso. ¶ Quarto sic. Aliquod potest esse causa alicuꝰ in virtute eiꝰ qd̄ nō est: sicut patet in motu proiectorū: ⁊ in motu grauiū ⁊ leuiū: ⁊ similiter in semine. quia aliquid primo motum in virtute primi proijcientis licet non sit: sed desierit esse: mouet aliud vel remouetur. Et semen in virtute seminantis licet seminans nō sit: generat. Et graue a generante mouetur: licet generans non sit. ergo similitur accidentia q̃tumcunqꝫ seperata in virtute substantie panis qui non est possunt etiā omnia agere que prius poterant in virtute eius.

Contra 1. opi. ¶ Sed ista positio quasi per omnia videt̄ mihi falsa ⁊ impossibilis: et sibijpsi cōtradicit in multis. Et arguit̄ cōtra eā primo q̃tū ad hoc qd̄ dicit ꝙ substātia nō est pricipiū alicuꝰ actionis īmediatum: sed accidēs vt dicunt. ¶ Primo sic. In generatione vniuoca per se principiū generatiōis debet poni aliquid in quo per se vniuocētur generās ⁊ genitū: et in quo assimilantur. pro tāto em̄ ponūt ipsi ⁊ pbant ꝙ relatio non est principium quo generādi in diuinis: sed magis aliqd essentiale vel essentia. Et patet hoc de calefactione vniuoca ⁊ pductiōe caloris a calore. sꝫ planū est ꝙ generatū vniuoce ab alio vniuocatur sibi per se in substātia ⁊ nō in accidēte. ergo ⁊c. ¶ Scd̄o sic. Si substātia s̄m se nō est principiū elicitiuū generatiōis substātialis: sed magis ip̄m accidens sicut tu dicis: seqtur ꝙ accidēs sit totalis causa eq̄uoca substātie ⁊ immediata ⁊ effectiua. sed hoc est impossibile ⁊ falsum. qr est simpliciter aliqd imperfectius ⁊ innobiliꝰ q̃ substātia. Impossibile ē aūt ꝙ causa totalis eq̄uoca sit simpliciter īnobilior suo effectu: sicut pbaui alias. ⁊ adhuc probo. Tum qr alias nō posset ostendi efficaciter ꝙ deꝰ supposito etiā ꝙ sit prima causa oīm: sit nobilissimū ens ⁊ pfectissimū. Etiā nec posset impugnari ex īnobilitate vel impfectione alicuꝰ q̃tūcūqꝫ imperfecti qn posset esse causa totalis alteriꝰ quātūcūqꝫ perfecti sicut musca angeli vel celi. Tū qr impossibile est ꝙ aliqd sit causa totalis alicuꝰ nobilioris effectꝰ q̃ esset effectus illi cause simplicit̄ adequatꝰ. sed īnobilior effectus illo nobiliori esset simplicit̄ adequatus ⁊ in esse ⁊ in pfectione illi cause eq̄uoce minus nobili. ⁊ nobilior nō pōt esse adequatꝰ: sed excedit vt p3. Tum qr nihil est in effectu cause totalis qd̄ nō causet̄ a causa totali ⁊ cōtineatur ab ea. Si igitur effectꝰ excedit causam totalē sicut dicis. Accipio illud ī quo excedit: ⁊ q̄ro a quo sit causatū illd̄. Non ab illa causa. qr residuū est sibi simplicit̄ adequatū. Nec pōt dici ꝙ nō a causa totali. qr ponitur causa totalis effectꝰ. igitur a nullo. Et ita est ī causatū: vel causa totalis. nō est causa totalis: vel effectus tatalis. nō est effectꝰ totalis qd̄ est ꝯtradictio. Si dicas ꝙ effectꝰ se toto excedit: tūc maius incōueniēs. Tum qr qn̄ pn̄t esse due cause totales respectu eiusdē effectus: quarū vna est equiuoca et alia vniuoca: planū est ꝙ equiuoca est simpliciter nobilior ⁊ perfectior q̃ vniuoca: sicut patet de calore ⁊ virtute solis respectu caloris. sed causa vniuoca totalis nō excedit̄ in perfectione a suo effectu: vt p3 ergo impossibile est hoc ꝙ excedat̄ causa equiuoca totalis. Si em̄ excedit̄: sequitur ꝙ ⁊ causa vniuoca excedatur. Et similiter sequitur ꝙ effectus adequatus perfectiori virtuti. s. cause vniuoce: que est eiusdē rationis cū ffectu: ⁊ per ꝯn̄s nobilior q̃ causa equiuoca: sicut ⁊ effectus possit esse a minori virtute. ⁊ tūc nulla causa est quare creatura nō possit in quēcunqꝫ effectū in quē potest deꝰ. Tum qr effectus nobiliori modo est vel ꝯtinetur in causa totali actiua equiuoca q̃ in seipso s̄m omnes. ergo illa est nobilior q̃ effectus. Tum qr si natura cause eq̄uoce daret alicui esse formaliter: nō posset dare nobilius esse seipsa. ergo cum dare alicui esse effectiue non sit innobilior modus dandi esse q̃ dare formaliter. causa equiuoca non dat alicui per naturam suam effectiue nobilius esse q̃ suum. quare ⁊c. Tum quia causa totalis equiuoca in virtute propria continet effectum vt patet ex ratione terminorum: sed nihil in virtute propria (vt dicūt alij) agit vltra virtutem vel speciem propriam: nec aliqd̄ nobiliꝰ seip̄o: vt dicūt etiā alij. ergo ⁊c. ergo accidēs nullo modo pōt esse principiū generationis ⁊ substātie. ¶ Tertio sic. Si accidens est totale principiū et immediatum generationis substantie sicut tu dicis: aut hoc est in v̄tute ppria: aut in virtute substantie. Non potes dicere ꝙ in virtute propria: nec

hoc dicis. igitur in virtute substantie. Tunc quero
quid intelligis per istud in virtute: vel per istā vir-
tutē. Aut intelligis aliquid formaliter receptū in
accidente ab ipsa substantia aut virtutem vel na-
turam substantie aut subordinationem accidentis
ad subām vt possit talē effectū causare sicut instru-
mentum substātie: vel agēs respectu ipsius. Si in-
telligis aliquid receptum in accidēte. Aut illud re
ceptū quod dicitur virtus est subā aut est accidens
Nō pōt dici substantia. q2 non recipitur substātia
in accidēte. ⁊ dato ꝙ esset substātia: adhuc nō esset
principiū agēdi: nec rō illi accidenti: sicut nec alia
substātia secūdum eos. Si etiā sit hoc verū: sequit̃
ꝓpositū cōtra eos. q2 substātia illa saltē erat causa
ta immediate ab ipsa substātia. Et sic substātia est
pricipiū immediatū operationis vel actionis. Nō
pōt dici accidēs. q2 illud accidens eēt simpliciter i-
nobilius substātia. ⁊ ita nō plus per illud accidēs
posset in talē effectum ꝙ̄ in seipsū. Et iterū quere-
retur de illo accidēte: ⁊ sic in infinitū. Et iā habe-
retur propositum. s. ꝙ substātia esset causa illius ac
cidētis: ⁊ ita principium immediatū alicuius opa
tionis. ⁊ tamen hoc nō vidētur intelligere secūdū
aliqua verba eorū. Si intelligas tertio mō illā vir
tutē ꝓ subordinatione accidētis ad substātiam in
causando vt instrumēti ad agens pricipale vel cau
se secūde ad primā. Ex hoc habetur ꝓpositū cōtra
te. s. ꝙ substantia tanꝙ̄ vera causa habet aliquam
actionem immediate sibi debitam. Non minus eñ
prima causa est principium alicui⁹ operationis si-
bi debite et conuenientis ꝙ̄ causa secunda sue. Si
militer si dicas de instrumento: sequitur contra te:
q2 scd̄m te instrumētnm nō mouet nec agit nisi mo
tum a principali mouēte. igitur substantia habet
actionē aliquam immediate qua mouet accidēs vt
instrumentū. et sic est immediatū principium alicu
ius actionis. ergo ⁊c̃. ¶ Quarto sic. philosophus
vij. methaphisice dicit cap. vij. in fine ꝙ ad genera
7. meth. tionem accidētium vt quāti vel qualis nō oportet
accidens preexistere nisi in potētia tantum. sed ad
generationem substātie oportet substantiā aliquā
preexistere in actu. sed si substātia nō posset esse im
mediatū pricipiū alicuius accidētis: hoc esset pla
ne falsum. semper enim necessario oporteret preexi
stere accidēs in actu ad generationem accidentis:
nō solum in potētia materie. ergo ⁊c̃. ¶ Quinto
sic. Ipsi dicunt ꝙ potentia pure passiua est poten-
tia cōtradictionis. sicut etiam videtur aristo. dice-
9. meth. re. ix. methaphisice. Scd̄o dicūt vltra ꝙ subiectum
nō se habet ad propriam passionē in potentia con-
tradictionis. q2 tūc posset sibi non inesse. Tunc sic.
substātia nō est in potētia cōtradictionis respectu
sui proprij accidētis. ⁊ per cōsequēs nō est in pura
potentia passiua: sed in potentia actiua: qua deter
minat sibi talem passionē. ergo est causatiua effe-
ctiue sue proprie passionis. ⁊ per ꝯñs substātia est
principium immediatū alicuius accidētis ⁊ alicu-
ius actionis. ¶ Ultimo sic. Ipsi dicūt ꝙ potentie
aīe ⁊ accidētia aliqua fluūt ex ꝓprijs ꝑncipijs aīe
vel ex subiectis sed per istum fluxum nō pōt intel-
ligi nisi causatio aliqua istorū accidētium a subie-
ctis. Nec pōt intelligi mera receptio passiua eorū
in subiectis. Tunc enim subiecta non determina-
rent sibi talia accidentia: sicut nec cōmunina acci-
dentia. ergo ⁊c̃. Similiter omne quod reciperetur

in aliquo: flueret ab illo: ⁊ sic anima a corpore: et
gratia ab anima ⁊ huiusmodi. ¶ Tāgitur autem
vna ratio alia ab vno. q2 ordinata accidentalit̃ si-
ue in causando siue in essendo reducūtur ad vnum
per se principium inter quod ⁊ totam multitudinē
ipsorum est per se ordo. nō omne per accidēs redu
citur ad per se. sʒ accidētia in causando vel in essen
do sunt ordinata per accidens. Nam sicut est ordo
per accidens vel accidētalis inter hominem gene-
rantem ⁊ genitum: sic inter accidēs causans ⁊ cau
satum. igitur oportet accidentia reducere ad per
se principium: quod se in ratione principij habeat
respectu primi omnium accidentium: ⁊ per conse-
quens sit immediatū principium accidentis. ⁊ il-
lud nō est nisi substantia que est prior omni accidē
te. quare ⁊c̃. ¶ Contra eos posset argui etiam per
omnes rationes quibus probaui in primo distin- Contra dicta prime opi. de accidētib⁹ separatis.
ctione tertia ꝙ potentie anime que sunt immedia-
ta principia operandi: in quibus consistit imago:
sunt consubstantiales anime. et sunt cum ipsa vna
mens: vna vita et vna essentia: ⁊ ita vna substātia.
¶ Contra aliud quod dicunt isti de accidentibus
separatis: ꝙ sibi conuenit omnis actio vel opera-
tio que cōueniebat coniunctis: sicut generare sub-
stantiam vel corrumpere arguo primo sic. Accidē
ti cōiuncto nec potest conuenire generare substan
tiam vel corrumpere nec in virtute propria: nec in
virtute substantie attingendo per suam actionem
elicitam ad generationem substantie per se et dire
cte: sicut probatum est prius. ergo multominus ac-
cidentibus separatis a substantia potest hoc con-
uenire. ¶ Secundo sic. In virtute illius quod non
est: non potest aliquid agere sicut nec ipsum quod
non est agere. Nam agere sequitur esse: sed substan
tia panis non est postꝙ̄ conuersus est. igitur in vir
tute eius non possunt ista accidentia aliquid gene
rare vel corrumpere. ¶ Tertio sic. Si accidentia
generāt vel corrūpunt in virtute illius substantie
cuius fuerunt: aut hoc est in virtute eius vt cause
principalis q2 agunt vt cause secūde vel instrumē
ta. Aut vt cause partialis: sicut vnus trahit nauē
cum alio. Aut per aliquid formaliter receptum in
accidentibus per ipsam substantiam. Non primo
modo nec secundo modo. quia substantia illa non
est in actu. Oportet autem necessario causam in
actu esse in actu siue partialem siue totalem. Et nō
minus causam principalem ꝙ̄ instrumentalē. quia
instrumentalis si mouet: non mouet nisi mota secū
dum eos. ita ꝙ simul mouetur a principali: ⁊ mo-
uens est. Omne autem mouens in actu est ens in
actu. De secundo modo etiam patet ꝙ non in vir-
tute illo modo. quia substantia non est. Et simili-
ter etiam isto modo sequeretur ꝙ quodlibet isto-
rum ageret per virtutem propriam: sicut quilibet
trahit nauem per virtutem propriam non per vir-
tutem socij sui. ergo ⁊c̃. Nec tertio modo: sicut de-
ductum est supra. Similiter etiam quia substantia
panis non est. ⁊ ita nihil recipiunt ab ipso. ℥ ⁊c̃.
¶ Quarto quia sicut effectus nō causatur qñ nō
est: ita nec causa causat: qñ nō est: nec in virtute ei⁹
qd̄ nō est substātia panis nō ē: ℥ ⁊c̃. ¶ Dico ꝙ po
sitio eorū quātū ad predicta est simpliciter falsa et
vna fictio mera: ⁊ in multis cōtradicit sibijpsi ⁊ ꝙ
accidentia siue cōiuncta siue separata non possunt
attingere ad generationem vel corruptionem sub-

stantie per se: nec sicut causa totalis vt probatum est: nec sicut causa ptialis probatio q꞉ cum omnis generatio substantie sit equiuoca vel vniuoca: ⁊ in generatione vniuoca sit eque nobile generās sicut et genitum: sufficit virtus eius ad generādum substantiam. et multofortius causa equiuoca cum sit nobilior simpliciter ipsa substātia genita: vel secūdum se et per se: vel cum aliqua substātia coassumpta. Et ideo superfluuz videtur ponere ꝙ accidēs aliquo modo sit principium generationis substantie: nec totale: nec partiale nunꝗ generatio substātie esset vniuoca vt videtur. ¶ Dico tamē bene ꝙ accidēs in virtute propria potest alterare et disponere ad generationem alterādo. Et sic etiam calor vocatur instrumētum anime a philosopho in scdo de anima: accipiendo instrumentū improprie pro agente dispositiuo. Sed dispositione facta dico ꝙ accidēs in nullo attingit generationem substātie: sed ipsa substantia generantis per se elicit generationem illam ⁊ actū substantie genite productiuū.

¶ Respondeo igitur ad motiua aliorū.

Ad motiua.1.opi. Ad primū secūdi de anima de calore. Iam patet quid dicendum scȝ ꝙ calor cum nō sit potentia vegetatiua non attingit ad nutritionē vel ad generationem substantie: sed tātum ad dispositionē vel calefactionē. ¶ Ad scdm dico ꝙ impossibile est ⁊ falsum ꝙ generatio sit terminus intrinsecus alterationis. primo q꞉ actionis non est actio vt termini: sicut nec passionis passio:

5. phisic. quinto phisicorū. secūdo quia alteratio est ad qualitatem sicut ad per se terminū intrinsecum: nō autem aliquid aliud. tertio quia alteratio non potest esse naturaliter sine generatione: sicut nec motus sine termino intrinseco. Quarto quia generatio haberetur in tēpore: ⁊ nō esset instantanea: sicut terminus motus haberetur in tēpore. Quīto quia sicut accidēs in virtute propria est principiū alterationis: ita in virtute ꝓpria esset principiū generationis vt per se intrinseci termini ei⁹. qd est falsum. et cōtra teipsum. Dico igitur ꝙ generatio nō est terminus intrinsecus alterationis sed est bene aliqd ad quod ordinatur alteratio ipa: ⁊ quo habito cessat. Et propter hoc dicitur termin⁹: licet improprie eo modo quo debet accipi termin⁹ in motibus vel mutationibus. sed alteratio ⁊ generatio sunt due mutationes distincte essentialiter ⁊ disparate: quarū vna habet pro per se termino qualitatē: et alia substantiā cōpositā generatam. ¶ Ad tertium dico ꝙ simpliciter impossibile est ꝙ aliquid min⁹ nobile sit causa totalis alterius siue in propria virtute siue in virtute alterius. ¶ Ad illud de celo dico sicut dixi alias ꝙ celū nō est generās alicuius viui: nec in virtute propria nec alterius: puta intelligētie. q꞉ nec ipsa intelligētia licet sit nobilior: non tamen hoc potest. Sed dico breuiter ꝙ quelibet forma viui in quocunqȝ viuo generato siue per putrefactionem: siue per generationē vel creatur a deo immediate dispositione facta ab alijs agētib⁹. De generatione aūt hominis dictū est alias. ¶ Qñ dicis de generatione aliorū ꝙ forma eorū cōtinetur in potentia naturali passiua materie: ⁊ omni potētie passiue naturali correspōdet potētia actiua naturalis. Dico ꝙ non oportet omni potētie passiue naturali eo modo quo accipitur in ꝓposito pro potentia de qua aliqd est educibile correspōdere aliquod agens creatum. sed sufficit ꝙ sibi correspondeat agens increatū supplens vicem talis agētis: et agens modo naturali educēdo scȝ talem formā de potentia naturali subiecti modo nature q꞉ per veram mutationē realem materie vel subiecti que est actus productiuus ⁊ causatiuus ipsius generati. licet nō eadē mutatione qua ipsum produceret agens naturale. Uel si forte velis contendere: dicas ꝙ tales forme nō sunt in potentia passiua naturali accipiēdo potētiam passiuam naturalē tantum in ordine ad agens creatum. q꞉ de⁹ educit eas immediate per seipsum ꝫm ordinationem ⁊ pactū quod pepigit cum natura. Et oportet velis nolis currente ad pactuȝ q꞉ dato ꝙ educerentur a scdis causis: adhuc oporteret deū cooperari ad illā eductionem. Et intelligas predicta esse vera: nisi fortē aliquo modo de femellis: de quibus dicebaṫ in tertio ꝙ possunt cōcurrere ad generationē fetus. nō autē semen siue maris siue viri: nec vir ipse nec mas: vt ibidē deducebatur. Similiter de fantasmate vel obiecto seu ente quocūqȝ min⁹ nobili simpl'r ꝙ sit intellectio: vel etiā sensatio dico ꝙ impossibile est ipsum esse causam totalem intellectionis vel sensationis propter rationes supradictas. vtrū autem sint cause partiales: nō curo. De semine etiam patet idē. ¶ Ad illud de motu ꝓiectorū dico breuiter ꝙ illud qd nō est: nō agit aliquid nec mouet. Semper eñ prior est res q̄ facit ꝗ̄ illa que fit. vij. de ciuitate ca. ix. Nec in virtute eius aliqd moue- 7. de ciuitatur: nec ille motus proiectorū cōtinuatur a primo mouēte. q꞉ accidit ꝙ sit. q꞉ dato ꝙ statim corrumpatur: nihil minus mot⁹ cōtinuatur. Ad que ergo dico ꝙ difficile est assignare. q꞉ nō video ꝙ seipso proiectum moueatur. Nec a medio vel partib⁹ medij. q꞉ talem virtutem sic mouēdi nec habent: nec recipiunt. nec a celo. celum eñ nō mouet molarē sursum. vt patet. nec ab angelo. q꞉ nō habētur semper angeli presto: qñ aliquid ꝓijcitur: licet posset fieri bene. Et ideo videṫ mihi ꝙ a deo. Nescio fugere ad aliud cōuenientius. ⁊ nō est incōueniens fugere ad ipsum: sicut nec de eductionib⁹ formarū precipue cū non appareat aliud: vt videṫ. Statuit ergo ꝙ proijciēte primo mouēte aliquid ⁊ cooperante deo in principio motus cōtinuare illum motum eodē modo: sicut poneres ipsum cōtinuari a ꝓiciēte educendo vbi proiecti vel terminū motus de potentia mobilis mediāte motu. quare ⁊c. Hec de primo articulo principali.

¶ Quantum ad secūdum ar- Opinio doctoris culum respōdeo aliter ad questionē breuiter ꝙ oēȝ actionē vel operationē quā possunt habere accidētia coniuncta circa aliquid: possunt habere qñ sunt separata in sacro: loquēdo de actiōe vel operatiōe cui⁹ ipsa sūt causa totalis. q꞉ si substātia illa q̄ non ē ꝯcurreret cū eis qñ vel posset ꝯcurrere ad aliquā actionē vt causa partialis: dico ꝙ illa substātia nō existēte qñ accidētia sunt hic separata: nō possent habere talē actionē. q꞉ ad actionē nō sufficit causa ptialis. Scdo dico ꝙ illā actionē vel operationē quā nō pñt habere ꝯiūcta nec in ꝟtute ꝓpria nec alteri⁹: illā nō pñt habere sepata. Et iō dico ꝙ sicut accidētia ꝯiūcta poterāt aliqd alterare in ꝟtute propria: sic ⁊ mō sepata ꝗ̄tū ad pmā ꝯclusionē. Et illr de quacūqȝ alia actione cui⁹ vel sunt cause totales:

vel si ptiales: tñ nõ ɔcurrit ad ipsas substantia illa panis sicut causa partialis: sed aliqua alia: ⁊ si concurreret: ⁊ poneretur manere: licet accidens esset separatum: adhuc possent idē sicut prius. ¶ Scḋo q̄tum ad ɔclusionem scḋam dico q̄ sicut accidētia cõiuncta per se ⁊ directe non poterāt aliquid generare substātialiter vel corrūpere: ita nec separata: sed disponere tñ ad generationē vel corruptionez substātie. ¶ Primam conclusionē probo sic. Posita causa totali alicuius actionis vel etiam partiali cum alia partiali: ⁊ sub modo cõuenienti actioni et passiuo vel susceptiuo illius actionis disposito: et sine omni impedimento põt poni illa actio. sed ista possunt poni dato q̄ accidentia sicut sint separata: sicut in hoc sacramēto respectu predictarū actionū ergo ⁊c. Minor ptz: q̄ꝛ nihil aufertur ab istis accidentibus separatis nisi respectus inherētie quātitatis ad substātiam. sed iste respectus vel inherentia non est eis ratio agendi aliquid: nec tollitur ab eis modus cõueniens actioni. q̄ꝛ nō tollitur ab eis modus existēdi q̄titatiue ⁊ dimēsiue. ⁊ sic non tollitur modus conueniens respectu actionum circa aliquid corporale: nec circa aliq̄d spirituale. q̄ꝛ ex quo manet entitas eoꝝ: manet intelligibilitas eoꝝ. et ita potest manere actio circa intellectum: si tñ obiectum agat intellectum vt videtur. ¶ Secūdo sic. Subiectum precedēs istoꝝ accidētium in nullo est causa respectu talium actionū operationum quarū sunt principia totalia ista accidētia vt ptz. Similiter nec quarum sunt partialia principia cum aliis a subiecto: ut ptz. igitur nō posito subiecto vel destructo quod est substantia: potest poni talis actio vel operatio ab accidente manente: vt videtur.

¶ Tertio sic. si nō possent habere oēm talem actionem vel operationē separata sicut ⁊ coniuncta: hoc videretur q̄ꝛ sunt principia talium operationum: principia dico quibus: non autē principia que vel per modum quo: nō per modum quod. sed nihil impedit cōcurrere in eodē principium q̄d ⁊ quo respectu alicuius talis operationis: sicut patz de aīa intellectiua que est homini principium quo intelligēdi: ⁊ tñ intelligit et est principium quod separata. ergo ⁊c. ¶ Quarto q̄ꝛ si non possent eis cõuenire tales actiones vel operationes: hoc videretur q̄ꝛ sunt instrumēta substātie in agendo vel operando. et ita nō possunt agere: nisi moueātur a substantia. sed hoc non impedit. q̄ꝛ respectu talium actionum non sunt instrumēta substātie: etiā q̄n sunt coniuncta. immo sunt agētia principalia: ⁊ cõueniunt eis tales actiones in virtute ꝓpria. nec substātia attingit ad tales actiones vel operationes. ergo ⁊c.

Scḋe cõclu. probatio. ¶ Scḋam ɔclusionem probo sic primo. quod nō se habet alteri ₛm actum primū q̄̄ prius: nō potest in actum ₛm plus q̄ prius ptz. sed accidētia separata non se habēt aliter ad actū primum respectu generationis vel corruptionis: sicut nec prius. q̄ꝛ nō est nisi ipsum q̄d prius: nec sibi cõfertur aliqua virtus noua: sicut nec aliquod esse nouum: vt dictum est in precedēti questione. ¶ Scḋo sic. si accidentia separata possent generare substātiam vel corrumpere: aut hoc esset in virtute propria: quod nō est verum nec possibile ₛm oēs: ⁊ sicut ꝓbatū est supra. Aut in virtute alterius: puta substātie cuius fuerūt sed nō possunt. q̄ꝛ substātia nō est. Nec q̄n erāt coniuncta poterant hoc etiā in virtute substātie. ergo ⁊c.

¶ Tertio sic. Accidēti separato non conuenit nisi vna priuatio inherentie que prius non cõueniebat sibi coniuncto: sicut dictum est supra. sed priuatio nō est principium agēdi. ergo ⁊c. ¶ Ex dictis conclusiōibus patet q̄ accidentia separata hic possunt in suas actiones sicut prius in virtute propria: ⁊ in alias non possunt sicut nec prius. Hec de secundo articulo principali.

¶ Quantum ad tertium articulum

Instātie ɔ p̄cedē. opinio. culum sūt alique instātie difficiles cõtra predicta. ¶ Prima est q̄ꝛ accidētia separata ₛm primā conclusionē possunt in virtute ꝓpria alterare. ⁊ ꝑ cõsequens ad corruptionē aliquid disponere. q̄ꝛ cū quilibet gradus qualitatis sit eiusdē rationis: sicut accidens potest in vnum abiiciēdo ipsum ⁊ inducendo ɔtrarium pari ratiõe ⁊ in quēlibet: sed quod potest sic alterare: potest generare ⁊ corrumpere. quia forma corrupti nō stat nisi in materia disposita: ergo ⁊ generare potest. q̄ꝛ corruptio nō est sine generatione. quare ⁊c. ¶ Scḋo sic. Accidētia hic separata possunt nutrire. sed quod potest nutrire: potest substātiam generare. ergo ⁊c. ¶ Tertio sic. si poneretur modica aqua iuxta accidentia maximi ignis separata: planuz est q̄ statim corrūperetur. sed hoc nō esset nisi ab illis accidentibꝰ separatis. ergo ⁊c. ¶ Quarto sic. si ponerētur accidētia actiua ⁊ passiua separata: accidētia actiua possent illa passiua separata corrūpere: vt videtur. ergo pari ratione ⁊ illa ɔiuncta. sed tūc oporteret q̄ corrūperēt substātiam. ergo ⁊c. ¶ Quinto sic. qualitas separata a quantitate non potest sentiri: nec agere in sensum. ergo similiter nec accidentia separata a substantia possunt agere. ¶ Sexto cātra vnum dictum de priuatione: q̄ꝛ priuatio est per se sensibilis: sicut quies scḋo de aīa. sed per se sensibile est ꝑ se agēs potens agere in sensum. igitur priuatio per se potest agere vel esse ratio agendi: vt videtur.

¶ Ad primam instantiam dicitur ab aliquibus q̄ accidentia separata nō possunt alterare aliquid ad corruptionē vsq̄ ad vltimū gradum cum quo forma substantialis alterati esset incōpossibilis ⁊ per ɔsequens illo gradu posito corrūperetur. q̄ꝛ tunc posset illud accidens separatum aliquid corrūpere: ⁊ aliquid generare. immo etiā nec hoc potest per accidēs coniunctum. q̄ꝛ nec potest generare substātiam nec corrūpere siue in virtute ꝓpria: siue in virtute alterius. ita q̄ oīs gradus qui virtute accidētis habetur siue in plus siue in minus: ⁊ recipitur in alterato: cõpossibilis est ⁊ cõpatitur secum forma m alterati: ⁊ ipsam presupponit sicut partē per se subiecti ⁊ ꝑ cõsequens ipsam nō destruit nec expellit. q̄ꝛ nullū accidens destruit suum subiectum: nec est incōpossibile sibi Sicut eñ generās nō potest corrūpere materiam vel producere: que est subiectum generationis vel corruptionis: ⁊ presupponit ipsam: ita nec alterās subiectum alterationis. Et ita non potest accidēs siue ɔiunctum siue separatum corrumpere gradum vltimum dispositiōis necessarium ad hoc vt forma alterati maneat in materia: sed bene vsq̄ ad illū alterare potest. ⁊ tunc facta alteratione vsq̄ ad illum gradum: substātia generās quecūq̄ sit illa siue deus siue celum siue alia creata substantia corrumpit illum gradum vltimum ⁊ etiā alteratum: ⁊

Solutio istā. p̄ce.

generat nouum generatum cum nouo gradu dispositionis necessarie ad formam generati & incopossibilis cum forma prius alterati vel corrupti. Quando dicitur quod oes gradus sunt eiusdem ronis. ergo sicut acides alterans potest abijcere primum scdm et tertium gradu dispositionis necessarie ad hoc quod forma maneat in materia: ita & vltimu. Dicitur quod licet gradus sm se sint eiusdem rationis: non tn in ordine ad tale agens naturale sic expelles. nec substantia alterati ita determinat sibi primum scdm & tertium sicut vltimum tanq dispositionem necessaria ad hoc vt maneat in materia. Et ideo no oportet quod accidens possit auferre vltimum sicut alios sine quibus potest forma stare in materia. Ponitur exemplum. Naturale agens potest denudare materia ab aliqua parte quantitatis. quia de maiori quatitate potest facere minorem. & potest materie dare aliquam partem quantitatis. quia de minori quanto potest facere maius. & partes quantitatis sunt eiusdem rationis. & tn non potest materia denudare a qualibet parte quantitatis: nec etiam sibi dare de nouo qualibet partem qtitatis vt videtur quia presupponit materiam quantam sm aliqua partem quatitatis in omni actione sua. ideo &c. Et dicitur vltra quod gradus ille necessarius in disponendo ad formam generati & incopossibilis forme corrupti non est ab alterante inquantum alterans: nec a generante inquantum generans per se: sed per accidens: quia generans per se generat substantiam. per accidens vero causat accidens vel gradum illum qualitatis necessarium ad consistetiam forme generati per alterationem. Et istud potest bene vel male intelligi: supposito quod totum compositum generatum sit primum per se subiectum predicte qualitatis. quia pro tanto potest dici quod per accides. quia non distincta mutatione acquiritur illud accides. immo nec mutatione: & per consequens non alteratione vel per alterationem: sed per simplicem acceptionem essendi. Per accidens vero quia non eadem actione vel productione: sed alia & alia: quarum vna per se terminatur ad substantiam. scilicet generatio: & alia ad accidens. scz ad gradum illum qualitatis: que tamen non est mutatio: nec per consequens alteratio. quia non precessit negatio talis gradus vel qualitatis in substantia generata.

Exeplu (margin note at "Ponitur exemplum")

Quicquid sit de predicta solutione que videtur necessaria vel saltem multum probabilis: si ponatur quod totum compositum generabile sit per se primum subiectum qualitatis: secundum quam habet fieri alteratio. Tamen ponentes quod gradus quilibet precedit formam substantialem generati in materia: gradus. scilicet necessario dispositiuus ad eam: et incompossibilis forme corrupti precedit (dico) natura licet non duratione: sicut dispositio precedit forma posset dici quod alterans sm quod alterans potest inducere vltimum gradum dispositionis: & corrumpere illum qui est necessarius ad hoc vt forma alterati stet in materia. Nec presupponit talis alteratio per se primum compositum vt subiectum: sed materiam. non autem formam necessario: tn quantumcunq sic inducat vel corrumpat vltimum gradum necessarium ad dispositionem: non potest generare vel corrumpere substantiam vnde alterans est: sed vnde substantia & generans: ita quod illo gradu inducto vel corrupto habetur generatio vel corruptio ab aliqua substantia: siue a substantia coniuncta accidentibus alteratibus: siue ab aliqua alia: puta a celo vel a deo: vel a quocunq alio. Nunq autem ab accidetibus siue coniunctis siue separatis elicitur generatio vel corruptio: sicut dictum est supra. ¶ Ad secundam instatiam de nutritione accidentium dico quod nec accidetia coiuncta nec separata possunt nutrire effectiue generando vel attingedo carnem. sed hoc ad substatiam pertinet. accidetia tn siue piuncta siue separata possunt alterare aliquid: vt dictum est supra. Quado dicis quod accidentia nutriut. Dico quod verum est eo modo quo dici potest quod accidentia alimenti nutriunt eo modo quo animal nutrit seipsum & saluat. Et hoc est magis materialiter & obiectiue q effectiue. vel si effectiue: non nisi disponendo. Quomodo vero sic nutriant: & quomodo non: inferius apparebit. ¶ Ad tertiam instantia dico quod si poneretur modica aqua iuxta accidetia maxima separata ab illis accidetibus nuq corrumperetur. immo etiam nec ab ipsis si essent substatie ignis coniuncta. sed corrumperetur aqua illa ab aliqua substantia siue a celo siue a deo siue a substatia illis accidentibus coniuncta. & alteraretur bene ab ipsis accidetibus modo supradicto in solutione primi argumenti. ¶ Ad quarta instantiam dicitur quod accidetia separata equiualentia alijs separatis possent ea corrumpere eo modo quo dicetur infra. quomodo. s. accidentia separata possunt corrumpi in eucharistia. non tn possent totaliter corrumpere accidentia coniuncta: licet sint eiusde rationis: nec sint minoris virtutis. quia illis separatis: puta qualitati in hoc sacrameto nihil subest quod sibi determinet alique gradum eius. Non enim subest ei nisi quantitas que non determinat sibi alique gradum talem. Et ideo siue ab accidete coiuncto siue separato contrario & preualente posset qualitas talis corrumpi totaliter quatum ad omne gradum suum. Non autem si esset coniuncta alicui substatie: quia iam subesset aliqua substantia que determinaret sibi certum gradum predicte qualitatis necessarium ad consistetiam forme sue in materia. Et quia no posset corrumpi nisi per alterationem: et alterans suum mobile vel subiectum alterationis non corrumpit ideo nec ab accidente separato: nec a coniuncto posset totaliter corrumpi vt dicunt. ¶ Si dicatur quod immo. quia quatumcunq sit necessarius talis gradus ad hoc: vt stet forma alterati in materia sua: tamen non pot stare cum suo contrario corrumpente vel potente corrumpere et sibi approximato. Secundo etiam quia quod est posterius generatione: est prius corruptione. ille vero gradus est posterior generatione ipsa substatia alterata. quia accidens. igitur est prior corruptione. et prius natura corruperetur q substantia. sed hoc no est nisi ab alterante inquatum alterans per accidentia ipsa que sunt principia alterandi. ergo &c. ¶ Respondetur ad primum quod substantia alterata maiorem habet virtutem conseruadi sibi illum gradum: sine quo non potest stare forma eius in materia q contrarium habeat virtutem corrumpendi. substantia enim est perfectius actiuum ad conseruationem: q ptrarium ad corruptionem. sicut & est nobilius & perfectius ens q illud cotrarium quod est accidens. Et ita non oportet quod corrupatur gradus ille a quocunq contrario quantumcunq ap-

quod accidetia non possut nutrire. (margin note at "Ad secundam instatiam")

approximato. Et hec est bona ꝓbabilitas vt dicūt ꝙ substātia sit principium actiuum sue qualitatis: saltem quātum ad illum gradum quē sibi determinat quātum ad suam cōsistentiam. Unde ⁊ sm̄ eos dici potest ꝙ gradus ille non est a generāte substantiam: sed magis ab ipsa substantia genita. ⁊ nō precedit natura ipsam substātiam genitam: sed sequitur eam in ordine nature: sicut effectum causam. Et tunc sicut videtur mihi: difficile est videre quomodo sit talis gradus dispositio ad illā formam. dispositio em̄ prior est ipso ad quod disponit vt videtur. Ad scdm̄ dicunt ꝙ illa propositio non est vera nisi de priori ⁊ posteriori que pertinēt ad idem genus. sicut plures forme substātiales se habent in eodem composito sm̄ ponentes plures formas. Sic enim posterior forma generatione est prior corruptione. sed nō oportet de diuersis formis pertinētibus ad diuersa genera: sicut sunt forma substantialis ⁊ gradus ille accidentalis in ꝓposito. ¶ Quicquid sit de istis dici posset aliter ponendo ꝙ gradus ille esset primo accidēs materie ⁊ dispositio ad formā. et per consequens prior natura ꝙ siue coniunctus siue separatus: sicut est qualitas in eucharistia: a contrario approximato posset totaliter corrumpi: sed nunq̃ a contrario quod est accidens posset substantia generari vel corrumpi: sicut dictum est supra sed corrumperetur ⁊ generaretur substātia ab aliqua substantia siue coniuncta accidentibus alterantibus: siue ab aliqua alia: si essent talia accidentia separata. quare ⁊c̄.

Ad.4. ¶ Ad quartam dico ꝙ de qualitate separata a quantitate difficile est videre: quomodo videretur. cum visus sit potentia quanta et organica ⁊ extensionem habens: ⁊ operationem extensam. qualitas vero a quantitate separata non esset quāta. Similiter de quātitate separata a qualitate. Et videret̃ alicui posse dici: si qualitas esset totale actiuū vel teminatiuum sensationis: vel etiā partiale cum ipso visu vel oculo: ⁊ quantitas nihil faceret ad hoc: vel etiam si faceret per modum cause partialis. ita ꝙ ista tria essent tres cause partiales sensationis. et duo eoꝝ puta qualitas ⁊ q̃titas essent duo terminatiua partialia. Tunc videretur ad hoc posse dici ꝙ qualitas vel quantitas quantumcunq̃ vna non inhereret alteri: dum tñ vtraq̃ poneretur in re ⁊ in debita approximatione ad oculum vtrūq̃ posset sentiri. Nisi forte diceretur ꝙ nō quia tunc non essent in re sub modo conueniente actioni vel terminationi cuiuscunq̃ actionis corporalis ⁊ naturalis vel phisice. Oportet em̄ ꝙ corporeum agens vel terminans talem actionem sit quantum ⁊ quale: saltē loquendo de modo et cursu vel ordine naturali: quicquid sit de virtue diuina. Et ita non est similile de qualitate separata a quātitate, et econuerso: ⁊ de istis accidentibus in sacramento separatis Si autem diceretur ꝙ quantitas non est causa partialis cū qualitate sic concurrens: sed qualitas ipsa totalis sicut per se primo sensibilis. Et quātitas nō facit nisi ad modum immutandi visum vel terminandi visionem: nō habens propriam speciem in sensu: adhuc eodem modo diceretur ꝙ qualitas nō sentiretur. quia nō est sub modo conueniente actioni. Nec quantitas ipsa separata multominus. quare ⁊c̄. Sed quid virtute diuina: puto ꝙ qualitas posset videri separata a quantitate non minus q̃ si non esset. ꝙ tamen dictum est supra. scilicet ꝙ deus posset creare ⁊ conseruare visionem alicuius obiecti non existentis. quare ⁊c̄. vel si non: tunc diceretur ꝙ modus separationis in qualitate est repugnans visibilitati. ⁊ non est vniuersale de non ente. vnde licet non ens posset videri: nō tamen angelus vel substantia sine quantitate. ¶ Ad sextam instantiam dico ꝙ nulla priuatio vel negatio potest esse principium per se alicuius actionis. Quādo dicis ꝙ quies est per se sensibilis. ergo potest esse per se principium sensationis. dico ꝙ ponēdo per se sensibile quodcunq̃ siue ꝓprium siue commune esse per se principium sensationis: vel etiam terminatiuum: impossibile est ꝙ quies accipiendo eam pro priuatione motus immobili: sit per se sensibilis. quia nullam habet entitatem positiuaꝫ: per quam possit aliquid causare vel respectum aliquē realem terminare. sicut oportet scdm̄ presupponi de per se sensibili. Oportet enim ꝙ possit esse ratio terminandi per se aliquem respectum realem visionis vel sensationis: licet nō oporteat in actu. Unde et non ens sentiri potest: cui tñ non repugnat esse ens ⁊ aliquid positiuum quies vero non potest esse aliquid positiuum. Si vero dicatur ꝙ non opꝫ sensibile cōmune quantumcunq̃ per se esse effectiuum per se vel teminatiuum sensationis quātum ad aliquem respectum realem terminatū ad ipsum ⁊ per se sed sufficit hoc de sensibili proprio quod est sensibile per se primo. Tunc non videretur sic inconueniens ꝙ quies non obstante ꝙ sit priuatio sit per se sensibilis per modum sensibilium cōmunium. Aut teneret primam viam: diceret ad philosophum ꝙ vel non accipit quietē pro pura priuatione: sed pro quiescente corpore ipso. vel dicit ꝙ est per se sensibilis: quia non sic per accidens sicut substantia: sed aliquid quod magis percipitur q̃ substātia. vel negaret etiam. Et similiter diceretur de vnitate ⁊ numero: que vt sic nihil dicunt positiuum. ⁊ ideo vt sic non sunt per se sensibiles: sed tantum ratione entitatum in quibus fundantur. Sic ad istud. Hec de tertio articulo principali.

¶ Ad primum principale dico ꝙ non oportet omnem actio- ad argumēta
nem esse suppositi. Nec hoc dicit philosophus. sed p̄ncipalia:
bene dicit primo metha. ꝙ actiones sunt circa singularia et singularium: quod est verum saltem de transeuntibus. Et dico ꝙ accidentia hic separata: licet non habeāt rationem suppositi sunt tamen singularia ⁊ indiuidua ⁊c̄. Aliter dicitur ꝙ actiones sunt suppositorum sicut vltimo denominatorū aliquando per tales actiones ratione formarum: quibus conueniunt tales actiones. ⁊ hoc quando forme insunt suppositis. quando vero non insunt: sed separate sunt sicut in proposito: ⁊ tunc nullo modo sunt suppositorum sicut in proposito: sed formarū tantum. et possunt denominari bene tales forme a talibus sicut anima intelligit: ⁊ calor separatus calefacit. Et hoc concedit Auicenna. vj. methaphisice: ⁊ commentator tertio de anima. ¶ Ad scdm̄ dico ꝙ non est inconueniens in creatura idem esse agens: ⁊ quo agit quando illud est principium totale actionis. sicut in proposito de accidēte separato. Est enim agens ⁊ quo ipsummet agit. qui a seipso agit. ⁊ differunt tantum sm̄ rationem. Nec est simile de anima: que est quo hominis partiale. nec potest esse homo vel idem toliter cuꝫ homine quātum

ad omne illud positiuum quod dicit homo. qꝛ non
potest esse eadem cum altera parte hominis. scꝫ cū
corpore. sed hūanitas que est quo totale hominis
est idem homini penitus quātum ad omne positiuū
quod dicitur per hominem: lꝫ non homo predicetur
de ipsa propter modum significādi repugnantem.
Ad boetium dico ꝙ verum dicit accipiendo quod
est pro essentia: ⁊ quo est pro esse actualis existētie
ꝙ in omni creatura distingūtur ista etiam realiter:
vt dixi in tertio. sed non opꝫ ꝙ sit agēs: ⁊ quo agit.
nec hoc etiā ipse dicit. Ad confirmationem dico ꝙ
quātitas hic separata non est mathematica: sed est
qualitatibus naturalibus affectata ⁊ phisica. Ali-
ter ꝙ illa fuit opinio philosophi. qꝛ reputauit im-
possibile quātitatem separari in re: vel verum dicit
philosophus ꝙ in quātitate oīno separata a quali-
tatibus phisicis non est motus nec alteratio phisi-
ca. sic nō est in proposito. ¶ Ad tertium dicitur ꝙ
non opꝫ actiuum ⁊ passiuum cōmunicare in mate-
teria actualiter: sed sufficit ꝙ aptitudinaliter. Ac-
cidentia autem lꝫ sint hic actualiter separata a ma
teria vel substantia materiali: tñ aptitudinem ha-
bent ad talem substantiā. Aliter dicitur ꝙ accidē-
tia que sunt hic actiua non sunt separata: sicut qua
litas que est in subiecto suo in quantitate: ⁊ sic in
materia. qꝛ subiectū vocatur materia. ⁊ hoc suffi-
cit. Aliter dicitur ꝙ non opꝫ actiuum ⁊ passiuum
cōmunicare in materia loquēdo de quacunqꝫ actio
ne vel passione. Alioquin intelligentia non posset
mouere celum. qꝛ celum vel non habet materiam:
vel si habet materiam: tñ cum ipso non cōmunicat
intelligentia in materia: nec habet materiā: vt ptꝫ.
verum est tñ ꝙ ẜm Aristo. actiuum ⁊ passiuum im
mediate se habentia ad corruptionem ⁊ generatio
nem vel ẜm generationem ⁊ corruptionem oportet
cōmunicare in materia. Posuit eñ ꝙ nulla forma
separata: cuius ponebatur ydea a platone: poterat
esse principium actiuum immediatum alicuius ge
nerationis vel corruptionis. immo nec deus. Tum
propter imperfectionē effectus generabilis ⁊ cor-
ruptibilis. non propter imperfectionē talis forme.
Tum etiam propter ordinem causarum obseruan-
dum. sed non ponimus hoc saltem de deo in propo
sito autem non habet locum. qꝛ non ponitur ꝙ acci
cidentia siue separata siue coniuncta sint principiū
generationis vel corruptionis alicuius: sed magis
deus in alia substātia corporalis. ¶ Ad quartum
de forma substātiali separata dicitur vno modo ꝙ
non posset generare: licet in materia existens sit to
tale principium generationis substantialis: princi-
pium quo. scꝫ qꝛ separata nō habet modum conue-
nientem actioni tali corporali eo ꝙ non est quanta:
sed separata a materia quanta. ideo ⁊c̄. Hic tñ dif-
ficile est videre quomodo forma substantialis sit to
tale principium quo respectu cōpositi per se gene-
rabilis. Et primo cum ipsum cōpositum totum sit
simpliciter nobilius ꝙ̄ forma. Et idem argumen-
tum videretur posse fieri de forma accidentali ⁊ to
to composito per accidens ex subiecto ⁊ forma: qđ
quidem fit per se primo. causa autem totalis equi-
uoca vel etiam vniuoca non potest esse simpliciter
minus nobilis ꝙ̄ effectus suus. Et ita videretur ꝙ
forma substātialis non esset nisi partiale principiū
generationis substātie totius. quia est principium
formale quo totius nature concurrens cum mate-
ria ad constitutionem eius: sed ipsa tota natura ge
nerantis esset totale principium quo et generans
ipsum principium quod ⁊ sic forma substantialis:
licet separata agere nō posset vel generare. ¶ Ad
illud vero de forma accidētali diceretur ꝙ compo
situm per accidens vnum nullā tertiam entitatem
perfectiorem dicit: que non preexisteret. vnde non
dicit nisi formā accidentalem ⁊ vnicam ⁊ subiectū
et non aliquam tertiā entitatem nouam ⁊ perfectio
rem: sicut per se cōpositum substātie: vt dictum est
in secundo. Et quia forma illa accidentalis que est
terminus formalis: non est quid nobilius: nec com
positum etiam ꝓprie ⁊ per se loquendo: sicut nec est
ens per se: ideo accidēs separatum ponit tale com-
positum. ¶ Ad illud de specie intelligibili ⁊ chari
tate dico ꝙ iste sunt cause partiales actuum intelli
gendi ⁊ diligendi: sicut imaginantur aliqui sic ꝙ
essent separate: ⁊ ponerentur nihilominus presen-
tes intellectui ⁊ voluntati: ita ꝙ eis assisterēt: ⁊ nō
inhererent: posset esse adhuc cause effectiue talium
operationum: sicut quando inherent. Essent enim
sub modo cōuenienti tali actioni: et tñ non intelli-
gerent nec amarēt formaliter. Non eñ intellectio-
nem vel dilectionem reciperent: sed magis intelle-
ctus ⁊ volūtas. Et ideo nec possent intelligere vel
diligere: sicut nec ista recipere: licet possent ea par-
tialiter efficere. vnumquodqꝫ autem dicitur intelli
gens vel volens nō per hoc ꝙ efficit vel causat in-
tellectionem: sed quia recipit. vnde ⁊ ẜm alios obie
ctum vel fantasma: licet sit totalis causa intellectio
nis vel volitiōis non tñ intelligit vel vult. Si vero
species in nullo sit causa intellectiōis nec charitas
dilectionis: sicut dixi in tertio de charitate: tūc nō
currit nec valet argumentum.

¶ Distinctionis Duodecime.
Questio Tertia.

Ertio q̄ro: vtrū
accidētia in eucharistia pos-
sint accidentaliter trāsmuta-
ri: sicut poterāt cōiuncta sub-
stantie panis. ¶ Videtur ꝙ
nō. Primo sic motus vel mu
tatio de necessitate requirit
subiectum. patet tertio phisi- 3. phisic.
corum. motus est actus entis in potentia ẜm ꝙ hu
iusmodi et mobilis in eo ꝙ mobile. sed accidentia
sunt ibi sine subiecto vel sine substantia. ergo non
potest esse motus vel transmutatio aliqua circa ea.
¶ Tertio sic. septimo methaphisice probat philo- 7. methi.
sophus ꝙ per oēm transmutationem compositum
generatur primo vel corrumpitur: nō solum in trās
mutatione substātiali: sed etiā in accidentali: sicut
cōcludit in illo capitulo. sed cōpositum illud in ac-
cidentalibus mutationibus includit subiectum: vt
ptꝫ. Cum igitur accidētia sint hic sine subiecto: vi-
detur ꝙ ad ipsa vel circa ipsa non possit esse trans-
mutatio accidentalis. ¶ Tertio sic. si aliquod acci
dens posset in eucharistia accidentaliter transmu-
tari: hoc videretur de quantitate que est ibi primū
accidens. sed hoc non potest fieri. quia non potest
augeri vel minui: vt videẜ. qꝛ quātitas in euchari-
stia nō est quātitas aīati. aīatis autem solū ꝯuenit
augmentum: vt videtur dici tertio de aīa ergo ⁊c̄. 3. de aīa.

¶ Contra non omnia accidẽtia sunt in eucharistia sine subiecto: vt dictuz est supra. ergo saltem aliqua sic possunt accidentaliter trãsmutari. Et patet ad sensum. quia species ille possunt frangi vel velĳ moueri etiam rarefieri seu condensari ergo ⁊c.

¶ In ista questione sic ꝓcedã.

¶ Primo ponã aliquos modos dicẽdi de questione ⁊ arguã cõtra eos: ⁊ respõdebo ad motiua eoꝝ. ¶ Scd̃o respondebo aliter ad questionẽ quantum ad mutationes vel variatiões que possunt fieri circa accidẽtia eucharistie: ipsa eucharistia manente. ¶ Tertio quãtũ ad illas cũ quibus nõ manet eucharistia. ¶ Ultimo ad rationes principales.

¶ Quantum ad primum est

De trãsmutatione accidẽtiũ in eucharistia Prima opinio.

opinio cuiusdã doctoris qui dicit ꝙ ab agente naturali possunt ista accidẽtia transmutari vel variari accidẽtaliter: sicut poterãt qñ erant ꝯiuncta substantie panis. Ita ꝙ quãtitas ipsa etiã de qua minus videreẽ: supposito ꝙ virtute diuina sit ibi sine subiecto ex quo tñ manet eadẽ q̃ pri⁹ cõiuncta substãtie panis: rarefieri pot ⁊ cõdensari. ⁊ per consequẽs fieri maior vel minor. Et hoc rationabile videretur. qꝛ sicut virtute diuina sibi confertur ꝙ per se existat ⁊ non in subiecto: sic ꝙ possit transmutari vel maiorari seu minui quãtũcunqꝫ nõ in subiecto. ¶ Scd̃o dicit iste ꝙ qñ q̃titas rarefit vel condẽsatur. ⁊ sic fit maior vel minor ꝙ prior quantitas non manet nec aliqua pars eius: sed totaliter corrumpitur prior quãtitas. ¶ Hoc probat primo. qꝛ per se primi termini motus augmenti vel diminutionis sunt maior ⁊ minor quãtitas. sed planum est ꝙ termini primi motus sunt incompossibiles. ergo adueniente maiori quãtitate minor precedens totaliter corrũpitur. ⁊ econuerso. ¶ Secundo qꝛ si maneret prior quantitas vel aliqua pars eius: sequeretur ꝙ idẽ simul informaretur duplici quãtitate: quarum vna esset maior ⁊ alia esset minor. hoc aũt est impossibile. ergo ⁊c. Probatio ꝯsequentie. Sicut eñ totum rarefactũ est rarius ⁊ maius: ita quilibet pars aucti est aucta. si quelibet pars est rarior: ⁊ per consequẽ maior: sequitur ꝙ est quãta noua quãtitate. ⁊ per ꝯsequẽs si prior manet que erãt minor: sequitur simul esse duas quãtitates ĩ eucharistia. vel quãdo sunt in subieco sequitur ꝙ idẽ simul informatur duplici quatitate maiore. s. ⁊ minore. ⁊ ita sequiẽ etiã vltra ꝙ simul sit rarũ ⁊ densum: vel magis rarum ⁊ minus rarũ. ¶ Tertio sic. ⁊ ꝯfirmatur ratio precedens. qꝛ si prior quantitas manet vel aliquid eius, quero in quo subiecto manet. Non nisi in subiecto priori. qꝛ accidẽs non migrat de subiecto in subiectum. Aut igitur illi eidẽ subiecto per rarefactionem aduenit noua quantitas: ⁊ sic sequitur ꝙ simul informaẽ duplici quãtitate: sicut prius. Aut sequitur ꝙ maior quãtitas nõ aduenit illi eidẽ subiecto preexistenti: sed magis aggenerantur noue partes substãtie: quibus insunt noue partes quantitatis: vel maior quãtitas seu illud qd̃ acquiritur nouiter de quãtitate. ⁊ ita pars illa precedẽs nõ est rarior: quod est falsum. quare ⁊c. ¶ Tertio dcit ꝙ iste motus quo quãtitas fit maior vel minor: est in ꝯposito sine subiecto. Nã sicut nõ repugnat forme manere in esse sine subiecto: vt pꝫ in quãtitate: ita nec sibi repugnat in fluxu vel vt fluens. Motus aũt nõ est nisi forma fluẽs: vt dicit ğ ⁊c. Sicut eñ ꝟtute diuĩa habet esse permanẽs sine subiecto ⁊ totũ suum: ita põt habere esse in fieri ⁊ in motu sine subiecto etiã ab agẽte naturali presupposita separatione eius a subiecto: que fit virtute diuina. ¶ Ultimo potest facere ꝙ omnia alia accidẽtia que sunt posteriora quantitate de quibus non apparet tãta difficultas: possunt accidẽtaliter variari omnibus modis: quibus poterant existentia in subiecto vel substantia panis. Hec est prima opinio.

¶ Secundus modus dicendi est ꝙ accidẽtia nullo modo possunt trãsmutari vel variari in sacramẽto ab aliquo agẽte naturali. sed omĩs variatio vel trãsmutatio que est ibi opꝫ ꝙ fiat ab agente supernaturali diuino: per cuius virtutẽ sunt separata a subiecto primo. — Secũda opinio.

qꝛ quãtitas est primum inter oĩa ista accidẽtia: sed quãtitas non potest ab agẽte naturali transmutari vel augmẽtari seu diminui. quia nõ est ibi in subiecto. Omnis aũt mutatio vel transmutatio naturalis requirit subiectum necessario alias eñ adnihilaret vel crearet agens naturale. ergo ⁊c. ¶ Scd̃o qꝛ qua ratione agens naturale posset in partẽ quãtitatis sine subiecto augmentãdo vel diminuendo ipsam: pari ratione in totã quãtitatem que est eiusdem rationis. ⁊ sic posset producere aliquam totam quantitatem non in subiecto vel de subiecto: quod est creare vel destruere eam: non redigendo subiectum. quare ⁊c. ¶ Tertio qꝛ non habet conseruari quãtitas: nec esse ĩmediate ⁊ supernaturaliter. igitur non potest variari nec corrũpi nisi a deo. qꝛ nec per inductionem cõtrarĳ. eo ꝙ contrarium non habet nec per corruptionem subiecti. quia subiectum non habet ibidẽ. quare ⁊c. ¶ De alteratione vero specialiter etiam probãt ꝙ oportet alterationẽ que fit ibi esse a deo immediate primo. qꝛ si virtute agẽtis supernaturalis esset alteratio: aut de potentia alicuius subiecti educeretur qualitas terminãs alterationem aut non. si non: tunc crearetur: ⁊ agens naturale posset creare. Si sic: hoc videretur de potentia quantitatis. sed hoc est impossibile. quia potentia ⁊ actus educibilis de ipsa sunt eiusdem generis. patet de materia ⁊ forma. quantitas vero et qualitas non sunt eiusdem generis: vt patet. ergo ⁊c. ¶ Secundo sic. qualitas ad quam terminatur alteratio virtute agẽtis naturalis est qualitas terminata. sed hic non potest esse terminata. quia non est hic aliqua forma substantialis per quam habẽt accidentia ꝙ terminentur etiam quantitas ipsa. ergo ⁊c. ¶ Tertio quia non plus potest educi ista qualitas ab agente naturali de potentia quantitatis: q̃ꝫ de potentia materie nude vt videtur. sed de potentia materie nude non potest educi ab agente naturali. quia talem materiã non posset attingere. Non enim esset ens in actu. quare ⁊c. ¶ Dicunt ergo ꝙ ad presentiam agentis naturalis deus immediate facit omnia quecunqꝫ fiunt circa ista accidentia: etiam motum localem ⁊ fractionem pari ratione sicut dictum est de alĳs suo modo.

¶ Tertius modus dicendi est ꝙ ab agente naturali possunt omnia fieri: aliter tamen saluãdo hoc q̃ꝫ faciat primus modus. Tota enim difficultas videtur in proposito de illo quod fit circa quantitatem. Nam de alĳs non est — Tertia opinio.

difficultas. q2 alia accidentia non sunt ibi sine subiecto. sed quātitas est ibi pro subiecto vel suiectum multorum. Et omnia faciliter possunt saluari de aliis. Sed de quantitate quomodo potest augmentari vel diminui est tota difficultas. Et dicunt q hoc est possibile virtute naturalis agentis ad hoc concurrentis per istum modum. Materia enim vel substantia ꝛ habet rationem subiecti respectu quātitatis: ꝛ habet rationem concause cum agente naturali respectu variationis vel mutationis ipsius quantitatis. Deus autem lꝫ non possit supplere vicem materie vel substantie vt potētia est ꝛ receptiua quantitatis: tñ bene potest supplere concausalitatem eius partialem: quam habet cum agente naturali ad productionem alicuius effectus. Et hoc siue ista causalitas sit per se siue per accidens vel sine qua non effectiua. Nam deus omnem causalitatem effectiuam supplere potest: sicut ptꝫ. ergo ad istam variationem vel transmutationem quantitatis agens naturale idem facit quod faceret si materia vel substantia concurreret. quia deus supplet vicem substantie in coagēdo vel cōcausando agenti naturali: ita q non sufficit ad hoc separatio accidentium ꝺm primum modum dicēdi. Nec agēs naturale ibi oīno nihil facit ꝺm alium modū dicendi: sed sicut immediate dictū est ꝺm istum modum tertium. hoc est primum huius articuli.

Contra primam opinionem. ¶ Quantum ad scōm huius arti. arguo contra primam opinionem quātum ad primum dictum suum ¶ Primo sic. Agens naturale creare non potest nec adnihilare: sed si posset augmentare vel minuere quātitatem separatam a subiecto in eucharistia posset creare: quod patet ex scōo dicto suo si est verū. Nam qñ augmētatur quātitas tota precedēs desinit esse: et sequens accipit totaliter esse: sed nō in subiecto: nec de subiecto vel aliquo vt patet. Sic aūt accipere esse vel desinere est adnihilari vel creari vt patꝫ ergo ꝛc. ¶ Dices q quātitas sequēs non creatur: q2 habent habitudinē ad aliquā precedentē: cui succedit immediate per talem motū. Sed si haberetur vna noua quātitas totaliter: que nō succederet alteri: tūc illa crearetur creatio enim nō solum excludit subiectum seu aliquid de quo: sed. post quod creatuꝫ succedat in quātitate autem manēte sine subiecto manet eadem vis: que prius cōueniebat sibi in subiecto: et ita potest trāsmutari sicut in subiecto: et per corruptionē prioris ꝛ aduētū prioris: que tñ corruptio non est adnihilatio: nec productio posterioris est creatio propter ordinē ꝛ habitudinem prioris ad sequētem: ꝛ sequētis ad priorem. ¶ Cōtra primo sic: q2 quātitas sequēs licet succedat priori: non tamen sic de ipsa nec de aliquo alio vt patet. ergo accipit esse totaliter nō de aliquo: ꝛ ita creatur. Non enim vna in aliā conuertitur totaliter. Tū quia sequens nō preexistit: vel non ponitur ibi aliqua cōuersio nisi panis in corpus ꝛ vinū in sanguinē: que est trāsubstātiatio. Tū quia ad hoc nō posset attingere virtus naturalis creata ita parū: sicut ad creationem. Si dicas q vna fit ex alia: sicut oppositū ex opposito. patet q nō valet. Nā talis factio vni9 ex alio ab agente naturali necessario requirit subiectum primo phisicorum. similiter etiam quia non sunt opposite vel contrarie. ¶ Secūdo contra illā

obiectio (beside "Dices")

Contra precedē. obiectionem. (beside "Cōtra primo")

responsionem: quia si aliquid succederet suo cōtrario: ꝛ non fieret de aliquo: adhuc crearetur ex quo acciperet esse totale nō de aliquo vt patet. Ita eñ fieret de nihilo: sicut immediate succederet nihilo. ¶ Tertio quia ista successio vel ordo quantitatis posterioris ad priorem nō est nisi respectus quidē dam rationis entis ad nō ens: qui non videtur tollere in proposito rationem creationis: nec a quātitate excludere creationem. ¶ Quarto q2 non magis succedit quantitas posterior priori: ꝙ aīa corpori organico ꝛ disposito: vel accidēs spirituale vt gratia ipsi anime vel subiecto: sed nihilomin9 ista dicuntur creari: nec tollit hoc predicta successio. ergo ꝛc. stat ergo illa ratio vt videtur. ¶ Secūdo cōtra illud primum dictum quantum ad illam vim trāsmutabilem quā habent quātitas in subiecto et separata a subiecto: per quā est transmutabilis. q2 quātitas non habet aliquid per quod sit sic transmutabilis: nisi de subiecto ab agēte naturali. ergo etiā nec sepata. Siſr etiā ficta est vis: q2 nec corpalis nec spiritualis. Nec oportet ponere talem vim: q2 si poneretur nullo mō suppleret vicem subiecti. ¶ Tertio sic esse separatum ipsius quātitatis non dicit aliquid positiuum vltra proprium existere vel esse actualis existentie vt dictum est supra. Nihil enim per separationem cōfertur quantitati: sed potius deperditur aliquid ab ea. scꝫ actualis inherētia quam prius habebat ad substantiā. igitur sicut in subiecto existens nō est trāsmutabilis per agēs naturale: nisi de subiecto vel potentia subiecti. et hoc habet ex seipā: q ita sit trāsmutabilis ꝛ nō aliter ꝛ ideo nec separata pōt sic transmutari. ¶ Cōtra secundum dictum scilicet q quātitas tota precedens corrumpitur: vel nihil eius manet ad aduētum posterioris vel sequentis. Et similiter dicūt in augmento cuiuscūqꝫ forme vel diminutione: artum est in primo distinctione. xvij. de augmēto charitatis. Et pono hic aliqua que spectant ad propositum. Si ad rarefactionem hostie vel quantitatis tota prior quātitas desinit esse: sequitur q corpus christi desinit ibi esse: quia corpus christi nō est ibi nisi quādiu quātitas panis manet ibi ꝛ accidentia vel species vini: secundum q tenet ecclesia. sed cōsequens est falsum. ergo et antecedens.

Contra secūdum dictum. 1. opinio. (beside "Cōtra secundum dictum")

¶ Dices q tandiu manet ibi corpus christi ꝙdiu habetur quantitas proportionalis: ꝛ similiter alia accidentia sub quibus quantumcunqꝫ nouis posset manere substantia panis: si esset ibi: ꝛ hoc eodē miraculo quo erat prius sub quātitate illa eadem numero que fuit substantie panis et eadē ordinatiōe diuina. ¶ Contra primo. quia per te substantia individuatur per quātitatem. ergo si prior quātitas panis desinit esse ibidem desineret esse ibi substantia panis: si eēt. quia non posset manere sine principio sue indiuiduatiōis. igitur extunc desinit ibidē esse corpus christi. ¶ Secundo. quia non videtur probabile nec conueniēs veritati sacramēti q sub aliqua quantitate totali de nouo sit corpus christi nisi per consecrationem et confectionem sacramētali. sed sub quantitate posteriori non esset isto modo. igitur non est probabile q sit ibi. ¶ Tertio q2 quantitati priori separate potest aduenire aliqua quātitas in subiecto. sicut vino ꝯsecrato pōt admisceri vinum aliud vel aqua modica. Si ergo prior quātitas que erat sine subiecto totaliter corrumpi

obiectio (beside "Dices")

ꝯ prece. opinio. (beside "Contra primo")

tur ad aduentum noue: sequitur ꝙ nulla quãtitas nec aliud quãtitatis manet ibi sine subiecto: ⁊ per consequens non manet ibi eucharistia: nec corpus christi manet nisi dicat ꝙ cuz quãtitate eucharistie manet substantia aliqua. Et probabilius videretur ꝙ substantia primi vini q̃ secundi. quare ⁊c.

¶ Secundo sic principaliter contra istud secũduz dictum. impossibile est ꝙ accidentia ⁊ species panis ⁊ vini generentur vel habeantur noua a quocunq;: quod potest ista accidenteia transmutre vel variare. possunt enim trãsmutari ab igne vel aqua corpore simplici vel huiusmodi. ista autem nõ possunt efficere vel causare accidentia mixti. sed si prior quãtitas corrumperetur tota pari ratiõe et alia accidentia que sunt in quãtitate. ⁊ generarẽtur noua. oppositum sequeretur: ergo ⁊c. ¶ Tertio sic. quãtitas succedens priori quãtitati que totaliter corrumpitur: per te non est magis eadem illi q̃ cũ quãtitate alterius hostie non consecrate existente in re cum ipsa vt patet. Nec ratione successionis: nec ratione cuiuscũq; alterius. sed planũ est ꝙ sub quãtitate alterius panis vel hostie non consecrate non est corpus christi. igitur nec sub illa sequente vt videtur. hoc autem est falsum per te ergo ⁊c. Si fugias ad successionez: nihil est sicut dictum est supra. Similiter etiam quia deus anihilando quãtitatẽ panis prius conuersi sub qua erat corpus xpi potest creare ibidem vnum panem immediate de nouo: vel vnum quãtum quod vel qui succederet illi. s; ꝑpter hoc nõ eẽt ibi corpus christi. ergo ⁊c.

Contra tertium dictum. 3. opinio. Commẽtator.

¶ Cõtra tertium dictum ꝙ motus est ibi sine mobili: arguo primo sic. Nam sicut dixi alias: motus non est nisi respectus passionis in moto ad ipsum mouens secundum ꝙ huiusmodi. Et hoc idem dicit cõmentator quinto phisicorum vbi dicit ꝙ motus est de genere passionis: ⁊ fundatur in moto vt in fundamento vel subiecto. Tunc sic impossibile est ꝙ respectus sit sine subiecto sicut probatum est supra. sed motus est respectus quidam extrinsecus in moto vt in subiecto. ergo ⁊c. ¶ Secundo sic. Impossibile est ꝙ motus sit sine mouente. ꝙ enim sit motus: ⁊ a nullo sit: implicat cõtradictionẽ. sed non minus necessario respicit motus subiectum q̃ mouens. ergo ⁊c. ¶ Tertio contra illud quod dicit ibidem ꝙ motus non est nisi forma fluẽs argui alias ꝙ si intelligatur de forma terminãte motum hoc est impossibile. quia tunc manente forma vel termino: maneret motus. Si dicat ꝙ nõ: quia non manet fluxus forme vel forma vt fluens. Quero quid dicit ille fluxus? Aut enim dicit formam ipsam: ⁊ sic idem quod prius. aut dicit aliquod aliud et illud cum nõ possit esse aliquid absolutum: oportet ꝙ sit respectiuum ⁊ essentialiter a forma terminante distinctum. ⁊ illud voco motum. Unde licet motus sit fluxus forme ad quam terminatur non vt subiecti: sed vt termini: vel etiam in se sit quedã forma successiua per essentiam ⁊ fluens. non tamẽ est ipsa forma terminans absoluta: nec sequitur ꝙ possit esse sine subiecto sicut illa forma. Et ideo dico ꝙ tota illa positio quãtum ad illud quod dicit de transmutatione vel variatione quantitatis est falsa.

Contra secũdum modum.

¶ Contra secũdam opinionẽ

quãtum ad illud quod dicit de quãtitate ꝙ sc; virtute agentis naturalis non potest augmentari vel diminui nolo arguere gratia cõclusionis. quia puto ꝙ sit verum. Sed quãtum ad hoc quod dicit nec aliqua alia mutatio vel variatio accidentalis fieri potest circa ista accidentia ab agente naturali: videtur mihi falsa: ⁊ contra hoc arguam inferius respondendo ad questionem: vbi ostendam ꝙ quantitas potest alterari ibi secundum qualitatem tanq̃ eius subiectum. ⁊ species ille frangi vel moueri et huiusmodi.

Contra tertium modum.

¶ Contra tertium modum dicendi:

qui ponit ꝙ deus supplet vicem materie vt cum causa est ipsi agenti naturali: l; nõ vt est in potentia subiectiua vel receptiua. Arguo sic primo. materia vel substantia respectu quantitatis nullã habet cõcausalitatem respectu ipsius producende vel corrumpẽde ab agente naturali: nisi causalitatem materie vel subiecti vel finis vel forme vel efficientis: sed non habet cõcausalitatem forme. patet quia non est forma quantitatis nec quanti vt sic. Similiter non habet causalitatem efficiẽtis. quia non est causa effectiua eius cum sit pura potentia. Et potentia vt videtur. Nec causalitatem finis qui est nobilior causa. vel dato ꝙ esset efficiens vel finis: non tamen excluditur per hoc creatio productione quantitatis: si deus supplet istas causalitates. Dato enim ꝙ eas suppleret: adhuc non propter hoc poterit cooperari agens naturale ad productionem quãtitatis non de aliquo vel ad corruptionem seu destructionem non in aliquid vel in aliquo sicut patet. q; tunc posset cooperari ad creationem vel adnihilationẽ. Si vero materia vel substantia non habet aliam causalitatez q̃ subiectiuã vel receptiuam quãtitatis: vel si habet: ⁊ suppletio illius nihil facit ad propositum: et deus non potest supplere causalitatem materie vel subiecti vt sic: cũ non sit potentia receptiua alicuius: eo ꝙ est purus actus: sequitur ꝙ agens naturale cum non habet materiam vel subiectum nec aliud supplens non possit aliquid operari ad productionẽ vel corruptionem seu destructionem quãtitatis: sicut non potest adnihilare nec creare. iõ ⁊c. ¶ Secundo sic Oĩs noua productio vel destructio alicuius per agens naturale de aliquo vel in aliquo preexistente s̃m durationem vel etiam supplente vicem eius est vera mutatio vel motus: s; vera mutatio vel motus non potest esse sine materia vel subiecto vt subiectum est ⁊ receptiuum: vt probatum est cõtra primam opinionem. ergo ⁊c. Sic ergo nõ videtur michi tenendi illi tres modi dicendi.

Ad motiua prime opi.

¶ Ad primum ergo motiuũ

primi modi dico ꝙ nõ valet pro augmento ⁊ diminutione quãtitatis. quia licet quantitas existat non inherendo alteri: non tamen est ibi subiectum: nec suppletur ratio subiecti. Et ita non sufficit illa per se existentia: nec excludit creationem ab agẽte naturali si ponatur posse in hoc. ¶ Ad aliud ꝑ secundo dicto dico ꝙ per se primi termini motus sunt incompossibiles. ⁊ illi sunt habitus et priuatio: non autem positiuum ⁊ positiuum. ⁊ ita minor est falsa. Nõ enim per se primi termini motus augmenti vel diminutionis sunt maior ⁊ minor quantitas: sed potius maior quãtitas ⁊ priuatio eius:

vel minor quātitas et priuatio vel negatio eius. Aliter diceretur dato ꝙ ambo per se termini motus sint positiui: ꝙ tamen ipsos concomitatur aliqua negatio ꝙtum ad terminum a quo: quē concomitatur negatio termini ad quem in subiecto. ⁊ verum est ꝙ quātum ad illam negationem terminus a quo est incompossibilis termino ad quem. et cedit illa negatio adueniente termino ad quem vel gradu: seu parte vlteriori forme. non autem cedit positiuum termini a quo in proposito: nec est incōpossibile: sed manet ⁊ cōstituitur ex ambobus vna forma perfectior vel maior. ideo ⁊c. ¶ Ad secundum dico ꝙ non sequitur idem subiectum informari duplici quātitate sed vna que est maior ꝙ prius. Quando dicis ꝙ manet prior que est minor: ⁊ aduenit alia q̄ est maior. dico ꝙ non est sic imaginandum: sed imaginādum est ꝙ totum positiuum prioris manet ⁊ aduenit aliqua pars vlterior: ⁊ efficit vna ꝙtitas totalis maior: sicut nec quando charitas augetur in anima: anima ipsa informatur duabus charitatibus. Et ideo ꝯcedo ꝙ quelibet pars rari est rarior: vel fit rarior et maior quantitatiue. nec oportet ꝙ maneat prior quantitas distincta a sequēte: sed prior manet cum illa que acquiritur de nouo ⁊ cedūt in vnam maiorem. quare ⁊c. Ex quo patet ꝙ non valet dictum aliquorum ꝙ rarefactio alicuius quanti sit per generationem nouorum corporum vel adiunctorum prioribus partibus ꝙti ⁊ quasi sub intrātium: ⁊ sic ꝙtum prius occupat maiorem locum ꝙ prius. ⁊ est cōtra philosophum expresse quarto phisicorum. cap. de vacuo. ¶ Ad tertium p̃z per idem. Ad aliud pro tertio dicto dico ꝙ licet forma absoluta possit esse sine subiecto: nō tamen fluxus forme vel forma fluēs que est motus. quia talis forma nō est nisi respectus: sicut dictum est supra. respectus autem non potest esse sine subiecto. Et dato ꝙ motus esset idē quod terminus vel forma terminans: adhuc habet instātiam de motu ad vbi. Nam vbi non est nisi respectus circunscriptionis passiue vel huiusmodi. qui quidem respectus esse non potest sine subiecto vel fundamento. quare ⁊c.

¶ Ad primum secunde opinionis dico ꝙ licet quantitas in hoc sacramento non possit ab agente naturali augmentari vel diminui: tamen in alijs accidētibus potest esse variatio valde bene. q2 qualitas est ibi in subiecto. ⁊ ita circa quantitatem vt circa subiectum potest esse variatio qualitatis: ⁊ sic de alijs suo modo Nec est simile de ꝙtitate ⁊ alijs. naꝫ ꝙtitas est ibi sine subiecto. nō autem alia. ¶ Ad secundū similiter. ¶ Ad tertium diceretur ꝙ non concludit: dato ꝙ quantitas non sit: nec cōseruetur ibi: nisi adeo et supernaturaliter ꝙ non possit transmutari nisi supernaturaliter. quia angelus potest intelligere naturaliter: ⁊ tamen non est: nec conseruatur: nisi adeo immediate: ⁊ non ab aliquo agente naturali. similiter etiam potest sentiri ⁊ moueri naturaliter licet non existat ibi sine subiecto nisi supernaturaliter. Similiter etiam oculus cecus non illuminatur nisi supernaturaliter ⁊ tamen videt naturaliter Tamen concedo conclusionem argumenti aliquo modo. ¶ Ad quartum quod innuitur ꝙ nec corrumpitur per corruptionem contrarij nec per corruptionem subiecti. dico ꝙ non sequitur ex hoc: quin possit corrumpi. quia sic nulla quātitas materie ab agēte naturali posset corrumpi. Et ideo nō valet nisi de formis habentibus contrarium vel de habentibus subiectum corruptibile. ad cuius corruptionem corrumpantur. ¶ Ad primum de alteratione dico ꝙ quantitas separata potest alterari s̄m qualitatem ⁊ educi de potētia quātitatis sicut immediate recipi in ipsa. omnis enim forma educibilis de aliquo potest educi de potentia sui immediati receptiui: si sit essentialiter distincta ab ipso. Quando dicis ꝙ qualitas et quantitas non sunt eiusdem generis. dico ꝙ verum est. Nec requiritur hoc: quando eductum ⁊ id de quo educitur: non faciunt vnum per se sed per accidēs tantum: sicut est semper in subiecto in accidente. Et ideo non est simile de materia et forma ex quibus fit vnum per se. ¶ Ad secundum dico ꝙ accidentia in eucharistia sunt terminata pro tanto: quia sunt accidentia eadem que fuerunt vel esse possunt forme determinate panis. Si autem vocas accidentia terminata tantum accidentia consequētia vel concomitantia formam existentem in actu: dico ꝙ non oportet accidentia sic esse terminata. ¶ Ad tertium dico ꝙ qualitas corporalis non potest educi de materia nuda: sed de materia quāta et magis de quātitate ipsa. quia quātitas est immediatum susceptiuum vel subiectum eius ideo ⁊c.

¶ Ad motiuum tertie opinionis patꝫ ꝙ non valet. nam deꝰ non potest suplere vicem materie: sic ꝙ agens naturale possit cooperari ad augmentum vel diminutionem quātitatis: vt dictum est superius ⁊ probatum. Hec de primo articulo principali.

¶ Quantū ad secundum articulum dico ꝙ mutatio vel variatio accidētalis circa accidentia vel species potest intelligi pro quacunqꝫ variatione terminata ad aliquid: quod innuitur ibi ⁊ innouatione facta circa ipsa. ⁊ tunc talis variatio vel pertinet ad vbi sicut ad terminum sicut est variatio motus: vel quasi pertinet ad vbi: sicut s̄cdm aliquos diuisio vel fractio: vel pertinet ad ꝙtitatem: sicut est additio ad quantitatem vel diminutio: vel pertinet ad qualitatem: sicut alteratio: vel ad aliquā relationem vel respectiuum aliū realem: vt est equalitas vel inequalitas: similitudo vel dissimilitudo ⁊ huiusmodi. De primis variationibus vel mutationibus dico: ꝙ accidētia in sacramento possunt transmutari ab agēte naturali: sicut quando erant coniuncta. ¶ Et primo declaro hoc de motu locali: ita ꝙ species ille possūt moueri naturaliter sicut prius. Hoc probo primo sic. illud qd̄ est ita naturaliter in loco circūscriptiue: sicut prius et in potētia ad alium locum: est ita mobile ab agēte naturali ad alium locum: sicut prius. patet: sed quātitas in sacramento est huiusmodi. cum enim nihil positiuum conferatur quantitati per separationem: non datur sibi esse in loco circunscriptiue: sed eādem circunscriptionem passiuā quam prius habebat respectu loci: habet modo et recte vniformiter et naturaliter sicut modo. licet modo sit separata: et non prius. ergo ⁊c. ¶ Secundo sic amoto eo quod est per accidens simpliciter ⁊ omnino: nō amouetur aliud: quod est per se quin possit inesse. sed substātia non est locabilis circūscriptiue nisi p̄

Ad motiua secunde opinionis.

Ad motiuū tertie opinio.

Opinio doctoris

ꝙ accidētia in sacramēto possunt transmutari.

¶ Quantum ad tertium articulum de dispẽsatione huius sacramẽti dico breuiter: ꝙ solis sacerdotibus ꝯcessum est regulariter hoc sacramẽtum dispẽsare: vel aliis ministrare in casu tamẽ necessitatis cõcessum est hoc dyaconib⁹ in absentia sacerdotũ. ꝛ nõ solum de sanguine cuius species nõ oportet tangi in ministratione: sed etiam de corpore: cui⁹ species tangũtur in dispensando. Et hoc ꝓbatur decretorum di. xciij. dyacones. Laicis vero vel aliis clericis non est cõcessum in aliquo casu. Patet de laico de consecratione distinctione secũda. peruenit. ¶ Et congruẽtie sunt ad ista. tum quia sacerdotes sunt p̃ncipales ad politiam ecclesie pertinentes. Tum quia solis sacerdotibus cõuenit habere potestatem super corpus christi misticum: ꝛ non minus super corpus christi verum: ꝛ istud nobilissimũ sacramentum in quo cõtinetur: corpus Christi ĩmo totus christus. confi-

Decretorum dist. 93.

ciendum: et regulariter dispensandum. Unde licet omnibus christianis voluerit Christus suum corpus communicari: et q omnes possint recipere. Johā.6. Johā.vj. propter necessitatē et vtilitatē vsus. Jo. vj. nisi māducaueritis carnem filij hoīs etc. non tn̄ voluit: q omnes possint conficere vel dispensare. Hec de tertio articulo.

Ad rōes pncipales.

¶ Ad primū principale dico: q maius est conficere: q̄ dispensare. Nec oportet: q si dyacones in casu necessitatis possint dispensare: q propter hoc possint cōficere. ¶ Ad secundū de malis sacerdotibus dici potest: q deus maledicit suis benedictionibus inq̄tum sunt mali. et inq̄tum adulando benedicūt malis et peccatoribus: qbus deus maledicit. Non autem maledicit benedictionibus eorum: inq̄tum sacerdotes sunt et ministri. Uel etiam potest dici: q licet malus sacerdos vere et de facto consecret et benedicat: hoc tn̄ est indigne et ad malum suū. et ideo deus sibi maledicit ¶ Ad confirmationē dico: q q̄tum est ex precio et valore sacramenti in se tātum valet missa sacerdotis mali: q̄tum et sacerdotis boni: non tn̄ tātum valet per omnia q̄tum ad multas orationes misse quibus sacerdos bonus orat deuote: et in quibus frequēter exauditur pro illo: pro quo orat. non autem sacerdos malus. ¶ Ad tertium quando dicit q illis nulla remanet potestas. Dico q verū de potestate ad conficiendum ordinate et digne. non autem intelligitur de potestate ad conficiendum de facto. quia hoc possunt sicut dictum est supra.

¶ Distinctionis Decimequarte. Questio Prima.

Circa distictionē Decimamquartam quero primo vtrum penitētia sit sacramentum noue legis. ¶ Uidetur q non. Illud quod est virtus: nec est aliquid sensibile: non est sacramentum noue legis. sed penitētia est virtus: nec est aliquid sensibile: latet enim interius in mente: ergo etc. ¶ Secundo sic. sacramētum habet determinatam formam verborū: vt videtur. sed penitētia non habet talem formam determinatā: g etc. ¶ Tertio sic. Sacramētum noue legis nō exhibetur nisi a ministris ecclesie sed penitētia exhibetur nō a ministris ecclesie: sed a penitente: ergo etc.

¶ Contra est doctrina toti⁹ ecclesie et magister in hoc tractatu de penitētia. Alioquin nō essent septem sacramenta.

¶ In ista q̄stione sic procedā. ¶ Primo distinguam de hoc nomine penitentia. ¶ Secundo ostendam quomodo accipiendo penitentiam: penitētia est sacramētum noue legis: et ponam rationem eius. ¶ Tertio ostendam quomodo penitentia est virtus. ¶ Quarto quomodo nec est sacramentum nec virtus: sed actus aliquis. ¶ Ultimo ad rationes principales.

Nō hec de penitētia.

¶ Quantum ad primum dico: q penitentia accipitur vno modo pro actu: aliquando pro habitu. aliquando pro signo exteriori. Pro actu accipit aliqñ et q̄ñq pactu iteriori. aliqñ p actu exteriori. Pro actu iteriori accipit penitētia: et tunc idē est quod actus detestandi peccatū vel actus displicētie de pctō cōmisso vel omisso: vel potius omissionis et pertinet iste actus ad voluntatem sicut patet. Et penitentia isto modo nihil aliud est q̄ actualis tenentia pene in seipso pro peccato vel tristitie interioris in ipsa voluntate. ¶ Et fit hec quadrupliciter secundum aliquos vno modo p actum voluntatis applicatiuum et imperatiuū cōsiderationis actualis de peccato in intellectu: et nolitionis seu displicentie vel detestationis actualis in voluntate respectu eiusdem peccati. Ita q istud imperare dicitur penitere vel penā tenere: q2 actualis consideratio vel actualis detestatio que īperantur per ipsum: et simul coniungūtur sunt cause proxime due partiales ipsius pene: vel tristitie consequētis in volūtate de peccato ipso: et illud imperare est causa remota huius pene. ¶ Secundo modo iste actus qui est penitere vel penā tenere dicitur ipē actus displicentie vel nolitionis seu detestationis peccati imperatus per illum primū actū Ita q nolle vel odire seu detestari peccatū est penitere isto modo. ¶ Tertio modo dicitur penitere q̄tum ad actum interiorem penam illam vel tristitiam patienter sustinere et voluntarie et non murmurando vel repugnando. ¶ Quarto modo dicitur penitere actus interior voluntatis penam predictam acceptare non solum patienter sustinendo non remurmurando vel repugnando sicut tertio modo sed etiam sic q gaudenter et delectabiliter vt sic secundum dictū augustini peccator et de peccato doleat et de dolore gaudeat: dolorem sic acceptet voluntarie: vt gaudium consequatur talem actum. ¶ Ex quibus patet q tristitia voluntatis que dicitur passio eius non est penitere aliquo mō proprie loquendo: quia non est penam tenere: sed magis est ipsa pena tenta: vel que tenetur interius in mente: et est illud circa quod quasi materialiter: vel virtualiter versantur quatuor actus predicti: q diuersimode se habent ad tristitiam ipsam: vt patz Nam primus actus qui potest dici vindicare pōt esse causa remota talis tristitie: ita q tristitia est effectus et non obiectum. ¶ Secundus vero. s. nolle vel detestari est causa proxima partialis ipsius tristitie et non habet eam pro obiecto: sed alij duo puta acceptare vel sustinere habent eam pro obiecto: et non pro effectu. Non enim sunt cause eius sed naturaliter presupponunt eam: vt obiectum volitum per tales actus. ¶ Ex his patet secundo quo modo pena vel tristicia illa circa quam versantur actus penitētie interiores est voluntaria. Tū quia volūtarie causata p actum volūtatis imperatiuū vt p causam remotam per actum voluntatis detestatiuum peccati vel nolitiuum: vt p causam primam. quia tristicia est de his que nobis nolētibus accidūt vel acciderūt. Tum quia voluntarie acceptata vel supportata. Tum quia etiam gaudenter acceptata. Si dicas: q pena de ratione sua dicit quid inuoluntarium: igitur ista tristicia vel non est pena: vel non est voluntaria. Dico q pena inuoluntaria est loquēdo de voluntate s̄m se et affectionem cōmodi potest tn̄ esse volūtaria antecedēter ipsa pena scz in aliquo p̄cedēte ipsam vt in causa. sicut in p̄posito tamē declaratum. et etiam volū-

Nota

Correlaria.1.

Scdm.

tate sequēte affectionē iusti: qua vult vel potest velle homo omne illud: qđ est iuste volibile: cuiusmodi est ista pena vel tristicia in punitionē peccati. Et similiter potest esse voluntaria: quia voluntarie supportata vel acceptata: sed fm se vt passio quedā est sit cōtristans ⁊ inuoluntaria loquēdo de voluntate sequēte affectionem cōmodi. Ex his etiā apparet tertio: quomodo quadrupliciter accipit penitere: ꝓprie pro actu interiori qui est penaꝫ tenere. Et potest describi quilibet istorum sic ꝙ primū vel penitere primo modo dicatur vindi care peccatū a se cōmissum vel omissum. Et patet quomodo est ibi penā tenere: quia applicare sibi penā et causare eā in seipso imperādo causas proximas: sicut dictum est supra. primo modo est penā tenere ⁊ hoc siue applicet: vel infligat penam in affectu tātum siue cū hoc in effectu. quia vindicās nō minus vīdicat aliquādo: dato ꝙ nō sequatur pena vel tristicia in effectu propter defectum alicuius cause secūde: dū tamen intendat ⁊ nitatur eque penam infligere.

Tertiuꝫ correlariū notādum.

¶ Penitere vero secūdo modo dicatur detestari vel odire peccatum suum. ⁊ est ibi penam tenere in causa proxima partiali ipsius tristicie vel pene. Et potest intelligi istud penitere de nolle vel detestari peccatum sub ꝓpria ratione ⁊ in speciali vel ī generali qđ est peccatum suuꝫ. Et similiter de displicētia vel detestatione formali. sicut quādo habetur formaliter actus ipse nolēdi vel detestādi peccatū vel de virtuali displicētia: quando habetur aliquis actus alius ad quē virtualiter nat⁹ est sequi displicētia: ⁊ in quo cōtinet quomodo. sicut ad velle aliquid efficax potest sequi tale nolle. vt ad velle amicitie dei vel ad velle martyrij ꝓpter deum. Et similiter potest intelligi in primo penitere. ¶ Penitere tertio modo dicatur penā inflictam pro peccato patienter supportare nō remurmurādo. Et patet ꝙ est ibi penā tenere eo modo quo tenetur obiectū in actu. vnde ⁊ cōmuniter dicitur sustinere in hoc sensu. i. sub actione agētis ⁊ infligētis seipsum illi cōfirmando tenere. ¶ Penitere vero quarto modo dicatur penam inflictam pro peccato sua gratāter vel gaudēter acceptare. Et est ibi penā tenere: sicut obiectum ipsum tenetur in actu voluntatis. ⁊ pōt intelligi de acceptare formaliter vel virtualiter scꝫ ꝙ in aliqua alia acceptatione in qua ista virtualiter includitur: vel nata est sequi ad eam. Et similiter sic potuit intelligi terti⁹ modus de ipso sustinere. Hec de actu interiori. ¶ De actu exteriori patet: ꝙ aliquādo accipit penitere pro tali actu quales sunt actus exteriores penales ipsorum penitētium. Sic ergo penitentia accipitur pro actu.

Nō hec. de actu exteriori

¶ Secundo dico ꝙ aliquādo accipitur pro habitu mētis interiori. Et dico ꝙ habitus potest intelligi quadrupliciter fm correspōdētiam ad quadruplicem actum supradictum generatiuum habitus alicuius: qui potest dici penitētia: ⁊ vnusquisqꝫ fm suum modū. Et sunt isti quatuor habitus alterius ⁊ alterius rationis: sicut ⁊ illi actus generatiui ipsoruꝫ. De hoc tñ magis dicet infra in tertio articulo. ¶ Tertio modo accipitur penitētia pro signo exteriori penitētie nō quocūqꝫ quia quilibet actus exterior penitētie significans displicētiam vł tristiciam potest esse signū eius: sed pro signo exhibito a penitēte vt confitēte exterius peccatum suum tanqꝫ sibi displicēs: ⁊ pro quo subdit se absolutioni. Et similiter pro signo absolutionis vocalis et sensibilis exhibito aministrāte: qđ est signū absolutionis interioris ⁊ penitētie ipsius penitentis. signum inqꝫ nō naturale sed ad placitum institutum magis. Et sic patet ꝙ penitētia multipliciter equiuoce accipitur. Hec de primo articulo principali.

¶ Quātum ad secundum articulum

Penitētia qūo ē sacramētuꝫ noue legis.

¶ Quātum ad secundum articulum dico: ꝙ penitentia accepta tertio modo. s. pro signo sensibili ad placitum exhibito ad significandum absolutionem anime a peccato ⁊ penitentiam interiorem est sacramentum noue legis. Et pͦ mo ponam rationem nominis huius sacramenti. Secundo declarabo eam: et osteddam ꝙ ratio non est ficta: sed est aliquid possibile: quod subest et qđ congruum est tale signum vel sacramentum in ecclesia. ¶ Est igitur penitentia absolutio vocalis: vel sensibilis hominis penitentis facta verbis certis cuꝫ debita intentione prolata a sacerdote iurisdictionem sup penitentem habente ex institutione diuina efficaciter significans absolutionem anime a peccato. ¶ Istam descriptionem declaro. Dicit ibi primo ꝙ sacramentum penitentie est absolutio vocalis seu verbalis: ⁊ per consequēs sensibilis: qꝛ in sacramento debet esse aliquid sensibile: sacramētum enim noue legis est sensibile signum: sicut dicebatur in principio huius quarti. Secundo dicitur hominis penitentis ⁊ confessi: est enim sacramentum homini viro vel mulieri exhibendum: non aūt alicui alteri creature. Sed penitentis quia necessario oportet ꝙ homini aliqualiter displiceat peccatum suum ad hoc: vt sacramentum habeat efficaciam. Et similiter necessarium est: ꝙ homo fuerit cōfessus vel voce vel alio signo sensibili peccatum suum ad hoc: vt sacramentaliter absoluatur quia iudex homo non iudicat: nec rite iudicare potest de causa: donec cognouerit de ipsa: vt patet.

Penitētia quid.

Et ponitur istud totum secundum aliquos in ista descriptione quantum ad illa que sunt insensibilia pro materiali sacramenti penitētie: sicut aqua suo modo in baptismo. Ita ꝙ homo penitēs ⁊ ꝯfessus est materia huius sacramēti verba vero absolutionis sunt forma: accipiendo materiam ⁊ formaꝫ eo modo quo dictum est supra in alijs sacramentis. Necessarium, est enim secundum eos ꝙ in quolibet sacramento sit aliquid tale materiale ⁊ formale: qꝛ sacramentum noue legis consistit in rebus ⁊ verbis non in verbis tantum. Et in proposito videre non possunt aliud pro materia nisi hominem penitentē confessuꝫ qui est aliquid sensibile: vt patet. Et ideo non solum homo talis est circa quem sacramentuꝫ exhibetur: sed est etiam materia sacramenti. Nisi forte diceretur: sicut dicunt alij: ꝙ cōfessio ipsa penitentis precedens absolutionem sit materiale huius sacramenti. Et tunc diceretur: ꝙ non oportet materiam ⁊ formam simul esse in hoc sacramento: sed sufficit ꝙ materiale prefuerit ⁊ subsequatur forma absolutionis ¶ Et secundum ipsos confessio sensibilis confitentis est pars intrinseca ⁊ essentialis sacramenti penitentie: licet non sit contritio que est aliquid spirituale ⁊ non sensibile. Nec satisfactio que sequitur ⁊ est posterior vel esse pōti tota ratione sacramenti. ¶ Alij vero dicunt. ꝙ nec homo penitens ⁊ confessus: nec sua vocalis confessio pertineret ad rationem sacramenti: nec sicut mate

Opinio aliorum.

riale nec sicut formale. sed homo tantū se habet in sacramento vel ad sacramentum sicut psona circa quam exhibetur sacramentuz: sicut etiaz in baptismo. Confessio autez vocalis precedens est sicut dispositio quedaz preuia necessaria ad hoc: vt sacramentum efficaciam habeat. Sicut in baptismo pcedūt alique dispositiones: que non ptinent intrinsece ad rationem sacramēti. Ita q in absolutione illa sacerdotali pfecte et cōplete cōsistit ratio sacramēti. Nec oportet: q licet ita sit in aliquibus sacramētis: in omnibus esse res vel rem et verba sic distincta: sicut in baptismo vel eucharistia. Sed in hoc sacramēto verba absolutionis sufficiūt sicut dicunt. Unde et consequenter ponunt: q confessio vocalis ipsius penitētis non est pars sacramēti. Videt tamen michi probabilius altero duorū primorū modorū posse dici. ¶ Sed additur: q talis absolutio sit sub verbis certis: et hoc qūtum ad formā vel formale eius sacramēti. Circa quod tn̄ est aduertēdū q sicut dicit vnus doctor et bene doctrina de sacramēto penitentie assimilatur vel subalternatur aliquo modo doctrine de iudicijs vel sentētijs. nā in foro conscientie absoluēs iudicat et sentētiat de facto penitētis: et pro tāto potest dici penitētia sacramētum iudiciale vel iudicium sacramētale. ¶ Ex quo cōcludit: q non est necesse in forma absolutionis esse ita pcisa verba vel limitata sicut in baptismo vel eucharistia: sed sufficit q exprimat actus sentētie absoluētis: sicut et in iudicijs nō sunt vba limitata sic vel determinata. sed frequēter vtunt iudicātes varijs verbis. Ideo fm aliquos sufficit dicere absoluo te. Et alij apponunt. In noīe patris et filij etc. Et alij alia multa: que nō sunt necessaria sicut puto. debet tn̄ dari absolutio sub certis verbis. quia nō sub quibuscūq verbis potest dari sed sub aliquibus cōmuniter: licet non omnino eisdem apud omnes vtatur ecclesia: sub quibus certum est quātum ex parte verborum: q absoluit. Sed sequitur ex debita vel cū debita intētione platis. et hoc ponit eodem modo et eadē necessitate sicut de alijs sacramētis. ¶ Sequitur a sacerdote. nullus enim potest hoc sacramētum ministrare nec de iure: nec de facto: sic q aliquid fiat: nisi sit in sacerdotē ordinatus. Et ideo nec angelus nec quicūq non sacerdos potest sacramētaliter absoluere. Et decēs est: q sacerdos. nam sibi cōferuntur claues: de quibus infra dicetur: q virtute ipsarū absoluit: vt sic penitētes tanq inferiores per sacerdotes tanq p medios ad deum reducātur: et seruetur ordo debitus in ecclesiastica hierarchia et similiter vt sacerdotes qui soli potestatē habent sup corpus christi: vnam potestatē habeant super corpus xpi mysticum absoluēdo sacramētaliter penitētes in foro cōsciētie interiori. ¶ Sed dicitur vltra a sacerdote iurisdictionem habēte sup penitētem. quia requiritur iurisdictio vltra claues. sicut dicetur infra. sententia em̄ a nō suo iudice est nulla: sicut patet. ¶ Sed qd vlterius dicitur ex institutione diuina etc. ponitur sicut in alijs sacramētis. ¶ Quod autē vltimo subiungitur absolutionē anime a peccato: ponit quantum ad pprium et principalem effectum sacramenti penitētie qd quātum est ex parte sua est signū efficax effusionis gratie et remissiōis culpe actualis in anima penitētis: si talem culpam inueniat: quando suscepit sacramētum: et non ponitur sibi obex: licet autem sacramētum non deleat culpam sed tantum infundat seu augeat gratiam quādo culpa iā prius est deleta: vl quādo ponitur sibi obex ex parte penitētis: et tunc nec delet culpam nec infundit gratiam. sed ista sunt p accidēs respectu sacramēti: sicut patet. sic igitur patet descriptio penitentie sacramēti. ¶ Quod autē sit possibile tale sacramētum patet. quia deus potest remittere fm illum articulum remissionē peccatorum: sicut etiam homo homini potest remittere culpam vel offensam. Et planum est: q aliquod signum sensibile efficax potest instituere ad hoc significandum et exprimēduz sicut dictum est superius de sacramētis in cōmuni et signum efficax talis remissionis eo modo quo dictum est supra de efficacia sacramētorum. Et ideo patet q isti rationi nominis subest aliquid possibile: nec est ratio ficta: sicut ratio impossibilis vel figmēti. Sūt enim omnia: que ponūtur in ea in se possibilia: et adinuicem comparata nullam repugnantiam nullam contradictionē implicantia. ¶ Ultimo dico: q congruum fuit tale sacramētum de facto institui: vt homines signum haberēt remissiōis suorum peccatorum et in tali sacramēto exercerentur: et facilius remissionem mererētur. nam licet sit homini possibilis alia via qua remissionē peccatorum cōsequatur puta contritio et displicētia sufficiēs ita tantum vt sit meritum de cōgruo remissionis peccatorum: sicut etiam frequēter contingit: q homini remissum est peccatum anteq accedat ad sacramētum: tamē via facilior et certior est suscipiēdo sacramētum. non em̄ requiritur tāta displicentia nec cōtritio: sed sufficit attritio et displicentia etiam satis modica: sic q nō ponat obicez ipi suscipiēti sacramētum. Idcirco etiam de facto institutum est hoc sacramētum. Ioan. xx. Accipite spiritum sanctum. quorum remiseritis peccata remittūtur eis. et quorū retinueritis retēta sunt. Ubi xps discipulis suis sacerdotibus tradidit potestatē cognoscēdi et sentētiandi de causis peccatorum et penitētium in foro secreto et interiori: et ita absoluendi eos a peccatis eorum: vel retinendi peccata eorum non absoluendo eos fm iudicium sacerdotis claue non errante. Hec de secundo articulo principali questionis.

Nō hec.

q solus sacerdos pt sacramētalit absoluere.

De possibilitate penitētie

De congruentia penitētie

¶ Quātum ad tertium articulum

dico: q accipiēdo penitētiam pro habitu illo quadruplici correspondēte ad alios actus quatuor penitēdi: quibus tenetur pena: quorū primus dicitur vindicare: et idem quod imperare causas pximas tristicie punitiue peccati. Secūdus dicitur detestari peccatum seu nolle vel odire ipsum: et habere displicētiam de ipso. Tertius actus est sustinere vel supportare talē tristiciam de peccato. Et quartus est gaudēter acceptare. Accipiendo dico penitētiam siue pro habitu vindicatiuo: siue p habitu detestatiuo peccati: siue pro habitu supportatiuo pene siue pro habitu acceptatiuo eius: dico q quilibet talis habitus potest dici et est virtus. et sic etiam penitētia est virtualis. Hoc probat de quolibet istorum habituum in cōmuni. quia habitus electiuus fm dictamē rationis recte est virtus. patet scdo ethicorum. sed quilibet istorum habituum est huiusmodi. nā ratio recta dictat: q et peccator eligat vindicare: et vindicet peccatum suum: et q de

Quō penitentia est vtus.

2. ethico.

testetur ⁊ odiat ipsu͞z: ⁊ ꝙ displiceat tanq̄ sibi malum: ⁊ ꝙ supportet penam voluntarie pro eo: ⁊ ꝙ etiam gaudēter acceptet eam. deus enim iuste vindicat ⁊ vindicare potest peccata cōtra legem perpetrata sicut ⁊ quilibet legislator suo modo vindicare debet: ⁊ potest peccata contra legem rectam. Et sicut potest legislator iuste vindicare: ⁊ penam imparare: sic ⁊ minister legislatoris iuste pōt exequi cōformiter agēdo ſm imperiu͞z legislatoris: a quo sibi cōmissum est istud. Deꝰ aute͞z vnicuiq̄ cōmisit vt ministro vindicare peccata ꝓpria in legem diuinam perpetrata. Ut sicut peccata ab homine volūtarie perpetrant̄: ita ⁊ volūtarie vindicētur. ¶ Et ideo dico ꝙ habitus ille vindicatiuus pcti electiuus est ſm rectam rationē. Et sic de alijs suo modo ⁊ ꝑ cōsequēs est virtꝰ. ¶ Secundo dico ꝙ isti quatuor habitus penitētiales sunt habitus morales acquisibiles vel acquisiti: licet possint a deo infundi: sicut ⁊ quilibet habitus. Non eñ sunt habitus theologici. quia nō habēt deum immediate ꝓ obiecto: licet bene habeant deum pro fine: sicut et alie virtutes acquisite. sed habēt aliqua alia ꝓ ob-

ꝙ. 4. p̄dicti hītus penitēdi sunt morales.

iectis. Qꝛ sint habitus morales. patet: tum quia ex more vel consuetudine ⁊ frequētia actuum appetitiuorū puta ipsius voluntatis acquisiti vel acquisibiles sunt. Nullus eñ eorū est habitus intellectualis. patet. quia nullus dictat verū vel falsum. Nullus etiam eorum ꝑtinet ad appetitum sensitiuum. nā quilibet istorū aliquo modo versatur circa peccatum vel vindictam seu penam peccati. Et ita sequitur apprehēsionem intellectualem. qꝛ sensus rationē peccati non apprehendit. ꝑtinet solum ergo ad voluntatē: ⁊ nō ad appetitum sensitiuū. ¶ Ter-

ꝙ sūt habitus speciales.

tio dico: ꝙ sunt habitus speciales essentialiter distincti ab inuicē ⁊ simpliciter alterius rationis: sicut ⁊ actus illi generatiui ipsorum: ⁊ obiecta eorū saltem q̄tum ad tres ipsorum. Nam forte tertius ⁊ quartus habēt idem obiectum puta penā vel tristitiam: que supportatur ⁊ gaudenter acceptatur: sed primus habet obiectum illud: qd̓ imperatur ꝑ ipm puta actum detestatiuum peccati. secundus habet pro obiecto culpam ipsam vel peccatū: qd̓ oditur ⁊ displicet ꝑ ipsum. Tertius vero ⁊ quartus habent pro obiecto penā ipsam vel tristicia͞z. Nec oportet propter hoc: ꝙ sint eiusdem rationis. Nam aliunde possunt distingui. Uel forte diceret aliq̄s: ꝙ nō sunt alterius rationis: non insisto modo circa hoc.

Bonum dubium.

¶ Sed dubium est sub qua ratione peccatum vel culpa est obiectum penitētie virtutis: que est detestatiua peccati ipsius. Et dicitur diuersimode ad hoc. Quidam dicūt: ꝙ hoc est inq̄tum peccatū est expiabile ꝑ actum penitētis. Alij ꝙ inq̄tum est offensiuum diuine amicitie. Alij ꝙ inq̄tum peccatū est contrarium legi diuine ⁊ iusticie dei. Uidet̄ michi: ꝙ potest poni obiectum penitētie vt peccatum est ⁊ culpa. s. prout est carētia iusticie debite inesse vel infuisse penitēti. vt sic enim habet rationē ꝑ se mali ⁊ rationē extra intellectum nō per intellectū. ⁊ sic est malum ⁊ odibile ⁊ detestabile vel nolibile: ⁊ sic circa ipsum vt obiectū versatur penitētia peccati detestatiua. vnde ⁊ patet: ꝙ aliqua virtus habet ꝑ se malum pro ꝑ se obiecto. ⁊ hoc nō est inconueniēs de virtute: cuius actus est detestari vel nolle obiectum suum seu odire. sed esset incōueniēs loquēdo de malo culpe ⁊ de virtute cuius obiectum actus esset velle vel amare. Et confirmatur hoc ex dictis aliorum. quia peccato inq̄tum peccatu͞z est ⁊ malum cōuenit denominatiue: ꝙ sit contra legē: ꝙ sit offensiuum diuine iusticie vel iusticie: ⁊ etiam expiabile ꝑ penitētiam: quare ⁊c. ¶ Quarto dico: q̄tum ad istos habitus in speciali: ꝙ primus habitus penitētialis vindicatiuus continetur sub iusticia aliquo modo. vel reducitur ad ipsam: sicut pars eius saltem potētialis seu virtualis. Est eñ ordinatiua penitētis quasi ad alterum. nam licet penitēs vindicet peccatum in seipsum. Unde et deus q̄ vindicat peccatum nō in seipsum: sed in alium puta in reum: non dicitur penitēs. tamē penitēs vindicat peccatum in seipsum quasi in alteru͞z: quia vt minister legislatoris. s. dei vindicat peccatū in seipsum vt in reum: ⁊ accidit: ꝙ minister dei ⁊ reus ipse in eadē ꝑsona coniungant̄. quia igitur iusticia est ordinatiua ad alterum: hinc est: ꝙ ad ipsam penitētia reducitur ⁊ sub ea aliqualiter cōtinetur. vnde ⁊ vnus dicit: ꝙ habitus penitentialis vindicatiuus culpe posset esse eiusdē rationis in duobus quorū vnus vindicaret culpam in seipsum ⁊ alius vindicaret similem culpam in alterū reum. Et planū est: ꝙ habitus vindicatiuus culpe in alteru͞z ſm rectā rationē ad iusticiam ꝑtinet: quare ⁊c.

ꝙ. 1. hītꝰ peni. cōtinetur sub iusticia.

¶ De secundo habitu penitētiali. s. detestatiuo culpe dicitur: ꝙ non cōstituit virtutē specialem ab alijs virtutibus distinctam. Nam eiusde͞z virtutis ⁊ habitꝰ est velle bonum et detestari malum oppositum circa quācunq̄ materiam. sicut eiusdē virtutis puta castitatis est inclinare ad complacēdum in bono honesto ⁊ ad displicēdum de actu inordinato contra castitatē. ⁊ similiter de humilitate patet: ꝙ inclinat ad detestandū actum suꝑbie. ⁊ sic de alijs. Ex quo patet ſm istos: ꝙ male ponitur habitus penitētialis detestatiuus peccati generaliter esse species vl̓ pars iusticie virtutis specialis distincte. ꝯtra alias cardinales. nā penitētia isto modo habitus est multo generalior. ⁊ nō solum ad iusticiam verū etiam ad alias virtutes se extēdit. Nam cuiuslibet virtutis est dare actum deordinatum suo actui contrarium vel oppositum circa suam materiā ⁊ detestabilē per penitētiam. Et ita penitētia ad oēs virtutes se extēdit. Sed ista nō intelligunt alij eē vera. primo quia ſm istam via͞z penitētia detestatiua se extēderet ad vindicatiuā: sicut aliquid communius ipsa ⁊ qualibet virtute etiā: ⁊ sic nō distinguēretur ab ea: sicut virtus a speciali virtute. Secūdo quia tūc quelibet virtus potest dici penitētia detestatiua ⁊ ecōuerso etiam sequēdo de virtutibꝰ appetitiuis. Tertio quia penitētia detestatiua habet pro ꝑ se primo obiecto malum ⁊ culpa͞z: sicut dictū est supra: ⁊ etiam ipsi dicunt. Unde ⁊ suus actus ꝑ se primus est nolle vel detestari seu odire. nō sic autem est de obiecto ⁊ actu aliarum virtutū: vt patet Et si eñ alie virtutes inclinēt ad detestandū actꝰ inordinatos suis actibus cōtrarios vel oppositos hoc tñ est ꝑ accidēs. Nec detestari est ꝑ se primus actus alicuius ipsarum. nec etiam culpa siue malū est sic obiectum primū ipsarum. quare ⁊c.

Qꝛ. 2. habi. peni. nō cōsti. ꝟtutē specialem.

¶ Dicit̄ ergo ꝙ penitentia detestatiua virtus est specialis distincta contra multas alias appetitiuas imo cōtra omnes alias ⁊ alterius rationis simpliciter ab eis quarūcūq̄ actus primus ⁊ principalis est velle. reducibilis tamē est aliquo modo ad iusticiā ha

bēs cum ipsa aliq̄ similitudinem: ⁊ prout ipsi deo reddit aliquo modo equiualens puta bonum nolle pro malo velle vel pro omissione boni velle. Et similiter q̄tum ad aliqua alia que possent inueniri. Habet etiam versari circa materiam cuiuslibet alterius virtutis. remote tñ inq̄tum circa materiā cuiuslibet virtutis potest peccatum cōtingere: quod est detestabile per penitētiam. ¶ De tertio habitu

De.3.habitu peni tentiali. penitētiali.s. supportatiuo pene vel tristicie dicit: q̄ nō distinguitur a virtute patientie: sed est idem cū patientia. ⁊ distinguitur ab alijs sicut ⁊ patientia. Et hoc potest satis tolerari: ⁊ probabiliter dici: vt videtur. Ad patientiam enim ptinet supportare malum pene voluntarie ꝓpter finem debitū ⁊ circūstantias debitas: ⁊ nō solum malum pene corporalis vel ab alio inflictum. sed etiam pene spiritualis ⁊ inflictum a seipso. ¶ De quarto habitu

de.4.habitu peni. penitētiali cuius nō sic apparet distinctio a tertio sicut ab alijs dicitur: q̄ habitus penitētialis acceptatiuus pene: q̄ nō distinguitur: sed est idem cum multis virtutibus appetitiuis: Nam eiusdē virtutis est aliquod obiectum acceptare et aliq̄d aliud in ordine ad ipsum puta aliquam penam vel huiusmodi. Sicut si ex charitate amatur deus: etiam ex eadē potest amari vel acceptari pena: inq̄tum reductiua est ad amicitiam dei. Similiter ex amore vel minus ꝓprie ex amicitia honesti ad seipsum diligitur mundicia vel innocētia: ex eadem potest acceptari pena: vt cōseruatiua vel reductiua innocētie ⁊ expiatiua peccati: q̄d infuit. quare ⁊c̄. Et sic quartus habitus penitētialis idez est cū tot virtutibus alijs appetitiuis: per quod ẜm actus ipsarum pōt acceptari pena vel tristicia de peccato concepta in ordīe ad obiecta ipsarum prius accepta. Alijs nō videtur hoc: sed videtur eis virtus specialis distincta contra alias appetitiuas habēs malū pene seu tristicie inflicte pro peccato tanq̄ ꝑ se primo obiecto: ⁊ actum acceptādi tale malum pro ꝑ se primo actu ⁊ tali: ad quem sequitur vel nata est sequi delectatio ⁊ gaudium. Unde patet q̄ distinguitur ab alijs virtutibus in primo in rōne obiecti acceptāt aliquid aliud a pena ipsa: licet in ordine ad illud secundario possint acceptare penam. Et potest reduci hec virtus aliqualiter ad iusticiam: pro quanto reddit deo ⁊ iuste equiualentem delectationem in pena ad delectationē malam prius habitam in culpa. Sic patet: quomodo penitētia est virtus: ⁊ qualis virtus. ⁊ hec de tertio articulo questionis.

quō penitētia nec est sacramētū nec est virtus ¶ Quātum ad quartum articulum dico: q̄ penitētia accepta pro actu siue generatiuo penitētie virtutis: siue elicito a virtute loquēdo de illo actu quadruplici supradicto in p̄mo articulo: nec est sacramentum. quia non est aliquid sensibile: sicut nec h̄itus ille quadruplex. Nec pars sacramēti pari ratiōe. Nec est virtus sed distinguitur a virtute. sicut actus ab habitu siue sit generatiuus virtutis siue elicitus a virtute. sed de actu exteriori penitētiali imperato puta de actu cōfitendi

resolutio di supra dictum est: an ptineat ad ratione vel integritatē sacramenti. ¶ Sic ergo penitētia signum est sacramētum ⁊ nō virtus. penitētia habitus virtus est ⁊ non sacramētum. penitētia actus nec virtus nec sacramētum. Hec de quarto articulo principali.

¶ Ad primū argumētum dico: q̄ penitētia habitus est virtus moralis acquisita. ⁊ potest stare esse informis. Nam cū peccato mortali potest stare talis habit⁹. Et dico: q̄ accipiendo isto modo penitētiam nō est sacramētum sed sicut dictum est supra. ¶ Ad secūdum patet ex dictis de forma verborū huius sacramēti ⁊ q̄ non oportet eam sic esse precisam vel determinatam: sicut in alijs aliquibus sacramētis: vt patet etiaz de forma verborum matrimonij. ¶ Ad tertiuz patet q̄ penitētia vt est sacramentum nō ministratur nisi a sacerdote absoluēte penitentem. ad rōnes pncipa.

¶ Distinctionis Decimequarte. Questio Secunda.

Secundo q̄ro: vtr̄ penitētia necessario requirat ad deletionē peccati actualis mortalis post baptismum. ¶ Uidetur q̄ non. quia illud quod nō valet ad deletionem: non necessario requirit ad ipsam. sed penitētia ad talē deletionē nichil valet. quia penitentia est minus bonum q̄ peccatum mortale sit malum. quia illud est malum infinitum. tanta enim est offensa: q̄tus est ille: qui offenditur. bonū autem penitētie est bonū finitum. ꝫ ⁊c̄. ¶ Secūdo sic. Cessante actu interiori ⁊ exteriori peccati cessat peccatum ⁊ non manet aliquid de ipso: vt videtur. sed penitētia nō est necessaria ad delendum id q̄d iam deletum est: ⁊ non est. ꝫ ⁊c̄. ¶ Tertio sic. homo offensus alteri ex culpa illius potest liberaliter sibi remittere ⁊ offensaz ⁊ culpam sine penitētia illius. cū igitur deus non sit min⁹ potēs: nec minus liberalis: videtur q̄ possit remittere culpam homini ⁊ offensaz sine aliqua penitētia hominis. immo q̄ ipsum deceat sic remittere: ⁊ q̄ ꝑ ꝯñs de facto faciat.

¶ Contra ẜm Hieronymū ad demetriadē ⁊ ponit in litera penitentia est secunda tabula post naufragium baptismus enim est prima tabula saluās a naufragio peccati mortalis: sed hoc nō esset nisi p̄nia esset necessaria ad deletionē culpe post baptismum: ꝫ ⁊c̄. Hiero.

¶ In ista q̄stione sic procedā.

¶ Primo inquirā quo formaliter aīa dicit peccatrix: ⁊ an aliquid tale maneat in ipsa cessante actu interiori ⁊ exteriori peccati ⁊ quid sit illud. ¶ Secundo inquirā: vtrum penitētia sit necessaria ad deletionem peccati post baptismum ⁊ vtrum sit peccati deletiua. ¶ Tertio inquiram vtrum penitentia sit tantum vnius pene inflictiua. ¶ Ultimo ad rationes principales.

¶ Quantum ad primum articulum est vna opinio q̄ in aīa cessante actu peccati interiori ⁊ exteriori manet macula sequēs ex peccato. ⁊ ista macula nihil in se aliud est: q̄ priuatio pulchritudinis debite in esse ipsi aīe ⁊ conformitatis vel similitudinis diuine: que habet esse per gratiam: que impedit in anima ꝓpter obstaculum peccati ꝓpedientis ne deus infundat eā: vel cōseruet in aīa sicut aliquo obstaculo impedit ne mediū illuminet a sole. ⁊ tunc est tenebra in medio: q̄ non quō aīa dr̄ formaliter peccatrix.i. opinio.

ē[st] nisi priuatio luminis causata tñ ex aliquo obstaculo positiuo. Sic in ꝓposito de macula ⁊ actu positiuo peccati quasi obstaculo: dissimile tñ est in hoc: ꝙ cessante vel transeunte obstaculo: trãsit et cessat tenebra in medio. sed nõ sic transeunte actu peccati: ex quo causatur vel derelinquitur macula: trãsit ⁊ cessat macula: s3 durat ⁊ manet macula ipsa vsq3 ad remissionẽ peccati ⁊ nouã infusionẽ gratie. Et hac macula dicitur: et est aĩa formaliter peccatrix cessante actu peccati interiore ⁊ exteriore: sicut dicũt. ista videtur fuisse opinio magistri. xviij. distinctiõe ca. vltimo ⁊ est opinio Thome in quarto suo eadem distinctione.

2.opinio. ¶ Alij dicunt ꝙ cessante actu peccati interiori ⁊ exteriori ipsius peccati: manet reatus in aĩa: quo reatu dicit̃ et est formaliter peccatrix. Iste autẽ reatus non est nisi respectus quidã realis positiuus: qui est obligatio quedã ad penam eternã soluẽda3 pro peccato mortali: nisi peccator corrigatur. Et ista obligatio vel respectus iste realis non fundat̃ sup actum peccati. quia tũc non maneret trãseunte actu: sed sup potẽtiam ipsam vel essentiã anime: non tñ nisi preuio actu peccati. sicut dictũ est aliquãdo ꝙ relatio ꝓducẽtis ad ꝓductum non fundat̃ sup actionẽ producẽtis: sed sup potentiam ꝓducẽtis ꝑuia tñ actiõe. Sicut paternitas sup potẽtiam generatiuam: preuia tamẽ generatione saltem ordine nature.

3.opi. ¶ Alij dicũt ꝙ nõ ẽ possibile talẽ obligationẽ eẽ respectũ realem: sicut inferius ꝑ rationes eorum arguet̃. ¶ Et ideo dicũt: ꝙ in aĩa cessante actu peccati nichil manet: quo dicat̃ aĩa formalit̃ peccatrix nisi respectus quidã rationis causatus in peccatore vel in anima peccatoris: inq̄ʒtum est obiectũ diuini intellectus seu voluntatis ordinãtis ipsum ad penã correspondẽtem peccato. Et intellectu istam ordinationẽ voluntatis preuidet omni tẽpore: donec pena debita sit soluta. Et ista relatio vel iste respectus ratiõis potest dici offẽsa macula ⁊ reatus. Offensa scilicet inq̄ʒtum est respectus ordinationis istius peccatoris in penã vindicatiuã. vnde nichil aliud est irasci deo vel offendi: q̄ʒ velle vindicare peccatũ: vel velle punire. Sed macula dicitur inq̄ʒtum est disconueniẽs ipsi anime talis respectus nec stans cũ pulchritudine gratie vel rectitudinis debite. vel potiꝰ excludẽs ipsam: sed reatus dicit̃ inq̄ʒtum peccator per ipsam dr̃ reus talis pene. ¶ Q2 autẽ ita sit probant.

August. Primo per Augustinum super illud psalmi. Beati quorũ remisse sunt iniquitates ⁊c̄. vbi dicit videre (inquit) peccata dei est ab penam imputare auertere autem hoc est ea ad penam reseruare. igitur ita dicit ab eo. s. deo peccata tecta nõ vt nõ videat: sed vt nollit animaduertere. i. punire. ḡ ipsu3 peccatum remanere actu transeunte nichil aliud ẽ nisi ipsum peccantẽ a dei voluntate ordinari ad penam condignam illi peccato. Obiectum autẽ intellectus vel voluntatis vt intellectum nõ habet nisi relationẽ rationis: vt patet. ¶ Secũdo declarant hoc ꝑ rationẽ. quia esto: ꝙ deus in multitudine meritorum non intẽdat vel augeat habitũ charitatis sicut quãdo merita sunt remissa: vel etiam sicut posset: dato ꝙ merita essent intẽsa: tunc ille qui plura merita habuit trãseũtibus actibus dicitur magis meritus q̄ʒ alius. Sed hoc nichil aliud est: q̄ʒ talem ordinari ad maiorem ⁊ ꝑfectiorem gloriam ſm relationem rationis in ipso tanq̄ʒ in obiecto sic volito vel ordinato a diuina voluntate: non ꝑ aliquid positiuum reale absolutum: nec relatiuum: nec per aliquã priuationem. igitur sic in ꝓposito vt videtur nichil aliud est istum peccatorẽ manere ⁊ demeritũ nisi ipsum ad talem penam ordinari ſm talẽ respectum rationis a diuina voluntate sic volẽte ipsum punire. ¶ Tertio ꝑ exẽplum. Si quis enim offendat magnum ꝑncipẽ magna offensa: cui correspondeat grauis pena cessante in ipso actu nichil est in ipso nec reale positiuum nec priuatiuum: qđ antea nõ esset: sed tãtum in voluntate dñi offensi est actꝰ trãsiens sup ipsum offendẽtem vt quẽ ordinat ad talẽ penam: ⁊ in ipso est relatio rationis: vt in obiecto ordinato ad talem penam: et cui dominus ipse vult talem penam.

¶ Contra istas tres opiniones arguit̃ cõtra primam primo sic. Si macula qua dicit̃ aliquis formaliter peccator: est priuatio pulchritudinis gratie: sicut dicit: sequit̃: ꝙ vnꝰ non possit dici nec sit minor vel maior peccator: q̄ʒ alius. Probatio. quia ita bene priuat̃ gratia et in se ⁊ q̄ʒtum ad oẽm sui gradum ꝑ vnum peccatum mortale: sicut ꝑ cẽtum milia. ⁊ ita cũ omnes peccatores sint priuati gratia equaliter: oẽs erunt equaliter peccatores. ¶ Secundo sic: si peccatũ vel macula manẽs est carẽtia pulchritudinis debite inesse: videtur ꝙ pari ratione ⁊ non minus sit carentia vel ꝑuatio pulchritudinis actualis q̄ʒ habitualis saltem loquẽdo de peccato actuali: sicut loquimur modo. sed hoc nõ est verum. quia non manet talis carẽtia rectitudinis actualis cessante actu. Nã talis carentia vel rectitudo insunt in mediate actui. Et ita nõ manẽt nisi manẽte actu. ḡ ⁊c̄. ¶ Tertio q̄ʒtum ad illud: qđ dicunt istam maculam: licet non sit ĩ se nisi priuatio: causari ex aliquo positiuo actu peccati precedẽte. quia non potest hoc inueniri in peccato omissionis: licet in peccato ꝯmissionis inueniatur: ⁊ precipue si peccatum omissionis potest fieri sine omni actu positiuo: ⁊ sine peccato cõmissionis sicut dictum est in secundo. ꝯ.1.opi.

¶ Contra secundam opinionẽ arguit̃ de illo respectu. Primo ꝙ non sit talis respectus realis ⁊ postea dato ꝙ esset: adhuc eo formaliter nõ diceret̃ anima peccatrix. Aut eñ ille respectus est intrinsecus aut extrinsecus. Non intrinsecus quia nõ ponit̃ necessario naturalit̃ posito fundamẽto. s. aĩa ipsa: et posito termino: puta deo quia tũc anteq̄ʒ aĩa peccaret poneret̃: quod est falsum. Si dicas ꝙ deus nõ est terminus: sed pena ad quã iste ordinatur. Contra te est. quia ista pena nondũ est. Ad illud autem quod non est non est respectus realis. quare ⁊c̄. Nec est respectus extrinsecus. quia oporteret sibi assignare agẽs: per cuius actionem adueniret ⁊ ad ipsum terminaretur sicut patet de vbi ⁊ alijs respectibus qui nõ sunt de genere actionis vel passionis. Sũt eñ termini actionum: quibus ponũtur in esse terminis iam presuppositis: sed in proposito non est dare tale agens. q2 nec deum ipsum. deus enim non agit ꝑ se aliquid: quo formaliter dicatur anima peccatrix. quia tunc esset malus ⁊ peccator. Nec animam ipsam: q2 anima in peccando non habet nisi vnam actionem determinatam ad actum peccati de ordinatum. sicut ꝯ.2.opi.

nec nisi vnum peccatum. ⁊ ita nullam habet terminatam ad respectum talem: vt videtur: quare ⁊c.
¶ Secundo sic. quia in peccato omissionis nõ apparet aliqua causa talis respectus. quia nec aĩa ipsa cũ anima possit peccare tali peccato nullũ actuz eliciendo. Nec deus quia deus nõ est causa peccati effectiua. sed tãtum ꝑmissiua: quare ⁊c. ¶ Tertio quia dato ꝙ esset talis respectus realis obligationis adhuc ꝑ ipsum non posset dici aĩa formaliter peccatrix. Probatio quia talis respectus non est formaliter peccatum: sed magis sequitur peccatum: ⁊ est posteri⁹ peccato. ¶ Quarto quia est aliquid bonum ⁊ positiuum ⁊ in se iustum: si ponatur ergo ⁊ cetera.

ꝯ.3.opi.ꝯ ¶ Contra tertiam opinionẽ potest argui: sicut ipa arguit cõtra secũdam. Si enim ꝑ illum respectum rationis dicit aĩa formaliter peccatrix: ⁊ voluntas diuina vel intellect⁹ causa est talis respectus ꝑ se sicut dicit: sequitur ꝙ deus ꝑ se est causa effectiua peccati. ⁊ habet idẽ incõueniens contra se: sicut secũda opinio. ¶ Secũdo sic. sicut respectu reali ẜm ꝙ huius nõ potest dici aliquis peccator: vt videt nec illo respectu rationis. quia respectus ille rationis est aliquid aliud a peccato nec est pctm̃ sed posterius peccato. ꝫ ⁊c. ¶ Tertio quia forte respectus rationis non est in aĩa sic obligata formaliter. qꝛ non est aliquod ens extra intellectum. Sed illud quo aĩa est peccatrix: debet poni in ipsa formaliter: sicut positiuũ vel priuatiuum. ꝫ ⁊c.

Ad motiua.3.opi. ¶ Ad motiua vero ipsius. Ad primũ de Augustino dico: ꝙ nunꝗ̃ intellexit: ꝙ talis respectus rationis esset peccatum vel culpa: vel ꝙ eo formaliter diceret anima peccatrix: sed ꝑ cõcomitãtiam loquit Augustinus. quia bene talis respectus concomitat vel consequit peccatum nondum remissum. ¶ Ad secũdum dico: ꝙ respectu rationis nõ meretur quis: nec est meritus sed actib⁹ meritorijs. Et ille dicitur plus meritus: qui ceteris parib⁹ habuit plures actus bonos meritorios. bene tamẽ concomitat respectus rationis ad maius premiuz. ¶ Ad tertium de dicto offenso dico ꝙ respectus ille rõnis nõ est offensa. tunc enim domus esset per se causa offense vel culpe. sed ꝯcomitatur vel cum sequitur offensam vel culpam. qua ille demeruit penam: quare ⁊c.

opi.doct. ¶ Quãtum ad presentẽ articulum videtur michi dicendum ꝙ sicut aliquis dicit rectus seu iustus vno modo actualiter ⁊ alio modo habitualiter actualiter dico ẜm rectitudinẽ actus: ⁊ habitualiter ẜm rectitudinẽ habitus gratie vel charitatis ita ⁊ aliq̃s peccator dupliciter põt dici. vno modo habitualiter.

Nõ hec. alio modo actualiter. Habitualiter dupliciter vno modo quia priuatus habitu iustificãte formaliter debito in esse: sicut gratia vel charitate vel iusticia ⁊ huiusmodi. Secũdo modo quia habẽs habitum vitiosum inclinantẽ ad peccatum aggeneratuz in eo ex frequẽtia actuum peccãdi. Primo modo dicitur puer cum nascitur esse peccator. Et q̃tuz ad hoc nõ est vnus magis peccator vel maior peccator q̃ alius sicut arguebatur supra. quia per vnicũ peccatum mortale ita tollitur gratia vel charitas funditus q̃tum ad omnẽ sui gradum: sicut per centum milia. Unde ⁊ nec peccatum originale maius est in vno q̃ in alio. Similiter nec peccatũ actuale q̃tum ad priuationem gratie vel charitatis concomitantẽ. Secũdo modo potest dici vnus maior peccator habitualiter q̃ alius: ẜm ꝙ habit⁹ vitiosus inclinatiuus ad peccatum magis intẽditur vel minus: vel magis plurificatur. ĩ vno q̃ in alio. Et primus modus quo aliquis dicit habitualiter peccator ex priuatione habitus iustificantis formaliter (cuiusmodi est charitas vel gratia ẜm communiter loquẽtes) non potest stare in aliquo cũ charitate vel gratia sicut patet: quia priuatio cum habitu stare nõ potest. Secundus modus essendi peccatorem habitualiter potest stare cum charitate vel gratia ⁊ stat frequẽter: vt patet in magnis peccatoribus ⁊ habituatis in peccatis suis quãdo de nouo iustificãtur: ⁊ datur eis charitas vł gratia. Nõ statim em̃ corrumpuntur in eis tales habit⁹ vitiosi: sed manẽt in eis donec per contrarios actus vel per cessationẽ ab actibus talium habituum finaliter corrumpãtur. vnde ⁊ adhuc tales in seipsis sentiunt pugnam: ⁊ non statim habẽt pacẽ illam ⁊ delectationẽ in operibus virtutum quã habẽt perfecti ⁊ in virtutibus exercitati: quare ⁊c. ¶ Ex quo patet: ꝙ aliquis dicitur vel potest dici formaliter peccator habitualiter tñ per aliquid qđ nõ est formaliter peccatum sed habitualiter tãtum inclinãs ad ipsum: ⁊ per aliquid etiam quod cessare potest ⁊ deficere manente homine peccatore: eo modo quo accipietur infra peccator. cessaret autẽ ⁊ deficeret talis habitus vel dispositio relicta ex actibus peccatorum ꝑ cessationẽ a talibus actibus: dato ꝙ nõ remitterẽtur peccata precedẽtia: ⁊ sic adhuc maneret vel diceret peccator nec est inconueniens. sicut nec est incõueniens. ꝙ talis habitus vel dispositio quibus dicitur habitualiter peccator: stet cũ charitate ⁊ gratia sicut dictum est supra. — Correlarium notandum.

¶ Aliter dicitur ꝙ est peccator ex carẽtia iusticie actualis debite inesse: que non inest: quãdo debet inesse: siue illa iusticia dicatur actus rectus: siue circunstantia recta ipsius actus. ⁊ hoc se extẽdit tam ad peccatum veniale q̃ mortale: tam ad pctm̃ omissionis q̃ cõmissionis. ⁊ isto modo dicitur quis peccator actualiter vel peccato actuali. Et mõ loquamur de peccato mortali. quia de veniali directe non est sermo sicut enim aliquis actualiter rectus dicit quando habet actum rectũ pro quãdo debet ipsum habere sic actualiter peccator ⁊ ĩiustus dicit: si caret actu recto pro quãdo debet ipsum habere. ⁊ hoc siue careat substantia actus ⁊ circunstantia recta: sicut in peccato omissionis siue habeat substantiam actus careat tamen circũstantia recta sicut in peccato cõmissionis. Et isto secundo modo dicit quis peccator formaliter ⁊ in re: quãdo actu peccat cõmittẽdo vel omittendo. pro quando debet sibi in esse rectitudo actus ⁊ nõ inest: siue priuetur totus actus siue tãtum circũstantia rectitudinis actus. ⁊ est denominatio formalis ab eo: quod est in re. Et similiter etiam de primo modo: quo dicitur aliquis peccato habitualiter. Nec video ꝙ isto mõ possit quis dici esse actu ⁊ realiter peccator. denominatiõe facta ab aliquo: quod sit realiter in ipso cessante actu vel habitu peccati: quando scilicet non habet habitum vitiosum peccati formaliter in seipso q̃tũ ad modũ: quo dicitur quis habitualiter peccator: vel quando non habet actum peccati: vel quãdo actu non peccat q̃tum ad secundũ modum quo actuali

ter dicitur quis peccator. quia cum aliquis nõ pos sit dici peccator formaliter ⁊ actu denominatione intrinseca ab eo: quod trãsijt ⁊ non est: sicut nec aliquis albus ab eo: quod non inest sibi. Peccatũ autem quando peccator iam actu non peccat: transijt ⁊ non est: ⁊ planum est ꝙ nõ nisi peccato potest dici aliquis peccator actualiter. Cum igitur cessante peccato quando actu quis non peccat (etiam dato ꝙ habitum non habeat) dicatur quis peccator siue actualiter siue habitualiter: aliquãdo oportet ꝙ hoc non sit denominatione formali ab aliquo in existente actu: sed ab aliquo quod infuit aliquãdo Et hoc modo frequẽter fiunt denominationes secundũ nomina verbalia non ab eo quod inest actu semper: sed ab eo quod infuit: sicut patet. Dicitur enim aliquis doctor non tantum quia docet ĩ actu sed quia aliquando docuit. Sic etiam peccator nõ semper: quia peccat in actu: sed quia aliquãdo peccauit. ⁊ sic puto ꝙ peccator actualiter dicitur quis post actum peccati: vel postq̃ꝫ actu peccauit nõ manente peccato non ab aliquo: quod insit actu puta nec a respectu reali: vel obligatiõe illa. seu a respectu rationis: sed a peccato vel peccatis: que infuerunt sibi: de quibus non penituit: vel que non sunt deleta per aliam viam. Et secundum ꝙ plura peccata incurrerat vel maiora vel minora dato ꝙ non maneant in seipsis sed transeant: secundum hoc dicitur maior vel minor peccator: ⁊ ꝙ maiorẽ vel minorem penam meruit.

Obiectõ ¶ Si dicas: ꝙ tunc semper homo postq̃ꝫ aliquando peccatum incurrit: diceretur peccator ab illo peccato preterito: quod incurrit ⁊ tunc aut veraciter peccator diceretur. et tunc esset peccator etiam post penitentiam: quod falsuꝫ est. vel falso diceretur peccator: ⁊ tunc non eẽt peccator etiam ante penitentiam. ¶ Preterea quia si in illo cuius peccatum transijt q̃ꝫtum ad actum nõ est aliquid quo formaliter sit in actu peccator: frustra dicitur deleri peccatum ⁊ culpa q̃ꝫtum ad culpam: ⁊ non est peccator etiam ante penitentiam: licet dicatur peccator. sed hoc est falsum. ergo ⁊c.

Solutio ¶ Respondeo ad primum: ꝙ quando aliquis non peccat actu: impossibile est: ꝙ maneat in eo aliquid quod sit peccatum formaliter ⁊ actu: et per consequens ꝙ in re sit peccator actu per aliquid in existens. possibile est tamen: ꝙ dicatur vel denominetur peccator a peccato qđ transijt vel infuit: ⁊ precipue q̃ꝫdiu non penitet: nec penituit de tali peccato: vel aliud remedium contra tale peccatum non habuit: ⁊ q̃ꝫdiu per consequẽs manet obligatus ad penam eternam pro tali peccato ⁊ reprobat̃ a deo vel oditur pro tali peccato: quod incurrit ita ꝙ licet obligatio illa nec etiam aliquid se tenẽs ex parte ipsius dei non sit illud quo dicitur iste peccator: sed magis peccatum quod infuit: est tamẽ aliquid concomitans talem denominationem secundũ qđ communiter vtimur ipsa: vt dicatur ille qui peccauit aliquando ⁊ manet obligatus ad penam eternam ꝓ tali peccato: ⁊ oditur vel reprobatur a deo ⁊ q̃ꝫdiu sic manet: dicatur peccator: ⁊ veraciter secundum istum modum loquendi ⁊ exponendi: ⁊ tamen non inest sibi actu peccatum nec actus peccandi. Et ita patet: ꝙ post penitẽtiam gratia accepta non debet dici peccator a peccato: quod infuit nisi valde large loquendo ⁊ secundum modum insolitum loquendi de peccatore. eo modo etiam quo canimus de Magdalena. Illa beata peccatrix: licet sit modo in gloria: vt si dicatur peccator vel peccatrix cuicunq̃ꝫ infuit peccatum aliquãdo. Per hoc patet ad primum. ¶ Ad secundum dico: ꝙ nõ frustra dicitur peccatum remitti vel deleri quantum ad culpam. non quia culpa vel peccatum in seipso maneat: nec aliquid aliud quod sit aliquid quo formaliter sit aliquis: vel dicatur peccator vsq̃ꝫ ad penitentiam: ⁊ tunc adueniente penitentia deleatur: sed pro tanto quia deus illum cui infuit culpa vsq̃ꝫ ad penitentiam vel pro tempore vsq̃ꝫ ad penitentiam odit: ⁊ detestatur: ⁊ reprobat ipsum. ⁊ non solum hoc sed etiam vult sibi penam eternam. est eñ peccator inimicus deo: ⁊ cum hoc ab ipso puniendus. Et tunc dicitur peccatum remitti quantũ ad culpam quando de inimico fit non inimicus: licet non sit necessarium: ꝙ fiat amicus. sed q̃ꝫtum ad penam eternam dicitur remitti: quando commutatur in penam temporalem. et hoc non est remittere totaliter: vel quando simpliciter pena quitatur: sicut posset deus facere: vt nullam penam expeteret: nec eternam nec temporalem pro peccato. Et modo p̄dicto si manet macula: vel si qua dicta aliquorum de manentia peccati sunt vera: videntur intelligenda. Per maculam enim peccati non intelligo nisi peccatum ipsum. Et eodem modo debet dici manere vel non manere sicut ⁊ ipsum peccatum. Per reatum intelligo obligationem ad penam eternam pro tempore ante penitẽtiam qui bene manet post peccatum: ⁊ est respectus rationis: sed per eam nõ dicitur quis formaliter peccator. Hec de primo articulo principali.

¶ Quãtum ad secundum ar-

Penitẽtia an req̄sita ad deletiõez pcti ⁊c. ticulum: an scilicet penitentia necessario ad deletionẽ culpe mortalis actualis post baptismum requiratur: ⁊ an sit talis culpe deletiua: distiguẽdum est de penitentia pro actu vel habitu vel pro signo sicut supra in questione precedente. Et similiter distinguendum est de necessitate absoluta: cuius oppositum est impossibile: ⁊ implicat contradictionẽ ⁊ de necessitate ordinata: que concernit ordinẽ diuine sapiẽtie: qui nunc est. ¶ Et tunc de primo dicendum est: ꝙ loquendo de necessitate absoluta: penitentia nullo modo illorum trium accepta necessaria est ad remissionẽ culpe mortalis actualis post baptismũ. posset enim deus absolute remittere homini quamcunq̃ꝫ culpam mortalem sine penitentia sine habitu sine actu quocunq̃ꝫ interiori vel exteriori ⁊ sine penitentia sacramento siue signo sensibili quia hoc nullam implicat contradictionem. Non enim alligauit suam potentiam remittendi vel misericordiam ipsi penitentie dicte secundum aliquẽ predictorum modorum: sicut patet. ¶ Secundo dicendum est: ꝙ penitẽtia accepta pro aliquo actu interiori scilicet pro displicentia ⁊ detestatione peccati cum non proposito recidiuandi secundum potentiam dei ordinatam necessaria est ad deletionem culpe mortalis post baptismum. Nam secundum potentiam dei ordinatam ordine qui nunc est non remittitur peccatum nisi cum aliqua punitione ipsius penitentis: qui non est sine displicẽtia de peccato. Etiam nec in adultis ante baptismum sicut dictum est supra: loquendo de peccato actuali mortali remittitur tale peccatum in baptismo sine

tali displicentia et intelligo de tali displicentia habita vel formaliter vel virtualiter in aliquo superiori ⁊ perfectiori: ad quem nata est sequi talis displicentia: vt in actu vehemētis dilectionis dei vel martyrij sustinēdi propter deum. Ad hoc autē est cōgruētia bona. Tum q̄ꝛ pena reordinatiua est culpe: ⁊ etiam displicentia ad quā nata est sequi tristicia. Tum q̄ꝛ aliquo modo per displicentiā de pctō redditur deo aliquo modo equiualēs: dum tm̄ sit debite circūstātionata: ⁊ precipue circūstātia debiti finis. Tum q̄ꝛ per talem displicētiam retrahit̄ ꝗs a peccato. ¶ Tertio dicendū est: ꝙ penitētia accepta alio modo siue pro habitu siue pro signo vel sacramēto nō est necessaria etiā de potētia dei ordinata ad deletionē vel remissionem culpe mortalis. Et patet de habitu penitētie: qui est virtus. alicui enim remittitur pctm̄ ad vnū solum actum ꝯtritionis vel penitētie: que est displicētia ipsa: ex quo tm̄ vnico actu nō generatur habitus penitētie virtutis. Similiter etiā alicui remittitur peccatum antequā accedat ad penitētiā signū vel sacramētū. Unde dico: ꝙ nec penitētia virtus nec act⁹ a virtute elicitus ⁊ posterior ipsa virtute siue interior siue exterior: nec penitētia sensibile signū vel sacramentū est necessaria ad deletionē vel remissionē culpe mortalis vniuersaliter loquēdo: sed sine oīb⁹ istis pōt haberi remissio culpe per actū īteriorē: qui ē displicētia de pctō: q̄ nō est elicitus a ꝟtute: sed prior virtute ⁊ generatiu⁹ ipsius ſm aliquē gradū. q̄ quidē actus pōt esse ita intensus ⁊ debite circunstātionatus a pctōre elicit⁹ ꝙ est meritum de cōgruo vt culpa remittatur. q̄ꝛ nō sufficit talis actus pro quocūq̄ gradu suo: sed ꝓ aliquo quē determinauit de⁹. quē ego nescirē limitare. ⁊ talis actus inꝙtum est dispositio preuia ad remissionē pcti: dr̄ ⁊ est actus informis ⁊ attritio magis q̄ contritio. sed si durat adhuc dum remittitur culpa: ⁊ infunditur grā: tūc est actus formatus: ⁊ pro tūc magis dr̄ cōtritio q̄ attritio. Unde ⁊ idē act⁹ cōtinuat⁹ p̄mo sine gratia est informis: ⁊ dr̄ attritio. sed supueniēte gratia est formatus ⁊ dr̄ ꝯtritio. Et signātur in illo actu pro instāti infusionis gratie tria signa nature: in quoꝝ

Nota.

primo potest dici attritio ⁊ meritū de cōgruo vel dispositio proxima ad grām vel remissionē culpe. In scdo superuenit gratia ⁊ remittitur pctm̄. In tertio fit talis actus cōtritio ⁊ hoc in eodē instanti durationis. sed nō curo de ista distinctione multū. Si dicas: ꝙ ex p̄dictis sequitur pctm̄ nō dimitti ꝑ cōtritionem. q̄ꝛ cōtritio nō est prior remissiōe peccati. sed magis posterior. Dico ꝙ per actū qui est cōtritio: si cōtinuetur ⁊ duret vsq̄ ad remissionem peccati: remittitur pctm̄: licet talis actus vt cōtritio nō sit prius. ⁊ tunc per ipsum vt ꝯtritio: non remittitur pctm̄: sed magis vt attritio est preuia per modū meriti de ꝯgruo nō sub quocūq̄ gradu suo: sed intensa sub illo gradu: quē determinauit de⁹ ⁊ circunstātys debitis in genere moris circunstātionata: ⁊ precipue circūstantia finis. ¶ Quarto dici pōt: ꝙ lꝫ penitētia sacramētū vel signū nō necessario reqritur in facto tm̄ reqritur aliqualit̄ in voto suscipiēdi sacr̄m: si posset haberi ⁊ pro tp̄e opportuno: ⁊ per ꝯn̄s etiā necessarius est actus penitentie exterior: qui est confiteri in voto similiter sicut et ipsum sacramentum. ¶ De alijs vero actibus qui sunt actus interiores: de quibus dictum est in questione precedēte puta de vindicare sustinere acceptare: nō puto ꝙ sic sint necessarij ad deletionem culpe: sicut nolle vel odire pctm̄ seu displicentia. nec oportet ꝙ displicentia semper sit imperata ab aliquo actu priori vindicatiuo. ⁊ ita ille nō est necessarius ad displicentiam. Similiter nō oportet: ꝙ voluntas reflectatur actu supportandi vel acceptandi super penam: vt videt̄. ⁊ ideo nō sunt sic necessarij: sicut actus displicentie. possunt tm̄ esse dispositiones de cōgruo cōcomitantes actū displicētie: si sint perfecte circūstantionati. Et ſm ꝙ sunt plus vel minus voluntarij: sunt magis vel minus meritorij siue de cōgruo siue de condigno. Sic igitur patet an penitentia necessario reqratur ⁊ quō.

¶ De scdo an scꝫ penitētia sit deletiua pctī mortalis actualis post baptismum. Dico primo ꝙ penitētia actus interior vindicandi vel detestandi peccatū ⁊ precipue isti duo siue sint eliciti a virtute siue nō: sed priores virtute vel sine virtute: dū tamē sint recte circunstātionati moraliter ⁊ sint perfecti vsq̄ ad illum gradum: quem terminauit de⁹ sufficere sibi per modum meriti de cōgruo ad remissionem peccati. Penitētia dico isto modo vt meritū de cōgruo est deletiua pctī: sicut est superi⁹ declaratum. Et si alij duo actus sunt deletiui puta supportare vel acceptare: nō tm̄ sine istis vel altero istorū q̄ꝛ presupponūt tristiciā vel penam: que nō caussatur sine istis. vel altero istorum. *Penitētia an deleat peccatū mortale.* ¶ Secūdo dico: ꝙ penitētia habit⁹ quicūq̄ ſm ꝙ hmōi nūq̄ est deletiua pctī mortalis. q̄ꝛ hoc nō est nisi per modum meriti vel per modū formaliter incōpossibilis ipsi pctō nō per modum meriti. q̄ꝛ habitibus non meremur sed actibus. Nec per modū alicui⁹ incōpossibilis ipsi pctō: quia penitētia virtus acq̄sita quecūq̄ pōt stare cū pctō mortali aliquo. Et si nō stet cū pctō qd̄ deletur per actū vel per act⁹ ex quib⁹ acq̄ritur: hoc est per accidēs rōne illius act⁹: qui est deletiu⁹ talis pctī per modū meriti: nō per se rōe sui: sed q̄tum est ex se posset stare cū illo. Sola eñ charitas est incōpossibilis cuilibet pctō mortali: vel ex se ⁊ natura sua ſm aliquos: vel ex ordinatiōe diuina ſm alios. ¶ Tertio dico: ꝙ penitētia sacr̄m est deletiua pctī mortalis actualis: qd̄ inuenit in penitēte nō ponēte obicē sacr̄o et hn̄te aliquā displicētiā de pctō cū nō ꝓposito recidiuādi: ⁊ talē displicētiā etiā q̄ per seip̄aꝫ nō sufficeret ꝑ modū meriti de ꝯgruo ad deletionē culpe vl̄ pctī. Nā si eēt sufficiēs talis displicentia ⁊ precederet sacramētū: iam sacramētum nō inueniret pctm̄ remittēdum in penitente: sicut patet. Et puto ꝙ cum sacramēto sufficit valde modica displicētia cōparatiue ad illā: que sufficit sine sacramento immo puto: ꝙ sufficit cum sacramēto quecūq̄ displicentia debita circūstantionata q̄tumcunq̄ modica cum nō proposito recidiuandi. et est sufficiens dispositio ad susceptionem sacramenti q̄tū est ex parte displicentie. ¶ Ex quo pꝫ liberalitas diuine mīe: ⁊ efficatia sacramēti penitentie: qd̄ est scda tabula post naufragium ⁊ deletiuū culpe ex op̄e op̄ato ⁊ ordinatum in remediū ⁊ medicinā contra peccatum mortale actuale post baptismū. Si autē pctm̄ mortale non inueniat delendū: sed iam prius per cōtritionē deletū: saltē auget gratiā in suscipiēte. Et nō ꝓpter hoc dꝫ dici: ꝙ sacr̄m penitētie nō sit deletiuū culpe mortalis: sꝫ tm̄ ostēdat ip̄m esse deletū ita ꝙ sacer=

Bonum correlarium.

dotes non absoluāt: sed tantū ostēdant absolutos Sicut sacerdotes veteris legis nō mūdabāt a lepra: sed ostēdebāt mūdatos: vt dicit magister. hoc tñ accidit sacramēto penitētie. sicut etiā baptismo accidit: ꝙ accedenti ad ipsum aliqñ prius remittatur culpa originalis per bonū motum liberi arbitrij sui. Nec propter hoc dr̄ baptismus non delere culpam originalē. ¶ Ex quo etiā patet ꝙ bonum est ⁊ tutū frequētare sacramētū penitentie qđ cum tam modica displicentia est culpe mortalis actualis deletiuū: ⁊ ꝗ̄ periculosum subterfugere ipsum. quia est scđa tabula post naufragiū: ⁊ sine ipō non sufficit modica displicentia: sed puto ꝙ requiritur multa magna ⁊ intensa ⁊ maior vel minor scđm maiorē vel minorem grauitatem peccati. Hec de secūdo articulo principali.

Penitētia an tm̄ vnius pene inflictiua.

¶ Quātum ad tertium articulū.

an scꝫ penitētia que est virtꝰ acquisita ꝑ actū suū sit tantū vnius pene inflictiua pro pctō: dr̄ breuiter: ꝙ penitētia pōt habere duplicē regulā in intellectu. quelibet em̄ virtus in appetitu habet suā regulā dictatiuā in intellectu. Unā habet regulā naturaliter notā: ꝙ scꝫ pctm̄ est detestandū ⁊ odiēdum tanꝗ̄ malū ⁊ deordinatū ⁊ rectitudini cōtrariū. ⁊ ista regula est naturaliter cognoscibilis apud quēcunꝗ̄ intellectum dispositū. ⁊ ſm istā regulam ipsa est tantū vnius pene inflictiua pro pctō scilicet mētalis tristicie: que nata est sequi in appetitu passibili ad displicentiam de pctō. ¶ Ex quo ptꝫ: ꝙ hoc intelligit̄ de penitētia p̄mo mō vel scđo mō accepta scꝫ vindicatiua vel detestatiua. qr̄ supportatiua ⁊ acceptatiua nō infligūt penā vel tristiciā sed magis eam presupponūt. Alio modo pōt accipi vt habēs regulā nō naturaliter notā: sꝫ ex reuelatione: puta ꝙ pctm̄ est detestandū inꝗ̄tum offensiuum dei vel impeditiuū gr̄e ⁊ glorie: vel inꝗ̄tum procuratiuū pene eterne. q̄ oīa non sunt nobis naturaliter nota nec alicui creature: sed penitēti sunt nota tanꝗ̄ rōnes cōcomitātes in pctō rationē formalē penitētie obiectiuā in pctō. ⁊ sic penitētia est pluriū penarū inflictiua. pro vno pctō: ⁊ tot penarum quot sunt reuelate per scripturā sufficere ad peccatum expiādum ⁊ ꝗ̄tum ad culpā ⁊ ꝗ̄tum ad penā: sicut abstinētias vigilias labores ⁊ alia huiusmodi multa: q̄ a penitētibꝰ exercētur: ⁊ eis in remissionē suorū pctōrum imponūtur. Nec obstat si penitētia est virtus naturaliter acq̇sibilis. id est nō infusa vel theologica: ꝙ ipsa habeat aliquā regulā in intellectu non cognoscibilem naturaliter: sed tātum super naturalit̄ ex reuelatiōe. qr̄ sic est etiā de paupertate ⁊ virginitate ⁊ humilitate euangelica

Nota.

vel obedientia. ¶ Qr̄ enim oīa tp̄alia sic sint abijcienda ꝓpter deum sicut paupertas abicit: vel oēs carnales delicie sicut virginitas: vel ꝙ in omnibꝰ sit homini obediēdum propter deū. nō est naturaliter notum: sed tantum ex reuelationē. et tñ iste sūt virtutes naturaliter acq̇sibiles suppositis noticijs suarū regularū. Hec de tertio articulo.

Ad rōes principales.

¶ Ad primum principale dico: ꝙ penitētia vel penitēs potest reddere equiualens bonū malo peccati. nam potest reddere bonū actum cōuersiuū in deū: sicut peccatum est a deo auersiuum. Nec peccatum est malum infinitum formaliter. nō em̄ priuat bonū formaliter infinitum qr̄ non priuat nisi actum rectū vel circūstātiā rectitudinis ī actu q̄ est aliquid creatū ⁊ finitū. Et si dicas: offensus est infinitus. Ita dico: ꝙ placatꝰ per penitētiā est infinitus. Et si tāta est offensa ꝗ̄tus offensus pari rōne tāta est placatio penitētie ꝗ̄tus est placatus. Et planum est: ꝙ nō opꝫ placationē esse infinitam formaliter. De penitētia sacramēto dico: ꝙ nō habet efficaciam a passione christi cū actu aliquo suscipientis: vt dictum fuit supra. ⁊ eo modo intelligendo: quo de passione christi superius dicebatur. ⁊ passio christi equiualet malo pctī immo ⁊ supualet. Preterea dico ꝙ de penitētia absoluta posset deus remittere peccatum sine redditione cuiuscūꝗ̄ equiualentis: ⁊ sine omni penitētia. sed non est ad propositum. ¶ Ad secūdū patet quō actu cessante interiori et exteriori peccati: manet peccatū remittendum. ¶ Ad tertium dico: ꝙ hoc posset deus sine omni penitentia et deceret: si sic ordinaret. ⁊ similiter decet illud: qđ ipse ordinauit propter cōgruentias dictas in corpore questionis. quare ⁊c̄.

¶ Distinctionis decime quarte.
Questio Tertia.

TErtio q̄ro: vtrū bona opera mortificata ꝑ peccatū reuiuiscāt per sequētem penitētiā? ¶ Videtur ꝙ nō. si reuiuiscerēt per sequētē penitētiā: sequeretur ꝙ semper peccator resurgeret in maiori gr̄a ꝗ̄ prius eēt: anteꝗ̄ caderet: qr̄ resurgeret cum pluribus meritis bonis. ⁊ per ꝯn̄s dignus maiori gloria. ⁊ per ꝯn̄s cū maiori gr̄a resurgeret cū meritis ⁊ gr̄a prioribus: et simul cū merito ⁊ noua gr̄a penitētie. ⁊ sic repararet cōmodū de suo casu: qđ nō est verū: vt videt̄. ꝗ ⁊c̄. ¶ Scđo sic. opera mortua nō reuiuiscūt per penitentiā. sed opera mortificata sunt mortua. Mortificatio em̄ ad mortē terminatur. Et pꝫ. qr̄ nō sunt viua. sunt em̄ sine charitate ⁊ vita. ꝗ ⁊c̄. Similiter etiā nō sunt in se sed transierūt. igitur sunt mortua et nō viua. ꝗ ⁊c̄. ¶ Tertio sic. pctā p̄ora nō reuiuiscūt ꝑ pctm̄ sequēs pn̄iam in recidiuāte: sicut patebit infra ꝗ similit̄ oꝑa meritoria mortificata ꝑ peccatū nō reuiuiscunt per penitentiam. quare ⁊c̄.

¶ Contra magister in littera. Et adducūt auctoritates: quas vide in lr̄a.

¶ In ista questione sic ꝓcedā.

¶ Primo inquirā vel ostendā: que sunt oꝑa viua vel mortua: vel etiam mortificata: ⁊ quare sic dicūtur. ¶ Scđo inquiram: vtrū opera mortificata ꝑ penitētiā reuiuiscāt: vel etiā oꝑa mortua. ¶ Tertio inquirā: vtrū dato ꝙ opera mortificata reuiuiscāt: homo semper resurgat in maiori charitate vel gr̄a ꝗ̄ prius esset. ¶ Ultimo ad rōnes p̄ncipales.

¶ Quātum ad primū articulum dico: ꝙ opera viua in proposito dicuntur opera bona in genere moris: e per consequens debite circunstantionata: facta in charitate vel cum charitate seu gratia: que est vita spiritualis anime. Et tamdiu dicuntur viua: ꝗ̄diu in operante est vita vel gratia.

Que sūt opera viua.

Et dicūtur viua nō denominatione formali intrin
seca: qꝛ eis formaliter ⁊ subiectiue insit vita: hoc
eñ modo anima dicitur viua: sed dicūtur viua pro
pter cōcomitātiam vite in ipso operante. qꝛ a sup-
posito vel p̄ncipio seu in subiecto viuēte sicut opꝰ
suo modo dicitur humanū: nō humanitate sibi in-
trinseca sed humanitate operātis vel subiecti sui.
similr̃ etiā dicūtur viua q̄diu possūt attingere ad
effectum suū per modum meriti puta ad vitā eter-
nam: ⁊ nō habent impedimētum ratione cuiꝰ ope-
rans vel habens pro tunc habēs ipsum deputetur
ad mortem eternā. quale impedimētum est peccatū
mortale sequēs ea: ⁊ nullum aliud: sicut magis ap-

Que sūt opa mortua.

parebit. ¶ Ex hoc apparet que sunt opera mor-
tua. Nam opera mortua dicūtur quecunq̄ opera
in peccato mortali facta nō habentia principiū vi
te: nec facta in gratia vel charitate: q̄tumcūq̄ sint
bona ex genere vel circūstantia. Et dicuntur mor
tua nō qꝛ aliquādo vitam habuerint: ⁊ postea pri-
uentur: vel careant ipsa: sed qꝛ vitam nunq̄ haben
tia. Similiter etiā quia nunq̄ habēt vim attingē-
di per modum meriti de condigno ad vitā eternā.

Opera mortificata.

¶ Opera vero mortificata dicuntur illa: que fue-
runt facta in charitate vel gratia principium vite
pro tunc habentia ⁊ viua: sed postea pec peccatum
mortale sequens ea in operante sunt impedita: ne
possint attingere ad effectum ⁊ finem suum: puta
ad vitam eternā. Nam existēs in peccato mortali
q̄diu est in ipso: adiudicatus est pro tunc ad mor-
tem eternā: ⁊ sibi clausa est ianua vite. Et similiter
etiā dicūtur mortificata ratione subiecti: qđ caret
vita. Et ita mortuum est vel mortificatū ⁊ nō ens:
loquēdo de esse gratie non de esse nature. Ex quo
patet ꝙ opa mortificata nō debēt dici mortua eo
modo quo accipitur hic mortuum nec etiam econ-
uerso. Alia enim ratione dicuntur hec ⁊ illa: sicut
patet ex predictis. Hec de p̄mo articulo p̄ncipali.

Opera mortificata an p pniam reuiuiscāt.

¶ Quātum ad secundū arti-

culū dico: ꝙ opera mortificata per pctm̄ sequēs re
uiuiscūt per penitētiā: eo modo quo per penitētiā
sequentem habetur iterata vita anime gr̄a scꝫ vel
charitas ip̄a. ¶ Hoc probo ratione sic ex p̄dictis
in primo articulo. illa opera per sequentem penitē
tiā reuiuiscūt que aliq̄n vitā habuerūt: ⁊ subiectū
eorū per penitentiā ꝓ tāto viuificatur. Sed sic est
de operibꝰ mortificatis per sequentē pniam. g̃ ⁊c̄.
¶ Scđo sic. illa opera per sequētē penitētiā reui-
uiscūt: quorū impedimentū ne possint introducere
ad vitā eternā tollitur per sequentē penitentiam.
Ista patent ex dictis primo articulo. sed sic est de
operibꝰ mortificatis. qꝛ per penitentiam tollitur
pctm̄ sequens sicut dictū est in questione preceden
te g̃ ⁊c̄. ¶ Hoc ꝓbant aliqui ex diuina iusticia sic.
Diuina iustitia exigit: vt qui habet ius in re: cessā-
te impedimēto habeat etiā actionē pōt enim bene
tollere impedimētū actionē ab aliquo manēte iure
in re s̄m sentētiā iuristarum operās aūt meritorie
eoipso habet ius per modum meriti in regno celo
rū ad accipiendū vitā eternam ⁊ coronā. que nūq̄
soluitur in vita presenti. ⁊ trāseūte operatione ma
net sibi tale ius: vt patet. sed interueniēte impedi-
mēto culpe nō habet actionē: sed pro tūc priuatur
et suū ius quasi cōsequitur q̄diu durat tale impe-
dimētū. igir̃ cessante tali impedimēto per peniten
tiam habet iterato actionē intrandi ⁊ attingēdi vi-
tam s̄m illud idem ius: qđ prius habebat ex operi
bus mortificatis. Et hoc nō est aliud: nisi opa mor
tificata reuiuiscere. ¶ Sed magis videtur mihi
hoc attribuēdū diuine mīe q̄ iusticie scilicꝫ ꝙ ope
ra mortificata reuiuiscāt. Nam s̄m rigorem stricte
iusticie peccās mortaliter nō solū priuaretur actio
ne: sed etiā iure tanq̄ inimicus mortalis ipsiꝰ re-
gis ex culpa sua: ⁊ hoc in penā. Et ideo ꝙ sibi ser-
uetur ius ex illis operibꝰ prioribus: hoc est ex di-
uina mīa: ⁊ ex diuina misericordia etiā: ꝙ opa mor
tificata reuiuiscāt: īmo etiā ꝙ opera viua ad vitā
eternā introducūt. Nullum est eñ meritū per equi
ualentiā ad premiū vite eterne. qꝛ non sunt condi-
gne passiones huiꝰ tpis ad futuram gloriam: que
reuelabitur in nobis: scđm apostolum: ⁊ sicut alias
diffusius dixi in scđo. ¶ Scđo dico: ꝙ opera mor-
tua per penitētiam sequētē nūq̄ reuiuiscūt. Pro-
batio manifesta. quod eñ nūq̄ prius vixit: non re
uiuiscit: nec iterato viuit. sed opus mortuum est hu
iusmodi. g̃ ⁊c̄. ¶ Sed nūq̄ pōt dici ꝙ opus mor-
tuū per sequētē penitētiā ⁊ gr̄am penitētialē pri-
ma vice vegetetur: ⁊ viuificetur lꝫ nō reuiuiscat.
Et videret̃ alicui: ꝙ sic. primo qꝛ est dare opꝰ mor
tuū bonū ex genere ⁊ debite circunstātionatū om-
nibꝰ circunstātijs bonis in genere moris. et ꝑ ꝯn̄s
sibi nō repugnat: sed ꝯgruit viuificari: vt videtur.
Et ꝯfirmatur. qꝛ actus penitēdi qui est meritū re-
missionis pctī (meritū dico de ꝯgruo) est opꝰ mor-
tuū. qꝛ sine gr̄a est: anteq̄ remittat̃ pctm̄. ⁊ tn̄ si cō
tinuet̃ ꝑ gr̄am penitētialē superueniētē viuificat̃. g̃
similiter de alijs operibꝰ mortuis debite circūstan
tionatis ꝯtinuatis: ⁊ similiter de non continuatis
vsq̄ ad penitētiā. qꝛ nō plus oꝫ ip̄a ꝯtinuari ad vi
uificādū q̄ oporteat opa mortificata ꝯtinuari ad
reuiuiscēdū: vt videtur. Et ita pn̄t manere in acce
ptatiōe diuina ad viuificādū: sicut mortificata ma

Nota.

nēt ad reuiuiscēdū. ¶ Dico ꝙ aliqđ mortuū opꝰ bo
nū moraliter priꝰ postea si cōtinuet̃ ⁊ gr̄a vel chari
tas operāti infundat̃ viuificatur sicut exēplificatū
est de actu penitēdi: ⁊ similiter de alijs pōt dici. et
tūc est viuū idem opus: qđ aliq̄n fuit mortuū. sed de
operibꝰ nō ꝯtinuatis sed cessantibꝰ ante infusionē
gr̄e dico: ꝙ licet nō repugnet eis viuere: sicut nec
mortificatis que nō manēt nisi in acceptatione di-
uina: repugnat reuiuiscere. Et licet hoc posset deꝰ
facere de potētia absoluta: si tn̄ opa bona sūt ex ge
nere ⁊ circūstantionata moraliter. De potentia tn̄
ordinata hoc nō facit nec pōt facere. Et ad hoc nō
habetur argumētū nisi doctorū sententia: q̄ hoc di
cūt: ⁊ tenēt oēs vniformiter. ¶ Cōgruētia tn̄ vna
potest adduci ad hoc: qꝛ talia opera mortua q̄n fie
bant: nō fuerunt opera amici nec accepti apđ deū:
sed opera inimici ⁊ non accepti: sed opera mortifi-
cata q̄n fiebant: fuerunt opera amici ⁊ accepti. ⁊ iō
cōgruentius videtur: ꝙ ista reuiuiscāt: q̄ ꝙ illa vi

Resolutio huiꝰ articuli.

uant. ¶ Sic igitur patet: quō opera mortificata ꝑ
sequētē penitētiā reuiuiscunt. Et istud reuiuiscere
non est opera illa in seipsis reparari vel redire: sed
est ipsa habere efficaciam per modū meriti intro-
ducendi in vitam eternam ablato impedimēto pec
cati mortalis pro quo adiudicat̃ homo morti eter-
ne: vt dictum est supra. Nec oportet: ꝙ talia opera
sint actu ad p̄miū assequēdū: sicut de alijs meritis
etiam aliorum premiorum non oportet: sed sufficis

q maneant in acceptatione premiantis nõ impedita per offensam subsequẽtem. hec igitur opa qñ sunt cum charitate: et fiunt viua sunt: qr si tũc operans moreretur cũ ipse sit in gratia: daretur sibi vita eterna pro talib9 operibus et si nõ statim: saltem finaliter. sed postea per pctm̃ mortificãtur. qr si tũc operans moreretur: ad mortem eternã puniretur et nunq̃ vitam eternam consequeretur. Hec de secundo articulo.

De resurrectione penitentis p penitẽtiam

Quãtum ad tertium articulum dicitur: q nõ oportet penitẽtẽ resurgere in maiori gratia q̃ fuerit illa a qua cecidit: sed resurgit in tãta grã: ad q̃tã se disponit per actum penitẽdi ßm q actus ille est magis vel minus meritorius de congruo: et magis vel minus perfectus vel intensus. et hoc loquendo de gratia habita: quam quis meruit per actũ penitẽtie interiorẽ non cõcurrente sacramento. Similiter etiã de gratia habita virtute sacramẽti penitẽtie cõcurrẽte vel precedẽte in actu interiori: ita q talis grã põt esse maior vel minor pme gratie vel forte sibi equalis. Secundo dicitur q resurgens per penitentiã: semper resurgit cum plurib9 meritis quibus debetur gloria: quã ante habuerat: qñ cecidit. Nã sicut dictum est supra merita ad gloriã ordinata q̃ fuerãt in cadente per penitẽtiam reuiuiscunt: et cũ ipsis habet vnũ meritum scz penitentie: quod prius non habebat. et sic cõsequẽter ad maiorẽ gloriã ordinatur: et maior gloria sibi debetur: q̃ ante deberetur. Nam meritis ipsis gloria correspõdet. et per pñs plurib9 meritis ceteris paribus maior gloria correspõdet. et ideo quodcunq̃ meritũ sequens alia merita iam prehabita requirit proprium gradum glorie essentialis sibi correspõdentẽ. nec tamen per quodcũq̃ meritũ augeretur statim gratia: nec per pñs habens plura merita semper est in maiori gratia. Et si enim sufficiat sola gratia ad gloriã sine proprijs meritis: vt patet in paruulis tñ meritis vel merito correspondet aliquis gradus glorie saltẽ. licet maiori gratie sine meritis correspondeat maior gloria q̃ minori gratie. Unde et in quocũq̃ gradu ponatur gratia: hinc et inde meritum adiunctum gratie licet nõ intendat illam gratiam: tñ correspõdet sibi gradus glorie aliquis perfectior vltra illũ: qui corresponderet gratie illi precise. Tertio dicitur: q licet per penitentiã reparentur priora merita: et iterato debeatur gloria eis correspõdens: nõ tamen oportet: q prior gratia reparetur in oĩ modo gradu suo. Nec per pñs oportet q penitẽti iterato debeatur grad9 glorie põri gratie correspõdens. Et hoc est consonum: q merita reuiuiscant: non tamen q gratia semper vniformiter reparet. Nam gratia fuit purum donũ dei. merita vero fuerunt opera hominis aliquo modo quia homo fuit causa eorum. et ideo nõ sic videtur probabile grãm restaurari: sicut merita reuiuiscere: et iterato premiari vel ad premium ordinari. Quarto dicitur:

Nota.

q conueniens est diuine iusticie scdm sententiam scripture gloriam correspondere meritis: et mensurari magis scdm quantitatem vel multitudinẽ meritorum: q̃ gratie. Nam de operibus dicit scriptura: q reddet vnicuiq̃ scdm opera sua. et alia multa similia habentur in scriptura. Et cõfirmat etiam. quia pena damnatorum mensurabitur scdm quantitatem vel multitudinem demeritorum magis q̃ scdm quantitatem gratie: qua carent. Si em̃ scdm quãtitatẽ grẽ mensuraret pena eorũ: tunc omnium esset equalis pena. quia omnes ipsi et equaliter et equali gratia carent. scilicet quantum ad omnem gradum. Inducit etiam hoc multum ad obseruantiam diuine legis et exercitium in bonis operibus et meritorijs sicut patet. Ex predictis concluduntur duo correlaria Primum est: q aliquis dignus maiori gloria correspondente meritis: non dico gratie: et loquendo de dignitate remota secundũ ius suspensum tamen et impeditum per peccatum frequenter damnatur: et ille alter saluatur. Nam contingit q aliquis habens plura bona merita cadit: et nunq̃ recuperat gratiam et sic finaliter damnatur: cum tamen ille qui pauciora habet: et per consequens sibi debetur minor gloria ratione meritorum suorum: in gratia perseueret: et non cadat: et sic finaliter saluetur. Habet enim ius nõ suspensum nec impeditum: et est dignus dignitate propinqua. potest tamen habere equalem gloriam cum illa: que debeatur alteri ratione meritorũ suorum. quia sue gratie in qua perseuerat correspondet aliquis gradus et eiusdem rationis sibi iunct9 cum alio: qui debetur ratione meritorum vnã gloriam perfectiorem constituit et equalem illi maiori condemnato secũdũ ius remotum et suspensum ratione suorum meritorum debebatur. Secundũ correlarium est: q illa merita mortificata quibus maior gloria debebatur: dum sunt mortificata: nõ possunt mereri etiam minimam gratiã. Alioquin qui cecidisset a gratia et multis meritis: iã meruisset: vt ab illo lapsu resurgeret per gratiam sibi propter illa merita conferendam. et sic nullus talis finaliter damnaretur: quod est falsum. Ex quo etiam patet: q nec talia merita hocipsum meruerunt: quando in principio fuerunt viua. quia tunc nullus talis finaliter damnaretur: sed quotiens caderet: totiens ex meritis resurgeret. Unde nec merito condigni nec congrui: sufficiente dico talibus meretur quis reparationem gratie conferende. verum est tamen vt dicunt: q aliquando superabundans misericordia dei respicit ad talia merita accipiẽdo ea ad reparationem lapsus in aliquibus quibus vult deus misereri secũduz beneplacitum sue voluntatis. vnde et frequenter contingit q ille qui grauius et profundius cadit a maiori gratia et meritis pluribus: et grauius offendit: citius resurgit ex diuina misericordia attendente ad precedentia merita q̃ alius qui non ita grauiter nec a tãta gratia vel a tot meritis cadit.

Correlaria opti

Ista sunt dicta hnius doctoris subtilis de ista materia: que q̃uis quoad multa sunt bene dicta: videntur tamen in ipsis esse aliqua dubia.

Dubia circa predicta.

1. Primo quantum ad illud q penitens prius habens aliqua merita semper resurgit cum pluribus meritis quibus debetur maior gloria q̃ ante. quia contingit q penitens resurgit aliquando per actum interiorem penitendi: vt per meritum de cõgruo: qui non continuatur nec est: quãdo infunditur gratia: sed precessit. Et planũ est q talis actus est opus mortuũ nec est meritũ glorie de cõdigno: sicut alia precedẽtia. igit nõ est necessarium q penitẽs semp resurgat cum pluribus me-

ritis de condigno saltem q̄ ante. nec ꝙ per conse-
quens sibi debeatur maior gloria q̄ ante rōne me-
ritorum: sed potest sibi deberi equalis: vt patet.
2. ¶ Secūdo quātum ad illud dictum ꝙ cū gratia in
quātocūq; gradu accepta meritū additū sibi debe-
tur maior gloria q̄ gratie tantū. Accipio em̄ gra-
tiā christi que est in summo gradu possibili inesse
creature. ⁊ per cōsequēs sibi correspondet summa
gloria possibilis inesse creature. qꝛ infra gramē stā
do maiori gratie maior gloria correspōdet: sꝫ sum-
me glorie possibili inesse creature non potest fieri
additio in subiecto creato: vt patet. igitur meritū
aliquod tante gratie coassumptū non auget gloriā
correspōdētem: nec ambob⁹ simul maior gloria in
aliquo vero: puta in christo correspondet q̄ alteri
tantum verū est tm̄ ꝙ hoc nō prouenit ex ꝑte gra-
tie ⁊ meriti vel glorie: sed ex capacitate finita sub-
iecti. Et ideo nō sic absolute videtur verū dictum
illud de gloria possibili in subiecto: licet sit verum
de gratia infra summū gradū possibilem in subie
cto ⁊ gloria sibi correspōdente: sicut est gratia com
muniter in penitētibus. imo semper. qꝛ nunq̄ est
in eis in summo gradu possibili inesse subiecto: sed
tm̄ sic est in christo: vt patet. licet etiā vt puto verū
esset de gratia in subiecto ⁊ gloria seperata a sub
iecto. ¶ Tertio q̄tum ad dictū aliud scꝫ ꝙ in cadē
3. te gratia prior fuit purū donū dei. nō sic aūt meri
tum sed op⁹ hominis. Nā gloria licet sit purū do
nū dei: ⁊ nullo modo sit opus hoīs: per penitentiā
tm̄ in acceptatione diuina equalis ꝓponitur reddi:
que prius qꝛ merita quibus debetur gloria: reuiui
scūt. Igitur a simili cum multi gradus gratie au
gmētate per actus meritorios augmenti gratie de
cōdigno prefuerūt in cadēte videtur ꝙ gratia quā
tū ad tales gradus habitos ex meritis de ꝯdigno
debeat ꝑ penitētiā repari. sicut ⁊ merita reuiuiscūt
nō obstāte ꝙ gr̄a sit opus hoīs: sicut nec gloria: vel
saltē ꝙ lꝫ tales gradus gr̄e seu eq̄pollētes nō red-
dātur ꝙ in acceptatiōe diuina manēt reddēdi fina
liter: nisi pctm̄ hoc impediat. ⁊ ita posset dici ꝙ ta-
les gradus gr̄e forte reparātur: lꝫ nō primus gra-
dus vel prima gr̄a que ex merito ꝯdigni nō habe-
tur: vel reddi vsq; ad glorificationē expectātur: si-
cut ⁊ gloria ipa. ¶ Quarto quātum ad vltimum
4 dictū scꝫ ꝙ per merita precedētia lapsum nō mere
tur quis: nec potest mereri etiā de cōdigno nec de
cōgruo suā reparationē a lapsu: nec minimā gr̄am
et tm̄ diuina mīa in aliquib⁹ attēdit talia merita: ⁊
acceptat ad reparationē. Ista nō vidētur simul sta
re. aut em̄ acceptat ꝑsonas illoꝝ: aut merita. ⁊ non
personas: patet. qꝛ nō est acceptor personarū. igit̄
merita illa. Aut igitur vt merita de condigno. qđ
nō est verū. qꝛ iam prima gr̄a eēt ex merito ꝯdigni
ipsi⁹ habētis. igitur vt merita de cōgruo. Igitur
quis per talia merita de cōgruo meret̄ suā repara-
tionē a lapsu: puta ille in quo cōplacet diuine mīe:
vt talia merita ad eius reparationem acceptētur.
¶ Pōt tm̄ hoc euadi. qꝛ diceret̄ ꝙ diuina mīa ad
Solutio illa merita attēdit nō vt sufficētia ad displicentiā
p̄dictoꝝ etiā de ꝯgruo ad reparationē. qꝛ tunc oēs sic lapsi
dubioꝝ. saltē habētes equalia merita repararētur. sꝫ sicut
aspicit ad displicētiā: insufficiētē ex se vt pctm̄ re
mittat̄: ⁊ tm̄ per ipsam remittitur: vt ꝯcurrit cū sa-
cramēto. Sic etiā illa merita nō sufficiūt ad merē-
dum reparationē etiā de ꝯgruo: ad ea tm̄ attendit̄

in aliquib⁹ ꝑsonis quib⁹ cōplacet deo misereri: et
insufficētia eoꝝ ex diuina mīa supplet̄. Et nō opꝫ
ꝓpter hoc ꝙ in oībus. qꝛ cui⁹ vult miseret̄ deus: et
quē vult indurat. Hec de tertio articulo p̄ncipali.

¶ Ad primum argumētū p̄ncipale di-
co p̄mo ꝙ nō oꝫ semꝑ ꝙ
penitēs resurgat in maiori gr̄a vel charitate nec cū Ad rōes
plurib⁹ meritis de ꝯdigno. pōt tm̄ cū plurib⁹ meri- principa
ris ⁊ aliq̄n cū maiori gr̄a. Diceret̄ vno mō ꝙ non les.
oꝫ. Alio mō dato ꝙ esset verū hoc: ⁊ ꝙ seq̄retur: nō
tm̄ reportaret cōmodū de casu suo ꝑ se ⁊ directe: sꝫ
magis incōmodum. qꝛ q̄n cecidit: ⁊ tꝑe quo fuit in
pctō: potuit ꝓficere ⁊ mereri. ⁊ sua merita multi-
plicare: ⁊ gr̄am augmētare. Et similit̄ magnū in-
cōmodū reportat. qꝛ peccat. Si aūt resurgat ī mi-
nori gr̄a: puta aliq̄n valde parua: cū tm̄ pri⁹ cecidis-
set a magna: tūc pꝫ ꝙ nō reportat cōmodū. ¶ Ad
scđm dico ꝙ opa mortificata nō sūt mortua: eo mō
quo accipit̄ mortuū in ꝓposito: lꝫ sint mortua alio
mō. qꝛ ꝓtūc carēt vita: sicut patuit ī p̄mo articulo.
¶ Ad tertiū dico ꝙ pctā priora nō redeūt: nec q̄
tū ad rē: nec q̄tū ad imputationē ꝑ sequēs pctm̄
in recidiuāte. sꝫ dico ꝙ merita p̄ora reuiuiscūt. Et
nescio in hoc aliquā causam nisi ex diuina liberali
tate ⁊ mīa dei. q̄ ꝓnior est ad miserēdū q̄ ad cōdē
nādū vel puniēdū: sicut in scđo articulo dicebatur.

¶ Distinctionis. xv. Questio. j

CIrca distinctionē.

xv. quero p̄mo vtrū hō possit
satisfacere de vno pctō morta
li actuali nō satisfaciendo de
alio? ¶ Videt̄ ꝙ nō. hō non
pōt penitere de vno pctō nō
penitēdo de alio. qꝛ tunc ma-
nēs inimic⁹ dei posset penite-
re ⁊ ꝑ ꝯn̄s esse amic⁹. ⁊ sic amic⁹ ⁊ inimic⁹ simul. g
similit̄ hō nō pōt satisfacere de vno nō satisfacien
do de alio. ¶ Scđo sic. si hō posset hoc facere tunc
in pctō mortali existēs posset satisfacere de alio. sꝫ
hoc est falsum. qꝛ satisfactio ad hoc vt valeat: oꝫ ꝙ
acceptet̄ a deo sꝫ pctōr existēs in pctō mortali nō
pōt acceptari. g ⁊c. ¶ Tertio sic satisfactio si va-
let est placatiua dei ⁊ recōciliatiua sibi. sed in pec-
cato mortali existens non potest placare deum nec
potest sibi reconciliari. ergo ⁊c.

¶ Contra. pctā vel vicia nō sunt ꝯnexa in
faciēdo: vt pꝫ. igit̄ nec in satis-
faciēdo ꝓ ipsis: vt videt̄. p̄t igit̄ ꝓ vno satisfieri ⁊
non pro alio. Et confirmatur. qꝛ potest quis orare
pro vno peccato et non pro alio vel ieiunare ⁊ hu-
iusmodi. g ⁊ satisfacere.

¶ In ista questione sic ꝓcedā.

¶ Prīo ostēdā quō satisfactio diuersimode acci-
pit̄ ⁊ describā eā s̄m illos modos diuersos accipiē
di ⁊ dicā in q̄b⁹ ꝯsistit. ¶ Scđo inq̄rā vtrū cuilibꝫ
pctō mortali actuali correspōdeat ꝓp̄a satisfactio
eo mō quo pōt hō satisfacere deo ꝓ pctō. ¶ Ter-
tio inq̄rā vtrū possit satisfieri ꝓ vno pctō ⁊ nō ꝓ
alio. vł vtrū in pctō mortali existēs possit satisface
re deo ꝓ alio. ¶ Vltīo ad rōes: dimitto eī hic inq̄
rere vtrū hō possit deo satisfacere ꝓ pctō. qꝛ đ hoc
satꝭ dixi in. 3. ꝙ sic etiā pur⁹ hō potuit satisfacere

pro peccato primi hominis ⁊ pro tota posteritate ade. nec oportuit ipsum esse deum: sicut dictum est supra in eodem tertio et multofortius patet ꝙ homo potest satisfacere deo cum adiutorio et merito passionis christi: sicut patet.

Satisfactiõis acceptiões

Quãtum igitur ad primũ articulum dico ꝙ satisfactio vno modo accipitur cõmuniter seu generaliter ⁊ minus proprie. Alio modo stricte ⁊ proprie. Primo modo satisfactio se extendit ad opera nõ penalia: sed delectabilia ⁊ virtuosa. Secũdo modo ad opa penalia. Primo modo describitur sic in cõmuni ipa satisfactio. Satisfactio est redditio volũtaria equalentis alias indebiti. Primũ scꝫ ꝙ sit redditio patet. qꝛ satisfactio nõ est datio absoluta. Nam hoc qđ est satis dicit ⁊ importat quãdam cõmensurationẽ ad aliquid precedens correspõdentem. Secundũ scꝫ ꝙ sit volũtaria: patet qꝛ si esset inuolũtaria: nõ esset satisfactio sed satispassio vnde ⁊ dãnati a quibus exigitur pena debita in inferno nõ satisfaciũt: sed inuoluntarie soluunt et satis patiũtur. Quod etiam sit equiualentis patet. qꝛ est satisfactio. hoc enim importat nomen satisfactionis ex hac particula satis. Et hoc potest intelligi vel in re: vel in illius cui fit satis acceptatione: proprie tamen magis in re. Sed dicitur ꝙ alias indebiti. qꝛ si esset alias debitũ ipsum equiualens qđ redditur: iam nõ esset satisfactio ex natura rei vel redditi. nam ſm iusticiã non esset correspondens isti sed aliȷ: pro quo alias deberetur. posset tamen esse satisfactio quoquo modo ex acceptatione illius cui fieret: si aliquid alias debitum sibi in satisfactionem pro alio acceptaret: siue plus valeret siue minus. Et ista ratio satisfactionis se extendit ad contractus et obligationes et ad multa alia: pro quibus satisfieri cõsueuit: vel in quibus satisfieri cõsueuit. Hoc eñ modo recipiẽs beneficiũ potest beneficianti satisfacere: ⁊ hoc modo dilectus diligenti repẽdendo dilectionẽ equalem ⁊ tam in actibus liberalibus voluntatis ꝙ̃ in actibus quodammodo necessariȷs: vt in pactis in quibus est obligatio ⁊ quasi necessitãs ad reddendũ: potest ista ratio inueniri. Consimiliter etiã cũ culpa faciat delinquentẽ debitorẽ ei in quem delinquit potest ista ratio satisfactionis inueniri: vt scꝫ reddat sibi equiualẽs eius qđ abstulit ei per culpam alias indebitũ modo supradicto: verum est tñ ꝙ si redditum non sit equiualens in re vel sit alias debitũ: nõ perfecte inuenitur ibi satisfactio ex parte satisfacientis: sed magis ex parte illius cui fit satisfactio acceptãtis aliquid minus valẽs vel alias debitum pro satisfactorio. Et consistit ista satisfactio in quibuscũqꝫ actibus vel passionibus voluntariȷs quibus potest alteri satisfieri: magis tñ proprie in passionibus voluntariȷs vel in actibus penalibus: ꝙ̃ in aliȷs actibus bonis non penalibus: licet quãdoqꝫ per aliquem actum bonũ non penalẽ nec tristabilem sed potius delectabilem posset ista satisfactio fieri. Posset enim deus acceptare actũ magnum vel perfectum charitatis pro punitione debita vni culpe: licet nõ esset ꝓprie punitio: esset tñ maius bonuꝫ et magis reddens deo honorẽ debitum ꝙ̃ propria punitio. Sed regulariter sicut culpa ordinatur per penã et non per aliquod aliud magis bonum ꝙ̃ sit pena: ita satisfactio consistit in actionibus vel passionibus voluntariȷs: penalibus tñ. Et isti actus vel passiones penales consequẽtes in genere reducũtur ad interiores: cuiusmodi est displicẽtia mentalis vel tristitia seqns. vel ad exteriores vt ad actum confitendi peccatum et verecundiã sequẽtem: vel ad macerationẽ carnis que reducitur in ieiunium vel aliquid huiusmodi exterius laboriosum ⁊ afflictiuum operãtis: quantum est dico ex vi talis operis. Nã si ex perfectiõe operantis talia fiant delectabilia: nõ propter hoc per illa minus satisfacit: sicut patet. Secũdo modo accipitur satisfactio stricte ⁊ nõ ita cõmuniter siue large sed ꝓprie magis. Et ista sic potest describi: ꝙ satisfactio est operatio vel passio seu pena exterior laboriosa vel penalis voluntarie assumpta vel supportata ad puniendũ proprium peccatum: et ad placãdum diuinã offensam. Et istud est multo strictius ⁊ particularius ꝙ̃ satisfactio p̊mo modo. qꝛ illa potuit cõsistere in actu penali vel passione voluntaria interiori vel exteriori. Ista tantum in actibus vel passionibus exterioribꝰ afflictiuis. Et consistit in tribus: ad que alia reducuntur: puta in ieiunio vel quocunqꝫ alio consimili afflictiuo seu maceratiuo carnis. in actu exteriori: non tamẽ sine interiori humiliatiuo mẽtis ⁊ recognitiuo peccati sui apud deum in actu etiã exteriori dãdi elemosinam vel erogandi: nõ tñ sine interiori cõpassiuo. Et hoc cõueniẽter ſm triplex genus peccati. qꝛ omne qđ est in mundo: aut est cõcupiscẽtia carnis: de qua fit satisfactio ꝯuenientiꝰ ꝑ ieiuniũ. aut cõcupiscẽtia oculoꝝ: de qua fit satisfactio ꝑ elemosinã. Aut suꝑbia vite: de qua fit satisfactio ꝑ orõnẽ. Et in istis tribꝰ actibꝰ seu voluntariȷs passionibꝰ penalibꝰ ipsos ꝯsequẽtibꝰ ꝓprie ꝯsistit satisfactio scđo mõ dicta. Et sic accipit̃ satisfactio vt distinguitur ꝯtra ꝯtritionẽ seu displicẽtiã interiorem ⁊ tristiciã sequẽtem ⁊ cõtra cõfessionẽ exteriorem sacerdoti factam ⁊ verecundiam vel passionẽ cõcomitãtem. Hec de primo articulo principali.

Scđa satisfactionis acceptio.

An cuilibet pctõ correspõdeat ꝓpa satisfactio.

Quãtum ad secundũ articulũ dꝛ ꝙ siue loquẽdo de satisfactiõe ꝙ̃tũ ad actũ vel passionẽ mẽtis interiorẽ: siue ꝙ̃tũ ad actum vel passionẽ exteriorẽ penalẽ non opꝫ ꝙ cuilibet pctõ mortali actuali correspõdeat ꝓpria satisfactio distincta a satisfactiõe alteriꝰ pctĩ: siue ſm spẽm siue ſm numerũ. Nã pro duobꝰ pctĩs mortalibꝰ eiusdẽ rõnis ſm spẽm põt correspõdere vnica satisfactio interior. Unica dico ſm numerũ. Nã vnica cõtritio vel displicẽtia ⁊ tristicia sequẽs põt esse tãta ⁊ in tãto gradu intẽsa: ꝙ est sufficiẽs satisfactio interior ꝓ pluribꝰ pctĩs mortalibꝰ eiusdẽ rõnis: sic ꝙ ꝙ̃tum ad aliquẽ gradũ eiꝰ sufficiat ꝓ vno: ⁊ ꝙ̃tũ ad aliũ gradũ ꝓ alio. ⁊ sic cuilibꝫ illoꝝ nõ oꝫ ꝙ rñdeat ꝓpa satisfactio ſꝫ numerũ. Silr̃ vni pctõ ſm numerũ pñt correspõdere plures satisfactiões vel totales: vel ꝑtiales. Totales quidẽ. qꝛ nõ est pctm̃ ita graue: quin per solã cõtritionẽ vnicã possit remitti: ⁊ ꝓ ipo satisfieri. Et tũc illa sola ꝯtritio est totalis satisfactio. Põt etiã idem pctm̃ remitti ⁊ pro eo satisfieri per cõtritionẽ remissam cũ aliȷs penis supplentibus in perfectionem cõtritionis. vel etiã per aliam cõtritionem cõpletam ⁊ perfectam eiusdẽ rõnis cũ prima. Et ita eiusdem peccati possunt eẽ plures satisfactiões interiores siue totales

siue partiales. ¶ Et sic breuiter nulla est satisfactio alicui propria: sic scȝ ꝙ talis satisfactio nulli alteri peccato correspondere possit: nec aliqua alia eidem peccato correspōdere potest. Similiter etiā eidem peccato scdm speciem possunt multe satisfactiones scdm speciem correspondere etiam interiores. nam sibi potest correspondere satisfactio contritio interior: ꝛ satisfactio aliquis amor dei quem potest deus acceptare in satisfactionem. vel etiam flagratio martyrij propter deum in quibus quasi virtualiter ipsa contritio continetur. Et similiter pluribus peccatis scdm speciem vna satisfactio secundū speciem. immo vna scdm numerum: non loquendo de contritione vel displicentia. quia illa variatur specie sicut ꝛ peccata distincte displicentia: sed loquendo de feruenti amore charitatiuo dei ꝛ conflagratione martyrij vel huiusmodi: sicut patet. ¶ Et sic patet ꝙ cuilibet pctō mortali actuali non correspōdet propria satisfactio nec scdm numerum nec scdm speciem modo supradicto de satisfactione interiori. de satisfactione etiam exteriori que consistit in ieiunio oratione et elemosina: licet cuilibet peccato scdm genus correspondeat de congruo propria satisfactio scdm genus sicut concupiscētie carnis ieiunium vel cilicium vel huiusmodi reducibile ad ieiunium corporale: et concupiscentie oculorum elemosina: ꝛ superbie oratio in qua est humiliatio mentis propter cōuenientiorē obuiationem pene ad culpam ꝛ conuenientius remedium preseruatiuū a culpa: tamen nō de necessitate sic correspondet pena vel satisfactio culpe q̄n immo pro qualibet culpa vel peccato in casu et ex causa potest imponi quodlibet istorum vel omnia aliquādo simul scdm diuersas dispositiones ꝛ conditiones recipientiū ꝛ penitentium: ꝛ vnū eorum pluries ꝑ eodem peccato. Sicut si pauper lapsus est in peccatum cōcupiscentie oculorum nō potest elemosinā dare. similiter diues deliciosus vel complexionis fragilis nō pōt ieiunare: licet sit lapsus in cōcupiscētiā carnis ꝛ huiusmodi. Et ita debēt dari eis alie satisfactiones ẜm dispositiones ipsorum. Et in hoc requiritur discretio sacerdotis. qui tandem si noluerint aliquā talem satisfactionē recipere vel promittere: sed velint expectare diuinā vltionem in purgatorio: debent nihilominꝰ absolui intimādo eis ꝙ seuiorē penā in purgatorio sustinebūt dum tñ de suo pctō interiꝰ peniteāt et hoc scdm opinionē aliquorū. de quo forte magis dicet infra. Hec de secūdo articulo principali.

Margin: Ꝙ nulli pctō mortali correspōdet ꝑpria satisfactio.

¶ Quātum ad tertium arti/

culū dico ꝙ satisfactio siue īterior siue exterior primo modo vel scdo de pctō mortali pōt dupliciter accipi. Uno modo in actu. Alio mō in habitu ꝛ in prōptitudine quadā voluntaria satisfaciendi pro tempore: ita ꝙ quis licet nō velit actu satisfacere: vellet tñ si de satisfactione cogitaret: ꝛ aduerteret. Primo modo dico ꝙ aliquis potest satisfacere de vno pctō mortali actuali nō satisfaciēdo de alio. ꝛ hoc patet. q: sicut nō est necessariū cogitare simul in actu ꝛ distincte oīa pctā sua vel plura: immo ẜm aliquos hoc est impossibile: ita nō est necessarium actu ꝛ simul conteri de oībus pctīs suis: vel etiam satisfacere: sed de vno non de alio. vt etiā patet. q: potest dare elemosinā vel orare vel ieiunare ꝑ vno

Margin: An possit satisfieri d vno pctō mortali ꝛ nō de alio.

et non pro alio. ita ꝙ satisfactiones actuales peccatorum sunt separabiles ꝛ distincte: ꝛ potest esse vna sine alia pro peccatis pluribꝰ ꝛ distinctis: quorum vnū saltem alium non includit. Et sic etiā potest homo penitere in actu de vno peccato. ¶ Sed hic est vnum dubium. Nam possibile est ꝙ quis habeat plura peccata mortalia: ꝛ peniteat devno actualiter ꝛ nō de alio. Similiter possibile est ꝙ ita intēse displiceat peccatum suum sibi: vt illa displicentia sit meritum de congruo remissionis illiꝰ peccati: ꝛ per cōsequens infusionis gratie: ꝛ tūc sequitur ꝙ aliud peccatum mortale remittatur sibi sine aliqua displicentia de ipso: sed solum per displicētiam de alio. hoc autem non est possibile. q: vnus actus displicentie qui est sufficiens adequate pro minori peccato in ratione meriti vt deleatur: non est sufficiens pro duobus peccatis vel etiam pro vno alio maiori: cuiusmodi illud aliud potest esse. quare ꝛc. ¶ Ad hoc respondeo ꝙ nunq̄ in habente plura peccata mortalia vnum deletur sine alio: nec remittitur sine alio. q: nunq̄ remittitur peccatum mortale: quin gratia infundatur: que cuȝ alio peccato stare nō potest: vel saltem nō stat de facto. Impium enim est a deo dimidiam sperare veniā: vel veniam devno peccato manente alio scdm Augustinum de vera ꝛ falsa penitentia. ita vt scdm remissionem vnius sit amicus ꝛ scdm reseruationem alterius sit inimicus: licet forte non esset hoc impossibile absolute: nec implicans contradictionem. quia scdm idem nō esset amicus ꝛ inimicus. vnde ꝛ hoc aliquando videmus etiam in nobis. q: aliquē odimus aliq̄n propter vnum: ꝛ amamꝰ ẜm aliud quod est in ipso. Non curo tamen de hoc.

Margin: Bonum dubium.

Margin: Ad dubium.

Margin: August.

¶ Ad propositū dico ꝙ de facto vel nullum peccatum mortale remittitur: in isto sic penitente: vel quodlibet remittitur: ꝛ si quodlibet: tunc oportet dicere ꝙ talis actus displicentie de vno peccato cum habituali penitentia vel virtuali displicentia de alio sufficit ad deletionem alterius: verūtamen obligatur iste ad displicentiam actualem de alio: si occurrat pro tempore. Sicut etiam omittēs vnū peccatum in confessione non ex industria tenetur ad confessionem de illo sibi occurrente pro tempore: licet iam prius remissum fuerit. Et tunc diceretur ꝙ licet iste actus pro vno non sufficiat pro alio diuina tamen misericordia supplet attendens ad habituale propositum vel ad actum penitēdi futurum vel ad aliquid aliud: sicut placet sibi. ¶ Si vero dicatur ꝙ peccatum nullum mortale per talem actum remittitur pro tunc: sed manet in acceptatione diuina: donec superueniat alius actꝰ pro alio peccato: nunq̄ primus actus habet suum effectum remissionis: sed impeditur per peccatū mortale concomitans. sicut meritum de condigno impeditur per peccatum sequens suo modo. ꝛ sic talis actus non esset satisfactio placatiua vel regulatiua protunc: sed tantum superueniente alio actu: licet esset actus interior qui posset dici satisfactorius quoquo modo. ¶ Quecunq̄ via teneatur respondeatur ad argumentum superioris dubitationis scdm predicta. ¶ Secundo dico: ꝙ satisfactio interior non potest fieri de vno peccato: nec haberi siue in habitu siue in actu: que sit efficax (dico ad remissionem culpe) sine satisfactione de alio peccato in habitu saltem vel promptitudine

Margin: Scda' solutio.

tudine voluntatis ad satisfaciendū pro tempore ꝛ loco cū occurrerit: vel si occurrat. Alioquin eñ a deo speraretur dimidia venia: quod est iniquitas scđm augustinū. Qdiu eñ homo nō satisfecit de peccato nec actu: nec habitu: tādiu manet inimicus. et sic non recōciliatur de aliquo peccato: nec sibi aliquod remittitur: nec sibi gratia infunditur. ¶ Sic igitur patet quomodo satisfactio interior pōt esse de vno peccato sine satisfactione de alio. de satisfactione etiam exteriore patet quomodo potest esse in actu vna sine alia. Sed quid? Potest ne vna esse in actu vel habitu sine alia in habitu: dico ꝙ si sit satisfactio necessaria exterior: omnis contritus interius vel sufficienter dispositus ad sacramentum penitentie accedens habitualiter saltem satisfacit: et tunc omnia peccata sibi dimittuntur: sed si post remissionem peccatorū quādo soluit: vel explet in actu satisfactionē de vno: planum est si proponat explere de alio pro tempore opportuno: ꝙ vere satisfacit. Sed si explendo satisfactionē pro vno nolit satisfacere de alio nec in habitu sed potius contemnat. tunc idem est dubium: an vere satisfaciat de illo pro quo satisfactionē explet vel non: qđ quidem dubium est: an aliquis existēs in peccato mortali quod incurrit post penitentiam vel satisfactionem iniunctam pro peccato vel peccatis alijs: de quibus prius penituit: vere satisfaciat explēdo vel faciendo penitentiam pro illis iniunctam. de hoc igitur simul dico quicquid dicant alij ꝙ existens in peccato mortali actuali de quo nō penitet nec actu nec habitu explendo penitentiam sibi iniunctam prius pro peccato vel peccatis de quibus penituit: et absolutus vel contritus fuit: vere satisfacit exterius pro illis. ¶ Sed satisfactio duplex est. Una que dicitur reconciliatiua ad amiciciam: et talis non est ista. Alia que est acquitatiua pene soluende: ꝛ talis est ista. et ad eam sufficit ꝙ sit voluntaria expletio vel solutio pene debite ꝓ peccato pri⁹ remisso. licet non sit reconciliatiua ad amiciciam. et in hoc deficit a perfecta satisfactione: que est ad placandum diuinam offensam: vel saltem excludit in proposito satisfacientis omnem offensam actu vel habitu. ¶ Ex quo patet ꝙ si peniteat de peccato nouo in quo talem satisfactionem expleuit: non est sibi imponenda iterum talis satisfactio: sed tantum satisfactio pro nouo peccato. Quod autē sufficiat ad acquitationem super pena. vt scilicet talis satisfaciens liberetur a pena: videtur qꝛ etiam in humanis emendis sufficit solutio pene etiam inuoluntaria sicut patet. Si eñ alicui offense in principem correspondeat precise scđm legem abscissio manus et huiusmodi: si isti etiam inuito abscinditur manus: satis patitur. ꝛ intantum sufficit principi ꝙ scđm legem et iustitiam non debet ab eo penam vlteriorem expetere: et tamen nō propter hoc eum recipit in amiciciam vel gratiā. Et multomagis posset sufficere pro punitione culpe: si aliquis sibiipsi penam debitam pro culpa iam remissa infligeret: licet nō in gratia vel amicicia illius: cui peccauit. sic in proposito de explente penitentiam pro peccato prius remisso. existente tamen in peccato mortali nouo: quod postea incurrit. Si dicas ꝙ inanis est penitentia quam sequens coinquinat culpa. dico ꝙ inanis est non quātum ad remissionem peccati vel solutionem peccati prius remissi: pro quo agitur. sed inanis est. quia per sequens peccatum homo fit iterum inimicus deo ꝛ effectus salutis ꝛ finis penitentie principalis frustratur. Hec de tertio articulo principali questionis.

Resolutio articuli.

Nota de satisfactione.

¶ Ad primum principale dico ꝙ sicut dictum est in tertio articulo homo penitere in actu potest de vno peccato et nō de alio: licet oporteat ꝙ de alio in habitu saltem peniteat: si tunc peccatū illud de quo actu penitet remittatur. et ita similiter de satisfactione potest dici. et tunc non est simul inimicus et amicus. si autē non tūc remittatur peccatū illud: de quo actu penitet: sed expectetur remissio donec de alio peniteat: tamen adhuc haberetur ꝙ de vno potest penitere ꝛ nō de alio. Actualiter dico ꝛ distincte ꝙ nō oportet ꝙ sic cogitet omnia simul actualiter et distincte. immo nec est possibile sibi aliquando: sicut patet. ¶ Ad scđm dico ꝙ existens in peccato mortali quod incurrit de nouo post penitētiam potest satisfacere de pena debita pro peccato sibi prius remisso per penitētiam dato ꝙ nō acceptetur satisfaciens ad gratiam vel amiciciam diuinā. Est eñ talis satisfactio non reconciliatiua vel placatiua sed acquitatiua. Nec oportet ꝙ acceptetur ad vitam eternam: sed tātū ad acquitationem pene pro peccato illo: pro quo exhibet̄. quare ꝛc̄. Et ex hoc patet ad tertium. ¶ Ex predictis etiam concludi potest ꝙ talis penitēs si propter peccatum nouum in quo recidiuauit dānaretur anteꝙ complesset totam penitentiā vel penam sibi iniunctam pro peccatis de quibus penituit: puniretur in inferno tēporaliter pena correspondēte illi que non fuit hic soluta. et illa soluta post aliquod tempus amplius non puniretur illa pena: sicut de veniali diceretur inferius suo modo. Ex quo enim scđm iusticiā punitiuam semel imposita est pena tēporalis isti pro peccato de quo vere penituit: nūꝙ isti pro illo peccato debebitur nisi pena temporalis: et illa soluta nulla alia.

Ad rōes principales.

¶ Distinctionis Decimequinte.
Questio Secunda.

SEcundo quero: vtrum damnificans aliū iniuste i bonis fortune seu auferēs vel detinēs iniuste rem alteri⁹ teneatur restituere de necessitate penitentie: ita ꝙ alias eō possit iuste penitere vel vere. ¶ Videt̄ ꝙ nō primo. Tū qꝛ restitutio ad penitētiā nō ptinet. Nō est eñ aliqua pars ei⁹. qꝛ nec ꝯtritio. nec ꝯfessio. nec satisfactio. Est eñ alias debiti redditio. ꝛ silr̄ nec est orō nec ieiuniū nec ē elemosina. Tū qꝛ aliqñ īpossibile est restituere alienū puta qñ nescit cuius est: vel vbi sit ille cui⁹ est. nec aliqs sibi ꝓpinqu⁹ vice cui⁹ sibi restituat illi vel qꝛ penitēs pauper est ꝛ non hꝫ vnde restituat. Tū qꝛ pōt ꝯtingere ꝙ habēs rē alteri⁹ est in vltima necessitate de illa re ꝛ tūc nō pōt reddere: sꝫ sibiipsi tenetur eam seruare ꝛ vti. Tū qꝛ diffamaret seipsum si restitueret vel necessitetur restituere. patet de adultera habente filium nō legitimum in hereditate succedentem: ꝛ alium legitimum. si eñ apud illegitimum necessitetur ꝙ restitueret hereditatem le-

gitimo: diffamaret se allegando causam. Nec teneretur etiã ille sibi credere. similiter in alio casu qñ scz de aliqua re posset scire: quis dãnificasset eum: si restitueretur sibi ꝛ hmõi. quare ꝛc. Tum qꝛ restitutio alicuius posset esse magis dãnosa restituenti ꝙ proficualis. plus eñ posset expendi in procurãda restitutiõe: ꝙ res restituẽda valeat. vt si res modica deberet restitui existenti vltra mare. ¶ Scdo sit. nullus tenetur restituere alienum in preiudiciũ illius cui restituit: vel in preiudicium boni cõmunitatis. qꝛ bonum cõmunius est diuinius. sed posset cõtingere ꝙ restitutio talis rei aliene esset in preiudicium illius cui fieret restitutio. vt si furioso reddatur gladius. posset eñ male et ad se ipsum et ad turbationem cõmunis pacis. quare ꝛc. ¶ Tertio sic. aliquis dãnificans alium in bonis anime corporis vel fame. nõ tenetur sibi restituere. ergo similiter nec de bonis fortune. ꝓbatio antecedẽtis. qꝛ in pluribus istis nõ potest restituere. ptꝫ de bonis anime: si aliquis induxit aliquem ad peccãdum vel ad negligẽdum bona anime: puta subtrahẽdo ipsum a religione. Et ita dãnificauit eum in gratia ꝛ virtutibus vel bonis moribus: vel etiã religionem a qua subtraxit eum: de persona illius nõ potest restituere. Similiter de bonis corporis: puta si occidit alium: vel amputauit ei mẽbrum: nõ potest sibi restituere. qꝛ nullum bonum fortune recõpensat. Similiter de bonis fame nõ potest aliqñ nisi contra famam propriã ꝙ magis debet diligere: ꝙ famã alterius. ptꝫ de negãte verum crimen occultum: tñ impositum sibi in publico. talis eñ negãs ꝛ mentitur: ꝛ infamat imponẽtem. ꝛ tñ non potest restituere famã: nisi cõfitendo crimen corã iudice: ꝛ perdẽdo famã suam. similiter etiã de imponẽte alteri falsum crimen in publico: non põt restituere illi famã nisi seipsum diffamãdo: ꝛ dicẽdo ego accusaui illũ falso. similiter etiã ptꝫ de accusante aliũ publice de crimine occulto: auffert illi famã: ꝛ nõ potest illi restituere famam: nisi dicendo se mentitum fuisse: vel dixisse falsum. ꝛ per ꝯsequens nisi mẽtiẽdo. sed nullus in quocũqꝫ casu tenetur mentiri nec potest ẽm rationem. ergo ꝛc.

August. ¶ Contra omnia ista Augustinus ad macedonium non dimittitur peccatum nisi restituatur ablatum. Et ponitur. xiiij. q. ij. capitulo primo.

¶ In ista questione sic ꝓcedã.

¶ Primo ostẽdam quomodo dñia rerum vel bonorum fortune in principio distinguebãtur. ꝛ vnde sint distincta. ¶ Scdo ostendã quomodo talia dominia iuste trãsferunt: ꝛ per ꝯsequẽs quomodo tales res iniuste occupãtur. ¶ Tertio ostẽdam quomodo quis iniuste occupans vel detinens rem alterius vel damnificans ipsum ad restitutionem teneatur. ¶ Ultimo ad rationes.

De distinctione et dñatiõe bonorũ in principio ꝛc.

¶ Quantum ad primum articulum dico.

Primo ꝙ a principio in statu innocẽtie nõ fuerint dñia reꝝ distincta: nec fuissent etiã si ille status durasset. vnde nec lege diuina nec lege nature dñia sunt distincta. sꝫ pro statu innocẽtie ꝛ iure nature fuissent oĩa communia ꝛ sunt cõia pro tãto. qꝛ de iure nature vel diuino nõ sunt dominia distincta. hoc ꝓbatur. Tum qꝛ vsus rerum cõmunium pro statu innocẽtie fuisset conuenientior hominibus ad pacificã habitationem ꝛ cõuersationẽ et plus valuisset ꝙ distinctio dominioꝝ. Tunc eñ nullus occupasset aliquid per violẽtiam: et nisi ẽm pacificam habitationẽ. Scdo etiam qꝛ hoc fuisset cõuenientius ad necessariam hoim sustẽtationem: vt sic occupasset vnusquisqꝫ quod sibi fuisset necessarium: ꝛ nihil plus non obstãte appropriatiõe alicuius rei ad aliquẽ sicut modo bene obstat ad hoc talis appropriatio diuitum necessarie sustẽtationi pauperum. vt ptꝫ ꝓbatur hoc per illud decretorũ distinctione. viij. cap. j. iure nature sunt oĩa oĩbus cõia. Et ad hoc adducitur Augustinus super Jo. cap. ij. dicẽs. quo iure defendis villas ecclesie: diuino an humano. vnde quisqꝫ possidet quod possidet: nonne humana voluntate. nam iure diuino dñi est terra ꝛ plenitudo eius. Item ibidẽ. tolle iura imperatoris: quis audet dicere: hec villa mea est. et post ibidem. per iura regum possident possessiones. Et duodecima questione prima dulcissimis. cõmunis vsus oĩm que sunt in hoc mũdo oĩbus esse debuit. Decret. distin. 8. cap. 1. August.

¶ Scdo dico ꝙ pro statu lapsus post tẽpus innocentie non fuit cõueniens oĩa esse cõmunia: sed conueniẽs fuit dñia esse distincta: ita ꝙ locum non habuit ius nature institute de cõmunitate rerum: sed ẽm aliquos fuit rationabiliter reuocatum propter duplicẽ rationem oppositã illis duabus assignatis de cõmunitate oĩm pro statu innocẽtie. Primo qꝛ magis cõuenit hoc pacifice cõuersationi ꝛ cohabitationi hoim. Si eñ essent oĩa cõmunia possent pugnare hoĩes quotidie: ꝛ bellarẽt pro occupationibus rerum ẽm voluntates suas. Scdo sicut dicunt quia vnus auferret alteri necessariã sustẽtationem per violẽtiam: sicut legitur de nemroth: qui fuit robustus venator coraꝫ dño. i. hominũ oppressor. Et ideo politia Aristotelis i. ij. politice multo melior est ꝙ politia socratis ponentis oĩa cõmunia. ꝛ hoc ẽm illum statum: qui nunc cõuenit hoĩbus. lꝫ autẽ illa scda ratio videatur impediri: sicut dictũ est supra ex cupiditate diuitum nõ subueniẽtium pauperibus: tñ ex alio latere valet: vt hoĩes violẽti ex appropriatione rerum illis quibus appropriãtur: reprimant ne eis auferãt illa que sunt sua: sicut auferrent: si essent oĩa cõmunia. Post lapsum nõ conuenit oĩa fore communia

¶ Tertio dico ꝙ nõ habẽte locum precepto nature de habẽdo oĩa communia pro statu lapsus: ꝛ per ꝯsequẽs habita licentia distinguẽdi cõmunia ꝛ appropriandi hoĩbus: non fiebat actualis distinctio per legẽ diuinã: nec per legẽ nature. Non per legẽ diuinã: ptꝫ per illud August. adductum ꝓprio dicto: quo iure ꝛc. Per legem nature nõ. qꝛ sicut dicit vnus doctor: non videtur ꝙ determinetur ad opposita: vel ꝙ iura nature sint opposita circa eandem naturam humanã. determinauit autem oĩa esse cõmunia pro statu innocẽtie. ergo nõ determinat cõmunia esse disticta. Tamen ratio posset solui forte ꝙ natura põt determinare ad opposita pro statibus quasi oppositis et cõtrarijs: lꝫ non pro eodẽ statu. Sicut de iure nature nõ fuit penitere pro statu innocẽtie: tñ pro statu lapsus ꝛ post peccatum de iure nature est penitere et habere displicentiam de peccato. ꝛ sic de multis alijs posset dici. vnde ꝛ forte diceretur ita esse de iure nature: ꝙ nullus est: occupãti cõceditur ꝛ pertinet ad distinguẽdum dñia rerum. Dicatur tñ ẽm August. superius allegatum vbi videtur dicere ꝙ Nota.

solo iure humano positiuo. ⁊ per cõsequens non iure diuino nec iure nature dñia sunt distincta. vnde nec illa ꝓpositio prout spectat ad diuisionem dñiorum: lꝫ post apprehensionẽ de hoc quod est res esse diuidẽdas: videatur esse multum probabilis ⁊ manifesta: non tñ est de lege nature sed positiua. Ex his patꝫ ꝙ aliqua lege vel iure positiuo fiebat distinctio dominiȷ̃. ¶ Quarto dico quãtum ad modum ꝙ ius tale positiuum distinctiuũ rerum a principio potuit esse lex positiua iusta statuta diuidẽtibus auctoritate alicuius superioris habẽtis potestatem seu auctoritatẽ super eos. vel potuit ꝓueniri ex cõsensu mutuo diuidẽtium: si in hoc superiorem vel principẽ non habebãt.

Princi- pat⁹ du- plex.

Principatus autẽ vel auctoritas sup alios duplex est in genere. s. paternus ⁊ politicus. principatus patern⁹ iustus est ex lege nature qua oẽs filiȷ̃ tenẽtur parẽtibus obedire. nec ista auctoritas patris super filios per aliquam legẽ mosaycã. s. euangelicã est reuocata: sed magis confirmata. Auctoritas vero vel principatus politicus est super extraneos ⁊ cohabitãtes simul ciuiliter: lꝫ in nulla ꝯsanguineitate vel propinquitate cõiunctos. sed primus principatus paternus respicit multitudinẽ aliquoꝝ: q̃ꝗ non sint cohabitãtes ciuiliter. per ista tñ non excluditur quin cohabitantes simul ciuiliter possint pertinere cum aliȷ̃s ad vnum principatum paternũ: nec quinetiã ꝓpinqui vel cõsanguinei cum aliȷ̃s extraneis possint pertinere ad vnum principatum politicum. Dicitur aũt principatus paternus auctoritas patris super filios. Et principatus politicus dicitur auctoritas principis vel superioris sup extraneos vel residẽs in vna persona magis ꝓprie: lꝫ dicatur aliqñ etiã principatus politicus auctoritas cõmunitatis super quãlibet personã subiectã cõmunitati. sed non ita ꝓprie principatus politicus residens in vna persona puta in principe aliqñ habuit ortum et habet adhuc ⁊ iuste a principatu vel auctoritate cõmunitatis: sicut aliqñ aliquibus de vna cõmunitate ⁊ in ipsam ꝯuenientibus que erat iuris sui: visum est ꝙ nõ poterãt bene regi sine auctoritate alicuius superioris. ⁊ elegerunt sibi vnum principẽ: ⁊ aliqñ tm̃ pro seipso ⁊ nõ pro sua posteritate: sed voluerunt ꝙ sequẽs similiter eligeretur a cõmunitate. Aliqñ vero pro se ⁊ sua posteritate. Et hoc iuste. Potest eñ quilibet sui iuris seipsum submittere vni persone vel etiam vni cõmunitati in his que nõ sunt ꝯtra legem dei in quibus melius potest dirigi per aliam personã vel per cõmunitatem q̃ꝗ per seipsum. Dico aũt vlterius ꝙ a principe vel comunitate habente auctoritatẽ super quodlibet subiectum ⁊ simul habẽtem prudẽtiã rationis recte potest vel in se vel in consiliariȷ̃s suis potest statui lex positiua recta de pertinẽtibus ad bonum regimen subditorũ ⁊ pacẽ cõmunitatis.

De ꝓma dñioꝝ di stinctiõe

¶ Ultimo dico ad ꝓpositum ꝙ prima distinctio dñioꝝ potuit fieri vel esse iusta a lege positiua siue lata a patre: siue a principe vel a cõmunitate iuste principãte. Et hoc mõ ꝓbabile est fuisse factuꝫ post diluuiũ. Noe eñ forte filiȷ̃s suis distinxit terras quas singuli occuparẽt pro se ⁊ sua posteritate: ⁊ hoc principatu paterno. vel forte aliqñ ĩter aliquos diuisa sunt dñia per legem aliquam ꝓmulgata a principe vel patre vel cõmunitate. ⁊ illa lex forte fuit vel potuit esse: ꝙ res tunc nõ occupata esset primo occupantis et tunc postea diuiserunt se super faciẽ terre. Similiter etiã inter aliquos potuit esse distinctio dñioruꝫ ex cõmuni consensu vel mutuo seu concordi ipsorũ sine lege posita a principe vel cõ munitate cui subessent: sicut patet de Abrahã et Loth Geneß. xiiȷ̃. Abrahã eñ dedit electionẽ ipsi Loth: quã partem vellet eligere ⁊ ipẽ reliquam acciperet. Sic igitur ptꝫ de prima distinctione. dñioꝝ quãtũ ad primum arti. quomodo iuste potuit fieri: ⁊ facta fuit nõ iure diuino nec iure nature sed humano. Gene. 13

¶ Quantũ ad secundum articulum.

s. quomodo vel quibus modis potest dñium alicuius rei iuste trãsferri vel potius res ipsa. quia aliqñ trãsfertur res nõ quãtum ad dñium sed aliȷ̃s modis: dico primo de translatione iusta ipsius rei. scdo de intentione iniusta vel acquisitione seu contrectatione. ¶ Quãtum ad primũ dico ꝙ res potest transferri quãtum ad dñium ⁊ vsum. Secundo modo quãtum ad vsum vel ius vtẽdi remanẽte dominio apud dñium rei priorẽ. ⁊ tertio modo transfertur: sed nõ est vis in ꝓposito. qꝛ finaliter põt haberi idẽ hic ⁊ ibi quantum ad iusticiã vel iniusticiã trãslationis. põt eñ trãsferri vsus in aliquos nõ remanẽte dñio apud dñm primuꝫ nec apud illos quibus cõceditur vsus: sed apud aliquem alium: sicut est in his que cõceduntur ad vsum fratribus minoribus: quoꝝ dñium ⁊ ꝓprietas ecclesie romane acquiritur nisi ipsum dñium cõcedens retinuerit. Et ideo de isto modo nõ ꝓsequor distincte ab aliȷ̃s primo modo. s. trãslatio rei quãtum ad dñium ⁊ vsuꝫ.

Quomõ dñia iu- ste trãsfe runtur.

Et per cõsequens fit vno modo auctoritate principis vel legis seu cõmunitatis. Alio modo auctoritate dñi immediate possidẽtis. Primo modo fit in prescriptione ⁊ vsucaptione. quaꝝ prima est in ĩmobilibus: ⁊ alia in mobilibus. Et dico ꝙ translatio dñi ⁊ vsus rei facta auctoritate legis vel principis vel cõmunitatis ßm prescriptionem vel vsucaptionem iusta est positis cõditionibus ⁊ circunstantiȷ̃s que ad hoc requiruntur. Tum qꝛ hoc facit ad pacificam cõuersationem ⁊ cohabitationẽ hoĩm: vt scꝫ res tanto tpe non possit postea repeti: ne fiãt lites immortales: ⁊ valde plures ßm ꝙ vnusquiꝗ pro libito rem aliquam repeteret ⁊ generarentur odia ⁊ seditiões. Tum qꝛ legislator vel superior potest iuste punire trãsgredientẽ: cuius transgressio vergit in detrimẽtum raipublice etiam pena corporali: et multofortius pena pecuniaria vel translationis rei sue applicãdo eam vel trãsferendo in dñium occupantis eã tanto tpe requisito ad prescriptionẽ: quãto tpe alius negligit eam in detrimẽtum cõmunitatis: puta pacis cõmunis. qꝛ ßm presumptionem iuris talis sic negligẽs rem suã tanto tpe: habuit rem suã pro derelicta ⁊ nõ sit ita in re verisimile tñ est. et puniri põt: ac si habuisset eam pro derelicta. Et ita talis trãslatio prescriptiõis iusta est: ⁊ iuste potest fieri ab habẽte auctoritatem. sicut etiam dñia primo fuerunt distincta iuste: vel potuerunt distingui ꝓpter cõmunem habitationẽ pacificam: sic etiã et transferri. Cõfirmatur hoc extra de prescriptionibus. Uigilãti. Et in glosa sup illud Aliena ⁊c. ¶ Alio modo fit trãslatio dñiȷ̃ auctoritate vel voluntate dñi immediate possidẽtis. ⁊ hoc dupliciter vno modo mere liberaliter nõ expectãdo aliquam redditionẽ quãtũ est ex natura facti. ⁊ talis trãsla-

tio dicitur donatio. Alio modo qñ transferens ex-
pectat redditionē. vel vocatur ꝓprie contractus. qꝛ
in tali translatione voluntates simul trahuntur ad
trāsferēdum inuicē sua dñia modis inferius anno-
tandis. Prima translatio que est donatio iusta est
qñ fit a dño rei nō ꝓhibito nec impedito a lege vel
superiore a cuius voluntate depēdeat in trāsferen
do: ⁊ fit liberaliter ⁊ voluntarie potēti talē transla
tionem recipere ⁊ volēti. Tūc enim nihil prohibet
istum qui transfert cessare esse dominū: et in quem
transfert esse dominū. Ex hoc ꝙ donatio iusta fit a
domino: patꝫ ꝙ nullus nō dominus pōt dare sicut
monachus nec filiusfamilias cōtra volūtatē abba
tis vel parentū. Ex hoc ꝙ est volūtaria ⁊ liberalis
patet ꝙ nullus coactꝰ dat. nec donatio a coacto est
donatio: sed exactio. Similiter ab ignorante. duo
enim excludit volūtarium: et inducit inuolūtariuꝫ
scꝫ coactio ⁊ ignorantia vel deceptio. Supꝑ quo no
Trutani tat vnus doctor cōtra trutanos q̄ faciunt se paupe
res vel pretēdunt: et ipsi sunt diuites. ita recipiunt
elemosinas ab inuolūtarijs. qꝛ a deceptis de statu
eorū qui nūq̄ darent eis nisi putarēt eos esse pau-
peres. Quia etiā oportet ꝙ sit dominꝰ nō prohibi
tus per legē vel superiorē a cuius volūtate depen-
deat in dādo: et similiter nec recipiens in recipien-
do: patet ꝙ clericus nihil potest dare cōtra licētiā
pape: saltē de bonis ecclīe vt habetur extra de sen
sibus romana. Ad cuius capituli obseruātiā penā
apposuit gregorius quartus: cuius capitulū est ho
die in sexto libro decretaliū: exigit ꝙ scꝫ visitātes
a visitatis nulla munuscula recipiant. ⁊ si recipiunt
tenētur duplū restituere: vel nō absoluantur a ma-
ledictione quā ipso facto incurrūt: vt dicit innocen
tius. iiij. in nouis cōstitutionibus. Similiter etiam
nō potest dari fratribus minoribus pecunia immo
nec dominiū alicuius rei: quia nec hoc potest reci-
De ꝯtra pere. ❡ Sic igitur patet de donatione. Si autem
ctibꝰ vel fiat translatio dominij nō liberalis mere: sed ab ex
trāslatio pectante redditionē que translatio dicitur contra-
ne dñij ñ ctus. hoc fit tripliciter. vno mō rei vtilis pro re vti
liberalis li. Et dicitur talis cōtractus per mutatio vel com
mutatio. Secūdo mō rei vtilis pro nūmismate qđ
inuētum est ad hoc. Et ex parte trāsferētis rē vti-
lem pro nūmismate dicitur vēditio: ex parte vero
trāsferentis nūmisma pro re vtili dicitur emptio.
Tertio modo nūmisma etiā pro nūmismate. ⁊ dici
tur iste cōtractus mutuū. proprie in oībus istis cō-
tractibus vt sint iusti: requiritur quelibet cōditio
supradicta in donatiōe. sed addūtur speciales quā
tum ad primū cōtractuꝫ rei vtilis pro alia re: vt vi
ni pro blado ⁊ huiusmodi. dico ꝙ domini taliuꝫ re
rum iuste eas permutāt sine fraude si seruēt equali
tatem valoris in cōmutatis ꝫm rectaꝫ rationē. Si
ne fraude dicitur primo ⁊ per hoc excluditur dece
ptio ex parte vtriusq̄ in substantia ꝙ nō commu-
tet cuprū vel auricalchū loco auri vel argenti: vel
in quātitate ꝙ nō minus in quātitate: sed ꝫm men-
surā rectā. Vel in qualitate: vt ꝙ nō cōmutet vinū
corruptū loco sani vini decipiendo proximum: sed
dicitur ꝙ debet seruari equalitas valoris reruꝫ cō
mutatarū. ⁊ hoc intelligēdo equalitatē valoris nō
ꝫm nobilitatem rei in natura: sed ꝫm valorem ad
vsum ⁊ vtilitatē vite hominū. Sed subditur ꝫm re
ctam rationē. quia equalitas ista nō consistit in in-
diuisibili. rei sicut dicit quidē doctor motus ex hoc

ꝙ iusticia cōmutatiua habet ⁊ seruat mediū rei. ce
tere aūt virtutes mediū rationis. sed mediū istud
latitudinē habꝫ. que quidē latitudo qualis sit: ⁊ ad
quātuꝫ se extendit: quādoq̄ ex lege positiua: quan
doq̄ ex consuetudine ꝫm rationē innotescit. Justi
tia enim cōmutatiua nō seruat mediū rei indiuisi-
bile simpliciter ⁊ absolute. tale eñ mediū vix vnq̄
posset attingi. sed ꝫm rationē ⁊ necessitatē rerū vel
vtilitatē ad vsum hūanū pro qualitate tēporū ⁊ lo
corū. Et nota hic etiā ꝙ nō solū in emptione ⁊ vē-
ditione yconomica: sed etiā politica ⁊ negociatiua
seu lucratiua que est mercatorū habēt ista locū. Et
cū hoc ad hoc ꝙ sit iusta: requiritur ꝙ sit in bonum
cōmunitatis non in preiudicium: sicut negociatiua
des regratiers. Et possunt accipere tales negocia
tores vltra sortem: vel carius vendere pēsando di
ligētiā suā ⁊ industriā ⁊ pericula et etiā dāna que
aliqñ incurrūt in tali negociatiōe vtili reipublice.
❡ Consimiliter dici potest per oīa de emptione ⁊ De emp.
venditione rei vtilis. s. pro nūmismate: ꝙ seruatis et vendi.
illis conditionibus puta seruata equalitate valo- rei vti. ꝓ
ris rei ad valorem nummismatis sicut rei ad rem nummis.
modo predicto fit iusta cōmutatio talis. Addo au
tem ad istos duos cōtractus ꝙ in ipsis licet vēden
tem vel ementem pensare dānum suum: nō autem
cōmodum ipsius emētis siue eius cum quo permu-
tat in carius vendendo: vel permutando. vt si quis
multum indiget re sua: ⁊ per magnā instātiam in-
ducatur ab alio vt vendat eam vel permutet: cum
posset se preseruare indēnem: ⁊ ex sua venditione
vel permutatione multū dānificetur: potest carius
rem suā vēdere: seu permutare. Nec alias sine tali
dānificatione vēderet vel permutaret. sed si emēs
magnum cōmodum cōsequatur ex illa re sic vendi
ta vel permutata: non potest carius vendi vel per-
mutari ꝓpter hoc. qꝛ ꝓpter talem cōmodum maius
ex parte ementis nec res vēdentis in se est precio-
sior: nec sibi melior vel vtilior. Et ideo non debet
inde maius precium reportare. secus aūt est qñ dā-
nificaretur. qꝛ tunc res lꝫ nō sit in se preciosior. ta- Nota dē
men vendēti est preciosior. ❡ De alio cōtractu nū mutuo.
mismatis pro nūmismate qui ē mutui datio vel mu
tuū dicūt oēs ꝙ oportet reddere equale in numero
et pondere. et hoc vel formaliter vel equiualenter.
nec tradēs pecuniā mutuo pōt recipere vltra sortē
ex pacto nisi in aliquibus casibus: qui dicentur in-
fra. Ad hoc adducūtur ratiōes que adducūtur ad
probādum in iusticias vsurarū quarū prima est ꝙ
in mutuo transfertur dñium pecunie in illū cui mu
tuo traditur pecunia. hoc importat nomen mutui.
Mutuū est eñ facere de meo tuum vel econuerso.
Et ita qui cōcedit mutuo: non manet dñs pecunie
mutuate. Et ita si pro illa recipit vltra sortem non
pro suo recipit vel vendit nō suum. Alia ratio est.
qꝛ dato ꝙ maneret dñs pecunie: ⁊ non intenderet
transferre dñium pecunie: adhuc pecunia de se est
infructuosa: ⁊ sterilis ⁊ vsus ipsius est consumptio
eius. Unde ⁊ vsus a dominio nō separatur ꝫm ali
quos. Et si est fructuosa: hoc nō est ex se: sed ex in-
dustria vtētis: que quidē industria nō est cōceden-
tis mutuo pecuniā. Et ideo si fructum de pecunia
mutuata recipit de non suo recipit: vel id quod est
alterius sibi vendidit. quare ⁊c̄. Et hec est ratio ꝑ rōes cir-
oppositū quare fructus pignorꝫ quē habēt ex seip- ca predi-
sis cōputātur in sortē. ❡ Si forte dicas ꝙ iste ra- cta.

tiones nõ concludũt. bene videtur mihi ꝙ non cogunt: lꝫ ex lege diuina certum sit vsuras dãnari et recipere mutuãtem vltra sortẽ: sicut dicetur infra nisi in aliquibus casibus ex pacto dico. ¶ Sed si arguas ꝙ lꝫ vnicuiqꝫ in cõtractibus seruare se indẽnem: vt dictũ est supra de vẽdẽtib⁹ carius maxime cũ inducũtur ab illis quib⁹ vẽdũt. igitur. ¶ Similiter si inducatur quis ab alio: vt sibi mutuet licꝫ sibi seruare se indemnem: cum aliqñ possit damnificari ex tali mutatione. quia modo indiget sua pecunia ad vsus bonos: in quib⁹ posset lucrari: vel qui sunt sibi pro modo necessarij ⁊ vtiles: licet sibi seruare se indẽnem. sed hoc non potest nisi cum pacto recipiendi aliquid ꝓportionaliter damno suo vltra sortem. qꝛ sine pacto totum esset incertum. ¶ Et similiter etiam. qꝛ ille qui accipit mutuo pecuniam: et reddit vltra sortem volũtarie trãsfert dñium pecunie ⁊ pro sorte ⁊ vltra sortem. et sic ille potest iuste recipere: vt videtur. ¶ Preterea etiã si prima ratio esset bona: que est adducta ad oppositũ: eadẽ ratione sequeretur ꝙ nec pro aliqua re vẽdita liceret recipere vltra sortẽ. qꝛ postꝗ̃ vendita est: nõ est vendẽtis sed emẽtis: sicut ⁊ pecunia postꝗ̃ mutuata est non est mutuãtis: sed eius cui mutuat. Si dicas ꝙ ante fuit vendẽtis: ita dico de pecunia: que ante fuit mutuãtis. ¶ Similiter etiã scđa ratio nõ videtur valere. qꝛ si pecunia non sit ex se fructuosa: sed ex industria vtẽtis: fructuosa tñ posset esse mutuãti ex industria sua qua vteretur pecunia ad vtilitatem ⁊ necessitatẽ suam: nisi cõmodaret eã. et sic carius põt eam mutuare: ⁊ vltra sortẽ accipere redimendo dãnum suũ: ⁊ reddẽdo seipsum indẽnem. quare ⁊c. ¶ Quicquid sit de rationib⁹ dicitur cõmuniter ⁊ tenetur ꝙ nõ lꝫ mutuãti pecuniam recipere ex pacto vltra sortẽ: nisi in aliquibus casibus puta in tribus. Primo ratione pene ꝯuentionalis si accipiẽs mutuum nõ soluat vel restituat tꝑe statuto ⁊ debito: dum tñ nõ fiat in fraudẽ vsuraꝝ. i. ꝙ mutuãs nõ vellet accipiẽtem trãsgredi terminũ: vt plus acciperet. Scđo ratione interesse. Nam debitor ex cuius nõ solutione creditor notabiliter dãnificatur: teneť illi creditori de interesse. creditor aũt non posset habere actionẽ ꝯtra eum in foro exteriori de hoc nisi essent pacta vel munimenta: lꝫ in foro cõscientie teneatur debitor vltra sortẽ ad interesse. Tertio qñ vtrũqꝫ. s. ⁊ capitale ⁊ superfluum poniť sub incerto. qđ ꝓbať extra de vsuris in caplo Nauigãti. §. ratione. per locũ a simili. qꝛ sicut ibi incertitudo excusat ita hic. ¶ Quod autem non liceat aliter de mutuo ex pacto recipere vltra sortẽ: cum sit vsura: ptꝫ ⁊ ex nouo testamẽto Luce. 6. ca. 6. date mutuum nihil inde sperãtes. ⁊ ex veteri testamẽto Ezechie. 18. Ad vsuram nõ commodauerit ⁊c. ¶ Ad illa vero que adducũtur dico. Ad primum ꝙ in ꝯtractu mutui nõ lꝫ isti seruare se indẽnem recipiendo vltra sortẽ ex pacto nisi modis predictis: sed tenetur ex lege diuina ad nõ recipiẽdum vltra sortem. ⁊ potest seruare se indẽnem nõ mutuãdo pecuniam suã. Nullus enĩ cogit eum ad faciẽdum misericordiã proximo suo cum dãno suo. ¶ Ad scđm dicitur vnomodo ꝙ lꝫ dñium superflui accepti vltra sortem trãsferatur in vsurarium: tamẽ tenetur ad restitutionẽ ⁊ iniuste retinet. Sicut etiam dñiũ pecunie mutuate trãsibat in acipientem: ⁊ tñ tenebatur restituere feneranti vel mutuanti. Aliter potest dici ẽm alios ꝙ dñium non transit in feneratorem. qꝛ ex precepto diuino ꝓhibetur accipere vltra sortem ex mutuo. ⁊ ita impeditur iste ab accipiẽdo quãtumcunqꝫ alius velit sibi dare puta nõ est presumẽdum ꝙ alius vellet sibi dare ⁊ vltra sortẽ aliquid restituere: nisi coactus ex pacto vel signo equipollente. Si tñ daret sibi aliquid vltra sortem non ex pacto nec ex signo equipollẽte: vel equipollente facto ex parte mutuantis: sed per modum curialitatis ⁊ libere: ⁊ iste reciperet nõ ratione mutui: sed sicut curialitatem: nec in fraudem vsurarum: nõ videtur quin posset recipere iuste hoc modo vltra sortem: nec teneretur ad restitutionẽ: ⁊ quin dñium talis dati in ipsum trãsferretur. ¶ Ad tertium nõ video ꝙ ratio illa cõcludat necessario: que adducebatur cõtra vsuras. Similiter nec scđa: nec forte alia aliqua. vnde nec illa que adducitur de tempore: ꝙ vsurarius vẽdit tempus quod nõ est suum: nõ concludit. Diceretur enĩ ꝙ nõ vẽdit tẽpus: sed carius mutuat vt faciat indẽnem. quia hoc tempore plus sibi valet pecunia qua potest se iuuare: ⁊ tñ mutuat eam cum dãno suo vel periculo: vt reddatur sibi tẽpore alio. Et ita ex parte mutuantis traditur plus tẽporis: ⁊ ex parte accipiẽtis traditur ⁊ restituitur plus rei: non ꝙ tẽpus vendatur: sed qꝛ plus valẽs hoc tẽpore nisi mutuãti in dãnum suum mutuatur: nisi restituatur sibi postea dãnum suum: ⁊ per cõsequens plus rei vel pecunie. ¶ Que autem supradicta sunt de cõmutatiõibus rerum vtilium pro se inuicẽ vel pro nũmismate dicta sunt de cõmutationibus in quibus vterqꝫ statim recipit quod suũ est. sed qñ cõmutans nõ statim recipit illud pro quo cõmutat: sed differtur hmõi receptio: eedem regule sunt seruande quãtum ad iustum ⁊ iniustum. Addpitur tamen ab vno quãtum ad tales cõmutationes ꝙ cõmutans non vẽdat tempus: ⁊ ꝙ non ponat se in tuto de lucro ⁊ illum cum quo cõmutat de damno. Alioquin esset vsura si venderet tempus. i. si ratione dilationis ipsius solutionis per tẽpus carius vẽderet: ꝗ̃ res valeat: quando vendit eam: cum tñ tunc esset vẽditurus. talis enĩ est vsurarius vt patꝫ extra de vsuris consuluit. Similiter etiã si non determinat precium qñ vendit: sed expectat determinari precium in futurum. sic ꝙ in tuto se ponit de lucro: ⁊ emẽtem de damno. quia tunc in futuro res plus valitura est: ⁊ solet valere cõmuniter ⁊ regulariter ꝗ̃ quãdo vendit cum tñ ipsam rem venditurus esset alias quando vendit vsurarius est. et hoc siue tale tempus ponatur indeterminatum tñ conditionatum: ꝙ quando res plus valebit: siue ponatur tempus certum ⁊ dies prefixa quãdo solet res plus valere. ¶ Sic igitur ptꝫ de modis alienandi dominium rei: quomodo iuste fiunt. modo restat dicere de modis transferendi vsum vel rem quãtum ad vsum. Et sunt duo modi. vnus est accommodatio et alius est locatio. Accomodatio est liberalis translatio rei quãtum ad vsum. ⁊ habet similes leges vel regulas quantum ad iustum vel iniustum: sicut liberalis donatio cui correspondet. Sed locatio assimilatur ⁊ correspondet emptioni vel venditioni. ⁊ habet similes leges vel regulans quantum ad iustum vel iniustum: sicut emptio vel venditio suo modo. Mutuo vero non correspondet aliqua translatio rei quantum ad vsum: sed pecunia locari potest retento dominio apud locãtem. habet enĩ

Casus i qb⁹ solũ lꝫ mutuãti pecu. recipe ex pacto ⁊c̄

Luce. 6. cap̄. 6.

Ad preceden. rationes.

De trãslatiõe rei ꝗ̃tuꝫ ad vsum.

aliquem vsum vtilem preter eius consumptionem: vtpote ad videndum vel ornandum et ostendendum possibilitatem vel aliquem esse diuitem: sicut et iocalia. Et pro tali vsu retento dominio potest locari et pecunia inde recipi: et talis translatio quantum ad vsum dicitur locatio. similiter etiam pro tali vsu potest accomodari retento dominio. et dicitur talis translatio vsus accomodatio. ¶ Sic igitur patet quomodo iuste transfertur res: et possidetur vel quantum ad dominium: vel quantum ad vsum: et quomodo iuste occupatur. Ex predictis per oppositum dico quod patet quomodo res potest iniuste occupari ve transferri ad aliquem. quia rectum est iudex sui ipsius et obliqui: sicut dicitur primo de anima. Nam in donatione est iniusticia ex deceptione et coactione seu inuoluntario. et hoc sicut supra dicebatur. vel ex non potestate et aliis oppositis ad illa que superius dicebantur. similiter in aliis: sicut patet. Sed preter iniusticias in donationibus vel contractibus supradictis sunt iniusticie alie: puta quando aliquis vsurpat vel occupat rem alterius domino simpliciter inuito siue per furtum: siue per rapinam. Et iste iniusticie sunt manifestiores quam alie supradicte in contractibus et maiores. Nam in illis est iniusticia quantum ad aliquas conditiones. in his autem simpliciter. Hec de secundo articulo principali.

Quomodo res iniuste occupari pot.

¶ Quantum ad tertium articulum ostendam.

Primo quod restitutio alieni est facienda: et quare. Secundo quis tenetur restituere. Tertio quid tenetur restiture. Quarto cui est restitutio facienda. Quinto quomodo est facienda. Et sexto quando est facienda. ¶ De primo dico quod sicut auferre alienum iniuste est peccatum mortale et contra preceptum decalogi. Non furtum facies: ita etiam et tenere alienum iniuste. Et ideo sicut necessarium est seruare preceptum negatiuum: ita necessarium est non tenere alienum iniuste. et per consequens vel actu statim reddere habita oportunitate. Et dico quod hoc necessarium est ad vere penitendum in habente vel detinente alienum scienter et aduertenter: ita quod alias vere non potest penitere nisi actu vel habitu et promptitudine puta si occurreret sibi: et de hoc cogitaret: proponat restituere: vel actu restituat si habet opportunitatem. sed dico quod talis restitutio non est facienda vt quedam pars satisfactionis que dicitur tertia pars penitentie: sed precedit talem satisfactionem actu vel habitu. sicut cessatio a peccato actu vel habitu. Non est enim nisi cessatio ab hoc peccato contra preceptum: non furaberis vel non furtum facies: sicut reddere adulteram viro suo. non est nisi cessare a transgressione huius precepti. Non mechaberis. et precedit penitentiam seu satisfactionem iniunctam a sacerdote. vnde nec iniungitur a sacerdote restituere alienum: sed hoc iniungitur a lege diuina. et sicut tenens adulteram non capax penitentie sed irrisor. Et si veniat ad penitentiam addit peccatum peccato: ita detinens alienum voluntate vel facto: dum talis est: non est capax penitentie sed irrisor. Est igitur restituere alienum ad veram penitentiam necessarium: sicut cessare a peccato est ad hoc necessarium. Et sic patet quod necessarium est restituere: et quare. ¶ De secundo quis tenetur restituere dantur duo versus istis. Iussio consilium consensus palpo recursus participans mutus non obstans non manifestans. Quorum sententia stat in hac maxima: quicunque abstulit vel detinet alienum iniuste: tenetur restituere. Auferens autem potest esse vel vt causa principalis seu precipiens vel sub principalis seu instrumentalis: vt exequens vel coadiuuans: vel vt causa inducens vel consulens: vel vt consentiens non impediendo cum posset sine preiudicio sui status et persone et boni sui: vel fauens et adulans tali adulatione vel fauore sine quibus non fieret: vel recipiens et sustentans. Consimiliter de detinente modis predictis. vel vt causa principalis: cuius imperio detineretur positiue vel priuatiue: scilicet quando iubet restitui: quando ad eum pertinet ex officio: vel auxilium seu fauorem prebens: vel socius in detinendo: vel non obstans cum posset comode: vel tacens: quando per verbum suum comode posset reddi. vt in iudicio requisitus quando tacet veritatem: et non manifestat. Et breuiter omnis obligatio ad restitutionem reducitur ad auferre vel detinere aliquo modo predictorum: aut vt causa principalis vel precipiens: vel causa proxima exequens vel coadiuuans: vel consulens seu inducens: vel non impediens et huiusmodi. Et hec omnia reducuntur ad consensum efficacem verum vel interpretatiuum auferendi vel detinendi alienum. Et omnes predicti tenentur quilibet in solidum sed vno restituente: omnes alii liberantur. tenentur tamen restituenti quilibet pro rata sua. Omnes ergo predicti plectuntur pari pena secundum illud. ii. q. i. Notum sit vbi dicitur quod facientem et consentientem pari pena constringit. Et accipitur a priori edicto pauli ad Romanos. ii. Non solum qui talia agunt digni sunt morte: sed etiam qui consentiunt facientibus. ¶ De tertio. scilicet quid restituendum: dico quod res ablata vel iniuste detenta et fructus ipsius: si est ex se fructifera. non autem fructus qui proueniunt ex industria occupantis. vnde et lucrum pecunie fenoris non est restituendum: licet pecunia fenoris sit restituenda. et hoc verum est. quod multum potest mouere: et mouet aliquos ad fenerandum: Quod autem non teneatur restituere fenerator lucrum exquisitum ex pecunia fenoris probatur. Alioquin enim recipiens tale lucrum posset iuste esse vsurarius. Nam recipere lucrum vel fructum de sua pecunia per industriam alterius est facere vsuram. Debent autem ista restitui ab occupante iniuste: vel equiualentia si non habetur. ¶ De quarto cui. scilicet facienda sit restitutio: dico quod dampnificato debet fieri restitutio si sit possibile: nec interueniat impedimentum: puta prohibitio alicuius superioris vel aliquid tale. Et hoc dampnificatus motus est a restituente: et potest haberi presens vel est presens vel si res restituenda potest sibi mitti absque maiori sumptu vel incomodo: quam valeat ipsum restituendum: vel suis heredibus seu propinquis si est mortuus: vel si absens: sic quod non potest commode sibi mitti: nec expectetur probabiliter reuersurus: vel presens futurus: consimiliter sicut sibi. Et ista sunt consona legi nature. Nam in his duobus casibus verisimile est quod vellet restitutionem fieri isto modo. Sed si est mortuus et non sunt propinqui eius noti: vel si illud quod restituendum est esset maioris sumptus in mittendo quam vtilitatis illi cui mitteretur: et nesciuntur propinqui eius: dico quod pauperibus fienda est restitutio vice illius. quia cui non potest tem

Quod restitutio alieni est facienda et quare.

Qui tenetur restituere.

Quid restituendum.

Cui fienda est restitutio.

porāliter reddi: spiritualiter redditur. et redditus spiritualis fit maxime reddendo pauperibus pro illo. videtur tamen vnus doctor dicere ꝙ illo non mortuo sed viuente et distante si restituendum sit maioris sumptus ad mittēdum ꝙ̄ valoris: dato ꝙ sciantur propinqui illius: ⁊ habeantur presentes: non debet eis restitui: sed pauperibus. Et ratio potest esse. quia nondum illi tanꝙ̄ heredes successerunt. Potest tamen dici ꝙ eis potest restitui. quia licet nondum tanꝙ̄ heredes successerint: presumi potest de sua voluntate: ꝙ eis velit illud restitui: nisi aliunde oppositum appareret. ⁊ tunc pauperibus esset restitutio fienda. ¶ De quinto dico ꝙ restitutio per talem modum fieri debet: vt si fieri debet: vt si potest fieri non prodatur crimen restituentis: nisi alias fuerit notum: sed sit crimen occultum hoc autem aliquando potest facere restituens per seipsum siue in restitutionibus certis: siue in restitutionibus vagis erogando pauperibus. quia de restitutionibus vagis nō inuenitur necessarius mediator determinatus. Si autem non potest facere per seipsum: quin procederetur crimen. quia semper alias melius est: ꝙ faciat per seipsum: potest tunc restituere per personam ydoneam ⁊ fidelem: de cuius fidelitate sibi constet. Et maxime ad hoc est idonea persona confessoris: cui iam est crimen vel peccatū detectum: vt videtur: nisi aliquid aliud hoc impediat. Et sic patet quomodo fit restitutio: et per quem vel per quos facienda. ¶ De sexto. scꝫ quando dico ꝙ oportunitate habita. non enim licet tenere alienum inuito domino. i. domino inuito: ⁊ quando debet esse inuitus. i. quando rationabiliter vult ꝙ sibi restituatur. Et per consequens restitutio non semper statim est facienda sed opportunitate habita quātum ad omnia concurrentia ad hoc vt fiat: ⁊ iuste vel recte fiat. vnde et in casibus posita voluntate restituendi interius licet differre restitutionem exterius. Et vniuersaliter in omni casu in quo ille cui est facienda deberet rationabiliter velle eam differri: ⁊ non statim fieri vt quando restitutio est in preiudicium communitatis: vel illius cui fiat restitutio: vel in diffamationē ꝓximi restituentis. Magis enim debet diligere famam proximi ꝙ̄ modicum bonum temporale sibi restitui. vel quando restitutio esset nimis notabiliter damnosa restituenti: ⁊ modicum proficua sibi et in his casibus vel consimilibus (si aliqui sunt) non habetur oportunitas restituendi. Similiter etiam quando non potest restituere patet. Sufficit ergo in talibus casibus propositum restituendi oportunitate habita. sicut patet in vltimo casu: quando non habet vnde: nec potest: planum est ꝙ pro tunc non tenetur: licet teneatur: pro quando venerit ad pinguiorem fortunam. Actio enim vel ius agendi illius cui fienda est restitutio: non cessat nec soluitur per inopiam istius: sed sopitur ad tempus: donec veniat ad pinguiorem fortunam: sicut habetur de debitore et creditore extra de solutionibus: odardus ⁊ notatur in glosa. Hec de tertio articulo principali.

Quomodo restitutio sit faciēda. — *Quā ē faciēda restitutio.*

Ad rōes principales.

¶ **Ad primum principale ar/**gumentum cum illis que implicantur in ipso: patꝫ ad omnia ex predictis vsqꝫ ad illud: quando dicitur ꝙ occupans rem alterius potest esse in vltima necessitate in qua indiget tali re. dico ꝙ si ille cui est hoc restituendum non sit in vltima necessitate: non est sibi restituendum: sed factum est illius qui occupat illud ī tali necessitate iure poli. Et ptꝫ extra de verborum significationibus: exijt. Et est hodie in sexto libro: exijt qui seminat ⁊c. Nec tunc debet velle ille cuius fuit: ꝙ sibi restituatur. immo idipsum deberet dare: si haberet illi qui extrema necessitate detinetur. Si vero ambo scilicet detinens et cuius res detinetur sint in extrema necessitate si prius deuenit dominus ad illam extremam necessitatem ꝙ̄ detinēs: dico ꝙ debet sibi reddi si potest: duplici iure. vno quia sua est. alio quia in extrema necessitate est cui per alium non subuenitur. Si vero detinens prius deuenit ad extremam necessitatem: tunc idem quod prius. dico ꝙ res facta est detinentis: et cessauit dominium primi domini in re ista. nec debet sibi reddi si postea deueniat ad talem necessitatē stante necessitate primi. Si dicas ꝙ ambobus simul deuenientibus ad extremam necessitatem detinens rem non debet eam reddere primo domino. quia magis debet diligere vitam suam et subuenire proprie necessitati: ꝙ̄ alterius. alioquin seipsum priuaret vita: ⁊ esset homicida sui. Dico ꝙ immo debet illam restituere domino primo: nec potest eam retinere. quando dicis ꝙ magis debet diligere vitam propriam ⁊c. dico ꝙ magis debet eam diligere vt est diligibilis ad vitam eternam. ⁊ dico ꝙ in hoc casu non diligeret vitam suam ad vitam eternam: sed potius iniuste diligeret animam suā et ad mortem eternam. Et ita potius debet sustinere dispendium mortis negligēdo iuste vitam suam ꝙ̄ peccare sustinendo eam de alieno: quod est alicuius in extrema necessitate positi cui statim potest restitui. Nec est homicida sui. mortē enim sustinet: et non infert: sed esset homicida. alterius magis. vnde isto modo homicida suspendēdus non debet occidere suspensorem vt custodiat vitam suam. sed magis debet sustinere dispendium mortis iuste ꝙ̄ alium occidere: ne suspendatur. Nec est homicida sui sicut patet. ¶ Sed nunquid ille detinens rem que prius deuenit ad extremam necessitatem et facta est sua pro illo tunc tenetur postea ad restitutionem: si deueniat ad pinguiorem fortunam. *bona difficultas.*

¶ Ad hoc respondetur ꝙ res illa que fieret detinētis in extrema necessitate: nō posset esse nisi res pertinens ad victum: que in vsu consumeretur: vt panis vel vinum vel huiusmodi. Aut igitur detinens occupasset eam ante extremam necessitatem: aut in ipsa extrema necessitate si ante: tunc dicitur ꝙ ipso veniente ad pinguiorem fortunam teneretur ad restitutionem. nec in ipsa necessitate tolleretur ius alterius pro semper: sed pro puncto illo vel hora extreme necessitatis: pro qua iste necessitatus esset et ex obligatione precedente. quia iniuste occupauit aliquando: teneretur postea ad restitutionem: ita ꝙ obligatio illa esset sopita pro hora extreme necessitatis. Si autem ipsa hora necessitatis occuparet eam dicitur ꝙ extunc esset sua: ⁊ iuste occuparet eam: nec teneretur postea ad restitutionem. Eodem modo videretur alijs posse dici de pecunia vel re alia statim commutabili in aliquid victuale pro hora necessitatis extreme. ¶ Alijs videretur posse1 dici ꝙ occupans vel detinens rem necessariam pro hora necessitatis extreme sit dominus illius rei *1. solutio* *2. solu.*

et cessat dominium pro illa hora a domino priori.
sed cessante necessitate cũ postea peruenerit ad pin
guiorem fortunam: tenetur ad restitutionem: et re-
uertitur dominium ad priorem dominum: et tene-
tur ille ad restitutionem siue prius siue tunc occu-
pauerit. Teneatur via que videtur melior. quia
neutra est mihi certa. Similiter ad illa que sequun-
tur in eodem argumento: patet ex predictis: nisi de
adultera habente filium illegitimum. dicunt aliqui
ꝙ debet reuelare in secreto veritatem filio spurio
inducendo eum: vt dimittat hereditatem filio legi-
timo. Aliter ꝙ debet dicere viro suo vt assignet he
Cõtra.1. reditatem filio legitimo. ¶ Sed cõtra primum di
respon. ctum videtur. quia aut filius crederet matri: aut nõ
si crederet: tunc mater esset diffamata apud filium.
et in aliquibus locis in quibus succedit hereditas
primogenito: non permitteretur relinquere heredi
tatē. vel si permitteretur: difficile esset: vt propter
conscientiam talem secretam dimitteret heredita-
tem magnam. pauci enim tales inueniũtur. Et pre
terea forte non crederet sibi. Si igitur non crede-
ret: esset idem malum quod prius: ⁊ cum hoc vnum
aliud. quia mater esset diffamata ⁊ frustra.

Contra 2.solu. ¶ Contra secundam responsionem. quia ⁊ mulier
se diffamat apud virum: et exponit eum periculo
vxoricidij: ⁊ seipsam periculo mortis ⁊ ꝑpetui odij
a marito. ⁊ maritus non tenetur forte sibi credere.
et dato ꝙ credat: non potest hereditatem a primo-
genito auferre: nisi ꝓbet eam esse talem in foro ex-
teriori: maxime vbi de iure cõmuni primogenitus
3.solu. est heres: non ex voluntate patris. ¶ Aliter ergo
dicitur ꝙ talis adultera debet suadere: sicut potest
conuenientius: vt filius spurius dimittat heredita
tem non prodendo crimen suum: sed per alias vias
vtpote suadẽdo ꝙ intret religionem: vel ꝙ fiat cle-
ricus ⁊ recipiat beneficia ecclesiastica: ⁊ sic per con
sequens alteri fratri vero heredi relinquat heredi-
tatem. sed si per istas vias: vel per aliam honestam
non possit eum ad hoc inducere: non videtur ꝙ tali
in persuasibili ab ipsa debeat se prodere. quia non
apparet ꝙ sibi obtẽperaret in hoc: immo forte ma-
gis animaretur ad tenendum. vt caueret notam ma
le nati quam multum solent cauere tales spurij. Et
tunc debet laborare restitutionem fieri vero here-
di aliunde: sicut potest bono modo ẜm correspon-
dentiam iusticie. Non ꝙ teneatur ad equiualens to
ti hereditati. quia multum differt habere et prope
esse ille autem nunꝗ habuit hereditatem. sed suffi-
Ad.2. princi. cit restituere ẜm arbitrium boni viri. ¶ Ad secun-
dum argumentum principale patet ex dictis in cor
pore questionis: quid dicendum si restitutio fieret
in preiudicium illius cui fit: vel in preiudicium bo
Ad.3. ni communis. ¶ Ad tertium dico primo de bonis
anime: ꝙ aliquis damnificans alium in eis: puta in
ducens ad peccatum: vel retrahens a bono: puta a
religione ⁊ virtute: tenetur illi damnificato ad re-
stitutionem suo modo: sicut est sibi possibile: puta
inducendo ipsum efficacite r ad penitentiam et ad
actus virtutum et vitam religiosam. Et si sola in-
ductio non sufficiat. quia facilius est peruertere ꝗ
cõuertere debet alio modo niti: vtpote per seipsum
orando et orationes aliorum procurare ad hoc: vt
ille reducatur. Plus enim damnificatur qui in bo-
nis anime damnificat: ꝗ qui in bonis fortune: sicut
illa sunt meliora ꝗ ista. Et ita non minus tenetur
damnificans alium in istis ad restitutionem ꝗtum
sibi est possibile: ꝗ in illis. Si quis autem abstraxit
aliquem a religione aliqua vel impediuit intentio-
ne damnificandi religionem: aut ille est obligatus
obligatione professionis ad religionem: ⁊ tunc te-
netur laborare quãtum potest vt ille reuertatur ad
religionem. aut non obligatus sed dispositus: et
tunc non tantum illi religioni tenetur sicut primo:
sed ad aliqualem restitutionem: puta ad inductio-
nem alterius equiualẽtis ad ingressum religionis. nota cor
¶ Ex quibus patet vnum correlarium. scilicet ꝗ relarium
periculosum est ⁊ fatuum inducere aliquem ad pec
catum: vel retrahere a bono virtutis: et impedire
ipsum a sancto proposito religionis. ¶ De bonis de bonis
corporis dico ꝙ aut damnificans intulit damnum corporis
vltimum puta mortem. Aut nõ vltimum: sed citra
mortem. si primo modo planum est ꝙ tenetur ad re
stitutionem occidens hominem iniuste. Similiter
damnificans citra mortem: ⁊ hoc siue damnum sit
irremediabile vt mutilatio vel amputatio membri:
et hoc siue sit enormis siue non: siue sit remediabi-
lis vt vulneratio vel huiusmodi lesio. Et dico ꝙ in
omnibus istis iuste posset statui a principe vel com
munitate lex talionis: vt redderet damnificans vi-
tam pro vita: dentem pro dente: oculum pro oculo:
manum pro manu: vulnus pro vulnere: liuorem
pro liuore: sicut erat in lege mosayca. Non ꝙ habe
ret virtutem lex talionis a lege mosayca. quia hoc
esset iudaisare: sed ex auctoritate instituẽtium sub
lege noua. sicut etiam multa alia legalia possent ra
tionabiliter institui a legislatore euãgelico. ⁊ sunt
statuta de facto: vt patet ex decretalibus multis:
specialiter extra de iniurijs ⁊ damno dato: cap. j. ⁊ decreta.
quinto sequentibus: que oĩa sumuntur a lege moysi
Exodi vigesimosecũdo ⁊ trigesimotertio. Nec hoc
est iudaisare: sicut patet. Tunc dico ꝙ de facto in Exodi.
multis terris constituta est lex talionis pro homici
dio iniusto. ⁊ confirmata est per christum Mathei
vigesimosexto. vbi dicitur: omnis qui gladio occi-
derit gladio peribit. Et dico ꝙ talem legem iustã
et consonam rationi naturali homicida debet pa-
tienter portare et subire in restitutionem pro vita
occisi. Quod si alicubi non sit statuta: nemo debet
sibi mortem inferre. Nemini enim licet seipsum oc-
cidere: nisi ex precepto dei: sicut fecit forte sanson.
de hoc August. primo de trinitate capitulo deci- August.
monono vigesimo ⁊ vigesimoprimo ⁊ ibi de San-
sone ⁊ de Abraham quomodo excusantur vel po-
tius commendantur: sed expedit sibi vt exponat vi
tam suã in causa iusta contra inimicos ecclesie pro
restitutione faciẽda illi cui vitam abstulit. ꝙ si tan-
tam restitutionem nolit facere debet aliam facere
secundũ arbitrium bonorum equiualentem: eo mo
do quo equiualentia potest in talibus attendi. Nec
debet absolui sine restitutione facta vel fienda ta-
lis homicida multominus ꝗ homicida vel equici-
da: vt ita loquar. ¶ Si vero damnum sit citra mor De dãno
tem ⁊ irremediabile: vt mutilatio enormis vel nõ enormi
enormis: cõmuniter de ipsa non est statuta restitu- tñ citra
tio nisi pecuniaria. ⁊ debet talis pena corresponde mortem:
re non solum damno: quod incurrit quis per mu-
tilationem vel vulnerationem pro tempore presen
ti vel futuro. quo vsurus esset tali membro: sed etiã
expensis appositis in curatione ⁊ placatiõi et con-
solationi vulnerati vel mutilati. Et hoc ẜm exigen

tiam ⁊ conditionem personarum: puta diuitis vel
pauperis hincvel inde ſm arbitrium bonorum. Si
militer etiam dicitur ꝙ si occisus vel mutilatus de
membro lucratiuo sustentabat aliquos quãtum ad
vitam precipue non potentes lucrari aliunde nec
habere victum suum nisi mendicando: occidẽs vel
mutilãs tenetur de vita prouidere. Non solum eñ
lesit illum in seipso: sed etiam in familia sua: sicut
De dam no fame. patet. ¶ De bonis fame dico ꝙ quilibet iniuste
aufferens famam alterius vel damnificans eum
in fama tenetur de necessitate restituere illi famam
suam: etiam cum detrimento fame. Si autem aliter
non potest fieri. Quod autem in bono fame damni
ficãs teneatur ad restitutionem patet quia bonum
fame maius est ꝗ̄ fortune. vnde ⁊ sapiens dicit cu-
Sapiẽs. ram habe de bono nomine. Melius enim est nomẽ
bonum ꝗ̄ diuitie multe. igitur plus ledit aliquis
proximum in fama ꝗ̄ in fortuna. ⁊ per consequens
non minus tenetur sibi ad restitutionem hic ꝗ̄ ibi.
quot modis aliq̀s põt aliũ diffamare. ¶ Ad cuius euidẽtiam dico ꝙ aliquis potest aliũ
infamare vel ledere famam eius vno modo falsum
crimen sibi imponẽdo in publico. Secundo modo
verum occultum: tamen sibi imponẽdo in publico.
Secundo modo verum crimen occultum sibi impo
situm in publico negãdo. quia sic negans notat im-
ponentem de calumnia. ¶ Primo modo dico ꝙ
tenetur leso ad restitutionem fame reuocando ver-
bum suum: ⁊ retractando. ⁊ ita in publico: sicut di-
xit in publico. alias enim non seruat iusticiam red-
dendo quod suum est: puta famam quam iniuste ab
stulit. Si dicas ꝙ talis lederet famam propriam: ⁊
debet magis diligere famam propriam ꝗ̄ alterius
sicut tangitur in argumento: dico ꝙ fama propria
non est diligenda contra iusticiam: sicut nec vita
propria: vt superius dicebatur. Iustum est autem
vt isti iniuste dãnificato in fama restituatur fama.
quia sibi debetur. non autem illi qui iniuste altum
diffamauit. vnde iniustum est ꝙ seruet sibi famam
non restituendo alteri famam que sibi debetur. Ac
cusans enim alium iniuste de falso crimine ⁊ publi
ce in hoc ꝙ mentitur ita publice in accusando radi
caliter ⁊ virtualiter seipsum infamat: ⁊ reddit seip
sum indignum fama. ⁊ tunc quando alteri restituit
famam suã: non proprie seipsum diffamat: sed ma-
gis amouet a seipso falsam laudem: qua indignus
est post talem accusationem. Sicut etiam qui forni
catur coram duobus vel tribus: si illi postea accu-
sent eum: non diffamant eum. sed lesionem dignita
tis: quam ipse sibimet fecit: publicant. Ipse enim
seipsum infamat sic in publico faciendo factum su-
um. Similiter dico ꝙ qui imponit in secreto vel
etiam in priuato coram vno vel duobus vel tribus
falsum crimen alteri: tenetur retractare illud quod
sibi imposuit. ⁊ per rationem supradictam. si quis
autem nonc imponat certitudinaliter nec in publi
co nec in priuato: sed murmurat cum aliĳs. vel dicit
se audisse narrari de alio: dico ꝙ periculo se expo-
nit propter scandalum pusillorum audientium: qui
possunt esse leues in credendo: qui tamen propter
hoc non deberẽt credere. quia qui cito credit leuis
est corde. Et rara fides ideo quia multi multa lo-
quuntur. Et si narret hoc intentione ledendi famã
eius: dico ꝙ cõtra charitatem facit. ⁊ grauiter pec
cat. Si autem non intentione tali: durum est ꝙ ex-
eat genus peccati venialis. quia lingua lubrica est:
et in lubrico posita: et qui non offendit verbo: hic
perfectus est vir. ¶ Secundo modo infamandi: pu
ta imponendo alteri verum crimen occultum tamẽ
in publico dico ꝙ tenetur illi restituere famam su-
am: sed non retractando verbum dicendo se dixisse
falsum. quia tunc mentiretur cum sciat illud esse ve
rum. in nullo autem casu tenetur mentiri: sed ali-
quo modo alio dicendo. Non teneatis vel repute-
tis istum pro tali. Ego male dixi imponendo sibi
hoc ⁊ fatue. Et hec quidem vera sunt. quia non ser
uato ordine iuris. quia imposuit in publico: quod
non potest venire in publicum. vel verificari in pu-
blico seu probari. Et ista persuasio. Non reputetis
istum esse talem bona est. quia quilibet estimandus
est bonus: donec probetur oppositum: quare ⁊c.
¶ Tertio modo infamandi qui non est proprie in-
famare: dicitur ꝙ negans in publico verum crimẽ
occultum tamen: sibi impositum publice vel coram
iudice non tenetur imponenti ad restitutionem fa-
me. licet enim ledat eum in fama aliquo modo. im-
ponens tamen debet sibĳpsi imputare ⁊ magis se-
ipsum infamat ex indebito modo imponendi ꝗ̄ iste
negans. ¶ Sed quid de isto qui negat tale crimen bona difficultas.
verum occultum tamen: peccat ipse mortaliter. vel
quomodo videtur ꝙ mortaliter quia mentitur men
dacio pernicioso contra accusantem ⁊ bonum com
munitatis: eo ꝙ non potest puniri super tali crimi-
ne vero sibi imposito. Dico ꝙ talis non deberet ne
gare dicendo illud esse falsum simpliciter: quia mẽ
tiretur: sed in casu isto bona esset responsio iurista-
rum: vt diceret nego istud sicut proponitur: vel vt
proponitur. quia vt in publico. ⁊ debet ista respon
sio sufficere iudici. nec debet eum cogere: vt dicat
illud esse verum vel falsum. Et si velit eum cogere:
debet dicere ꝙ sufficienter respondit ad accusatio
nem: nec a tali respõsione vult recedere. Si autem
neget: dicendo illud esse falsum: peccat quidem.
quia mẽtitur cum sciat illud esse verum. sed ꝙ mor
taliter peccet: durum est dicere. Nec probant hoc
ille rationes. De mendacio pernicioso contra pro-
ximum accusantẽ diceretur ꝙ non: sed ipse est per-
niciosus sibĳpsi accusando in publico: quod nõ est
publicum. nec communitati. quia communitas nõ
habet punire nisi publica: non autem occulta vel se
creta sed deus tantum. sed videretur magis men-
dacium officiosum ꝗ̄ perniciosum. ⁊ ita nan vide-
retur mortaliter peccare: sed venialiter. ⁊ tamen qꝛ
bonarum mentium est ibi agnoscere culpam: vbi
culpa non est: debet de illo confiteri indistincte tã-
ꝗ̄ de mortali: si mortale: vel de veniali: si veniale et
in dubio. Si autem neget dicendo illud sibi impo-
situm esse falsum: dicunt aliqui ꝙ tenetur accusan-
ti ad restitutionem fame: non quidem retractando
negationem suam dicendo ꝙ false negauit illud si-
bi impositum: tunc enim confiteretur crimen suum
publice. ⁊ posset puniri pro eo sed per quedam alia
verba cauta dicendo de accusante quem indirecte
notauit de calumnia non habeatis eum pro calum
niatore. quia puto ꝙ habit bonam intentionem: et
forte credidit se posse probare intentum suum: cum
non possit: et sic deceptus fuit. Ex his patet quid
dicẽdum ad omnia que implicãtur in illo tertio ar-
gumento principali.

¶ Distinctionis Decimesexte.
Questio Unica.

Cōtritio cōfessio ⁊ satisfa- ctō an sit ptes pe- nitentie.

CIrca distinctionē xvj. esset querendum vtrū contritio ꝯfessio ⁊ satisfactio sint partes penitentie. sed quia tota ista q̄stio stat in paucis verbis planis. nam planum est ꝙ ista non sunt partes penitētie virtutis: nec penitentie actus qꝛ ille sunt qualitates simplices non habentes partes integrales. ⁊ similiter ille sunt habitus vl' actꝰ voluntatis elicitus existentes in voluntate formaliter ⁊ subiectiue. non sic autem oris confessio ⁊ exterior satisfactio que sunt actus exteriores imperati ab ipsa voluntate. Similiter etiam quia habitus vel virtus penitentie est aliquid permanēs. sed cōfessio ⁊ satisfactio aliquid successiuum. Similiter etiam planum est ꝙ loquendo de penitētia que est sacramētum. ista tria non sunt partes eius integrales. Nam sacramentum est aliquid sensibile. contritio autē non: sed aliquid spirituale interius in mente similiter satisfactio est aliq̇d posterius sacramēto totali, ⁊ potest dici fructus penitētie virtutis ⁊ penitentie sacramēti. ¶ De confessione vero vtrū sit pars penitentie sacramenti: dictum est supra. tamen hic dicit Scotus ꝙ non est pars. quia nihil est absolutionis sacerdotalis: licet sit aliquid necessario preuium: sicut ⁊ contritio vel displicētia de peccato ad ipsam absolutionē. quia iudex arbitrarius cuiusmodi est sacerdos in foro conscientie non absoluit nisi prius confessum per cuius confessionem potest habere noticiam de causa. Sic etiam satisfactio necessaria est saltem in voto ad hoc vt absolutio habeat efficaciam. Et debet sequi postea in re: sicut iniungitur a sacerdote non errante. ¶ Dicitur tamen ꝙ aliquo modo ista tria possunt dici ꝑtes penitentie. quia ad istos tres actus scilicet detestandi peccatum: confitendi peccatum: ⁊ satisfaciendi exterius pro peccato consequitur triplex pena correspondens equiualenter ſm iusticiam vindicatiuam punitioni peccati vel peccato ipsi punibili. ⁊ iste tres pene sunt ꝑtes totalis pene correspon-
Nota. dentis peccato ad punitionem eius. Nam ad detestationem interiorem sequitur tristicia: ad cōfessionem erubescētia: ad satisfactionem exteriorem penalis vel corporalis afflictio vel miseria. ¶ Et sic iste tres pene integrant vnā penam totalē adequatam peccato ⁊ punitiuam eius que potest dici penitētia quasi passiue ſm triplicem penam vel passionem: sed illi tres actus ad quos sequuntur tres pene ille: etiam possunt dici partes integrales actus totalis punitiui peccati ſm correspondētiam adequatam. qui nō est vnus simplex actus sed magis triplex actus predictus. Et potest dici penitentia actiue: sicut illa triplex passio dicebatur penitētia passiue correspondens adequatē peccato punibili ſm legem iusticie vindicatiue peccati promulgatā ex scriptura qua habet ꝙ non solum de peccato: vt puniatur: est displicēdum: verū etiam confitēdum ⁊ satisfaciendū de peccato dico mortali actuali cōtracto post baptismū. Similiter etiā possunt ista dici partes subiectiue penitētie: accipiēdo penitētiā ī cōi ꝓ pena vel actu tali nō ꝓ pena vel actu pctī̄ adequātē. qꝛ igiꝶ ista sunt plana ⁊ breuia: de ista q̄stione supsedeo quo ad pn̄s: et de ista distinct. sil'r.

¶ Distinctionis. xvij. Questio Prima.

CIrca distinctionē xvij. quero primo. quia ī iustificatione impij ꝑ contritionē vel penitētiā inueniꝶ culpe remissio ⁊ gratie infusio. vtrum ista duo. s. remissio culpe ⁊ infusio gratie sint due mutationes vel vna. ¶ Videꝶ ꝙ due. Primo sic. In moralibus expulsio vitij ⁊ acquisitio vel inductio virtutis sunt due mutatiōes. Nā hic sunt quatuor termini: quorū duo sunt positiui. s. virtus ⁊ vitiū seu habitꝰ vitiosus ⁊ duo priuatiui. s. nō esse vitij ⁊ nō esse virtutis. ḡ similiter in proposito quādo remittiꝶ: vel expellitur culpa: ⁊ infundiꝶ gratia. ¶ Scd̄o sic. Generatio ⁊ corruptio naturalis sunt due mutatiōes propter quatuor terminos: licet concomitentur se inuicem. igitur similiter in proposito: vt videtur. ¶ Tertio sic. alia est mutatio ad dispositionem: et alia ad formā. nam mutatio ad dispositionē est naturaliter prior mutatione ad formam. patet de alteratione ⁊ generatiōe. sed expulsio vel remotio culpe est mutatio dispositiua ad infusitionem gratie. nam per remissionē culpe fit peccator nō inimicus per infusionem gratie fit amicus: sed non est inimicum disponit ad esse amicū. ḡ ⁊c̄. ¶ Et ꝯfirmaꝶ ꝑ Augusti. de vera ⁊ falsa penitētia. ⁊ poniꝶ in litera precedētis distinctionis. c. 2. dicentē ꝙ dolēdū est peccatori nō solū qꝛ peccauit. sed etiam qꝛ virtute se priuauit. Ex quo habeꝶ ꝙ nō est idem peccare ⁊ virtute seipsuz priuare. ⁊ ꝑ ꝯn̄s similiter nō est idē peccatū remittere ⁊ virtutē vel gratiam restituere igiꝶ pctī remissio ⁊ gr̄e infusio sunt due mutatiōes August.

¶ Contra si sunt due mutatōes: oportet ꝙ sit ibi dare duos terminos positiuos ⁊ duos negatiuos. sed nō est sic. ḡ ⁊c̄. ꝓbatio minoris. qꝛ culpa nō dicit aliquid positiuum: sicut dictū est supra. Et ita expulsio culpe nulluz habet terminū positiuum: ⁊ ꝑ ꝯn̄s non est mutatio. igitur non sunt hic due mutationes.

¶ In ista q̄stione sic procedā.

¶ Primo inquirā vtrū remissio culpe sit mutatio realis vel rōnis aut nō. ¶ Scd̄o dato ꝙ nō sit mutatio realis: inquirā vtruz remissio culpe ⁊ infusio gratie sint vna mutatio vel plures. ¶ Et tertio inquirā vtrū remissio culpe sit prior naturaliter infusione gratie vel ecōuerso. ¶ Vltimo ad rationes.

¶ Quantum ad primū videꝶ ꝙ remissio culpe sit vere mutatio. ¶ Prīo sic. cuiꝰ inceptio vel īductio est mutatio: eiꝰ desitio vel expulsio est mutatio. patet ista. qꝛ sicut forma ꝑ generationē induciꝶ q̄ est vere mutatio: ita etiā expelliꝶ de mā ꝑ corruptionē q̄ est vere mutatio. sꝫ īductio pctī vl' ꝑpetratio ē mutatio: vt ptꝫ: saltē de pctō cōmissiōis. ḡ ⁊c̄. ¶ Scd̄o sic. trāsitꝰ a ꝯdictorio ī ꝯdictoriū est mutatio: ptꝫ. qꝛ hec ē mutatio rōnis. sꝫ ꝑ remissionē pctī transit pctōr a ꝯdictorio in ꝯdictorium. quia prius erat peccator. modo nō est pctōr. similiter prius erat dignus pena eterna. modo non est dignus post remissionē. ergo ⁊c̄. ¶ Tertio sic. voluntas diuina nō se habet aliter q̄ꝫ prius ad ali-

remissio culpe an realis mutatio. 1. opinio.

quem ſine quacunq; mutatione. Patet. q2 ſi nulla ponat̄ mutatio: nō videtur quomodo ſe habeat aliter q̄ prius. nec apparet ratio quare vna pars contradictionis q̄ prius nō erat vera: modo vel poſtea ſit vera pluſq̄ prius. ſed voluntas diuina ſe habet aliter q̄ prius ad ipſum cui peccatū eſt remiſſum: q2 prius volebat eū punire. poſt remiſſionē nō vult eū punire. ergo eſt aliqua mutatio facta in peccatore. quia in deo nō poteſt fieri vel eſſe mutatio. ſ3 illa mutatio nō videt̄ niſi peccati remiſſio vel expulſio. & c̄. ¶ Quarto ſic. ⁊ eſt cōfirmatio diceret̄ em̄ ꝙ nō eſt realis mutatio ſed ratiōis tm̄ ſcd̄m quam peccator fit de volito puniri a deo volitus puniri. Cōtra omnis mutatio rationis reducit̄ ad aliquā mutationē realem: ſicut omnis entitas rationis ad aliquā entitatē realem. Ens em̄ rationis nō poteſt eſſe a ſeipſo: ſed ab ente reali oportet ꝙ ſit. ſed non eſt in ꝓpoſito dare aliqua3 mutationē realē: ad quā poſſit iſta reduci. Nec ex parte dei patet: nec ex ꝑte peccatoris. & iſta nō eſt mutatio rōnis ſed realis videret̄ & ꝙ remiſſio culpe ſit vere realis mutatio.

Mēs doctoris. ¶ **Sed dico** q̄tum ad p̄ſentē articulū ꝙ remiſſio culpe ſm̄ ſe non eſt realis mutatio: licet ipſam bene cōcomittet̄ aliqua realis mutatio de facto. ſ. infuſio gratie ſm̄ ordinationē diuinā que nūc eſt: ⁊ quā tenemus ex ſcriptura. Nunq̄ em̄ remittit deus culpam mortalē ſine īfuſione gratie: licet bene remittat culpā venialē aliquādo ſine infuſione gratie. ¶ Quod autē remiſſio culpe ſm̄ ſe nō ſit mutatio realis: ego ꝓbo primo ſic. Omnis vera mutatio realis habet aliquem terminū a quo vel ad quē poſitiuum realē. patet. v. phiſicorū. ſed remiſſio culpe ꝑ ſe nullum terminu3 habet poſitiuum. Nec terminum a quo: patet. quia culpa non eſt aliquid poſitiuum. Nec ad quē. quia non eſſe culpe: vel non imputari culpe ad quod terminatur iſta remiſſio: nichil dicit poſitiuum. & c̄.

¶ Secundo ſic. cuiuſcūq; mutationis vere realis terminus a quo incipit ī ſubiecto preexiſtit illi mutationi: ⁊ durat vſq; ad talem mutationem. ſed terminus a quo remiſſionis puta peccatum nō durat in ſubiecto vſq; ad talem remiſſionem. Ita ꝙ non inuenitur ab ipſa remiſſione. Nam peccatum (ceſſante interiori ⁊ exteriori) ceſſat ⁊ deſinit eſſe: nec durat vſq; ad remiſſionem vt patet. igitur ⁊c̄.

¶ Tertio ſic. Si remiſſio eſt vera mutatio realis: aut eſt mutatio deꝑditiua aut acquiſitiua. aut vtrūq;. Non primo modo. quia non inuenitur aliquid poſitiuum quod deperdatur per eam. Nec ſecundo modo. quia nichil poſitiuum acquiritur ꝑ ea3. Nec tertio modo conſequēter. & c̄.

Remiſſio culpe an mutatio rōnis ¶ **Sed nūquid** ipſa eſt mutatio rationis: ⁊ ſi non ſit mutatio realis in eo cui remittitur peccatū. Dicit vnus doctor ꝙ non oportet dicere: ꝙ remiſſio peccati nec actiua ex parte dei: nec paſſiua vl' quaſi paſſiua ſeu obiectiua ex ꝑte peccatoris non debet dici mutatio aliquo modo realis. Patet de actiua ex ꝑte dei q2 in deo non cadit mutatio realis. Similiter etiā in deo non eſt ſucceſſio negationis actus volendi punire ad actum ipſum vel econuerſo. ſed eſt actus vnicus ſimplex ⁊ etern9: quo in eternitate vult iſtū eſſe puniendum. i. eſſe dignum pena eterna pro inſtanti vel tempore quo eſt vel erit in peccato mortali: ⁊ puniendū in re ⁊ in effectu: ſi tunc iudicetur ⁊ in peccato moriatur. Et eſt hoc velle de puniendo nō abſolutum ſed cōditionatū: vt patet. puta ſi tūc iudicetur peccator vel moriatur. Et eodē actu ſimplici vult non punire vel non eſſe dignum pena pro alio inſtanti vel tēpore: pro quo peccatum ſibi remittitur: vel q̄diu eſt remiſſum. Et ita nulla eſt mutatio remiſſio ipſa ex parte dei. ſed iſta remiſſio actiua eſt velle diuinū eternum nō ſuccedēs alicui negationi vel priuationi nec ſm̄ rem: nec ſm̄ rationē: ſed in eternitate manēs contingēter ⁊ difformiter tranſiens ſuꝑ obiecta ſecūdaria ⁊ extrinſeca ꝓ diuerſis nunc ſeu inſtantibus vel tēporibus ex parte illius cui fit remiſſio. pro quorum vno vult peccatorē eſſe dignum pena eterna. ſ. pro tēpore vel inſtanti peccati. ⁊ ſm̄ hoc talis actus dicitur imputatio ⁊ pro alio vult ipſum nō eſſe dignum ſcilicet ꝓ inſtanti vel tempore quo deletur peccatum vel deletum eſt: ⁊ vt ſaltem pro inſtanti deletionis dicitur talis actus remiſſio actiua ex parte dei. ¶ Nec remiſſio etiam paſſiua vel obiectiua ex parte peccatoris eſt mutatio realis: ſicut iam probatum eſt: nec mutatio rationis ſicut declarat. Nam vbi act9 in quo obiectum habet eſſe rationis: poteſt eſſe terminus mutationis realis: ibi obiectū mutatur vel mutari poteſt ſecundum rationem ab eſſe in non eſſe: ſicut in nobis. Aliquando enim lapis non eſt intellectus a me: nec habeo intellectionem eius: ſed quando fit in me mutatio realis ad intellectionem lapidis: tunc obiectum quod eſt lapis: mutatur ſecundum rationem a non eſſe intellectio ad eſſe intellectum. quia intellectio lapidis noua in me. ſed vbi actus nullo modo eſt terminus mutatiōis realis. vt in deo: ibi obiectum vt in actu ⁊ in eſſe obiectiuo non poteſt mutari: nec mutatur etiam mutatione rationis. Et ita nulla videtur concedēda mutatio in petro nec rei nec rationis: quando dicitur culpa ſibi remitti per actum diuine voluntatis: et ex hoc preciſe. ¶ Si autem dicatur: ꝙ non videtur hoc poſſibile. quia non poteſt ſe habere petrus aliter ad voluntatem diuinam vt punitiuam vel non punitiuam: niſi quia aliter ſe habet ſecundum aliquid aliud: ⁊ in ſeipſo mutatur: puta de non accepto in acceptum vel econuerſo: quia obiectum nō variatum in ſe ſecundum aliquid prius ipſo actu nō aliter obijcitur volitioni diuine. Dicitur quod hoc eſt falſum. quia ſicut voluntas noſtra cum ſui mutatione poteſt alio ⁊ alio modo actualiter ſe habere ad obiectum non mutatum omnino: ſed vniformiter ſe habens ante actum: et ſi ipſa haberet vnum actum illimitatum contingenter tranſeuntem: tamen immutabiliter ſuper obiecta ſecundaria ſeu cōditiones obiecti diuerſas: poſſet ſine omni mutatione ſui aliter ſe habere ad obiectum vniformiter manens ante actum ⁊ omnino non mutatum: ita voluntas diuina in propoſito ſe habet ad obiectum vel potius obiectum ad ipſam ꝙ ipſum omnino non mutatum ante actum difformiter ſe habet ad actum pro iſto nunc vel tempore ⁊ pro illo: dato ꝙ omnino mutatio nec rei nec rationis ſiue in obiecto vt obiectum eſt in eternitate: ſiue in actu vel ī deo. nam ⁊ obiectū eſt obiectū vniformiter ſe habēs in tota eternitate pro tali nūc ad volitionē diuinam: ⁊ ſimiliter diuina volitio vniformiter ſe habet ad obiectu3 in tota eternitate pro tali nunc. ⁊ ſimilit̄ de quocūq; alio volito ⁊ volitiōe ꝑ

illo instāti vel tēpore pro quo volitum est. ita ꝙ nō est aliqua mutatio vel innouatio neqꝫ in actu volūtatis diuine: neqꝫ in subiecto fm esse obiectiuū: qḋ habet in eternitate: licet in esse reali extra animaꝫ multe contingant variationes circa ipsum. ¶ Ista videtur probabiliter dicta. ꝛ puto ꝙ sunt vera: nisi forte quātum ad hoc ꝙ peccatum remitti ꝙ̄tum ad culpam nō est ipsum peccatorem velle nō puniri pena eterna: vel nolle puniri: licet concomitetur vnum reliquum: sed sicut dictū est supra ī vna alia questione quomodo intelligit᷑ remitti culpa vl̓ peccatum ꝙ̄tum ad culpam. Nam velle nō puniri vel nolle puniri magis est remittere peccatum ꝙ̄tum ad penā ꝙ̄ ꝙ̄tum ad culpam. Sed idem est iudiciū ꝙ̄tum ad propositum de vno sicut de alio: puta de remissione culpe quo ad culpam: ꝛ de velle nō puniri vel nolle puniri. s. ꝙ nulla est mutatio rationis vel realis hinc ꝛ inde: que possit argui ex vi remissionis: licet talem remissionē concomitet᷑ mutatio realis: que est infusio gratie: quā non est necessariū cōcomittari: sicut dictū ē supra ī hoc quarto de circūcisione. ꝛ ꝓbatum est ibidem. Similiter etiā nō intelligo ꝙ eo p̄cise sit mutatio ratiōis in obiecto noui actus intelligēdi: quia res vel obiectū de nouo intelligitur. quia eo ipsum nullum respectū nouum nec rei: nec rationis habet.

ad rōnes i. opi. preceden.

¶ Ad rationes ergo in oppositū q̄ probāt ꝙ remissio peccati sit vera realis mutatio. dico ad primā ꝙ bene concludit cessationē actus culpabilis vel suam decisionē essendi in esse reali extra esse mutationē: sed non cōcludit de remissione. quia nō est talis decisio essendi sicut patet. ¶ Ad secūdam dico ꝙ transitus alicuius subiecti a contradictorio in contradictorium reale est mutatio vera realis: accipiēdo proprie trāsitum. Sed tunc nego minorē. ꝛ dico ꝙ in proposito nō est talis transitus. neqꝫ ex parte volūtatis diuine. quia nō est ibi successio act⁹ ad negationē actus vel ecōuerso quicquid in deo est: eternum est: si sit ibi ex natura rei: vel etiam ꝑ opus sui intellectus vel volūtatis. Nec ex parte obiecti voliti vel etiam illius cui remittitur peccatum. Nam in tota eternitate obiectū vniformiter se habet ꝓ isto nūc ad voluntatem diuinam: et pro alio etiam vniformiter. ¶ Ad cuius euidentiā notandum est aliquid de nostra voluntate creata: ꝛ postea applicādum ad ꝓpositum. Voluntas eñ creata licet forte eodē actu vel etiā plib⁹ actib⁹ simul existentib⁹ non possit velle cōtradictoria eidē pro alio: vel eodē instanti: pōt tamen velle eidem contradictoria pro simul seu pro eodem diuersis actibus sibi inuicem succedētibus. Similiter etiam si possit habere plures actus volendi simul: potest velle simul contradictoria: vel affirmationē ꝛ negationē non pro eodē instanti vel pro simul: sed pro diuersis instātibus vel tēporibus. Et primo modo planum est ꝙ nō est necessarium aliquā mutationē realem poni ī obiecto. ſꝫ obiectū non mutatū omnino realiter potest esse volitum sub affirmatione ꝑ vnum actum ꝛ ꝑ alium actum succedētem in voluntate potest esse volitum sub negatione pro eodē instanti vel tēpore pro quo prius erat volitū sub affirmatione. sed bene est realis mutatio in volūtate in qua vn⁹ act⁹ realiter succedit alteri. In scḋo aūt modo nō oportet esse realē mutationē: nec in voluntate. quia ī ea

Nō hec de voluntate creata.

vnus actus nō succedit alteri: sed ambo sunt simul vt positū est: nec in obiecto. quia volūtas nostra nō est omnipotēs causans in re illud qḋ ipsa vult per suū velle: ita ꝙ non oportet sic fieri ꝛ esse vel succedere realiter opposita in obiecto: sicut ipsa vult: dato ꝙ velit volitione absoluta ꝛ efficaci ꝙ̄tumcūqꝫ possit. nec etiā si velit volitione cōditionata. similiter etiā dato ꝙ volibilia essent causabilia a volēte: si tñ non essent causabilia in re extra sed tm̄ in eē rationis: quia ambo vel alterū qḋ esset causabile esset ens rationis: vt respectus dominij vel aliquid tale adhuc nō oporteret in subiecto esse aliquam realē mutationē fm affirmationē ꝛ negationē talium sibi inuicē succedētium in aliquo ꝑ volitiones efficaces ꝛ absolutas habitas de ipsis. sed dato ꝙ voluntas posset causare sua volita in obiecto ꝛ hoc in eē reali ꝑ suas volitiones: si tñ volitiones nō essent efficaces ꝛ absolute: sed ꝯditionate tātum cōditione nō stante non oporteret esse aliquam mutationē in eo: cui essent volita opposita sibi inesse: sicut patet. ¶ Ad propositum de volūtate diuina dico ꝙ quecunqꝫ obiecta ordinate volibilia voluntas creata potest velle alicui siue simul siue non simul: siue pro simul siue pro non simul: siue vno actu siue plurib⁹: voluntas diuina potest eadem velle simul ꝛ eodem actu eidem siue pro simul siue non pro simul sicut ꝛ illa creata pro simul potest ea velle. ꝛ quia eodem actu illimitato ꝛ eterno quia limitationis ꝛ imperfectionis est in actum artari ad vnum obiectum secundarium vel ad aliqua: sic ꝙ non possit extēdi ad alia: ideo dico: ꝙ immutabiliter omnino ex parte sui se extendit ad omnia talia cuicunqꝫ volita vel quomodocunqꝫ. ¶ Secundo dico: ꝙ hoc est sine omni mutatione reali ex parte illius cui vult affirmationem ꝛ negationem pro diuersis instantibus vel temporibus: si volita illa non fuerint causabilia in re extra sed sicut entia rationis tantum: dato ꝙ velit illa sic succedere vel inesse volitione efficaci et absoluta: sicut vult aliquem esse dominū pro a instanti ꝛ non esse dominum pro b instanti ꝛ non est mutatio realis aliqua ex hoc in illo: cui vult ista absolute inesse pro diuersis instantibus: quia nullum eorum est aliquod ens reale positiuum nec diuinum nec negatio diuini suppositi ꝙ diuinum dicat respectum rationis: sicut puto. ¶ Tertio dico ꝙ dato ꝙ affirmatio illa volita alicui ꝛ sua negatio essent extra intellectum vel affirmatio ꝛ affirmatio ꝛ per consequens essent causabiles a diuina voluntate: que est omnipotens: ꝙ adhuc non oporteret esse in illo cui essent ista volita pro diuersis instantibus aliquam realem mutationem si volitio non esset efficax et absoluta sed conditionata: quia voluntas vel volitio conditionata non ponit effectum in re nisi conditione stāte que quidem conditio posset non stare. In proposito autem de imputatione et remissione peccati dico: qḋ voluntas imputando peccatum pro instanti peccati et pro toto tempore habito vsqꝫ ad instans remissionis vel deletionis vult peccatorem esse puniendum: id est punibile vel dignum puniri: et hoc voluntate absoluta: ꝛ etiam puniendum de facto ꝛ in re non voluntate absoluta. sed cōditionata ꝛ cetera puta. si pro tunc iudicetur: vel fiat in termino primum nō scilicet esse dignum pena vel punibilitas ipsa formaliter non dicit aliquid reale causabi

le sed tantum respectum rationis. ẽm autem scili-
cet punitio ipsa vel pena licet sit aliquid causabile
in re extra: ⁊ oppositum eius sit volitum isti pro in
stanti remissionis ⁊ pro toto tempore habito vsq;
ad instans noui peccati: non tamẽ est volitum voli
tione absoluta sed cõditionata: puta si pro tũc fiat
in termino vel iudicetur. Et ideo dico ꝙ nec voli-
tio diuina de oppositis primis puta de punibilita
te vel non punibilitate circa eundem peccatorẽ pro
diuersis instantibus vel temporib⁹: nec etiam vo-
litio de puniendo ⁊ nõ puniendo arguit in illo cui
remittitur aliquãdo peccatum ⁊ sibi aliquãdo im-
putatur vel econuerso aliquam mutationem realẽ
vnde nec inter ista est transitus realis in effectu et
in re: nec ꝑ consequẽs mutatio sed velle affirmatio
nis ⁊ negationis stant simul in eternitate: licet pro
diuersis instantibus vel temporibus sine omni mu
tatione reali: sicut patet ex predictis. immo etiã si-
ne mutatione rationis. sed non curo modo. Quan
do ergo dicit: ꝙ in remissione peccati transit pecca
tor ab esse peccatorem ad non esse peccatorem. ⁊ ab
esse punibili ad nõ esse punibile: dico ꝙ hic nullus
positiuus terminus realis ponitur: qui abijciatur:
vel ponatur in peccatore per remissionem peccati:
⁊ ideo nulla est mutatio realis: sicut patet. ¶ Si di
cas ꝙ semper stat difficultas rationis: quia primo
est vna contradictio vera vel vna pars cõtradictio
nis post remissionem peccati non est illa vera: que
prius sed alia. ⁊ hoc non potest esse sine mutatione
Nõ hec. ¶ Dico respondẽdo simul ad tertium argumentũ
in quo istud tangitur ꝙ voluntas diuina nõ se ha-
bet aliter ad istum pro diuersis instãtibus: quibus
vult istum esse punibilem vel non punibilem: sic ꝙ
aliquo modo mutetur. quia in eternitate ista est ve
ra Petrus est punibilis pro instãti. A. ⁊ similiter
ista petrus non est punibilis pro instanti. B. q̃d est
instans remissionis. ⁊ ista non sunt contradictoria
simul: nec succedẽtia sibi inuicem inesse obiectiuo
volitionis licet inesse reali succedant. licet instãtia
pro quibus affirmatio ⁊ negatio denotantur ines
se apprehendantur vt succedẽtia sibi inuicem rea-
liter vel possibiliter saltem. similiter dato ꝙ eẽt ali
qua mutatio: non tamẽ arguitur ꝙ realis ex isto ar
gumẽto. ¶ Sed si dicas ꝙ est puniendus pro vno
instãti: pro alio non. igitur mutatio realis. dico ꝙ
non oportet quia eẽ puniendum vel nõ puniendũ
nõ sunt entia nisi rationis dicunt enim habitudinẽ
rationis vel negationem eius ad penam futuram.
¶ Preterea ista nõ sunt volita isti pro diuersis in
stãtibus volitione absoluta sed cõditionata sicut
pluries dictum est supra ⁊ pro diuersis instãtibus
ita ꝙ diuersitas instãtium vel tẽporũ causa est qua
re vna pars vera est pro vno nunc vel pro vno tem
pore ⁊ alia nõ: sed pro alio tẽpore vel instanti: licet
vtraq; immutabiliter sit vera ⁊ in eternitate. ¶ Si
dicas adhuc cõtra hoc ꝙ deus posset remittere cul
pam angeli in euo dato ꝙ non esset tempus. Euuꝫ
autẽ simplex est ⁊ indiuisibile sicut dictum est in se
cundo: ⁊ idem penitus cum suo instanti. ⁊ ita nihil
valeret ibi diuersitas instantium vel tẽporum: sed
pro eodem deus vellet angelum esse punibilẽ ⁊ nõ
punibilem. Nec potest dici ꝙ aliud esset euum pec
cati vel culpe: et aliud remissionis: licet esset idem
euum angeli cui remitteretur peccatum. quia cul-
pe cum non sit aliquid positiuũ reale: non correspõ
det euum proprium. similiter etiam nec remissioni
quia nichil reale dicit ex parte angeli. quare ⁊c.
Ad hoc dici potest ꝙ euum licet sit simplex ⁊ indi- Nota.
uisibile non habẽs partem ⁊ formaliter tamen vir-
tualiter coexistere potest tẽpori ⁊ partibus eius di
uersis vel diuersis instantibus. ⁊ ita possunt ista sic
fieri in euo: vt tale est sicut ⁊ in tempore suo modo
vel diuersis instantibus temporis. ¶ Ad quartuꝫ
⁊ vltimum dicitur ꝙ non est ibi mutatio rationis:
nec oportet consequenter eam reduci ad mutatio-
nẽ realem. Hec de primo articulo principali.

¶ Quãtum ad secundum ar remissio pcti ⁊ infusio grẽ an vna mutatio.
ticulum videretur alicui ꝙ remissio peccati ⁊ infu
sio gratie essent vna simplex mutatio. ¶ Primo q̃z
transitus a priuatione ad habitum sibi oppositum
non est nisi vna mutatio. Nã inter duos terminos 1. opinio.
oppositos simul non est nisi vnica mutatio. sed pec
cati remissio ⁊ gratie infusio nõ est nisi transitus a
culpa mortali ad gratiam que sunt priuatiue oppo
sita. probatio. quia sunt formaliter incõpossibilia.
nec virtute diuina possent stare simul. tunc enim es
set cõtradictio. s. ꝙ eadem anima simul esset digna
pena eterna: ⁊ non esset digna pena eterna sed vita
eterna. Et tunc ponatur ꝙ talis anima in tali pun
cto iudicetur: ⁊ fiat in termino: sequitur ꝙ simul ⁊
semel habebit vitam eternam ⁊ penam eternã. hoc
autẽ implicat contradictionem: quia pena carẽtie
est priuatio vite eterne: puta visionis ⁊ fruitionis
beate. ergo ⁊c. ¶ Secundo sic. aut sunt vna ⁊ eadẽ
mutatio: aut plures. sed non sunt plures essentiali-
ter distincte. q̃z tunc vna posset fieri ⁊ esse sine alia
contradictione non obstante: sicut prior sine poste-
riore vel econuerso: ⁊ ita posset eẽ peccati remissio
sine gratie infusione: ⁊ gratie infusio sine peccati re
missione in isto peccatore. ¶ Tertio sic. generatio
⁊ corruptio in naturalibus sunt vna mutatio ⁊ ea-
dem simpliciter. probatio. quia idem est motus sim
pliciter abiectiuus cõtrarij vnius ⁊ inductiuus al
terius. g̃ similiter eadẽ mutatio expulsiua vni⁹ for
me et inductiua alterius sibi incompossibilis. Et
ꝙ sit idẽ motus inter duo cõtraria. patet. quia mo
tus per se respicit contraria: sicut per se terminos.
In hoc enim a mutatione distinguitur: quia muta
tio nõ habet ambos terminos positiuos. ergo ⁊c.
¶ Quarto sic. si non sint vna mutatio sed plures:
oportet ꝙ inter se habeant aliquẽ ordinẽ prioris ⁊
posterioris saltem natura: ⁊ si non duratione. Non
enĩ eque immediate ordinanẽ ad terminum: vt vi-
detur. sed talis ordo est impossibilis inter eas. pro
batio. q̃z si remissio eẽt prior q̃ꝫ infusio in illo prio-
ri esset homo nõ inimicus: ⁊ tñ non esset amicus. q̃z
in illo priori gratiam non haberet. hoc autẽ est im
possibile. Quilibet enĩ ex ordinatione diuina pro
quolibet statu suo vel est amicus vel inimicus. Si
militer si infusio gratie esset prior: sequeretur ꝙ in
illo priori esset homo amicus. quia habẽs gratiam
⁊ tamen adhuc esset inimicus. quia non esset recõ-
ciliatus eo ꝙ peccatũ nõ esset sibi remissum. g̃ ⁊c. opi. doct. priori opposita.

¶ Sed ꝯtum ad p̃sentẽ articulum dico
primo ꝙ remissio culpe et
infusio grẽ nõ sunt vna ⁊ eadẽ mutatio. ¶ Hoc ꝓ
bo primo sic. idẽ simpliciter nõ põt simul plurifica
ri realiť ⁊ nõ plurificari: vł plurificari ẽm rõnẽ: et
non plurificari. Patet. quia ad hoc sequitur idem

nõ esse idem.oppositum primi principij ⁊ sequitur
verificatio ꝯtradictorioꝝ de eodẽ.sed remissio cul
pe frequẽter plurificat circa peccatorẽ ẽm plurali
tatẽ culparum infusio gratie non plurificat:sed est
vnica sicut ⁊ gratia que ĩfunditur.Et ꝙ ille remis
siones multiplicẽtur patet.quia vna posset esse sine
alia:si cõmisisset:vel incurrisset vnum illorum pec-
catorum tantum:⁊ non alia:ergo ⁊c. ¶ Secundo sic.
idem non separatur ab eodem:accipiendo vnifor-
miter idẽtitatem ⁊ separationẽ:puta si realiter.rea
liter:⁊ si ratione:ratione.Idem enim realiter non se
paratur ab eodẽ realiter:nec idem ratione ab eodẽ
ratione.Hoc enim includit oppositum primi prin
cipij:scilicet ꝙ idem vt idem simul sit ⁊ non sit.ex
quo illa separatio est ẽm esse.sed remissio culpe et
infusio gratie possunt ab inuicẽ separari ẽm totuz
ambitum suum:sic ꝙ potest esse aliqua remissio cul
pe:⁊ nulla erit infusio gratie.Potest enim absolute
remitti culpa mortalis siue actualis siue origialis
dato ꝙ nõ infundatur gratia sicut dictuz est supra
de circũcisione.Et illa remissio esset eiusdẽ ratio-
nis cum illa:que fit modo:quando concomitanter
infunditur gratia.Et patet.quia veniale potest re
mitti sine infusione gratie.ergo similiter mortale.simi
liter etiã potest infundi gratia:dato ꝙ nulla culpa
remittatur:⁊ eiusdẽ rationis cum illa que est quan
do culpa remittitur.Fuit enim ade infusa gratia etiaz
per mutationẽ in statu innocẽtie ẽm ponẽtes:ꝙ nõ
fuit creatus in gratia:⁊ nulla fuit sibi culpa remis
sa.Similiter posset vnus homo fieri in puris na-
turalibus a deo:⁊ postea gratia sibi infundi:et ta-
men nõ remitteretur sibi aliqua culpa.sed in habẽ
te culpam dubium est:an possit infundi gratia:da-
to ꝙ non remittatur culpa:de potẽtia dei absoluta
dico:quia planum est:ꝙ non de ordinata.⁊ de hoc
patebit infra in conclusione cuiusdam argumenti:
in quo hoc ipsum tangebatur.¶ Tertio sic arguo
inter illa que non sunt formaliter opposita:nõ po-
test esse formaliter ⁊ per se vna mutatio.patet:sed
culpa ⁊ gratia nõ sunt formaliter opposita priuati
ue.Tunc enim gratia subesset agẽti naturali proba
tio.quia tunc quicquid posset sup vnũ vel esse vni⁹
effectiue vel defectiue:posset etiaz sup aliud:vt pa
tet vniuersaliter in repugnãtibus ⁊ incompossibi-
libus oppositis priuatiue.voluntas autem creata
potest sup culpam vel sup esse culpe.quia ab ipa est
culpa.igitur posset sup non esse gratie effectiue vel
deffectiue.Hoc est falsum.quia gratia non accipit
non esse.nec desinit esse nisi per adnichilationem.
Creatura autẽ adnichilare nõ potest sicut nec crea
ture. Patet etiam ista minor.quia vnius habitus
nõ est nisi vna priuatio simul ⁊ semel in eodẽ subie
cto.sed multe sunt culpe simul in eodẽ.Gratia au-
tem est vnius habitus:ergo ⁊c.¶ Tertio patet quia nõ
fit proprie mutatio ad habitum nisi a priuatione.
sed ad gratiam potest fieri mutatio:dato ꝙ non a
culpa sed sine omni culpa precedente.vt dictum est
supra.patet igitur illa minor:ꝙ gratia ⁊ culpa nõ
opponantur formaliter.Sequitur ergo conclusio:
ꝯclusio.1. ꝙ remissio culpe ⁊ infusio gratie non sunt vna mu
tatio.¶ Quarta ratio.illa non sunt vna et eadem
mutatio:quorum vnum non est mutatio.patet ma
nifeste.sed remissio culpe nõ est mutatio sicut dictũ
est supra.Infusio autẽ gratie post culpam est mu-
tatio.ergo ⁊c.hec est prima conclusio.¶ Secunda
conclusio est.ꝙ remissio culpe ⁊ infusio gratie non
sũt due mutatiões reales sicut gñatio et corruptio
sunt due mutationes reales suo modo.Hoc pro-
bo sic.Infusio gratie post culpaz est vera mutatio
realis.quia est vere transitus ab aliqua vera nega
tione in affirmatione in aliquo subiecto preexistẽ-
te sub negatione etiam ẽm durationem:quia pro
tempore culpe non remisse.Remissio autem culpe
non est mutatio:vt dictum est supra.ergo ⁊ cetera.

2.ꝯclusio ꝙ remis. cul.⁊ ĩfu. gr̃e ñ sũt due mu. reales.

¶ Quod autez non sit mutatio realis ipa remissio
probat vnus doctor.quia peccatum nõ adimit:nec
priuat aliquid positiuum reale:vt puta aliquẽ gra
dum nature:qui restituatur per remissionem ipsam
Similiter etiam nec culpa dicit aliquam maculam
positiuam manentem in anima post actum peccati
interiorem ⁊ exteriorem:sicut dictum est supra que
tollatur per talem remissionez:sed in anima manet
tantũmodo reatus:qui nichil aliud est quam obligatõ
peccatoris ad penam eternam pro instanti peccati
⁊ toto tempore habito non absolute.sed si tũc fiat
peccator ĩ termino ⁊ iudicetur/⁊ illa obligatio nõ
est nisi respectus rationis ⁊ per consequens remis-
sio ipsa q̃ est ab obligatione ad nõ obligationẽ:cuz
nullum habeat terminuz positiuum realem non est
est mutatio realis:quare ⁊c. ¶ Sed in his dictis
sunt aliqua dubia.primo quia sicut dictum est su-
pra non est idẽ formaliter culpã remittere:et obli-
gationem ad penam tollere/vel ad penam pro ali-
quo instanti vel tempore sequente non obligare:li
cet vnum concomittetur reliquum. ¶ Secũdo ex
his dictis videtur sequi ꝙ remissio culpe sit muta-
tio rationis saltem.quia ab obligatiõe que est ens
rationis ad nõ obligationem fit ista remissio sicut
a termino a quo ad terminum in quem ⁊ ita est mu
tatio rationis deperditiua illius obligationis:et
per consequens oportet talem mutationem ratio-
nis reducere ad mutationez aliquam realem.quod
est contra supradicta etiam secundum eos.¶ Ter
tio quia per hoc videtur:ꝙ illa obligatio cesset es
se.⁊ sic respectus rationis facti a diuino intellectu
vel diuina voluntate non sunt eterni.cuius oppo-
situm dictum est in primo.quia alioquin deus mu
taretur necessario.¶ Ideo dicendum ꝙ bene verum
est ꝙ remissio peccati non est mutatio realis nec ra
tionis:sicut declaratum est supra:sed non sicut iste
declarat.Unde nec per obligationem ad penam di
citur anima peccatrix post actum:nec remissio pec
cati quantum ad culpam est amotio talis obligatiõis
nec illa obligatõ desinit esse:sed est in eternitate in
noticia diuina pro instanti peccati ⁊ toto tempore
habito vsq ad remissionem:nec tollitur per remis-
sionem:vel cessat esse.licet pro instanti remissionis
⁊ toto tempore habito vsq ad nouum peccatũ nõ
sit iste obligatus ad penam:sed dignus vita eterna
⁊ premiandus volitione tamẽ conditionata si pro
tunc iudicetur:⁊ fiat in termino.quare ⁊c.¶ Sic
igitur remissio culpe ⁊ infusio gr̃e nec sunt vna muta
tio nec due:sed infusio gratie post culpam est vera
realis mutatio.remissio autem culpe non est muta
tio nec realis nec rationis:licet bene cõcomitetur
eam infusio gratie secundum ordinationem diui-
nam ⁊ de facto. ¶ Ex predictis apparet falsum
dictũ vnius doctoris.s.Thome in quarto suo ĩ ista
distinc.vbi dicit:ꝙ gratia est ipsa forma per quam
fit remissio:sicut per albedinẽ fit aliqd albũ:⁊ expellit

dubia circa p̃dicta

resolutio

Correlariũ contra S. Thomã.

nigrum:⁊ per frigus calor. vnde dicit:ꝙ nõ potest peccatum remitti:nisi per gratiã.licet eñ in nõ habẽte peccatũ pro statu innocẽtie vel naturalis rectitudinis possit ĩfundi grã sine remissiõe culpe:tñ in habẽte peccatuz nõ potest remitti culpa sine gratia vel ĩfusione gratie.licet ergo infusio gratie possit esse sine remissione culpe:vt in christo ⁊ in Adã: tamẽ non ecõuerso:sicut dicit. Et patet esse falsum ex predictis. Similiter etiam sibimet contradicit: quia satis cito post illud dictum dicit in vno alio loco:ꝙ gratia ⁊ culpa formaliter nõ opponuntur⁊ probat aliquo modo sicut ꝓbatũ est supra. Ex hoc dicto sequitur oppositũ primi dicti.quia ex hoc sequitur ꝙ gratia nõ expellit formaliter ipsum peccatum:sicut albedo nigredinẽ vel frigus calorẽ:vl' habitus priuationem.nec est forma qua formaliter fiat remissio peccati:⁊ per cõsequẽs ꝙ sine ipsa peccatum remitti potest. vnde ⁊ peccatũ remittere vel remitti nõ est gratiam infundere vel infundi: sicut dictum est supra.

¶ Ad primum illorũ qui probãt:ꝙ sunt vna ⁊ eadem mutatio re-
ad rõnes prime p̄cedẽ. opi. missio culpe ⁊ infusio gratie:dicunt ꝙ culpa ⁊ gratia non opponũtur formaliter aliquo genere oppositionis. Quãdo dicis:ꝙ immo quia tunc nõ appareret ratio quare nõ essent compossibilia simul in eodez:qđ est impossibile.diceretur:ꝙ culpa mortalis ⁊ gratia nõ sunt incompossibilia formaliter ex natura rei et oppositionis alicuius que sit inter eas: sed ex ordinatione diuina:que ordinauit: ꝙ vnum non stet cum alio in aliquo susceptiuo vtriusq;. ordinauit enim ꝙ quilibet vel sit filius dextere ꝑ gratiam:vel sinistre per culpam. ⁊ tunc oportet dicere ꝙ ex natura rei deo faciente vel permittente culpã ⁊ non remittente ipsam:⁊ etiam creante gratiã in eodem cum illa culpa ista possent stare simul loquẽdo de potẽtia dei absoluta:qua posset non remittere culpam ⁊ infundere gratiam. Quando dicis:ꝙ contradictio sequeretur:quia tunc eadem anima simul esset digna pena eterna ⁊ non digna. diceretur ꝙ non esset contradictio:quia hoc nõ esset ſm idẽ: sed ſm culpam esset digna pena eterna:ſm gratiã vel inq̃tum habens ipsam non esset digna tali pena. ⁊ ita non ſm idem ad illud qđ deducis vltra:ꝙ simul esset dignus pena eterna ⁊ vita eterna cõcedatur. Quãdo dicis vltra:ꝙ in illo puncto posset iudicari ⁊ fieri in termino:⁊ per consequens simul premiari vita eterna:⁊ puniri pena eterna carẽtie quod est contradictio. quia simul haberet visionẽ ⁊ carẽtiam visionis. Diceretur ꝙ nõ sequitur. Et ratio est.quia visio beata ⁊ carẽtia eius plane opponũtur priuatiue. sic autẽ circa idem substãtiuũ. talia autem nõ possunt simul inesse contradictiõe repugnante. sic autẽ non est in antecedẽte. Unde dato ꝙ simul esset dignus ille pena ⁊ vita eterna : nõ tamẽ pro simul:nec sibi possent inesse ambo cõiunctim sed alterũ quodcunq; placeret premiãti. Aliter diceret̃:ꝙ condignitas gratie vel habẽtis gratiam ad vitã eternam nõ est ex natura gratie vl' ex vi talis habitus. Alioquin deus non posset nõ beatificare decedẽtem in gratia nec dãnare aliquẽ cũ gratia:quod falsuz est sed talis condignitas est ex statuto vel pacto ⁊ ordinatione diuina:cui⁹ oppositum potest ordinare de potẽtia absoluta:vt. s. aliquis q̃tumcũq; habẽs gratiam nõ esset dignus vita eterna. Potest ergo virtute diuina fieri ꝙ aliquis habeat gratiã:⁊ non sit dignus vita eterna:⁊ si cũ hoc habet culpã mortalẽ est dignus pena eterna. ⁊ ita nõ sequitur aliqua cõtradictio:vt videtur Similiter etiã sicut dictũ fuit supra de circũcisione:manẽte quacũq; deordinatione culpe deus posset remittere eam non imputando saltẽ ad penam: si hoc vocet̃ remittere:⁊ ita in isto maneret culpa⁊ nõ deordinaretur ad penã. ⁊ si haberet gratiã ordinaretur ad vitã. hec autẽ stant simul. s. ordinari ad vitam ⁊ nõ ordinari ad penã. quare ⁊c. Aliter dicitur dato ꝙ culpa ⁊ gratia non sunt formaliter opposita:non ꝓpter hoc tamẽ absolute loquendo sunt cõpossibilia in eodẽ subiecto. Sicut patet de duabus formis substãtialibus disparatis:que licet nõ opponant̃:tamẽ non cõpatiuntur se in eadẽ materia. Et ſm alios de duabus figuris in eodez q̃to. Sed prima solutio videt̃ melior ⁊ magis ad rẽ ire

¶ Ad secũdum dicẽdum:ꝙ nec sunt vna mutatio nec plures:sicut dictũ est supra. Quãdo dicis:ꝙ si plures essent ⁊c. dico ꝙ dato ꝙ non sint plures:remissio tñ culpe potest esse sine infusione ⁊ ecõuerso nec est inconueniens: quomodocunq; accipias : vt patuit ex p̄dictis. de ordine tñ earum in sequẽti articulo apparebit: ¶ Ad tertium argumẽtũ d: vno modo ꝙ licet sit vnus motus ⁊ vna mutatio a contrario in cõtrarium:ſm ꝙ mutatio dicit aliquid cõmune ad motũ:non tñ generatio ⁊ corruptio sunt vna mutatio sed due. Et ratio est.quia motus ille habet duos ꝑ se terminos positiuos. s. illa cõtraria ⁊ nõ sunt ibi plures termini. sed generatio ⁊ corruptio nõ sic habent terminos suos. Corruptio eñ habet pro terminis suis formam priorem ⁊ negationez eius. sed generatio habet pro terminis suis formam posteriorem ⁊ negationem eius vel priuationẽ in materia ⁊ ita sunt ibi quatuor termini et due mutationes. Sic igitur assumptum est falsum ⁊ probatio non valet de motu. ¶ Secũdo dicitur ꝙ generatio ⁊ corruptio sunt due mutationes. Et quando dicitur de motu:ꝙ vnica mutatione ꝑ motum abijcitur forma contraria:⁊ inducitur alia cõtraria. dicitur ꝙ in quolibet motu de contrario ad contrarium concurrunt due mutationes . quarum vna est deperditiua vnius contrarij. et alia est acquisitiua alterius contrarij. Et prima habet pro suis terminis contrarium:quod abijcitur et negationẽ eius. Secunda vero habet pro terminis contrarium quod inducitur et negationem vel priuationem eius : ⁊ quelibet istarum mutationum successiua est:⁊ distinguitur vna essentialiter ab alia: in tantum ꝙ virtute diuina prima posset fieri sine secunda:⁊ etiam secunda sine prima : precipue ſm ponentes duo contraria posse simul stare. et etiam ſm hoc negantes qui ponerent ꝙ vnum contrariũ posset ꝑ motũ inducij ⁊ ꝑ motũ ⁊mutationẽ successiuã in aliquo:in quo nõ esset nec p̄fuisset aliqđ de cõtrario. verũ est tamen ꝙ naturaliter loquẽdo in motu concurrunt ambe mutationes tales:nec potest aliter fieri a natura. Et secundum istos in hoc non differt motus a mutatione . quia motus sit aliqua vna simplex mutatio inter terminos contrarios : sed in hoc differt: ꝙ licet sit inter terminos priuatiuos : est tamen mutatio successiua et non instantanea . Similiter etiam ad motum naturaliter concurrunt due mutationes : quarum

sunt duo termini positiui: terminus a quo prime et terminus ad quem secunde et sunt contrarij. Et sic dicitur motus fieri a contrario in contrarium secundum duas mutatiões: quas includit: nõ sic aũt mutatio puta generatio vel corruptio vel huiusmõi. Quicquid sit de hoc: semper tamen dicendum est q generatio vnius et corruptio vnius licet concomitentur se: sunt due mutationes. Non tamẽ propter hoc concludẽdũ est a simili: q remissio culpe et infusio gratie sint due mutationes sicut dictũ est supra. ¶ Contra secundã vero solutionẽ videtur vna difficultas: quia quelibet illarũ mutationũ concurrẽtiũ ad motũ vel est instãtanea vel successiua. si instãtanea: nõ possunt constituere nec cõcurrere intrinsece ad motũ: qui est mutatio successiua. Si successiua: quelibet est vnus motus et sic ad vnũ motum cõcurrũt duo motus et alterius rationis: sicut et termini. Et hoc sub dubio relinquatur: nisi q diceretur: q in quolibet motu et processu totali a cõtrario in cõtrariũ sunt duo motus partiales. ¶ Ad quartũ de ordine ipsarũ qui tãgitur in maiori videbitur in sequẽti articulo. Quando dicitur: q nõ possunt habere ordinẽ. diceretur q imo. Quãdo dicis q remissio nõ potest esse prior. quia tũc prius esset nõ inimicus quam amicus. diceretur: q nõ est impossibile. quia aliquis põt esse alteri nec inimicus nec amicus etiã secundum duratiõẽ. Et ita prius duratione nõ inimicus quam amicus: licet de facto secundum ordinationẽ diuinã et secundum duratiõẽ quilibet vel sit inimicus vel amicus: licet prius natura possit esse nõ inimicus quam amicus. Similiter aliquo modo prius natura prioritate intẽtionis et perfectionis põt esse prius amicus quam nõ inimicus. Et sic etiã infusio gratie prior aliquo modo remissione culpe. Preterea argumẽtum supponit: q sint due mutatiões. quod tamen nõ est verũ licet nõ sint vna. Nec enim sũt vna nec due: sed sicut dictum est supra. Hec de secundo articulo principali.

nitētijs ⁊ remissiōibꝰ: oīs vtriusq̄ sexꝰ sic̄ dicet ifra

¶ In ista questione sic ꝓcedā.

¶ Primo inquiram. vtrū sacerdos teneatur cela-
re cōfessionē seu pctm̄ sibi in confessione detectum
de iure nature: ⁊ ꝯsimiliter pari rōne de omni alio
secreto sibi sub forma secreti cōmisso ⁊ recepto: et
hoc vel expresse vel interpretatiue: q̄n apparet rō-
nabiliter: ꝙ cōmittēs vult cōmissum haberi sub se
creto ⁊ est materia secreti. ¶ Secundo inquiram.
vtrū sit de lege positiua diuina vel de iure diuino
positiuo. ¶ Tertio vtrum sit de iure ecclesiastico.
¶ Vltimo ad rationes.

¶ Quātum ad primū articulū di
citvnus do — Sacerdos an detecta sibi in ꝯfessione teneatur celare ⁊ quō I. opinio.
ctor: ꝙ celare pctm̄ in ꝯfessione detectū vel celare
cōfessionē est de iure nature tanꝗ̄ cōclusio deduci-
bilis ex principio vel principijs iuris naturalis.
¶ Ad hoc adducit talē rationē. Naturaliter notū
est ⁊ de iure naturali ē: ꝙ nullꝰ debet mētiri in quo
cūq̄ casu. sed reuelans ꝯfessionē mētiret dicēdo se
nosse vel scire illud vel ostēdēdo se nosse. ⁊ ꝯn̄s vel
narrando illud qd̄ audiuit in cōfessione. ꝓbatur q᷑
sic narrādo oñderet se nosse in ꝓpria persona ⁊ tā-
ꝗ̄ homo. sed ipse nō nouit vt hō in ꝑsona ꝓpria: sꝫ
vt deus: vel vt minister dei. ꝯ ⁊c̄. Vnde vere posset
negare se audiuisse vel scire aliq̄d de hoc loquēs in
persona ꝓpria: lꝫ audierit in ꝑsona dei vt minister
eius. sicut angelus licet verū diceret loquēs in ꝑso
na dei: ego sum dn̄s deꝰ tuꝰ. ⁊ vere hoc affirmaret:
loquēs tñ in ꝑsona ꝓpria potuisset istud negare ⁊
dicere: ego non sum dominus tuus.

¶ Contra istam rationem licet conclusio — Contra rationes I. opi.
sit vera arguitur multipliciter.
Primo sic eiusdem et vt eiusdem in persona est co
gnoscere de causa et paccato confitentis: ⁊ senten
tiare vel iudicare de ipsa. quia ad hoc cognoscit:
vt sententiet: vel iudicet sed sacerdos in persona
propria vt hō nō vt deus absoluit: ⁊ sententiat de
peccato confitētis. probatio. quia ministerialiter
absoluit et non principaliter sicut deus. Alioquin
non diceret dn̄s per suam misericordiam te absol-
uat ⁊c̄. sed diceret: ego te absoluo principaliter
et gratiam infundo, sicut dicit angelus loquens

in persona dei:ego eduxi te de terra egypti. ¶ Et cōfirmatur. qꝛ non magis absoluit iste vel cognoscit de causa penitētis in persona dei: q̃ conficiat corpus christi immo magis videtur de cōsecratione corporis christi ꝙ fieret in persona dei. quia sacerdos in cōficiendo repetit verba christi: ⁊ vt dicta in persona christi. nō sic in proposito sed nō obstante hoc sacerdos cōficit vt minister ⁊ in persona propria. ⁊ potest postea dicere seipsum cōfecisse corpus christi ⁊ in persona ꝓpria. g̃ similiter in proposito. ¶ Tertio sic. nam ſm eundem doctorem et ſm veritatem licet dicere cōfessori se audiuisse in confessione aliquod pctm̄ ⁊ aliquē casum loquendo in generali nō applicādo ad personā ⁊ eo modo quo nō possit aliq̄s de peccato notari. hoc patet ꝑ cōsuetudinē. Narrantur enī talia in predicationibus ad edificationē ⁊ in consultationibus ad certificationē: sicut patet extra de penitētijs ⁊ remissionibus officij: vbi Innocētius tertius respōdet cuidam cardinali legato super casum quē sibi scripserat: ⁊ audierat in confessione. Nec papa redarguit ipsum de reuelatione illa in vniuersali per scripturam. Sed hoc nō esset licitum: si illa ratio esset bona. qꝛ talis sic dicens vel scribēs mentiretur. quia nō nouit in persona propria: nec in particulari: nec in vniuersali per ꝯn̄s sed in persona dei. ⁊ ita mentiretur dicendo se audiuisse in cōfessione talem casum. hoc autē est falsum. g̃ ⁊c̃. ¶ Quarto sic. quia illa ratio nō excludit reuelationē ꝯfessionis. dato enim ꝙ sacerdos audiat nō in persona propria sed dei: sicut dicit iste: adhuc poterit dicere nō mētiendo: ego audiui vt in persona dei: ⁊ vt minister dei tale peccatū ⁊ talis persone in confessione. ⁊ sic nō mentietur: sicut nec mentiretur dicendo ego audiui in persona propria: si in propria persona audiuisset. sicut angelus etiā nō fuisset mētitꝰ: si postq̃ dixerat moysi: ego sum dominus deus tuus in persona dei dixisset postea alicui narrando ego dixi moysi tale verbum: puta ego sum dominus deus tuus loquendo in persona dei: ⁊ narro tibi istud in persona propria. igitur sine mendacio ita posset cōfessio reuelari sicut si audiuisset in persona propria. Et ideo dico ꝙ illa ratio nihil valet. Nec celare cōfessionem est de iure nature: quia mentiri sit contra legem nature ⁊ reuelans mentiretur. ¶ Dico igitur ad rationem ꝙ aliud est loqui vel audire vel aliquid facere in persona dei seu alicuius: ⁊ facere vel audire vel loqui vt minister illius. Nam tunc dicitur aliquid facere quis in persona alterius: quādo pretendit personam eius: ⁊ facit sicut ipsemet faceret. sicut patet in istis simiationibus iocosis: quādo quis simiat alium iocose: vtputa balbutiendo sicut ille vel se habendo consimiliter ad illum in tali vel tali actu: vel dicendo aliquid proprie ac si ille diceret. vnde et q̃cito ille deficit a faciendo: sicut ille faceret: vel dicendo sicut ille diceret: dicitur ꝙ mentitur: q̃uis tunc loquatur: vel faciat more suo proprio. sed vt minister agit aliquid: quādo auctoritate illius licet in persona propria ⁊ vt minister facit. Et sic in proposito dico ꝙ sacerdos nō in persona dei cum non dicat sicut si diceret deus in absoluendo: sed in persona propria vt minister audit et absoluit auctoritate tamen dei: cuius minister est. Et dato ꝙ non in persona propria: sed in persona dei: adhuc ratio nihil valet: sicut dictū ē supra

Innocētius. — Ad rō= nē.I.opi.

¶ Adducuntur igitur alie rationes ad istam conclusionem. Prima est ista. vnusquisq; ſm legē nature que de charitate fraterna exprimitur: tenetur alijs facere quod sibi vellet ratiōabiliter ab alio fieri. ⁊ per cōsequens non debet facere quod non vellet rationabiliter: nec deberet velle sibi fieri. Patet per Matheum. sed quilibet ſm rationē rectam deberet velle suam famam ab alio seruari: et non diffamari. patet. quia in ecclesiastico dicitur: curā habe de bono nomine. hoc enim tibi magis permanebit q̃ mille thasauri. Et in ꝓuerbijs dicitur: ꝙ melius est nomen bonum q̃ diuitie multe. Et patet. quia ſm rationem rectam vnusquisq; debet velle sibi in alio seruari ſm ꝙ viuit vita ciuili ⁊ aptus ad actus legitimos ciuilitatis. hoc autem est fama et nomen bonum. qua fama amissa non est aptus: nec est in statu illese dignitatis: vt patet. sed si sacerdos reuelaret confessionem seu crimen in confessione detectum: sic ꝙ posset ad notitiam persone deueniri: diffamaret confitentem: vel posset diffamare. quia qua ratione reuelaret: vel posset reuelare isti ⁊ alijs: et ita publicare crimē. quare ⁊c̃. ¶ Secunda ratio quilibet de lege nature tenetur seruare fidelitatem proximo: quam vellet rationabiliter seu deberet velle sibi seruari. Sed cōmittēs secretum alteri maxime deberet velle illud seruari. igitur alter cui cōmittitur: tenetur illud seruare secretū ꝯfessionis ⁊ hmōi. g̃ ⁊c̃. Hec ratio tāgitur Prouerbioꝝ.x. qui ambulat fraudulenter: reuelat archana. qui autem fidelis est celat amici cōmissū. ¶ Tertia ratio. q̄libet ex lege nature tenetur seruare promissum licitū. sed sacerdos recipiēs secretum ꝯfessionis ⁊ si nō explicite: tn̄ implicite ꝓmittit se illud seruaturū. qꝛ sine tali ꝓmisso saltē subintellecto nō est probabile ꝙ cōmitteretur sibi. ergo tenetur illud seruare de iure nature. ¶ Quarta ratio sumitur ex bono communitatis ⁊ vnitate corporis ecclesie. de iure nature tenetur quis nō impedire vnitatem cōmunitatis bone: nec impedire influentiam superiorū in inferiores: nec recursum inferiorum ad superiores: sicut patet. qꝛ illa sunt de iure nature que ponūtur impedire sicut videmꝰ suo modo in vno corpore naturali. Sed sacerdos reuelando ꝯfessionem: tolleret vnitatē ⁊ bonū cōmunē corporis ecclesie propter quod est secretū ꝯfessiōis tolleret enī influentiam superiorū: puta sacerdotū in inferiores: ⁊ recursum inferiorū ad superiores: puta peccatorum ad sacerdotes. qꝛ q̃tum esset ex facto suo: nunq̃ aliquis peccator in sacerdote confideret: nec per ꝯn̄s ad ipsum pro pctō recurreret. ergo ⁊c̃. ¶ Iste rationes possunt aptari ad ꝓbandum etiā ꝙ secretū quodlibet cōmissum vel exp̄sse: vel ex modo cōmittēdi: quo pꝫ cōmittētē illō velle tradere sub secreto: debet celari. Et licet sint ꝓbabiles ratiōes: forte tn̄ in aliquibus sunt calumniabiles: ⁊ viderētur alicui nō cōcludere in casu quolibet vniuersaliter licet in aliquibꝰ casibꝰ particulariter. Non curo modo: adducat alias qui habet meliores. Hec de primo articulo questionis.

Alie rō= nes ꝓ cō clusiōe.I opi. — Eccl'a. — Prouer bioꝝ. — Prouer bioꝝ.x.

¶ Quātum ad secundū articulum

¶ Quātum ad secundū articulum videtur posse reduci positio vnius doctoris in quarto suo ſm Tho. ꝙ celare confessionem est de iure positiuo diuino. nam ſm eum ibidē in presenti distinctiōe.xxj. in sacramētis ea que exterius

Celare ꝯfess. an ꝺ iure po sitiuo di uino. I.opinio

gerũtur: sunt horũ signa q̃ interiꝰ cõtingũt. Et iõ cõfessio exterior qua quis sacerdoti exteriꝰ se subijcit: est signũ interioris qua quis deo se subicit. deꝰ aũt pctm̃ illius per penitẽtiã tegit. vnde ꝛ hoc oꝫ signari in sacro penitẽtie. ꝛ ideo de necessitate sacramẽti est ꝙ qs cõfessionẽ celet. ꝛ tanq̃ violator sacramẽti peccat: qui cõfessionẽ reuelat. ¶ Ex his videtur posse cõcludi ꝙ sicut institutio sacramenti est de iure positiuo diuino: ita etiã celare confessionem eoipso quod est de necessitate sacramenti.

Contra rõnem. I. opiniõis

¶ Sed istud nihil est. primo qꝛ celare ꝯfessionẽ nõ est de necessitate sacramẽti: lꝫ sit de necessitate ministri. Quãtũcunqꝫ eñ reuelet cõfessio: tñ sacramẽtũ prius habuit suã efficaciam absolutionis aĩe a pctõ: q̃tum fuit ex se: ꝛ per ꝯñs infuerũt oĩa: que sunt de necessitate sacri. ¶ Secũdo. qꝛ si confessio pro tanto deberet celari: ꝛ esset de iure diuino positiuo ꝓpter hoc: cum nihil sit de necessitate sacramẽti nõ existẽte sacro sed cessante et amplius nõ durãte: tunc sequeret: ꝙ licet sacerdosꝰ q̃diu penitẽs cõfitetur: ꝛ q̃diu sacerdos absoluit: teneretur celare cõfessionẽ: nõ tñ postea cessante sacramẽto: ꝛ ita tũc ex iure diuino nõ teneretur celare cõfessionẽ. ¶ Tertio qꝛ dato ꝙ aliquis hodie audiret penitentem: ꝛ differret absolutionẽ vsqꝫ cras ꝓter aliqua pctã adhuc cõfitenda: ꝛ interim reuelaret oĩa peccata confessa alteri: nõ ꝓpter hoc minus absolueret cras penitentẽ: nec minꝰ haberet sacramẽtũ efficaciã suã. ergo celatio non est de necessitate sacramẽti. Alioqñ eñ sine tali celatione sacrm̃ nõ haberet efficaciam. quare ꝛc̃. ¶ Preterea si celatio ẽ de necessitate sacramẽti: aut sicut materia aut forma aut aliquid aliud. Et pꝫ ꝙ non sicut materia nec forma nec aliquid aliud. qꝛ celatio nõ dicit nisi negationẽ quãdã reuelandi vel publicãdi. ergo ꝛc̃. Dico tñ ꝙ est de necessitate ministri pro tanto. qꝛ ad ipsam tenetur minister de necessitate precepti: ꝛ peccat mortaliter si reuelat.

Alie rõnes ꝙ cõfessionem celare sit d iure positiuo diuino.

¶ Adducuntur ergo alie rõnes ad probandũ ꝙ celare cõfessionẽ sit de iure diuino positiuo. Primo sic. de iure diuino positiuo tenetur quis nõ dare occasionẽ alteri: qua reuocet a lege christi. Patet ista. sicut de iure positiuo diuino est lex christi. sed lex christi posita est de cõfitendo peccatorẽ: sicut supra dictum est. ergo tenetur quis nõ retrahere pctõres a cõfitendo: vel nõ dare occasionẽ retrahendi se. sed reuelans confessionẽ dat talẽ occasionẽ. ergo ꝛc̃. ¶ Secũda ratio. christus statuit iudiciũ penitẽtie vt efficax ꝛ vltimũ de crimine cõfesso nisi aliunde procedat in publicũ q̃ ex via confessionis. hoc patet ex ipsa institutione sacramẽti penitẽtie Jo. xx. accipite spiritũ sanctum quoꝝ remiseritis pctã remittũtur ꝛc̃. igit de iure diuino positiuo est: ꝙ tale crimen nõ sic trahatur ex via cõfessionis ad aliũ forum publicũ in quo puniat vel puniri possit: sꝫ reuelãs cõfessionẽ sic trahit ad aliũ forum: q̃tum est ex vi ꝛ rõne actꝰ igitur facit contra ius diuinũ positiuũ. ꝛ per ꝯñs celare est de iure positiuo diuino. ¶ Tertia ratio dãs occasionẽ peccãdi mortaliter in exequẽdo mãdatũ xp̃i peccat ꝯtra ius diuinũ positiuum de tali mãdato exequẽdo: sed mãdatum xp̃i de cõfitendo exequẽdũ est a pctõre. reuelans vero cõfessionẽ dat occasionẽ cõfitẽti peccãdi mortaliter. qꝛ mendacit se laudãdi: vt sua cõfessio ꝛ per ꝯñs laus sua reue-

Jo. xx.

letur. ergo ꝛc̃. ¶ Iste rationes etiã sunt probabiles. Et forte quãtum ad aliquas eaꝝ necessario vniuersaliter non concludunt. Sed nõ curo modo eas amplius discutere. nam in talibus nõ possunt adduci multũ meliores rõnes. Hec de scdo arti. ꝑncipali.

¶ Quãtum ad tertium articulũ cõstat ꝙ celare cõfessionẽ vel peccatũ confessum est de iure ecclesiastico: qd est positiuum. Hoc patet per illud decretum allegatũ supra in principio questionis ad oppositũ. Similiter hoc pꝫ extra de penitẽtijs ꝛ remissionibꝰ. Omnis vtriusqꝫ sexꝰ. vbi dr̃ sic caueat omnino ne ṽbo vel signo aut alio quouismodo sacerdos prodat pctõrem. Et seqtur pena. Si pctm̃ sibi detectum presumpserit reuelare: nõ solum a sacerdotali officio decernimꝰ deponendũ: verũ ad agẽdum strictissimã penitẽtiam in artissimũ monasteriũ detrudendũ. Et est ista pena rõnabilior ꝛ melior q̃ illa que ponebatur in illo superiori decreto. Nõ eñ expedit ꝙ ꝓpter aliqd crimen fiat aliquis vagabũdus: dum tñ possit aliquo mõ cõgruo mora eiꝰ inter homines tolerari. qꝛ vagabũdus magis dimitteretur volũtati sue male q̃ reclusus. Et ita tã in se q̃ in alijs plus peccaret ꝛ noceret: q̃ arcte in custodia manciparetur. ¶ Ex predictis pꝫ ꝙ sub precepto triplicis iuris cadit celare cõfessionem vel pctm̃ cõfessum. s. sub precepto iuris nature: sub ꝓcepto iuris diuini positiui: sub precepto iuris ecclesiastici. Non eñ imponitur ita grauis pena iuris: nisi pro trãsgressione precepti. ¶ Ex quo etiã patet q̃ grauiter peccant reuelantes cõfessiones. ¶ Iuxta predicta aũt notandum est ꝙ non solum confessor: verum etiam interpres si sit medius et quicũqꝫ alius audiens confessionẽ siue a casu siue fraudulenter ꝛ a proposito: siue ille cui sacerdos reuelat teneretur ad celandum: ꝛ nullo modo cuicũqꝫ reuelandum. verum est tñ: ꝙ non cuicunqꝫ sic precipitur a iure positiuo ecclesiastico sic celare: sicut sacerdoti cõfessori: nec alteri imponitur talis pena saltez expresse: sicut sacerdoti: vel dicitur imponenda in iure. Sed de iure nature et puto ꝙ de iure diuino positiuo in fauorem cõfessionis ordinato omnes illi tenẽtur celare. Et ꝙ sit rationabile patet. nullus eñ istorũ habet ius vtendi hoc secreto propalando. patet de illo cui sacerdos reuelauit. quia nec sacerdos reuelans habuit tale ius reuelandi. et ita non dedit alteri tale ius. quia nullus dat alteri: qd nõ habet. ¶ Scdo notãdum est: ꝙ nulli omnino nec inferiori nec supiori etiam pape est reuelandũ secretũ cõfessionis: sic ꝙ possit penitens vllo mõ de pctõ certe ꝛ distincte notari. Nec in hoc papa habet aliquã potestatẽ ꝑcipiẽdi vel licẽtiandi. quia nõ habet ptãtem supra ius nature: nec supra ius diuinum positiuum: licet supra ius ecclesiasticũ pure positiuũ. ¶ Tertio est notãdũ: ꝙ lꝫ nullo mõ ꝑticulariter ꝛ distincte applicando ad personã possit pctm̃ auditũ in cõfessiõe reuelari: põt tñ in generali ꝛ indistincte nõ applicãdo ad personã determinatam de ipso haberi sermo: vel apud superiorẽ qui põt absoluere: ꝛ non sacerdos inferior: qui audiuit. Et tunc ille referens superiori vt ab absoluat: se habꝫ sicut interpres ꝛ medius vel apud prudẽtẽ virũ ꝯsulem: si sacerdos nõ sufficiat sibijpsi de cõsilio. in spãli aũt ꝛ in ꝑticulari applicando ad certã ꝛ determinatã ꝑsonã potest etiã

Celare ꝯfes. an d iure eccliastico.

Extra d peni. ꝛ remissiõi.

No. corelarium

Not. hec omnia.

sacerdos crimen auditum in cõfessione reuelare alicui persone: de qua expedit ad aliquẽ bonum finẽ: si nouit illud crimẽ per aliam viã publicam: ꝙ per confessionẽ. vel si persona cõfitens postꝙ confessa fuerit: dicat sibi illud crimen extra confessionem ⁊ omne secretum. alioquin nunꝙ: si sola via cõfessionis vel secreti nouerit: ꝙtumcũꝗ licẽtietur a confitente vel cõmittente secretum. q2 non potest ipsum in hoc licẽtiare. eo ꝙ nõ habet potestatẽ super ius naturale: nec super ius diuinum positiuum: nec sup ius ecclesiasticum. Nec tãtum est iuris eius: sed est iuris communitatis cui nõ potest renunciare. Hec de tertio articulo principali.

Ad rões principales.

Ad primum principale argumẽtum dico ꝙ celare confessionem in nullo casu potest cõtra charitatem militare. immo dico ꝙ charitas grauissime lederet̃ si aliqñ confessio in aliquo casu reuelaretur. Ad ꝓbationes. Ad primã de crimine heresis dico ꝙ cõfessum non debet reuelari. ⁊ ideo versus iuristarũ. Est heresis crimen quod nec confessio celat. habet falsam sententiã. Quãdo dicis: est cõtra bonum cõmune: ⁊ contra charitatem. dico ꝙ lꝫ crimen heresis sit contra bonum cõmune in subuersore fidelium: non tñ celare ipm detectum in cõfessione est contra bonum cõmune. sed est pro bono cõmuni q2 ꝭm ius nature: sicut dictum est supra: ⁊ fauet bono cõmuni corporis totius ecclesie: sicut ibi est deductuꝫ. Ad alia cõsimiliter potest dici de incẽsuro vrbem: ⁊ de prodẽdo patriã. Plus eñ est obseruãdum bonum spirituale totius ecclesie immunitas. s. sacramenti: ꝙ quodcunꝗ bonum tẽporale. Similiter etiã dicẽdum est de aliquo quẽ nouit aliquis preficiẽdum. scit tñ per confessionem ipsum esse indignum: nullo modo debet impedire eius promotionẽ: sic ꝙ ille possit notari de crimine cõfesso. Ad illud de seipso si vadat sacerdos ille cum volentibus ipsum interficere: dicitur ꝙ si põt inuenire viã vel occasionem diuertendi a societate eorum: sic tñ ꝙ nõ reueletur confessio alterius confitentis: vel ꝙ ꝓpter confessionem auditã diuertat: potest diuertere. si aũt nõ potest diuertere: quin percipiatur: seu ꝓbabiliter percipi possit ꝙ ꝓpter confessionem auditã diuertat: debet cũ latronibus procedere: ⁊ periculũ mortis subire. ⁊ si moriatur sicut martyr veritatis ⁊ iusticie moritur. Nec est in ipso contra charitatẽ vllo modo. Aliter dicitur ab vno ꝙ facta aliqñ sunt equiuoca. ⁊ ꝙ diuertere a societate istorum ex natura facti non est signum reuelatiuum ꝙ ille cõfessus fuerit de voluntate occidẽdi sacerdotẽ sed magis est indifferẽs. q2 si illi nõ fuissent simul collocuti: nunꝙ per istud signum in tale signatum deuenirẽt. Et ideo per tale signum diuertendi a societate eoꝝ non videtur reuelare cõfessionem istius: nec per ꝯsequens diuertere est simpliciter illicitum ꝯfessori: dato ꝙ ex illo signo ꝯiecturari possint aliꝗ ꝯfessionem alterius: non ex natura signi sed ex aliquo presupposito. Sed videtur michi ꝙ nec per signum reuelatiuum ex natura rei: ⁊ ita directe: nec per signum reuelatiuum aliquo presupposito: ⁊ ita indirecte potius sacerdos nullo modo potest reuelare confessionẽ. Et ideo prima solutio teneatur. Ad illud de peccato absoluendi aliquẽ: de quo opꝫ sacerdotẽ cõfiteri dico breuiter: ꝙ si non potest perfecte ⁊ integre confiteri peccatum ꝙtum ad circunstantias necessario confitendas: nisi prodendo peccatum ⁊ personã distincte: que fuit sibi confessa nõ tenetur ꝯfiteri sic in particulari saltem: sed sufficit in generali de negligentia ministrandi sacramẽtum. Et ꝙtũ ad hoc in parte similis est nõ habẽti opportunitatem confitẽdi: et excusatur. Nec debet esse in aliquo perplexus. q2 magis tenetur ad celãdum ꝯfessionem: ꝙ ad confitẽdum. Nam ad celãdum confessionem tenetur de iure nature ⁊ iure diuino ⁊ ecclesiastico non sic aũt ad confitẽdum tenetur de iure nature. Ad illud de preiudicio charitatis ad ꝓximum: de prelato ⁊ subdito dicitur: ꝙ si aliꝭ de causis honestis et honorificis consuetum est: aliquem vel aliquos amouere de loco illo in quo subditus periclitatur sine diffamatione et preiudicio fame ipsorum vel etiam passim pro libito voluntatis prelati seu abbatis. Diceretur: ꝙ subditum cõfessum potest licite reuocare ad claustrum vel monasterium aliqua de causa illaruꝫ non reuelãs confessionem. nec in hoc videtur prodere peccatum illius. licet dicerent aliqui ꝙ nullomodo debet se habere aliter post ꝯfessionẽ ꝙ ante. Si tñ nõ est sic ꝯsuetum in collegio sic reuocare nisi ratione delicti vel insufficientie reuocati ipsius: nõ videtur licitum abbati. Aliter diceretur ⁊ similiter de fenestra simul: ꝙ nullo modo debet ipsum reuocare vel fenestram claudere motus ex confessione ⁊ dum aliquo modo ipse confitens vel aliquis alius possit percipere ꝙ ex cõfessione procedat sed debet se habere omnino sicut prius ante cõfessionem. Si autem aliquo modo quo non possit aliquis rationabiliter percipere: ꝙ nec directe nec indirecte ex confessionẽ procedat: possit talia facere: potest sine reuelatione confessionis. Primo modo nunꝙ nec ꝙ oportet ex charitate: ꝙ prelatus apponat remedia contra crimina occulta que nouit in secreto confessionis: nisi ꝙtum potest in ipsa confessione: sed deo debẽt talia reseruari. Ad scdm argumẽtum ptꝫ ꝙ cõfitens non potest licẽtiare cõfessorem de reuelando: lꝫ possit dicere sibi extra confessionẽ ⁊ omne secretum: ⁊ tunc ille potest dicere persone altrri qñ potest prodesse cauendo tñ ne dicat ego audiui hoc in cõfessione. quia tunc reuelaret cognitum vt per confessionem et tunc eo modo quo non deberet reuelare: ⁊ sic peccaret. Ad tertium dicendum est ꝙ decretalis illa non loquitur de illo qui nouit aliũ esse excõmunicatum per confessionem vel secretum sed priuatim. quia ipse solus tñ et sine secreto ⁊ talis tenetur illum vitare in priuato: saltem nec tenetur illi in aliquo ad secretum. Nec est argutum ad propositum. Sed quid de illo qui nouit per confessionem vel secretum alium esse excomunicatum dico ꝙ si potest cõmode eum vitare non prodẽdo excommunicationem eius: tenetur eum vitare. Si autem nõ potest nisi prodendo non tenetur eum vitare: immo nec licet sibi euꝫ vitare. q2 talis vitatio est de iure positiuo ecclesiastico: sed celatio est de triplici iure. Et ideo non licet sibi vitare sed cõmunicare potest. Nec debet esse in aliquo perplexus. q2 ius firmius ⁊ preceptum in hoc casu ligat: et non preceptum infirmius: quando est de contrario vel de incompossibili.

Ad. 2. (margin)

Ad. 3. (margin)

Distinctionis Vigesimesecunde. Questio Vnica.

Circa distinctionē. xxij. quero vtrum peccata redeant eadē numero que prius in recidiuāte ⁊ cadente a vera penitentia. ¶ Uidetur ꝙ sic per August. cōtra donatistas lib. j. cap̄. v. redire dimissa peccata vbi fraterna charitas nō est: apertissime dn̄s in euāgelio in illo seruo docet: a quo vniuersum debitū dimissum repetit. qꝛ ille cū

math. 18 seruo suo debitum nollet dimittere. Mathei. xviij. Et in hac auctoritate xp̄i fundantur oīa dicta sanctorum vel doctoꝝ dicētium peccata redire. quorū auctoritates magister ponit in litera. ¶ Secundo sic. ille qui cadit a vera penitētia: ⁊ recidiuat grauius peccat q̄ʒ ille qui primo peccato peccat cadēs a sua innocētia. quāto em̄ pctōr adicit ad peccandum post plura sibi dimissa: tāto est magis ingratus. qꝛ quāto plura sibi dimittuntur: tanto magis debet diligere: ⁊ tāto plus deo tenetur. iuxta dictū symonis Luce quinto. estimo ꝙ ille eum plus diligit: cui plus donauit. ⁊ fuit approbatum a xp̄o dicente symoni: recte iudicasti: sed hoc non esset: nisi peccata precedētia redirent. nō em̄ vnum peccatū sequēs videretur sic esse graue. ergo ⁊c̄. ¶ Tertio sic. ponatur: ꝙ aliquis sit ꝯtritus modo de pctō suo et per ꝯsequens peccatum sit sibi dimissum. postea nolit ꝯfiteri de illo sed contemnat. Tunc quero de illo pctō aut redit idem quod prius: ⁊ habeo ppositum aut non redit: ⁊ sic deletum est oīno sine duabus partibus penitētie. scꝫ ꝯfessione ⁊ satisfactione: quod nō videtur ꝯueniens. ¶ Quarto sic. recedente forma a materia vel subiecto redit eadē priuatio: que prius inerat subiecto ante aduētum forme. ptꝫ. qꝛ est eiusdem subiecti ⁊ respectu eiusdem forme igitur recedente gratia in recidiuante: reuertitur eadem priuatio gratie: que prius inerat ante penitentiam. ⁊ per consequens idē peccatum quod est vel priuatio gratie vel concomitantur eam.

¶ Contra dicitur: ꝙ nō iudicabit dn̄s bis in idipsuꝫ: sed bis iudicaret pro eodem peccato: si rediret. ergo ⁊c̄.

¶ In ista questione sic ꝓcedā.

¶ Primo inquiram vtrum absolute loquendo sit possibile quacunqꝫ virtute: ꝙ redeat idem peccatū numero quod prius. ¶ Secundo inquirā vtrum sit hoc impossibile ſm potētiam dei ordinatā: ⁊ vtrū aliqñ redeat defacto: ⁊ per quē modum. ¶ Tertio quia tangitur in quodam argumento: inquiram: vtrum grauius peccet cadens a vera penitētia per recidiuum: q̄ʒ cadens ab innocentia per primum peccatum. ¶ Ultimo ad rationes.

An possit redire idē pctm̄ nūero qđ prius ab so. loquē. 1. opinio.

¶ Quantum ad primum articulum dicitur ab aliquibꝰ ꝙ impossibile est quacunqꝫ virtute peccatum redire idem numero: quod prius ¶ Ad hoc adducuntur alique rationes Prima est ista. illud quod est nihil vel in nihilum reductum non pōt redire idē numero ꝑ q̄ʒcūqꝫ potētiā. sed peccatum est nihil vel in nihilū reductū: postq̄ʒ transijt: vt videtur. ergo ⁊c̄. Maior probaꝭ. qꝛ nulla potentia se extendit super nihil. ¶ Scd̄a ratio illud quod trāsijt in esse successiuo ⁊ non permanēti: non potest idem numero reparari. si em̄ ens successiuum vt motus vel tēpus ⁊ hmōi potest reparari: sequitur ꝙ partes talis entis possint esse simul. sequitur similiter: ꝙ instās possit reparari ⁊ per cōsequens ꝙ cōtradictoria possint verificari pro eodem instāti. qꝛ vnum cōtradictorium pro instāti posito prima vice. ⁊ aliud pro instāti posito scd̄a vice: quod est cōtradictio. sed peccatum transiuit in esse successiuo qꝛ nō est actus substractus nature ꝑmanentis. ergo ⁊c̄. ¶ Tertia ratio. nō plus potest redire pctm̄ cōmissionis q̄ʒ obmissionis. sed peccatū obmissionis nō potest redire. qꝛ est mera priuatio. et nō dicit aliquid positiuum pro actu substracto: sed nihil tale videtur esse in potētia alicuius. ergo ⁊c̄. ¶ Quarta ratio. pctm̄ non potest redire idem numero nisi virtute diuina. qꝛ natura nō potest reparare aliquid idem numero. sed virtute diuina immediate non potest redire idem numero. quia deus peccare non potest: nec omittēdo nec cōmittendo. Et ꝯfirmatur. qꝛ ſm Augusti. lxxxiij. q. deo auctore nullus fit deterior, saltē q̄ʒtū ad culpā. ergo ⁊c̄. August.

¶ Alia opinio est de hoc ꝙ peccatū potest idē numero redire eo modo accipiēdo ipsum: quo intelligiꝭ manere post actum peccati ante penitentiā. Intelligitur autem manere nō in se sed quātum ad obligationem peccatoris ad penā eternam debitā pro pctō: sicut superius: per eos dicebatur. Et quātum ad talē obligationem in penā potest peccatum redire ⁊ idē numero post penitentiam in recidiuante: vel etiam in nō recidiuāte quod prius fuit. qꝛ eadem obligatio que prius ⁊ ad eādē numero penā ad quā ⁊ prius. ¶ Hoc probat primo sic. deus potest obligare istū pro instāti. b eadem obligatione et ad eandem penam ad quā potest ip̄m obligare pro instāti. a. priori. qꝛ hoc nullam implicat ꝯtradictionem. ⁊ per consequens sic potest obligari iste. sed ex hoc sequitur eandem obligationem que fuit in isto vel circa istū pro tēpore vel instāti a ante penitentiā posse reparari vel redire pro instāti vel tēpore. b. post penitētiam in recidiuāte. ¶ Secundo sic. ⁊ ꝯcludit de nō recidiuāte. siue prius peniteat siue non. Si iste non peniteat de peccato suo deus potest ꝯtinuare eandem obligationē ad eandē penam pro instantibus vel temporibus. a. b. c. quibus manet iste continue in peccato. igitur cum actus volūtatis diuine obligantis istum in nullo depēdeat a peccato vel penitentia istius: nec ab aliquo extrinseco: videtur ꝙ siue iste peniteat siue non: siue recidiuet siue nō: deus potest eandem numero obligationem facere pro diuersis instātibus vel tēporibus non cōtinuatis pro a. f. et pro. c. Nam instās vel tempus inter medium vel instās non est in hoc necessarium: eo ꝙ nihil est huius voliti. ¶ Tertio declaratur hoc. qꝛ qđ potest voluntas humana ⁊ iuste potest: multofortius voluntas diuina. sed voluntas humana pōt obligare aliquē ad eandem penā debitā alicui pctō ⁊ eadem obligatione vel volitione: qua pro prima vice: eadē obligatione pro scd̄a vice sub cōditione saltem: puta si recidiuet. Et ponitur exēplum. xij. q. ij. episcopus. vbi diciꝭ: ꝙ seruus manumissus ꝓpter ingratitudinem iterum pene seruitutis iuste subdiꝭ. Et videretur ꝙ eidē pene numero vel si saltem in proposito plus potest deus ꝙ eidem pene numero potest obligare: vt videtur, quare ⁊c̄.

Opinio doctoris

¶ Sed quantum ad presentem articulum videtur mihi dicendum primo: ꝙ nō solum de potētia dei absoluta potest idē numero peccatum redire modo predicto q̄tum ad obligationē eādem ad eādem penā pro diversis instātibus vel tpibus possibilē coueni re eidē subiecto vel pctōri a divina voluntate obligante ipsum sicut dicit scda opinio: sed dico ꝙ absolute loquēdo possibile est etiā virtute creature redire idē peccatum numero in seipo ⁊ eundē actum deformem eadē deformitate numero: qua prius. nā sicut virtus creata potuit primo talē actum causare ita et scdo iterum pōt. Nec apparet ratio quare non. sicut dicam infra in tractatu de resurrectione. ¶ Scdo dico. ꝙ virtute divina imediate nō cooperante virtute creata ad talē actum deformē carentē rectitudine morali posset reparari talis actus. sed tunc nō esset culpabilis habēti: nec imputaret̃ sibi ad penas: lꝫ peccatum esset ⁊ actus defectuosus. qꝛ ad illum actum se haberet pure passiue: nec esset in potestate eius. plus eñi dicit culpa q̄ peccatū: sicut in scdo dicebatur. Similiter etiam nō esset deo culpabilis. nec deus ex hoc posset dici pctōr vel iniustus. qꝛ nō tenetur facere circa creaturā suā nisi qđ placet sibi. ¶ Tertio de peccato omissiōis dico: ꝙ eodē modo sicut potuit primo inesse pctōri ⁊ a voluntate: nō quidem cooperāte sed omittente operari. qꝛ tale peccatum non consistit in actu sed magis in privatione actus debiti: que quidē dicitur esse in potestate voluntatis nō effectiua sed defectiua: vel pro tāto pro libito voluntatis talis privatio potest non inesse: si eliciat actum oppositum: qui est in sua potestate. vel inesse: si non eliciat actū illum: qñ debet elicere. Et nō video quare per agēs aturale nō possit redire aliqua eadē privatio: sicut aliquid idē positiuum: lꝫ de facto non redeat. ¶ Quarto dico q̄tum ad deum ꝙ virtute divina posset redire talis uegatio actus debiti eadē numero sicut etiā virtute creata. et sic rediret idē pctm̄ omissionis sed non esset culpa: nec volūtati create cui inesset talis privatio nō a seipsa: sed a deo privāte actum. nec ipsi deo qui super hoc culpari nō posset. qꝛ nullū actum tenetur facere in creatura sua nisi placeat sibi: sicut nec aliquā circunstantiam rectā sicut superius dicebatur de pctō cōmissionis. ¶ Ultimo dico contra scdam opinionē: ꝙ lꝫ sua cōclusio sit vera: tñ ex illa obligatione manēte post actum peccati nō dicitur quis peccator: nec debet illa obligatio dici peccatum: sicut superius dicebatur. Et de prima opinione dico ꝙ est simpliciter falsa.

Ad rōes 1. opinio

¶ Ad rationes ergo ipsius dico ad primam ꝙ actus peccati qñ cessat esse desinit esse: non adnihilat̃: sed redigit̃ in potētiam subiecti: sicut qñ ꝓducitur vel fit non creatura voluntate vel potētia eliciēte. ⁊ ita minor est falsa. Silr̃ maior est falsa. dico eñi ꝙ adnihilatū simpliciter ⁊ oīno virtute divina saltem pōt redire idē numero: sicut dicet̃ infra de resurrectione: cū dicis ꝙ sup nihil: nō est potētia. dico ꝙ de nihilo pōt aliquid fieri vel post nihil ⁊ eodē mō reparari: nec video quare nō. ¶ Ad scdm dico ꝙ entia successiua ita sunt reparabilia ⁊ possunt redire eadē: sicut entia permanētia. Nec opꝫ ꝙ partes eoꝝ simul sint manēte vnitate entium talium: sicut eñi primo fiūt sic ꝙ partes eoꝝ non sunt simul: sed sibi invicē succedunt ita secūdo possunt sic reparari. Et similiter de instāti dico ꝙ potest reparari virtute divina ⁊ similiter virtute creata posset: sicut et motus ⁊ tp̄s. Nec sequitur aliqua cōtradictio. qꝛ lꝫ posset cōtradictoria verificari pro eodem instāti: non tñ semel existēte sed bis: ⁊ hoc nō est cōtradictio: licet ꝯtradictio esset ꝙ pro eodem instāti existēte semel. Ad minorem dico ꝙ nō quilibet actus peccati successiuus est: sed actus sunt aliqui ꝑmanētes ⁊ euiterni potentes coexistere siue tempore siue instanti tpis: cuiusmodi sunt oēs actus peccati qui sunt operationes elicite alicuius potētie appetitiue vel cognitiue. que dicunt̃ operationes immanentes: vt videre intelligere vel velle et hmōi. ¶ Ad tertiū de pctō omissionis dico: ꝙ nō est in potestate effectiua alicuius tāq̄ aliquid positiuū: sed in potestate defectiua vel nō effectiua: sicut etiam anihilare est in potestate dei. ¶ Ad quartum dico: ꝙ nō solum virtute divina posset omne peccatū vel aliquod saltē redire idē numero sed etiā virtute creata: si permitteret deus. Qñ dicis: ꝙ nō virtute divina. qꝛ deo agēte nō fit aliquis deterior. Dico: ꝙ deo agēte imediate saltē non fit defacto aliquis deterior deterioritate peccati vel culpe. lꝫ bene deterioritate pene. Sꝫ dico: qꝛ absolute loquēdo deo sic agēte immediate aliquem actum nō recte circunstātionatum vel etiā non agente sed privante aliquem actum: qui deberet inesse: aliquis posset fieri deterior deterioritate peccati. sed illud peccatum non haberet rationem culpe: sicut dictum est supra. Hec de primo articulo principali.

¶ Quantū ad secundum articulum dico breuiter: ꝙ peccata prius dimissa defacto nō redeunt eadē numero nec q̄tum ad culpam pro eis debitā. ꝭm illud. Non iudicabit dñs bis in idipsum. Et similiter ꝓbatur per illud de penitentia dist. iiij. divina clementia dimissa pctā in vltinē ultra redire nō patit̃. ¶ Sic igitur dico: ꝙ defacto nō redeunt q̄tūcunq̄ pctōr recidiuet nec in seipsis nec q̄tum ad obligationē ad penā. dꝛ tñ ꝙ aliqualiter redeunt. qꝛ peccatū sequēs grauius est in recidiuante: ⁊ grauius offendit ceteris paribus ⁊ q̄tum ad aliquā causam maioris grauitatꝫ. Tū qꝛ iste cuius fuit remissum mortale pctm̄ a deo recipit beneficiū magis indebitū: q̄ si nō peccasset. quod quidē beneficium fuit remissio peccati sui ⁊ per ꝯsequens deo magis tenet̃ ꝭm legē gratitudinis ex hoc precipue si gratia in remissione percepta nō est minor q̄ illius qui nō peccauit. ⁊ dato ꝙ minor qꝛ tñ magis indebita: adhuc magis videret̃ teneri: ⁊ ꝑ cōsequens postea offendēs eum per recidiuū q̄tum ad hoc grauius peccat ꝭm ingratitudinē ⁊ magis est ingratus. Tum qꝛ q̄to aliquis pluribꝰ obligationibus tenet̃ ad nō peccādum: tāto grauius peccat ceteris paribꝰ. penitēs aūt pluribꝰ obligationibus tenet̃ ad nō peccādum q̄ alius. qꝛ ad hoc tenetur ⁊ ex lege cōmuni divini precepti: ⁊ ex lege ꝓmissionis vel ꝓpositi. qꝛ ꝓmisit vel ꝓposuit ad honorem dei amplius nō peccare qñ penituit. alioquin nō valuisset sua pnīa: nisi hoc ꝓposuisset saltē in habitu. ꝫ iste penitēs postea recidiuās grauiꝰ peccat. Et ita pctā precedētia eadem reuertuntur aliquo modo.

Ꝙ pctā prius demissa eadē nūero nō redeunt ⁊c̃.

¶ Si dicatur contra ista: primo qꝛ innocens prima vice peccando

ꝯ̄ ꝓdicta

grauius peccat q̄ penitēs recidiuans: eo ꝙ maius eſt beneficiū dei ꝯſeruari in innocētia q̄ reſurgere in penitētia. ¶ Scđo q2 ſi aliqͥs pluries recidiuat q̄to pluries: tāto grauius peccat ſm predictū modū dicēdi. Et ita ſi decies vel cēties recidiuat: peccatum decimū vel cēteſimū eſt grauius decies vel cēties q̄ primū. ¶ Tertio q2 innocēs peccādo prima vice poſſet peccare ex maiori conatu volūtatis ꝯſimili pctō: q̄ recidiuās aliqñ peccaret decima vľ cēteſima vice. ⁊ per ꝯſequens grauius. ¶ Quarto q2 recidiuū ſic aggrauat ⁊ ſpecialiter rōne ingratitudinis videtur circūſtātia neceſſario ꝯfitēda ⁊ totiēs quotiēs. hoc aūt videtur icōueniēs. ergo ⁊c̄.

Solutio predictorū argu.

¶ Reſpōdetur ad primū: ſicut dicet̄ ī ſequēti arti. ꝙ grauius ſimpliciter peccat cadēs ab innocentia q̄ cadēs a penitētia per recidiuū. ⁊ maior eſt īgratitudo in primo q̄ in ſcđo. q2 maius eſt beneficium cōſeruari in innocētia q̄ reſurgere in penitētia. verum eſt tñ ꝙ q̄tū ad aliqua grauius peccat recidiuās peccādo ⁊ cadēdo a penitētia: q̄ primo cadēs ab innocētia q2 beneficiū videt̄ ſibi magis indebitum: qđ percipit in remiſſione q̄ innocenti qđ ꝯſeruetur in ſua gratia. q2 innocēs nō eſt īimicus ſicut pctōr. ⁊ ſimiliter etiā pro alia cā ſupradicta. lꝫ ergo ſimpliciter pēſando ex q̄titate beneficij maius ſit primū pctm̄ q̄ recidiuū: tñ aliquo modo ex cauſis predictis maius eſt ſm q̄ primū. ¶ Ad ſcđm pōt cōcedi q̄tum ad predicta q̄to pluries aliquis recidiuat: tāto grauius peccat: lꝫ nō oporteat ꝙ ſimpliciter q̄tum ad oīa. ¶ Ad tertium per idem. ¶ Ad quartum pōt dici ꝙ cū in recidiuādo peccās cōmuniter non cogitet de iſta gratitudine ſeruanda: nec querat niſi voluptatē peccādo: ita ꝙ nō habet ſpecialē ꝯtemptū dei in recidiuādo: videret̄ ꝙ nō eſſet talis circunſtātia recidiui neceſſario ꝯfitendi: ſic in ſpeciali vel ī particulari: ſed ſufficeret dicere alias peccaui tali pctō ſemel vel pluries: et de recidiuo cōfiteor. alioquin videt̄ nimis durū: ſi totiens quotiens ⁊ in particulari oporteat ꝯfiteri. nec requirit̄ propter ingratitudinē. q2 in omni pctō mortali eſt ingratitudo annexa quo quomodo etiam in primo peccato. Hec de ſecundo articulo principali.

an cadēs a vera penitentia grauius peccet cadente ab īnocētia

¶ Quantum ad tertium articulū

dico: ꝙ ſimpľr ⁊ ceteris parib9 graui9 peccat: et maiori ingratitudine eſt ingratus: q̄ cadit ab innocētia: q̄ qui a penitētia. q2 ſimpliciter maius bñficiū dei eſt cōſeruari in innocētia: q̄ prius cadere: ita ⁊ poſtea reſurgere in penitētia. vnde ⁊ ꝯſeruari in innocētia excellentib9 ꝑſonis eſt ꝯceſſum: vt virgini glorioſe. Et ſi qui alij ſint inuēti. ⁊ gloria ſpecialis eſt in electis nō cecidiſſe: nec vnq̄ inimicum dei ꝑ culpā actualē fuiſſe. lꝫ bene in caſu ⁊ aliunde poſſit excellere ille: qui cecidit illū: qui fuit preſeruatus in ſua innocētia. Ad argumētum vero quod eſt contra hoc: inferius reſpondebitur.

Nota.

Ad argumēta pncipalia.

¶ Ad primū principale argumētū

de Auguſtino ⁊ illa parabola xp̄i dico: ꝙ nō intēdunt redire eadē peccata nec quo ad culpā: nec quo ad penā in eis debitā: ſed hoc ſolū intēdunt: ꝙ recidiuās pro pctō recidiui ita puniet̄ eternaliter pena gehēne: ſicut ſi haberet pctā priora: non tñ ſic intēſiue ⁊ ab eo exiget̄ vniuerſum extēſiue ſm durationē. q2 pena eterna dānationis ⁊ carceris punietur. Et ſimiliter loquēdo de pena dāni fact9 eſt oīm reus peccans in vno. Et ſimiliter pena aggrauatur ſicut ⁊ culpa ꝓpter ingratitudinē de remiſſione preteritoꝝ. ¶ Ad ſcđm dico: ꝙ recidiuans q̄tū ad aliquid grauius peccat. nō q2 preterita pctā redeāt: ſed mō predicto. ¶ Ad tertiū dico: ꝙ q̄tū eſt ex donatione vel cōdonatione ille plus tenetur diligere: cui plus dñs donauit cui plura remiſit. Nō q2 maius ſit reſurgere per ꝯdonationē: q̄ ꝯſeruare in nocentiā: ſed ecōuerſo. Et ideo dico: ꝙ in eo cui nichil cōdonat̄: ſed in ſua innocētia ꝯſeruatur maior rō eſt dilectionis. q2 ⁊ hoc eſt ſpecialis beneficium acceptū q̄ reſurgere ꝑ cōdonationē. cōparādo igitur cōdēnationē plurium ad cōdonationē paucoꝝ q̄tum eſt ex cōdonatione ipſa plurium: plus tenetur cōdonāti: cui plura ſunt dimiſſa vel cōdonata. ſed ex alia parte ſimpliciter loq̄ndo plus tenet̄: qui conſeruat̄ in innocētia: cui nihil cōdonat̄. ⁊ ſimiliter donat̄ nō ex ꝯdonatione paucoꝝ. ſed ex p̄ſeruatione a plurib9 pctīs q̄ etiā hꝫ dono p̄ſeruātis. vñ ſimpliciť ſemꝑ tenet̄ plus diligere cui vel nulla cōdonant̄. q2 in innocētia ꝯſeruatur. vel cui pauciora cōdonant̄. q2 a plurib9 p̄ſeruat̄. Non eſt ḡ verū nec veraciter ꝓbatū: ꝙ ſimpľr grauius ſit pctm̄ cadere a pnīa ꝑ recidiuū q̄ ab innocētia. Si dicas ꝙ tunc magis deberet ꝯfiteri de ingratitudine cadens ab innocētia ꝑ primū pctm̄: q̄ cadēs ab innocētia per recidiuū. q2 mai9 eſt bñficiū innocētie q̄ pnīe. ⁊ ita maior ingratitudo illa q̄ iſta. Dico ꝙ forte neutrā ingratitudinē in ſpeciali tenet̄ cōfiteri. ſi tñ aliquā difficile videtur: quare nō primā ſicut ſcđam: niſi ꝓ tāto. q2 lꝫ ſcđa ſit minor ſm ſe accepta: tñ q2 connumerat̄ prime: ⁊ cadere a penitētia eſt cadere ab innocētia reſtituta: ideo magis videret̄ cōfitenda q̄ prima. ideo ⁊c̄. ¶ Ad quartū argumētū de priuatione dico ꝙ lꝫ poſſit reuerti eadē priuatio ſiue per naturā: ſiue per virtutē diuinā: ⁊ ſimiliter idē pctm̄ numero: nō tñ de facto reuertitur eadē priuatio numero: lꝫ ſimilis: ſicut nec eadē forma numero virtute nature. qñ dicis ꝙ immo. q2 eiuſdē ſubiecti ⁊ forme. Dicitur ꝙ nō ſufficit. q2 eiuſdē forme numero in eodē ſubiecto poſſunt eſſe multe negationes numero vel priuationes ſuccedētes ſibi inuicem. Ad minorē dicendum ꝙ pctm̄ nō eſt formaliter priuatio gratie. Si aūt cōcomitetur nō ſequit̄ ꝙ debeat eſſe vnū: ſicut gratia ipſa: cuius priuatio cōcomitatur ipſum. Et declaratur qđ prius dicebat̄ ad vnitatē negationis vel priuationis nō ſufficere vnitatē affirmatiōis vel habitus. q2 nō ſortes qđ eſt negatio vnius affirmationis pōt multiplicari ſiue in multis ſubſtātijs: ſiue in eodē ſubiecto multis ſubſtātijs ptꝫ. de eodē ſubiecto etiā ptꝫ ſm diuerſitatem illius ſubiecti ſi negatiōes ſint ſimul: ſicut quātitas platonis eſt nō ſortes. ⁊ ſimiliter albedo ei9 ⁊ ſubſtantia. ſed ſm idē etiā eſt poſſibile negationes eiuſdē multiplicari in eodem ſubiecto. ⁊ hoc ſi ſint ſuccedētes ⁊ interruptio quedam ſicut de habitu ⁊ de ſanitate dicitur quinto phiſicoꝝ. ¶ Hec de ſacramēto penitētie dicta ſufficiant. Multa eñ alia poſſent dici que mō pertrāſeo ⁊ gratia breuitatis. Et quia ſatis faciliter et ſerioſe magis poſſunt in ſcriptis cōmunibus inueniri: ⁊ ibidem requirātur.

¶ Diſtinctionis Vigeſimetertie.
Queſtio Vnica.

Circa distictionē. xxiij. quero tm̄ vnā questionē vtrū scꝫ extrema vnctio sit sacramētum noue legis. ¶ Uidetur ꝙ nō. primo sic. omne sacramētū noue legis est institutum a xp̄o. sicut dictū fuit. sed extrema vnctio nō legiť fuisse instituta a xp̄o: sed potius a iacobo. Jacob. v. Infirmatur quis inter vos inducat presbyteros ecclesie ꝛc̄. ergo ꝛc̄. ¶ Scđo sic. ꝙ nō est vnū sacramentum: nō est sacramētū sicut qđ nō est vnū ens: nō est ens: sed extrema vnctio nō est vnū sacramētum: hꝫ eñ multas vnctiones ꝓ materia ꝛ multa verba vel orationes pro forma. ergo ꝛc̄. ¶ Tertio sic. omne sacramētum noue legis receptum a non ficto confert gratiā. sed extrema vnctio nō. quia presupponit gratiā in suscipiente. Alioquin eñ non esset necessaria penitētia illi: qui infirmatur in extremis: ꝛ est in peccato mortali. ergo ꝛc̄. ¶ Cōtra magister in litera. ꝛ ptꝫ ex numero sacramentorum.

Jaco. v.

¶ In ista questione sic ꝓcedā.

¶ Primo ostendā: ꝙ possibile fuit institui sacramētū remissiuū venialiū in existēte vel laborāte in extremis: ꝛ ꝙ fuit institutum defacto: et fuit congruum. ¶ Secundo ponā rationem talis sacramēti ꝛ declarabo eā. ¶ Tertio inquiram de vnitate ꝛ iterabilitate huiꝰ sacramēti. ¶ Ultimo ad rōnes.

¶ Quantum ad primum di/

De institutiōe sacramenti extreme vnctiōis

co p̄mo: ꝙ possibile est deo remittere venialia finaliter hoī laborāti in extremis s̄m grauē infirmitatē: qua ꝓbabiliter appareat vicinꝰ vel ꝓpinquus morti. Hoc eī nullā īplicat ꝯtradictionē. Siľr etiā cū hoc pōt ꝯferre: ꝛ infundere gratiā pro statu illo. Sicut ptꝫ. sicut eñ pōt remittere mortalia ꝛ infundere gratiā. ita etiā venialia ꝛ infundere gratiam. ¶ Scđo dico ꝙ respectu talis remissiōis venialiū ꝛ infusiōis gr̄e pōt vel potuit instituere signū practicū efficax talis remissiōis ꝛ infusionis. sicut etiā cuiuscūqꝫ opis sui pōt instituere signū efficax. Et patꝫ sicut dictū est supra de aliȷ̃s sacr̄is. hō eñ pōt adhiberi signū efficax respectu sue volūtatis: vt impleatur: sicut ptꝫ de bulla pape. ꝛ de sigillo regis. ꝛ multomagis deꝰ pōt instituere aliqđ signū efficax sensibile respectu talis remissiōis venialiū ꝛ īfusionis gr̄e ꝛ tale signū dr̄ aliqđ sacr̄m. ¶ Tertio dico ꝙ defacto tale signum fuit a xp̄o institutū: lꝫ nō sic expresse: sicut aliqua alia sacr̄a. Nō eñ dicēdū est: ꝙ ab aliqua creatura pura puta ab aliquo apľo fuerit institutū. lꝫ ab apľo Jacobo fuerit ꝓmulgatum Jacobi. v. sed a xp̄o dicēdū est fuisse institutū. sicut circa principiū huiꝰ quarti de institutiōe cuiuslꝫ sacramēti dicebať. Sed qñ fuit institutū? dicendū: ꝙ vel tūc vel ante fuit institutū: qñ xp̄s misit discipulos vngere infirmos oleo: sicut dr̄ in Marco. vnde nō videť certū: qđ dicit magister in presenti distinctione ip̄m fuisse a Jacobo institutuꝫ. ¶ Quarto dico: ꝙ tale sacr̄m defacto institui fuit ꝯgruū ꝛ vtile ad hoc vt recipiēs ip̄m cōgrue nō haberet retardatiuū a gl̄ia: qđ est pcc̄m veniale: sed exiret sine talibus retardatiuis: ꝛ cū hoc etiā gr̄a augereť in eo. Talia eñ peccata venialia possunt manere vel esse remittēda saltē aliqua vsqꝫ in finē. qꝛ quasi cōtinue peccat homo talibus peccatis: vel saltem valde frequenter. Hec de primo articulo principali.

¶ Quātum ad secundū arti.

De rōne sacra. extreme vnctionis.

dico: ꝙ predictū sacramētū vocať extrema vnctio. Et pōt sic describi. Extrema vnctio est sacramētū vnctionis hoīs penitentis infirmi vel infirmantis ꝓbabiliter in extremis facta in determinatis partibus corporis cū oleo ꝯsecrato ab ep̄o ministrata a sacerdote simul verba certa cū intentione debita proferēte ex īstitutiōe diuina efficaciter significās curationē venialiū in suscipiente simul ꝛ infusionē gratie. hec ratio hoīs nō est in se falsa nec impossibilis. qꝛ nulla pars ibi posita alteri repugnat nec est incōpossibilis. ¶ Declaro ergo eā per singula. Primo dr̄ ꝙ sacramētū vnctionis: ꝛ est cōstructio intrāsitiua. i. sacramētū qđ est vnctio vel cōsistēs in vnctione. Et hoc est cōgruū vt vnctio exterior sensibilis correspōdeat vnctioni interiori mētis. Et similiter qꝛ hoc sacramētū curatiuū est nō solum interioris infirmitatis venialium: sed etiā frequēter aleuiatiuū corporalis infirmitatis. Similiter tertio qꝛ infirmus debilis iam nō debet pūgi sed vngi in signuꝫ diuine misericordie ad cuius spem debet induci. ¶ Scđo diciť hoīs penitētis de suis scꝫ venialibus. sic saltē ꝙ sibi in generali displiceant vel displicuerint aliqualiter. Alioquin si actu placerēt fictus esset ꝛ reciperet sacramētum: nec esset cōuenīēter dispositꝰ ad susceptionē sacramēti. Ex quo etiā ptꝫ ꝙ innocētibꝰ de quibus nō presumiť ꝙ habeāt pctā venialia: nō dꝫ dari istud sacr̄m sicut paruulis moriētibꝰ. Siľr etiā nec adultis amētibꝰ vel furiosis pro tūc nisi forte prius tp̄e lucidi interualli requisissent. Siľr qꝛ ꝓ tūc penitere nō possunt: nec vti rōne: nec digne suscipere nisi ꝓ q̄̄to prius penituissent: ꝛ sacr̄m req̄sissent. Siľr ptꝫ ꝙ debet ꝯferri hoībꝰ sanis ꝛ robustis ꝑ illđ qđ dr̄ tertio laborātis vel infirmātis ꝓbabiliter in extremis. sed infirmis debet dari nō quacunqꝫ infirmitate: sed infirmitate qua ꝓbabiliter disponať ad exitū mortis de statu viatoris. Siľr nō dꝫ dari expositis periculo mortis quocūqꝫ mō: puta in ꝑiculo extrinsece violētie: vt armoꝝ submersiōis vel suspēsionis vel hmōi. tales eñ nō debēt inūgi. ¶ Quarto dr̄ ibi ꝙ vnctio dꝫ fieri in determinatis ꝑtibꝰ corꝑis. ꝛ iste partes sunt organa potētiaꝝ quaꝝ actibꝰ frequēter peccať venialiter: vtpote organa quinqꝫ sensuū: ꝛ potētie motiue ꝛ generatiue. Et sunt organa geminata vt in pluribꝰ respectu cuiuslꝫ talis potētie: sicut visus hꝫ duo organa duos oculos: auditꝰ duas aures: olfactꝰ duas nares: tactꝰ: duas manꝰ: potētia motiua vel ꝓgressiua: duos pedes. Et sicut in istis sensibꝰ organa geminanť: ita ꝛ vnctiōes q̄ fiūt in organis illis. vñ ꝛ suꝑ duos oculos fiūt due: ꝛ suꝑ duas nares: ꝛ suꝑ duas aures: ꝛ suꝑ duos pedes seu in duobus pedibꝰ. ꝛ siľr ī duabꝰ manibꝰ. Quātū vero ad organū potentie gñatiue fit vnctio ad lūbos: iuxta illud Greg. suꝑ illud luce. sint lūbi vr̄i p̄cincti ꝛ lucerne ardētes ꝛc̄. Qꝛ viris inq̄t luxuria ī lūbis sic ꝛc̄. Quātū v̄o ad organū gustus ꝛ loq̄le qđ est lingua: q̄ deseruit ī duo oꝑa nature fit vnctio nō in lingua: sꝫ suꝑ os ī remediū ꝯtra duplex pcc̄m veniale q̄̄tū. s. ad gustū et loq̄lā q̄bꝰ deseruit lingua. Et nō fit in lingua ꝓpter abhominationē ne grauet in

Declaratio descriptiōis extreme vnctionis.

Qr sunt. xj. vnctiones hui⁹ sacra. firmū. Et ita in vniuerso sunt. xj. vnctiões ad istud sacramentum pertinētes. sed alique geminate sunt quasi vna: ita q̄ sunt. vij. principales: v. in organis vel quasi organis. v. sensuū: sexta in organis principalib⁹ motiue. q̄r in organis ꝓgressiue: puta in pedibus ꝛ septima in organis generatiue vel in lumbis. ¶ Quinto dicit q̄ talis vnctio debet fieri cū oleo sanctificato ab epō cum oleo oliue. nec opꝫ q̄ sit in balsamū mixtū sicut in chrismate ad ꝯfirmationē. nā exiēs de mundo isto nō multū indiget bona fama: que significat per balsamū: sibi sufficit pura cōsciētia ꝛ pia que significat per oleum. Silr debet esse oleū oliue: qđ antonomastice dr̄ oleū. Et debet esse ab epō ꝯsecratū. Et hoc de necessitate materie huius sacramenti. Alioquin nihil fieret: sicut chrisma in ꝯfirmatione. In sacramētis em̄ ꝯsistētibus in vsu baptismus nō requirit materiā cōsecratā sed alia cōiter. Et hoc sicut dicunt aliqui q̄r xp̄s tactu sue mūdissime carnis in baptismo suo ꝯsecrauit aquā: ꝛ dedit vim regn̄atiuā aquis b̄m Ambro.

Nota. ¶ Sexto dr̄: q̄ vnctio dꝫ eē ministrata a sacerdote ita q̄ si a nō sacerdote ministraret nihil fieret. Et ptꝫ determinatio ministri satis ꝑ illō Jacobi. v. inducat p̄sbyteros eccl'ie vbi ptꝫ: q̄ p̄sbyteri ꝛ nō alij sunt ministri hui⁹ sacramēti. ¶ Septimo dr̄ certa verba: ꝛ hoc q̄tū ad formā vel formas verboꝝ hui⁹ sacramēti: q̄ tradite sunt ꝑ modū orationū. ꝛ q̄libet vnctio principalis hꝫ ꝓpriam formā: ꝛ multiplicantur forme sicut ꝛ vnctiones. ꝛ est hec forma cōmunis oībus rddēdo singula singulis: per istā sanctā vnctionē ꝛ suā piissimā miām parcat tibi dn̄s quicqđ nariū vel auriū vel hmōi vitio deliq̄sti. ¶ Octauo dr̄ cum certa intētione ꝛ cetera oīa que sequunt in predicta descriptione patent ex supradictis de hoc sacramēto ꝛ de alijs. Circa hoc tn̄ qđ dr̄ sacramētum efficaciter significās remissionē venialiū ꝛ infusionē gratie. Intellige: q̄ hoc verū est q̄tū est ex se ꝛ per se loquēdo. aliq̄n aūt per accidēs nō remittuntur venialia ꝑ hoc sacramētum. q̄r nō inueniuntur penitēda sed iam prius aliquo alio modo sunt remissa. Similiter etiā aliq̄n nō infunditur gr̄a. q̄r ficte suscipit sacramentū ꝛ in pctō mortali. Istud aūt sacramētū non cōfert primā gratiā sicut baptismus vel penitētia: sed auget eam. nec opꝫ ad remissionem venialium gratiā infundi vel augeri. sed hoc fit virtute sacramenti: sicut et in quolibet alio sacramēto noue legis cōfertur gratia suo modo. Hec de secundo articulo principali.

Forma verborū extreme vnctiōis

De vnitate extreme vnctio. ¶ Quantum ad tertium articulum dico primo de vnitate huius sacramenti: qđ nō est vnum vnitate indiuisibilitatis vel simplicitatis: sed vnū vnitate ordinis ꝛ integritatis ad vnū effectum principalē: qui est augere gratiā: ꝛ alium minus principalē qui est remissio plenaria oīm venialiū inuentoꝝ in suscipiēte nō ficto. ¶ Scđo dico q̄ est iterabile sacramētū: sicut ꝛ morbus cōtra quē adhibetur. s. pctm̄ veniale. ꝛ similiter morbus vel infirmitas ꝓbabilis ad mortem vel exitum de via. Ex quo ptꝫ q̄ non imprimit caracterem: sicut nec alia sacramenta iterabilia. Ex predictis patēt omnia de isto sacramento.

Qr extrema vnctio ē iterabilis.

Ad rōes principales. ¶ Ad primum principale dico q̄ Jacobus nō instituit: sed promulgauit. ¶ Ad scđm dico q̄ est vnū sacramētum completum vnitate supradicta. ¶ Ad tertium dico q̄ hoc sacramētum ex vi sacramēti non est collatiuum prime gratie: sicut baptismus vel penitētia: sed magis est augmētatiuū gr̄e. ꝛ ideo in digne suscipiēte i psum presūpponit gratiam ꝛ presuppositam auget: sicut patuit ex predictis.

¶ Distinctionis Vigesimequarte. Questio Prima.

Circa distictionē. xxiiij. quero de ordine vtrū ordo vel potius ordinatio sit sacramētū noue legis. ¶ Videtur q̄ nō. primo sic. si ordo eēt sacramētū cum. vij. sint ordines plura eēnt sacramēta spē differētia q̄. vij. sꝫ hoc est falsum. ergo ꝛc̄. ¶ Scđo sic. ordo vel est relatio ordinati vel potestatis. sꝫ nihil tale est sacramētū. ergo ꝛc̄. ¶ Tertio sic sacramētū est qđ sensibile ꝛ materiale elemētū. sed ordo nō est aliquid tale. imo magis est aliquid sp̄uale ergo nō est sacramentum.

¶ Contra magister in litera. Et arguit. q̄r alias nō essent sacramēta septē: nisi ordo computaretur inter ea. ergo ꝛc̄.

¶ In ista questiōe sic ꝓcedā. ¶ Primo ostēdam de ordine: ꝛ ostendam quomodo debet accipi in sacramento ꝛ quomodo non. ¶ Secundo ponam rationem ordinis prout est sacramētum: ꝛ declarabo eā. ¶ Tertio inquirā quot sunt ordines in ecclesia. ¶ Ultimo ad rationes.

¶ Quātum ad primum arti. dico q̄ ordo vno mō accipitur sicut Augusti. accipit. ix. de ciuitate pro cōgrua dispositione parium dispariūq̄ rerū vnicuiq̄ suum locū tribuēte. Dicit em̄ q̄ ordo est pariū dispariūq̄ rerum vnicuiq̄ sua loca tribuēs. Isto mō accipit ordo in vniuerso. xij. Methaphi. ab Aristo. loq̄nte ibi de ordine vniuersi q̄tū ad suas partes inter se ordinatas. Isto mō accipit ordo in aliqua policia ordinata ꝛ disposita. ꝛ silr in exercitu. Isto mō etiā accipit ordo in tota eccl'ia dei q̄ est ordinata b̄m parē vel disparē dignitatē personaꝝ mēbroꝝ suoꝝ: sicut etiā vnū corpus suo mō. ¶ Alio mō accipit ordo ꝑ gradu eminēte in policia vel cōitate aliqua. ꝛ hoc mō nō conuenit in cōitate tm̄. sicut dicim⁹ de personis notabilibus in ꝑsona vel cōitate seu cōgregatione: q̄ q̄libet est ibi vel sedet iuxta ordinē suū vel in ordine. i. ue in gradu suo. Et hoc mō etiā dico in eccl'ia q̄ accipitur ordo ꝑ gradu eminēte in ip̄a eccl'ia ꝯueniēte alicui ꝑsone in ordine ad aliquē actū excellētē et specialiter ad actū sacramētalē exercēdū. Et sic dicunt ordinati in eccl'ia nō quicūq̄ de eccl'ia: sed tm̄ habētes aliquē gradū eminētē vel preeminentē in ip̄sa ad actū excellētē sacramētalē exercēdū: ita q̄ infimi in eccl'ia ꝛ infimū gradū tenētes nō dicūtur ordinati isto mō lꝫ sint ordinati loquēdo de ordine primo mō. sicut ptes totius corpis eccl'ie ordinate. ¶ Tertio mō accipit ordo: lꝫ minus ꝓprie ip̄sa ordinatione actiue vel passiue dicta: q̄ est causatiua vel collatiua ordinis. Et hoc mō dr̄ ordo in eccl'ia ip̄sa ordinatio ordinatoꝝ in eccl'ia ꝛ collatio ordi-

Ordinis acceptiones. August.

nis vel ordinum precipue scđo modo accepti facta inq̄ȝ an hierarcha eccl'astico potente ponere aliquē in gradu eminēte ad aliquē actū sacramētalem di= gne exequēdū in ecclia: cui⁹ hierarcha dr̄ esse eṗs. Et dico ꝙ ordo non significat ista vniuoce sed po- tius equiuoce. ¶ Hoc premisso ad ꝓpositū dico ꝙ nunc est sermo in p̄senti tractatu de ordine accepto primo mō. sed de ordine scđo mō ꝛ tertio. ¶ Et di co ꝙ ordo scđo modo non est sacramētum. sed ma= gis potestas vel gradus exequendi: vel digne exe= quēdi aliquē actum sacramētalem in ecclesia ipsa. Et isto modo sacedotiū vel dyachonatus ordines dicuntur ꝛ sic de alijs ordinibus. Et est ordo ali= quid spirituale ꝛ non aliquid sensibile: ꝛ per conse= quēs nō est sacramētum ꝓprie: sed magis est res sa= cramēti alicuius. ¶ Tertio aūt modo accipitur or= do qn̄ est sermo de sacramēto ordinis faciēdo con= structionē intrāsitiuam et de sacramēto ꝙ est ordo vel ordinatio ipsa: qua quasi effectiue ꝛ causaliter per modū tn̄ sacramēti constituit̄. aliquis in gradu eminēti vel in potestate ad digne exequēdū aliquē actū sacramētalem in ecclesia. Et ista ordinatio est aliquid sensibile ꝯsistēs in verbis ꝛ rebus seu actio nibus vel passionibus sensibilibus. sicut manifeste pꝫ qn̄ clerici ab epis ordināt̄ qn̄ fiunt ordines: vel conferunt̄. ¶ Et pōt dici de isto sacramēto: ꝙ est possibile et fuit deo possibile instituere aliqđ signū sensibile significās efficaciter aliquē institui in gra du eminēti in ecclia ad actū sacramētalem. pōt em̄ deus aliquē in tali gradu ꝯstituere: ꝛ ad hoc signū sensibile efficax adhibere. qđ signū etiā de facto ex= hibuit vel instituit exhiberi instituēdo sacramentū ordinationis. Unde ꝛ ipse aplos in sacerdotes or= dinauit in cena: qn̄ dicit eis: hoc facite in meā cōme morationē: ꝛ hoc q̄tum ad potestatē cōficiēdi. Et post resurrectionē. Jo. xx. qn̄ dixit: accipite spiritū scm̄: quoꝝ remiseritis ꝛc̄. q̄tū ad potestatē absol= uēdi. Et magister dicit ī litera: ꝙ xp̄s oēm actū cu iuslibet ordinis in seipsum exercuit. Et pꝫ ꝙ con= gruū fuit sic ordinari vel institui: vt haberent̄ mini stri ecclie ad ministrādū ꝛ dispēsandū sacramenta habēdo act⁹ aliquos ad sacramēta ordinatos: q̄ p̄= tinēt ad ip̄os ordinatos in ecclia: quib⁹ ordines cō feruntur. Sic igitur de primo articulo principali.

Margin: acceptio nū ordi= nis appli catio. — *Jo. xx.*

¶ Quātum ad secūdum arti.

Margin: Descri= ptio ordi nis put est sacra= mentum.

pono descriptionē ordinis huius sacramenti in cō mmunt put est aliquid gn̄ale vel cōmune ad ordina= tiones speciales: que oēs vnitate ordinis ꝛ cōpleti ue integritatis dicunt̄ ꝯcurrere: ꝛ pro vno sacramē to inter septē sacramēta cōputari. Et pōt dici sic: ꝙ ordinatio vel ordo est sacramētum institutionis alicuius in gradu p̄eminēte in ecclia cui ꝯuenit ali quod ministeriū circa sacramenta ꝛ precipue circa eucharistiā facte ministro idoneo certa verba simul cū intētione debita ꝓferente ministerium gradus illius aliquo signo sensibili representans ex institu tione diuina efficaciter significās gratiā preeminē tē que ordinatus aliqđ ministeriuȝ exequat̄. ¶ Et b̄m istā vniuersalē rationē ordinis possunt ꝓportio naliter accipi rōes speciales cuiuslibet ordinis vel ordinationis: vt ordinationis alicuius in sacerdotē vel diaconū vel in subdyaconū. ¶ Declarādo aūt descriptionē. dico ꝙ nō est ipossibilis nec ī se falsa. Nulla em̄ pars eius alteri repugnat. quod pꝫ. po= nitur em̄ ibi primo ꝙ est sacramētum institutionis alicuius in gradu preeminente ad actum aliquē sa cramētalem vel ministeriū circa aliquod sacramen tum exhibēdum. Et iam hoc pꝫ ex predictis. Nā ordo ipse qui ꝯfertur: sicut dictum est supra: est gra dus preeminēs ad exequēdum aliquē actum sacra mentalē vel ministerium sacramētale. Et ita sacra mētum ordinationis est sacramētum institutionis ipsius ordinati in tali gradu preeminenti. ¶ Scđo dicitur ꝙ hoc est precipue circa eucharistiā vel pro pter eucharistiā. q2 vel solum actus ordinū versan= tur circa eucharistiam eo modo quo dicetur infra: vel saltē actus principalioris ordinis. ¶ Sed ter= tio dicit̄ ꝙ ista institutio debet fieri a ministro ido neo. Et dico q̄tum ad sacros ordines cōferendos et institutionem faciendam in ipsis est eṗs. Unde nullus potest cōferre eos nisi episcopus. Quātum ad alios vero nō sacros dico ꝙ aliqui nō episcopi possunt esse ministri idonei non solum episcopi. Unde aliqui abbates priuilegiati ꝛ cardinales nō episcopi possunt tales ordines cōferre. ¶ Quarto dicitur ꝙ a ministro idoneo ꝓferente verba certa: et hoc quātum ad formam vel formas ordinationū seu institutionum in varijs ordinibus: que sunt plu res ꝛ diuerse in diuersis ordinibus sicut in libris episcoporum rite ordinātium inuenitur. sed de or= dinatione sacerdotis completa ꝛ perfecta speciali= ter videtur ꝙ ibi sit duplex forma. vna qn̄ sibi con= fertur caracter ꝛ potestas cōficiēdi corpus christi: que dicitur cum traditur sibi calix cum vino ꝛ pate na cum hostia quod est signum sensibile sui ministe rij: ꝛ dicitur sibi accipe potestatem celebrandi ꝛc̄. Secunda vero forma qn̄ īponitur sacerdoti postea manus ab episcopo. ꝛ dicitur. accipe spiritumsan= ctum: quoꝝ remiseris peccata ꝛc̄. Et tunc datur si= bi potestas clauium in foro penitentiali. Et queli= bet forma habet sibi cōiunctam materiā propriam scȝ signum sensibile representatiuū ministerij alicu ius sacerdotalis. Prima est traditio calicis. Scđa est impositio manuū episcopi ꝛ concurrunt vel po= tius sibi succeduut ad perfectā ꝛ cōpletam ordina tionem sacerdotalē. ¶ Quinto dicitur q̄ ab ido= neo ministro representāte aliquo signo sensibili mi nisteriū illius gradus in quo instituitur ordinatus. hoc tam pꝫ in ordinatiōe sacerdotis. posset etiā in alijs declarari: sicut in ordinatione lectoris tradit̄ sibi liber ꝓphetaꝝ. in ordinatione hostiarij tradun tur sibi claues. in ordinatione exorciste traditur si= bi liber exorcismoꝝ. In ordinatione accoliti tradū tur sibi cādelabra cum cereo ꝛ similiter vraseolo. sub dyacono traditur calix vacuus. et dyacono autem liber euangelioꝝ. ¶ Sed dicitur vltimo ex insti tutione diuina efficaciter significat ista ordinatio gratiam ad minstrandum vel digne ministrandum et hec tam de gratia gratis data: que est caracter quia quilibet ordo habet proprium caracterē saltē loquēdo de septem: ꝛ sunt caracteres alterius ra= tionis sicut ꝛ ordinis ꝛ ordinationes sacramētales q̄ etiā de gratia gratum faciēte. q2 istud sacramen tum cōfert gratiā nō quidē primā sicut baptismus vel penitētia: sed scđam. i. augmētum gratie. vnde supponit primā gratiā in suscipiēte ipsum digne. Hec de secundo articulo principali.

Margin: Descri= ptiōis or dinis sa= cramenti declara= tio. — *De for= mis ꝑbo ruȝ ordi. sacerdo.*

¶ Quātum ad tertiū dico ꝙ cōmu niter ponun=

Margin: ꝙ sūt or= dines in ecclesia.

tur. vij. ordines. iij. sacri qui dicunt maiores: ⁊ .iiij. non sacri qui dicuntur minores: quorum sufficientia sic accipitur. Nam sicut superius dicebatur ordo est potestas vel gradus preeminens in ecclesia disponens ad actum sacramentalem circa eucharistiam precipue. Aut igitur ordo disponit ad actum sacramentalem circa eucharistiam directe de propinquo. Aut a remotis ⁊ non sic directe sed magis q̄tum ad suscipientes. Primo modo accipiuntur iij. ordines sacri. Secundo modo. iiij. non sacri. Primo tripliciter. Aut enim ordo disponit ad actum sacramentalem circa eucharistiam directe ipsam eucharistiam cōficiēdo: ⁊ sic est ordo sacerdotum: cuius principalis actus est conficere corpus christi: secundarius vero absoluere vel ligare. Aut dispensando eucharistiam ⁊ tractando eam in vasis: ⁊ sic accipitur ordo dyaconatus vel dyaconi: cuius principalis est actus dispensare eucharistiam. vel tractare non immediate: sed mediantibus vasis in quibus continetur vt mediāte calice vel pixide vel huiusmodi. Ex quo patet q̄ legere euangelium non est principalis actus dyaconi: sed secundarius ⁊ minus principalis. Aut accipitur talis ordo in ordine ad actum ministrandi materiam eucharistie. et sic est ordo subdyaconi: cuius principalis actus est materiam eucharistie ministrare: scilicet panem et vinum. Legere autem epistolam est actus secundarius ⁊ minus principalis. Et dicuntur isti tres ordines sacri. quia directe et de propinquo circa euchristiam. Et patet q̄ inter eos sacerdotium est ordo nobilior sicut ⁊ actus eius postea dyaconatus: ⁊ vltimo subdyaconatus. ¶ Alij sunt ordines qui accipiuntur respectu actuum remote se habētium ad eucharistiam. vel ergo disponunt ad conueniētem dispositionem in populo ad eucharistiam suscipiēdam: vel amotionem impedimentorum: vel vt arceantur mali: ne appropinquent. Primo modo dupliciter. nam dispositio cōueniens in populo ad eucharistiam duplex est. vna est inferior deuotionis pertinēs ad effectum. ⁊ ad talem disponit acolitus portando cereum accensum in cādelabro. secunda pertinet ad intellectum: ⁊ est eruditio vel instructio mentis incredibilibus et agibilibus. Et ad hanc disponit lector legendo prophetias. Secundo modo etiā dupliciter. quia aut ordo est ad mouendum impedimētum arcendo malos homines eiectos ab ecclesia: ⁊ sic est ordo hostiarij. aut arcendo demones: ⁊ sic est ordo exorciste: qui habet fugare demones exorcisando. vel legendo librū exorcismorum. non tamē sicut dicunt aliqui sic q̄ exorciste vel verbis eius imprimatur vel conferatur aliqua vis supernaturalis qua possit effectiue demones cogere vel fugare. quia hoc nihil est: sed virtute diuina arcentur demones vel fugantur ad actum exorciste. ⁊ hoc ex pacto diuino: sicut in sacramētis infunditur gratia suo modo: vt puto. Sic ergo sunt septem ordines sicut tenetur cōmuniter. Et scd'm ista episcopatus non esset ordo vt videtur.

Epatus an sit ordo. 1. opinio

¶ **De episcopatu** igitur vidēdum est an sit ordo. Et dicunt aliqui q̄ non. Primo quia si esset ordo distinctus a sacerdotio: tunc esset ordo superior et nobilior sacerdotio. hoc autem est falsum. Sacerdotium enim habet nobilissimum actum. ⁊ ita nobilissimus ordo. ¶ Secundo quia vnus ordo in conferendo non de necessitate depēdet ab alio. patet de promoto per saltum: in quo non est reiterandus ordo ille: sed caute supplendum est quod ferat omissum. episcopatus vero de necessitate facti dependet ex sacerdotio. Unde si aliquis non sacerdos consecraretur in episcopum: nihil fieret. ¶ Tertio. quia episcopatus simpliciter potest tolli: per depositionem vel degradationem. ⁊ per consequens non imprimitur caracter in ordinatione episcopi: nec episcopatus est ordo. ¶ Quarto quia tunc essent plures ordines q̄ septem. quod non tenetur.

¶ **Alij** tenēt sicut ⁊ canoniste q̄ episcopatus est ordo ⁊ per consequens q̄ consecratio episcopi est sacramentum. Primo quia episcopatus est gradus quidam preeminens in ecclesia ⁊ potestas quedam ad actus sacramentales: qui nullo modo conueniunt alijs ordinibus: sicut ad actus ordinandi sacerdotes dyaconos et subdyaconos. Similiter ad actum confirmandi. Et ita nō solum restringunt isti ordinem ad actus sacramētales circa eucharistiam: sicut primi sed ad omnem actum sacramentalem extendunt. ¶ Secundo quia non minus videtur sumi in ecclesia aliquis ordo respectu actuum sacramentalium per se ⁊ magis nobilium sine comparatione: q̄ respectu sacramentaliū per accidens ⁊ indirecte ⁊ minus nobilium. sed planum est: q̄ actus illi ad quos disponit gradus episcopi vel episcopatus sunt per se sacramentales et directe ⁊ nobiles actus ⁊ excellentes multum: sicut confirmare sicut ordinare sacerdotes et alios. Actus autem illi ad quos disponunt omnes alij ordines a sacerdotio: sunt minus nobiles ⁊ excellentes ⁊ aliqui indirecte sacramētales: sicut actus subdyaconi ⁊ quattuor minorum ordinum. ergo ⁊c. ¶ Tertio quia hoc vult dionysius quito ecclesiastice hierarchie: vbi dicit: q̄ tres sunt ordines scilicet episcopatus sacerdotium ⁊ dyaconatus. Non quia non sint alij ordines. scilicet subdyaconatus ⁊ quattuor minores: sed quia pluribus in primitiua ecclesia non vtebantur propter paucitatem credentium vel fidelium. Et ita pauci ministri sufficiebant. Similiter etiam isydorus ethimologiarum libro septimo capitulo duodecimo. ponit episcopatum ordinem. Hoc idem habetur in canone distinctione. xxj. ca. cleros. ¶ Videtur ergo: q̄ episcopatus sit ordo. Et etiam vltra consequenter videtur: q̄ in episcopatu imprimatur caracter indelebilis sicut in alijs ordinibus ⁊ alterius rationis cuius etiam signum est quia ordinatio alicuius in episcopum vel consecratio est irreiterabilis. Unde ⁊ perpetuo aliquis cōsecratus in episcopum manet episcopus: q̄tumcunque deponatur vel degradetur: sicut etiā ⁊ sacerdos: licet possit ab eo tolli iurisdictio super populum: sicut ⁊ sacerdoti.

¶ **Ad rationes** primorum potest respōderi. Ad primam q̄ scd'm vnum modum dicendi episcopatus est nobilior ordo q̄ sacerdotium. quia episcopatus includit sacerdotium: et sibi competit vniuersalitas actuum sacramentalium. Et ita quia episcopatus sacerdotium includit: ⁊ cum hoc superaddit: est aliquid nobilius sacerdotio ⁊ dignius. Nec est inconueniēs: licet non sit nobilior accipiendo precise et tantum illud quod superaddit cōparando ad sacerdotium: sed sicut totum vel includens nobilius est parte vel

Scd'a opi.

Q̄ epat' ē ordo

Ad rōes 1. opinionis.

incluso:licet non respectu alterius partis. Aliter ꝙ posito ꝙ episcopatus sit ordo simpliciter distinctus a sacerdotio non includens ipm:licȝ presupponēs:sicut sacerdotium dyaconatum ꝑsupponit: non oporteret ꝙ episcopatus esset nobilior ordo ꝙ̃ sacerdotium:licet posterior: licet ita sit in alijs ordinibus sacris ꝙ posterior sit nobilior. sacerdotium enim videtur nobilissimus ordo ex nobilitate actus sui:qui est nobilior alijs oībus vt videt̄. Si autem diceretur ꝙ sicut episcopatus est superior ⁊ posterior ordo:ita ⁊ aliquo modo nobilior :nullum inconueniens videretur. Unde ⁊ sacerdotium ex episcopatu dependet. qꝛ nullus in sacerdotem nisi ab episcopo ordinat̄. Et ita act⁹ sacerdotij virtualiter continetur in actu episcopatus ⁊ sacerdotium in episcopatu. quare. ⁊c. ¶ Ad scdm diceretur scundū ꝑmā viā: ꝙ qꝛ episcopo ꝯuenit vniuersalitas actuū sacramētalium: ⁊ per ꝯns episcopat⁹ includit sacerdotium:de necessitate ꝑsupponit sacerdotium:sicut totum ⁊ includēs presupponit partē ⁊ inclusum. nō sic oportet de alijs. Uel aliter diceretur ꝙ non plus de necessitate facti episcopatus includit sacerdotium vel ꝑsupponit ꝙ̃ sacerdotiū includat dyaconatū:vel dyaconatus subdyaconatum:licet ſm ordinem iuris ⁊ modum obseruandi presupponat ipm. ¶ Ad tertium diceretur ꝙ episcopatus est indelebilis:nec potest tolli aliquo mō sed semper manet episcopus:licet tolli possit iurisditio quecūqꝫ:sicut in sacerdote. ¶ Ad quartū de septem ordinibus diceretur ꝙ simpliciter ⁊ absolute loquēdo plures sunt ordines. qꝛ octo. verūtamē sermo fit cōmuniter de ordinibus ad eucharistiam disponētibus: ⁊ qui sunt in cōmuni vsu actuū suorum. ⁊ illi sunt septem: qui nominantur cōmuniter ⁊ dicuntur.

¶ Ad primum principale argumentū

Ad argumēta ꝑn. ¶ Ad primum principale argumentū dico ꝙ ordo est sacramētū eo mō quo dictum est supra sȝ nō est vnū vnitate indiuisibili et specifica: sed vnitate gn̄is ad plures: vel ordiēs seu ordinationes speciales. ⁊ similiter ordine quodam ⁊ integritate perfectionis ad ministrandum. vnde dico ꝙ sacramentum non distinguitur: vel descendit in ordinem sicut in speciem specialissimam. sed sicut in genus subalternum continēs sub se plures species: ⁊ illud vnū gen⁹ in septēario sacramētorū distinguitur cōtra alia sex: ⁊ accipitur quasi vnum. ¶ Ad scdm dico ꝙ ordo accipiēdo ipm ꝓ spūali ꝑtātevel etiā pro respectu vel habitudine partium ecclesie ad inuicē non est sacramentū. sed accipiendo pro signo vel sensibi signaculo ordinationis: qd vocat magister sacramenti signaculum: isto modo est sacramentum. quia est sensibile ⁊ efficax signum respectu gratie non solum gratis date: sed gratū facientis. ¶ Ad tertium patet per idem quid dicendum. Ex predictis etiam patet ꝙ nec benedictiones abbatum vel episcoporum: quas tamē conferunt populo: nec tontiones clericorum: quando tonsurantur: sunt sacramēta. qꝛ in eis gratia ex vi talium non confertur. sȝ bene in consecratione episcopi si episcopatus sit ordo: sicut ꝓbabiliter videretur. ⁊ sicut supra ſm opinionem aliquorum dicebatur.

¶ Distinctionis. xxv.
Questio Unica.

Circa distictionē xxv. querō vnam questionem scȝ vtrum pena canonica vel etas puerilis vel sex⁹ muliebris impediat ab executione vel mistratiōe seu receptiōe ordinū. ¶ Uidetur ꝙ nō de pena canonica. qꝛ aliquis sacerdos excōmunicat⁹ vel irregularis vel suspēsus si attemptet ꝯficere vere cōficit de facto. ergo similiter quacūqꝫ pena canonica ligatus vere recipit vel confert de facto ordies ipsos: vt videtur quātumcūqꝫ sit episcopus irregularis ⁊ suspensus vel excōmunicatus vel degradatus vere ordinat: ⁊ aliquis etiam vere recipit de facto: sicut etiam irregularis si ordinetur de facto vere ordinatur. ¶ Secūdo arguitur de etate puerili. qꝛ etas puerilis nō ꝓhibet aliorum sacramētorum susceptionem: vt baptismi vel confirmationis ⁊ huiusmodi. ergo similiter nec ordinum susceptionem. ¶ Tertio de sexu muliebri. qꝛ sicut dicitur ad galatas. 5. in xp̄o Jesu non est seruus neqꝫ liber neqꝫ masculus neqꝫ femina. igitur possunt oēs indifferēter ordines xp̄i Jesu recipere: femina sicut masculus ⁊ seruus sicut liber. ¶ Contra oīa ista aliquo modo patet in littera. — Ad Gala. 5.

¶ In ista questione sic ꝓcedā

¶ Primo ostendam quid vocatur pena canonica in ꝓposito: ⁊ quot sunt tales in genere: ⁊ qualiter incurruntur ⁊ remittuntur. ¶ Secūdo ostēdam quo modo includūt vel ipediūt ab ordinum susceptione vel collatione. ¶ Tertio de etate puerili ⁊ sexu muliebri. ¶ Ultimo ad rationes.

¶ Quantum ad primū articulum

¶ Quantum ad primū articulum dico: ꝙ pena canonica in ꝓposito vocatur pena inflicta per canones vel ſm canones ꝓhibens vel arcens aliquē ab actu ecclesiastico: qui alias sibi liceret. ¶ Dicitur autem ibi pena inflicta ꝑ canones ꝙ̃tum ad penam inflictam a iure. vel ſm canones ꝙ̃tum ad penam inflicam aꝰ iudice: quasi rite ⁊ iuste infligatur: debet infligi ſm canones vel canonicas sanctiones. in quibus ꝯtinetur mod⁹ et ꝓcessus iudicis infligendo talē penam. Scdo dicitur ibi arcēs vel ꝓhibēs punitū ab actu ecclesiastico. qꝛ oīs pena canonica talis vel artat ab actu ecclesiastico: sicut ꝓhibitio illius act⁹ tm̄: vl' si aliquo alio mō tn̄ ille modus ad artationē vel ad arcere reducitur. Sed subiūgitur: ꝙ ab actu qui alias licēret punito vel posset cōuenire licite. qꝛ si nō liceret nec cōueniret sibi alias nō eēt sibi pena artari tali actu sicut laico nō eēt pena: ꝙ artaret̄ ab actu cōsecrādi vel ꝯficiēdi corp⁹ xp̄i. ¶ Dico aūt: ꝙ sūt sex tales pene canonice in gn̄e. scȝ dispō vel degdatio infamia excōicatio irregularitas suspēsio interdictum. De positio est talis amotio a statu clericali ⁊ ecclesiastico. Et si degdatio ē idē qd depō: tūc etiā est totalis amotio. si aūt nō sit idē qd depō: tūc non est totalis amotio ab oī gdu ecclesiastico vel statu: sed est amotio ab aliquo gradu altero relicto. ⁊ tūc depositio vel amotio partialis. ⁊ est partialis pena respectu depositionis simpl'r. Dicitur autem aliquis deponi vel degradari ab episcopatu vel sa-

Pena canonica quid.

ꝙ sūt sex pene canonice.

depositō.

cerdotio: ⁊ amoueri a tali gradu vel statu: nō quia auferatur sibi caracter ordinis: vel ordo suscept⁹ sed quia auffertur sibi licentia exequēdi actum cuiuslibet ordinis: si sit depositus simpliciter ⁊ omne priuilegium: qui competit ordinatis: ⁊ excludit totaliter a foro ecclesiasticarum personarum ⁊ libertate ⁊ tutela. vnde ⁊ traditur iusticie seculari. Ista pena nunq̄ infligitur a iure sed a iudice: licz iudicetur: ⁊ dictetur infligenda in iure: infligitur autē ꝓpter peccata ⁊ crimia enormia ⁊ manifesta: vt heresis extra de hereticis. Ad abolendam vel ꝓpter scisma ex̄ de scismaticis. Ad abstinēdos in. vj. lib. vel ꝓpter reuelationem ꝯfessionis ex̄ de penitentijs ⁊ remissionibus oīs vtriusq̄ sexus. Et forma ſm quā debz infligi tali pena habetur ex̄ de penis degradatio ⁊ est hodie i sexto libro. Remittit aūt talis pena depositionis ꝑ restitutionem ab eo qui potest depositum restituere in integrum qui ponitur solus papa: licet non legatur ꝙ legitime depo

Infamia situs postea fuerit restitut⁹. ¶ Scda pena est ifamia: que est status lese dignitatis q̄ntum ad vitaz ⁊ mores: sicut fama est stat⁹ illese dignitatis q̄ntū ad vitam ⁊ mores. Hec autem lesio dignitatis diuersimode incurritur. Circa quod est aduertenduz ꝙ non est idem esse infamē ⁊ esse infamatū. Infamatus enim est qui de aliquo crimine in publico ē accusatus: sed nondum ꝓpter hoc est ifamis: nec subditur pene infamie: que dicitur pena canonica. sed infamis est vel ꝓpter crimen publicum publice cōmissum ꝓpter quod ius determinat aliquē fore infamem: ⁊ infligit penam infamie: vel quia a iudice infligitur talis pena. A iudice (inq̄) coram quo ꝓbatur tale crimen ꝓpter quod infligitur sibi talis pena: et iudicatur a iudice esse infamis puniendo tale crimen pena infamie. Sed quandoq̄ ille qui cōmisit tale crimen non est conuictus de hoc corā iudice: ⁊ tunc est tantū ifamis a iure. Aliquādo autem cum hoc a iudice: puta quādo est cōuictus de hoc coram iudice: ⁊ infligitur sibi pena ab eodē iudice: ⁊ sic dupliciter est infamis. Cause aūt ꝓpter quas incurritur a iure vel debet infligi a iudice habentur in generali. vj. q. i. vbi dicitur oēs infames esse dicimus quos leges seculi infames appellant. ita ꝙ leges seculares puniētes crimine infamie a canone approbantur: ⁊ ille leges habentur de his qui notantur per totum. Contra infamiā vero penam p̄dictam non est remedium quo tollatur: nisi restitutio in integrū ab eo qui sic potest restituere: ex̄ de testibus testimoniū in glosa arcetur. Et ista pena infamie grauior est quantum ad vitam ciuilem q̄z depositio. Nisi forte depositio includat istā quia talis infamia ꝓhibet ab omni actu legitimo etiā post pactā penitētiā. qꝛ talis ꝑsona habet ⁊ reputatur vilis extra de regulis iuris: ifamibus porte dignitatis patere non debent.

Excōica tio. ¶ Tertia pena ē excōmunicatio maior que ad ꝓpositum maxime ꝑtinet. Et debet dici excōmunicatio simpliciter. nā excōmunicatio minor nō ē nisi excōmunicatio ſm quid puta quātum ad exclusionem cōmunionis fidelium i sacramētis tm̄. sed excōmunicatio maior simpliciter ⁊ excludit a communione fidelium et participatione ipꝛū. Et ista excōmunicatio aliquādo infligitur a iure: aliquādo a iudice. A iure quidem aliquādo erat possibile diceretur numerū casuum in quibus ifligebatur: sed modo sunt quasi inumerabiles casus: ⁊ quotidie variātur: vl' augmentatur numerus eorum sicut ⁊ motus capitum variatur nec oportet super numero determinato talium casuuz implere quaternos. A iudice etiam non possunt casus cōputari. hoc tamen dico ꝙ nec a iure nec a iudice dz ifligi nisi ꝓ pctō mortali: nec ꝓ quocūq̄ debet infligi: sed ꝓ graui cui etiā annexa est contumacia. qꝛ quādiu aliquis est parat⁹ satisfacere ꝓ culpa ⁊ audit ecclesiā: nō est excōmunicādus nec habēd⁹ sicut ethnicus ⁊ publican⁹. Pena autē ista infligitur illi qui est cōtumax nec vult audire ecclesiam. Et relaxatur ista pena per absolutionem eius qui tulit sentētiam: vel per superiorem eius: si est excōmunicatio a iudice. Si vero a iure: tollitur per absolutionem illius q̄ ius ꝯdidit. Nec hoc solum sicut dicunt aliqui: sed ſm eos per absolutionem cuiuscūq̄ sacerdotis quādo condēs ius nō reseruat sibi istam absolutionem qđ ꝓbāt ꝑ illud capitulum: extra de sententia excommunicationis nuper. Sed ista probatio paruz cogit. quia non sequitur: ille non reseruat absolutionem. ergo concedit: loquēdo de forma sententie etiam secundum iura. quia posse absoluere vel non absoluere cadit sub illa regula: quod nō est concessum videtur esse prohibitum. Non enim videtur alicui inferiori absoluendum a sentētia lata a superiore: nisi sit sibi cōmissum. ¶ Quarta pena est irregularitas. ⁊ ista est inhabilitas ad susceptionem ⁊ execu- Irregularitas. tionem quorūcunq̄ ordinum. Ista pena incurritur frequēter a iure. ⁊ quasi nunq̄ vel raro a iudice: licet a iudice posset infligi. A iure autem incurrit ex aliquibus criminibus: et aliquando ex non criminibus. Crimina specialiter sunt quattuor ꝑtinentia ad ordines vel actus eorum. Unū est symonia. aliud ē furtū in ordine suscepto. Tertium ministeriuz solemne in ordine non suscepto. Quartum contumacia in non seruando penas ecclesiasticas vt cum aliquis ministrat in ordinibus vel suscipit ordines excommunicatus maiori excōmunicatione: vel suspensus: vel interdictus: vel hmōi. Crimina ꝑtinētia ad ordi. Et omnes isti casus indigerēt lōga declaratione: quā ꝑtrāseo gratia breuitatis. Similiter ex trib⁹ nō criminibus incurritur: puta ex illegitimitate: extra de filijs presbyterorū nō ordinādis ex seruitute. dist. liiij. ⁊ extra de seruis nō ordinādis. ꝑ totum. Similiter ex enormi vel turpi mutilatiōe vel infirmitate: vt habetur extra de corpore vitiatis nō ordinādis. Contrahitur etiam aliqñ ex aliquibus: que qñq̄ sunt crimina: qñq̄ nō: sicut ex homicidio ⁊ bigamia. Et sub homicidio continetur mutilatio actiua enormis alterius vel suijpsius. Et itellige de homicidio voluntario precipue. Remittitur aūt pena talis. s. irregularitas per dispēsatio nē aliquando a solo papa. aliquando ab epō ſm ꝙ irregularitates variantur: ⁊ vbi dispensatio cadit qꝛ sicut dicunt quidam: nō in omnibus cadit dispēsatio: sed irregularitas ex homicidio voluntario solum remittitur per baptismum. sed de isto dicto non curo. Non video irregularitatem in qua papa non possit ex causa ⁊ in casu dispensare. quia ipse est conditor iuris de irregularitate ⁊ superior plenarius ad quēlibet alium iudicem qui posset eam infligere. vnde non puto ꝙ sint aliqui irregulares ex natura rei. quia irregularitas pena est canonica non naturalis. Est autem ista pena grauior excōi

catione quātum ad hoc ꝙ difficilius tollitur ꝙ̄ ex
cōmunicatio. Et hoc est signum ꝙ excōmunicatō
simpliciter grauior est. sicut ⁊ verum est. quia excō
municatio excludit ab omni communione alias li-
cita. Sed irregularitas tantum ab hisque spectāt
ad ordines. Similiter iste pene due scilicet excom
municatio ⁊ irregularitas possunt esse publice vel
priuate. Non sic aūt due prime. scilicet dispositio
⁊ infamia. semꝑ enim sunt publice sicut patet ex ꝑ
Interdictum. dictis. ¶ Quinta pena est interdum que est arta-
tio a quibusdam actibus ecclesiasticis exercēdis:
vel ab assistendo quibusdam talibus actibus: ⁊ hoc
vel simpliciter vel in aliquo loco. Et ista pena licꝫ
quādoqꝫ infligatur persone ⁊ non loco: quandoqꝫ
loco nō persone quādoqꝫ persone ⁊ loco: tamē com
munius infligetur loco ⁊ nō personis: nisi dum in
loco vti. s. in tali loco non liceat solēniter celebra-
re diuina nec alios interesse. Et contrahitur hec
pena interdicti quādoqꝫ a iure: quandoqꝫ a iudice.
A iure occurrit exemplum de receptantibꝰ vsura-
rios extraneos. A iudice ex causis innumeris: ta-
men cōmunius propter inobediētiam interdicitur
populus siue locus. Relaxatur autem ista pena ꝑ
illum qui ponit interdictum. ⁊ quandoqꝫ a iure ex
casibus certis extra de sententijs excōmunicatio-
Suspēsio nis. Alma mater ecclesia. ¶ Sexta pena est suspē
sio que est ꝓhibitio ab aliquo alias conueniente. ⁊
hoc ad tempus. Et in hoc specialiter distinguitur
hec pena contra aliquas alias. Hec autem multi-
plex est qꝛ quedam est a beneficio. quedam ab offi-
cio. quedam ab ingressu ecclesie. Et quādoqꝫ īcur-
ritur ipo iure: vt ptꝫ extra de sententia ⁊ re iudica-
ta: ⁊ extra de sententia excōmunicationis: cōmedi
cinalis: ⁊ etiam in suscipiēdo ordines ab episcopo
qui renunciauit loco ⁊ dignitati tali. quia talis epi
scopus executionem non habet: nec confert. ⁊ ideo
sic suscipiens suspensus est. patet prima. q. vij. dal-
bertani: ⁊ extra. de ordinatis ab episcopo: qui re-
nunciauit. Similiter ⁊ de ordiato symoniace: post
ꝙ̄ sibi cōstitit ꝙ symoniace ordinatus est: quando
prius dum ordinaretur fuit ignorans simpliciter
ignorantia inuincibili: ꝙ symoniace ordinaretur.
Tollitur aūt ista pena ꝑ relaxationem talis suspē
sionis factam ab eo: qui tulit eam vel a suo superio
ri. Hec de primo articulo principali.

Pene canonice quō excludāt ab ordinum susceptiōe. 1. opinio.

¶ **Quātum ad secundum ar**ticulum dico ꝙ omnes pene ꝑdicte arcent ⁊ impe-
diunt a susceptione vel executione ordinū quorū-
cūqꝫ de iure. quia omnibus talibus penis amouet
vsus ordinum. ⁊ habilitas suscipiendi eos. Et bre
uiter quilibet recipiens ordinem aliquem vel exe-
quens actum alicuius ordinis cum aliqua predi-
ctarum penarum mortaliter peccat: ⁊ est ïobediēs
ecclesie. ¶ Sicūdo dico ꝙ ꝑdicte pene non impe-
diunt: nec tollunt executionem vel susceptionē or-
dinum de facto. Si enim cum aliqua ꝑdictarū pe
narum aliqs exequitur ordinem quātum ad septē
ordies saltem circa eucharistiam: vel suscipit ordi-
nem cum intentione faciēdi vel suscipiēdi: sicut in
tendit ecclesia: factum est quod facit: ⁊ receptū qd
suscipit vel suscipere intendit quantum saltem ad
actus ꝑncipales ordinuꝫ. quod dico quia nō ē hoc
verum ꝙ̄tum ad actum absoluēdi in ordine sacer-
dotij. sicut dictum est supra. ¶ Tertio dico ꝙ quā
tum ad primam penam que est degradationis vel
depositionis dubium est: an talis pena de facto im
pediat collationem ordinum vel de iure tantum.
Et est hoc dubium vtrum scꝫ episcopus degrada
tus vel depositus vere ordinet de facto: si attēptet
ordinare. Et de hoc dicūt aliqui ꝙ non. qꝛ ad hoc
non sufficit gradꝰ vel dignitas episcopalis manēs
indelebilis: sed requiritur cum hoc iurisditio suꝑ
ordinādos. Sicut in foro penitētie requitur iuris-
ditio suꝑ absoluendos: et non sufficiunt ad absol-
uendum etiam de facto claues sacerdotales. qꝛ per
primam penam: puta depositionē vel degradatio-
nem tollitur omnis iurisditio a deposito vel de-
grato. ideo ⁊c.

¶ **Alij dicūt** eandem conclusionē: sꝫ pro bant eam aliter. qꝛ ſm eos 2. opinio
episcopatꝰ non est ordo: nec est aliquid indelebile/
⁊ quod potest aufferri simpliciter loqndo: ⁊ auffer-
tur per degradatiōem vel depositionē. quare. ⁊c.

¶ **Contra** primam viam videtur esse. quia ordinatus ab episcopo qui resi Ꝫ.1.opi.
gnauit loco vel dignitati: ⁊ ꝑ cōsequēs non habet
iurisditionem episcopalem: vere est ordiatus licꝫ
ab executione ordinis suscepti sit suspensus sicut
dictum est in articulo precedenti ⁊ probatum per
quādam decretalem. igitur ad hoc vt de facto or-
dinet aliquis episcopus: vel ordines conferat non
requiritur episcopalis iurisditio: sꝫ sufficit gradꝰ
⁊ dignitas episcopalis: non quidem iurisditionis
sed ordinis: que manent in episcopo quantūcunqꝫ
degradato vel deposito supposito ꝙ episcopatus
sit ordo: sicut probabiliter superius dicebatur. un-
de non requiritur iurisditio ordinantis super or-
dinatum ad hoc vt ordinetur de facto ipso: sed ma
gis ad hoc: vt ordinetur de iure. Ex quo patet ꝙ
non est simile de absolutione ⁊ ordinatione.

¶ **Similiter cōtra** secundam viam est istud idem ar Ꝫ.2.opi.
gumentum: ⁊ cum hoc vnum aliud. quia sicut dice
batur supra episcopatus ordo est aliquid perpe-
tuo manens indelebile: nec est sola iurisditio vl-
tra sacerdotiū: que auferri potest. Patet quia ali-
quis sacerdos existens ⁊ electus ⁊ confirmatus in
episcopum ac si iurisditionem episcopalem ha-
bens super eos de diocesi nondum propter hoc est
episcopus: nec potest ordinare vel cōfirmare.

¶ **Et ideo videtur** michi dicēdum ꝙ prima pena nō im opi. doc.
pedit simpliciter de facto collationem ordinū: sed
episcopus quantūcunqꝫ depositus vel degradatus
⁊ etiam hereticus: dum tamen non sit in hoc here-
ticus: sed intendat facere quod facit ecclesia: si ali-
quid facit: dato ꝙ quantumcunqꝫ non credat ꝙ ec
clesia facit aliquid: vere ordinat ⁊ confert ordines
de facto: si ordinare attemptet. sicut sacerdos vere
consecrat: ⁊ conficit quantumcunqꝫ depositus vel
etiam degradatus: peccat tamen mortaliter ordi-
nando vel ordines conferendo contra prohibitio-
nem ecclesie vel superioris ipsum degradantis vel
etiam deponentis vel prohibentis: ne attemptet.
Hec de secundo articulo principali.

¶ **Quātū ad tertium** articulū di co primo de etas puerilis an īpediat susceptionē ordi.
etate puerili ꝙ etas puerilis non impedit de facto
susceptionē alicuius ordinis etiā quātūcūqꝫ sacri.

Si enim puer quocūq; ordine ordinetur: factum ē de facto nec vnq̄ est reordinandus. Unde potētia vel potestas ordinis potest precedere actum multa duratione non solum natura. ¶ Secundo dico ꝙ etas puerilis impedit susceptionem ordinis sacri de iure. Et ratio patz. quia in suscipiente talē ordinem annectitur secūdum ius ecclesie romane votum continentie perpetue. quod quidem votuz requirit etatem discretionis. Et ideo contra preceptum ecclesie ordinaretur puer in ordinibus sacris. ¶ Tertio dico ꝙ etas puerilis non impedit de iure susceptionem ordinis non sacri. quia nō inuenitur prohibitio iuris: ne pueri possint ordinari in minoribus ordinibus. Dico tamen ꝙ non est congruum: ꝙ pueri sic ordinentur. eo ꝙ non possint recipere ordinis sacramentum cum reuerentia ꝛ attentione debita seu deuotione. Nec sacramentum ordinis est sacramentum puerorum sed adultorum ꝛ ad annos discretionis deductorum.

Sexꝰ mulieb. quō excludit a susceptōne ordi.

¶ Quarto dico de sexu muliebri ꝙ simpliciter et absolute ꝛ de facto ꝛ de iure excludit a susceptione cuiuslibet ordinis. Et dico ꝙ hoc est ex institutione christi. quia non est presumēdum: ꝙ ecclesia priuauerit totum sexum muliebrem a tali dignitate: nisi qr Christus sic instituit viros scilicet tantū modo ordinari etiam de facto. Cuius signū est. qr matrem suam que fuit mulier dignissima nunq̄ voluit ordinari: nec in ecclesia preferri. Huius autez statuti apostolus fuit promulgator ad Thimoteū scribens. mulierem (inquit) docere non permitto doctrina (inquam) publica in ecclesia que pertinet ad ordinatos. Et ad hoc est ratio: vt distat mulier subijci iuxta imprecationem dei post lapsum mulieris ꝛ viri per ipsam Genesis secūdo. sub viri potestate eris. Ad hoc est auctoritas vicesima tertia dist. Sacratas deo feminas vel monachas sacra vasa vel sacratas pallas contingere incensum circa altare ferre perlatum est ad apostolicam sedem que omnia reprehentione et vituperatione plena esse nulli ratione vtenti vel sapienti dubium ē. omne ministerium mulieris vituperio plenum ē. quare. ꝛc. Hec de tertio articulo pncipali.

Ad argumēta pn.

¶ Ad primum principale argumentum patet ex predictis: quo modo pene predicte impediunt ꝛ quo modo non. ¶ Ad secundū de etate puerili dico: ꝙ non impedit susceptionem minorum ordinum ex prohibitione iuris: ꝛ tamen ex ꝯdecentia et reuerentia debita. Nec est simile de alijs sacramentis: que sunt maioris necessitatꝭ. Nec requiritur attentio nec tanta reuerentia nec votum continentie eis annexum: sicut et ordinibꝰ sacris. ¶ Ad tertium de sexu muliebri dico: ꝙ licet q̄tum ad gratiam cōcedendam ꝛ gloriam nos sit distinctio maris ꝛ femine serui ꝛ liberi: bene tamem quātum ad alia officia ꝛ ecclesiasticas dignitates est distinctio: in' tātum ꝙ mulier nec de facto nec de iure ordinari potest. seruus autem manens licet de facto non tamen de iure. quia irregularis est: eo modo quo magis de seruitute inferius apparebit.

¶ Distinctionis. xxvj. Questio Unica.

Circa distictionez xxvj. quero primo. Utrū matrimonium sit sacramentum noue legis. ¶ Uidetur ꝙ nō Sacramentum noue legis institutum est a christo: ꝛ nō est a tēpore legis innocentie vel legis nature nec fuit sub lege Mosayca. sed matrimonium non fuit a Christo istitutum sed ab Adam Genesis secūdo. Hoc nunc os de ossibus meis ꝛ caro de carne mea: propter hoc relinquet homo patrem et matrem: ꝛ adherebit vxori sue: ꝛ erunt duo in carne vna. Et similiter matrimoniū fuit sub omni lege. ergo ꝛc. Gene. 2. ¶ Secūdo sic. omnis obligatio ad actum simpliciter malum ꝛ illicitum non est sacramentum noue legis: nec ad talem obligationē apponitur sacramentum. Sed matrimonium ē obligatio quedaz maris ꝛ femine ad actum simpliciter malum. quia ad actum carnalis concupiscentie in quo simpliciter tollitur: ꝛ priuaꝛ totus vsus rōnis ergo ꝛc. ¶ Tertio sic. circa sacramēta et essentialia sacramētorum ecclesia nihil potest immutare. quia sacramēta instituta sunt a Christo: qui est superior ecclesia ipa tanq̄ caput sed circa personas que sunt essentialiter ꝛ necessario requisite ad matrimonium: potest ecclesia immutare. qua potest eas facere legitimas vel illegitimas ad matrimonium. ergo ꝛc. ¶ Quarto sic. omne sacramentum noue legis consistit in verbis aliquibus ad formā ptinētibus: ꝛ habz principaliter ministrari ab aliquo sacerdote. Sed matrimonium in verbis necessario non consistit quia muti vel absentes per literas vel alia signa possunt contrahere matrimonium: etiam parentes pro filijs. Similiter etiam non ministratur a sacerdote sed magis a contrahētibus: vt videtur. ergo ꝛc.

¶ Contra Magister ī hoc tractu. Et planum est: ꝙ matrimonium computatur inter sacramenta septem. Et apostolus dicit de matrimonio. sacramētum hoc magnum ē: in Christo dico ꝛ ecclesia. ergo ꝛc. Apls.

¶ In ista questione sic ꝓcedā

¶ Primo ad euidentiam eorum que dicenda sunt ostendam vtrum actus matrimonialis procreatiuus prolis sit licitus ꝛ honestus ꝛ per consequens vtrum obligatio mutua personarum ad talem actum sit licita ꝛ honesta. quod etiam vtrum contrahere matrimonium sit licitum. ¶ Secundo inquiram: vtrum matrimonium sit sacramentum noue legis ꝛ ponam descriptionem eius: ꝛ declarabo eam. ¶ Tertio inquiram: quando ꝛ a quo ꝛ quo modo fuit institutum. ¶ Ultimo ad rationes.

¶ Quantum ad primū articulum

Primo. actꝰ pcreatiuꝰ plꝭ an licitꝰ ꝛ honestꝰ.

dico primo: ꝙ actus volendi procreare prolem seu velle procreare prolem in specie humana non est actus de se malus ꝛ ex genere: sed est etiam de se bonus moraliter. sed potest esse bonus vel malus. bonus si debite circunstantionetur. malus vero: si nō sit debite cicūstātiōatus: sz potiꝰ indebite

circũstantijs indebitis vel prohibitis vel deordinatis. Et similiter dico de ipso actu exteriori procreatiuo ipius ꝓlis. ¶ Qꝛ aũt actus talis nõ sit de se malus nec deordinatus: sed possit esse bonus et licitus vel honestus probo primo sic. ille actus qui ẜm rationem ⁊ inclinationem naturalẽ est conseruatiuus humane speciei: nõ est de se malus. hoc patet. qꝛ nec in alijs spectebus est malus talis actus: sed bonus ⁊ nature cõueniens. sed actus volẽdi interior ⁊ similiter actus exterior ꝓcreatiuus ꝓlis est huiusmodi in specie humana. Nõ enim plus repugnat rationi naturali in specie humana procreare ꝓlẽ: ⁊ sic ꝯseruare spẽm ꝙ̃ in alijs spẽb⁹ corruptibiliũ. ⁊ tñ istõ ẽ naturalissimũ opus. sicut phũs dicit in secundo de anima. ergo ⁊c. ¶ Secundo qꝛ ratio pedicta arguit pro statu isto corruptibili. pro quo non potest aliter ⁊ naturaliter species conseruari. patet hoc etiam dato ꝙ homo esset in statu incorruptibili: quia non magis repugnaret sibi secũdum rectam rationem naturalem cõmunicare perfectionem suam ĩ actu procreatiuo prolis: ꝙ̃ alijs animalibus: vt videtur ĩmo magis conueniret sibi eoipõ ꝙ perfectior habens potentiam generatiuã ⁊ ꝓcreatiuam. sed talis actus sic cõueniẽs non est contra rationem naturalem: sed magis secundum eam: nec est de se malus. ergo ⁊c. Dices: ꝙ angelus licet sit perfectior: nõ tamẽ cõmunicat suã perfectionem procreãdo angelos. Dico: ꝙ nõ potuit dari angelo potentia communicandi suam perfectionez. quia angelus nõ põt haberi nec ꝓduci nisi de nihilo per creationem. creatura autem creare non põt: sicut dictum est in secundo. sic nõ est de homine. ¶ Tertio probatur ista cooclusio ex scriptura. quia de actu malo secundum se non datur ꝑ̃ceptum a deo sed de actu procreatiuo prolis datũ est preceptum Genesis secundo ⁊ nono. Crescite ⁊ multiplicamini. ergo ⁊c. Similiter ex creditis secundum aliquos probatur hoc. qꝛ iste act⁹ est talis: ꝙ per ipsum reparatur ciuitas ⁊ societas angelorꝫ per ipsum nãqꝫ electi ad illam societatem assumendi procreantur vel generãtur. Similiter etiam ad talem actum exercendum adhibitum ẽ diuinum sacramentum: quod est sacramentum matrimonij. Sed de hoc nõ curo multum quo ad presens. Potest autem tertio probari prima cõclusio. qꝛ actus qui in omni policia bene ordiata exercetur: ⁊ a prudentibus commendatur: nõ est dese malus sꝫ act⁹ procreatiuus ꝓlis est huiusmodi. ergo ⁊c.

Gene. 2. et 9.

¶ Secundo dico ꝙ talis non est de bonus ⁊ ex genere: sed potest esse malus. Hoc probo quia nullus actus de se est bonus: nisi qui trãsit ex seipso super optimum obiectum propter seipsum. patet qꝛ omne aliud vel etiam ipimmet obiectum optimum ꝓpter aliud potest inordiate diligi. talis autẽ actus transiens ex seipso super optimum obiectum ⁊ propter seipm est actus amoris amicitie respectu dei. Unde ⁊ actus sibi contrarius puta odire deum ex seipso malus est: nec potest bene fieri. sed actus volendi procreare prolem vel etiam procreatiuus ꝓlis non cadit super obiectum optimum. patꝫ. quia non habet deum pro obiecto: nec est vel fit de necessitate ex seipso ꝓpter optimum: sed propter aliud potest cadere super suum obiectum. ergo ⁊c.

Qũo talis actus ꝓcreatiu⁹ prolis ꝑt esse mal⁹ ⁊ cetera.

¶ Secundo sic. ille actus non est de se bon⁹: cui potest apponi prohibitio diuina: ⁊ apponitur: sed potest esse malus. sed ad talem actum potest apponi ⁊ apponitur diuina prohibitio: non mechaberis: ergo ⁊c. ¶ Tertio sic ille actus qui eiusdem rationis existens non potest licite: nec debet secundum rectum iudicium rationis naturalis exerceri cum qualibet eiusdem rationis non est ex ratione sua ⁊ ex se bonus: sed potest esse malus: sed actus ꝓcreatiuus prolis ⁊ huiusmodi. Unde Aristoteles vtẽs ratione recta contra Platonem in secundo politice reprobauit eum. quia ponebat omnes vxores cõmunes. ergo ⁊c. ¶ Tertio dico ꝙ talis actus. si debite circũstantionetur: est bonus ⁊ honestus ⁊ licitus. quod patet quia quilibet actus circũstantionabilis pui per consequens non est de se bonus vel malus sed indifferens si circũstantionetur debite ẽ bonus. ¶ Ad bonitatem vero moralem talis act⁹ dicõ ꝙ principaliter requiritur circũstantia finis: sicut ⁊ in alijs actibus: ad hoc vt sint moraliter boni finis autem actus istius est proles educanda ad cultum diuinum: vel deus colendus per prolem ꝓcreandam ⁊ ad cultum suum educandam: vel etiaꝫ vitatio prohibite fornicationis: per quod colitur deus: ⁊ obeditur precepto eius non mechaberis. Qꝛ ille debeat esse finis procreandi prolem scilicet cultus diuinus vel deus colendus. Patet. quia ad hoc debet procreans seipsum diligere: ⁊ per consequens etiam prolem procreandam ⁊ procreationẽ eius. ¶ Secunda circunstantia est: ꝙ cum sua vel suo excerceatur talis actus. voco autem suam vel suum: que vel qui secundum legitimum contractũ approbatum a deo legislatore vel legẽ diuina accepit potestatem corporis alterius et econuerso pro toto perpetuo ad talem actum exercendum. Alioquin talis fornicator: ⁊ vtitur non sua contra prohibitionem legis seu legislatoris ⁊ domini: principalis: ⁊ est actus moraliter malus. ¶ Et dico: ꝙ congruit ⁊ requiritur: ꝙ determinatus masculus sit determinate femine ⁊ vna vel vnus vnius: nisi in casu dispensabili: in quo licuit aliquando sanctis vel antiquis patribus habere plures vxores: sicut dicetur ĩfra. Et nullo modo debet esse: ꝙ quelibet sit cuiuslibet: ita ꝙ vxores sint communes: sicut posuit Socrates. Primo quia hoc eẽt contra bonum prolis ⁊ bonam educatiõem eius. Filij em̃ incerti male nutriuntur. Similiter contra reuerentiam paternam. esset enim causa vel occasio ignorandi patrem suum: ⁊ ita non reuerendi eum ⁊ nõ obediendi sibi: quod est contra naturalem disciplinam. Similiter etiam contra bonum communitatis. quia per contractus matrimoniales certarum personarum ad certas seruantur amicicie ⁊ communicatioces expedientes ⁊ honeste. Si autem ꝑsone essent incerte: tunc propinquitates affinitates ⁊ cognationes ⁊ successiones essent confuse et incerte. Et hoc esset ad malum ⁊ confusionem et turbationem rei publice. ¶ Congruit etiam vt pro perpetuo vite amborum non solum ad temp⁹ masculus ⁊ femina copulentur ad talem actũ etiã vinculo indissolubili. Hoc autẽ seqtur ex premissis. quia alias nen esset certitudo requisita ad bonum commune ⁊ alia supradicta. Si enim vnus vir hodie haberet vnam et alter vir cras haberet illam: non eẽt certitudo patris de filio: nec econuerso. Similiter esset etiam contra bonam educationem prolis ⁊ contra alia supradicta.

Qũo talis actus est bon⁹ licitus ⁊ honestus.

Nõ ꝺ circũstãtijs hui⁹ act⁹.

Nota.

¶ Requiruntur etiam alie circunstātie ad talem actum vt exerceatur vbi: ꝛ quando oportet: ꝛ quomodo sicut ī alijs actibus moralibus sub modo secundum dictamen rationis recte. Sic ergo patet de licentia talis actus.

mutua obligatio psonaruz ad actū p dictū an licita ꝛ honesta.

August.

ptas qua maior in corporalib⁹ voluptatibus nulla
est momēto ipso tēporis quo ad eius ꝯuenit extre-
mū pene oīs acies ⁊ vigilia cognitionis obruitur.
nullus autē sm rectā rationē debet se obligare ad
aliquid in quo tm̄ malū ⁊ tantā iacturā patiat: nisi
sit aliquod bonū recõpensans. g̃ nullus debet ꝯtra
here matrimonium nec exponere se actui matrimõ
niali: nisi sint aliqua bona vel aliquod bonū recom
pēsans. ⁊ talia bona dicunt a sanctis excusantia tã
lem actū. cuiusmodi sunt fides proles ⁊ sacramen
tū. Si dicat cõtra eos: q̄ similiter in somno hõ pri
uatur totaliter vsu vel actu ratiõis ⁊ nõ solū ĩ mo-
mēto immo etiā tp̄e multo. q2 sm philosophū pri-

i. ethico.

mo ethico. felix nõ differt a misero nisi sm dimidiū
vite. i. sm tēpus vigilie. q2 in alia medietate. s. ĩ tē-
pore somni nõ differt. igit multo fortius requiren
tur aliqua bona excusantia somnū. qđ nõ videt. di-
cūt q̄ etiā somni sunt aliqua bona excusantia puta
necessitas nature sustētande: ⁊ dispositio melior ad
intelligēdū post somnū. vñ magis viget vsus ratio
nis post somnū q̄ȝ ante. sicut magis vigēt sensus ⁊
fantasia: q̄ deseruiūt intellectui intelligēdo. Nã si-
ne somno ⁊ ante somnū p vigiliã nimiã est fatiga-
tio organorū ⁊ viriū sensitiuarum. quare ⁊c̄.

ꝯ hãc opi.

¶ Contra istam positionē põt argui p̄mo
sic. q2 in tēpore ĩnocētie fuissent
ista bona matrimonij. ⁊ tm̄ non fuissent excusantia
actū matrimonialem. ¶ Secundo sic. inter mariã
⁊ Joseph fuit verū matrimoniuȝ. ⁊ tm̄ nõ oportuit
ponere ista bona excusantia. ¶ Similiter, tertio in
matrimonio spirituali aliquo cū pari voto cõiugū
de virginitate seruãda nõ oportet ponere talia bo
na excusantia. quare ⁊c̄. ¶ Similiter quarto quia
actus matrimonialis nõ est de se malus: sed põt eē
bonus: ⁊ moraliter circūstãtionatus. patet. q2 eius-
dem rationis fuisset tp̄e innocētie. g̃ nõ requirit ex
se bona excusantia. quare ⁊c̄.

ad argu. ꝯ. p̄c. opi.

¶ Ad ista tm̄ etiam potest respõderi. Ad p̄
mū dicēdum: q̄ actus matrimo-
nialis fuisset malus tēpore ĩnocētie nõ malicia cul
pe sed malicia iacture ratiõis pro tp̄e talis actus:
ideo ⁊c̄. ¶ Ad scđm dicēdum: q̄ inter mariã ⁊ io-
seph possunt poni illa bona excusantia vel recõpē-
santia nõ simplr̄ ⁊ in actu sed sub ꝯditione. sicut et
beata virgo obligauit se ad copulã sub ꝯditiõe: pu
ta si ioseph peteret. ¶ Ad tertiuȝ põt dici per idē.
¶ Ad quartum patet ex solutiõe primi. quare ⁊c̄.

quot sūt bona ma.

¶ Quãtum ad secundum ar/
ticulū dico breuiter: q̄ bona matrimonij assignant
tria. s. bonū sacramēti. bonū fidei. ⁊ bonū plis. Ad
cuius euidentiã notandū est: q̄ sm phm. 5. metha.
ca. de pfecto bonū ⁊ pfectū idē. triplex aūt est: vel
põt intelligi pfectio rei. vna intrinseca ⁊ formalis
alia extrinseca ⁊ finalis pxima. tertia extrinseca ⁊ Nota.
finalis remota. Et similiter etiã bonū triplex. vnū
formale ⁊ intrinsecū. aliud extrinsecū finale. ⁊ pro
ximū vl' immediatū. tertiū finale ⁊ remotū. ¶ Ad
ppositū dico q̄ triplex ē bonū matrimonij. vnū for
male ⁊ intrinsecū. alia duo finalia ⁊ extrĩseca. Pri
mū voco obligationē ĩdissolubilē. pro statu pñti di 1.
co qcqd fuerit antiquitus de repudio. Nã vinculū
indissolubile est bonū formale ⁊ intrinsecū matri-
monij. ⁊ vocat hoc bonū sacramēti: non q̄ sit sacra
mentū noue legis vel signū sensibile: sed q2 ē signū
intellectuale vel potius intelligibile alicui⁹ signa
ti alteri⁹ puta ꝯiunctionis indissolubilis xp̄i ⁊ ec-
clesie. Uel aliter dr̄ bonū sacramēti sm trãsitiuam
locutionē. i. bonū aliquod cui⁹ signū est ip̄m sacra
mentū matrimonij. cū eñ dr̄ in verbis sacramētali-
bus. accipio te in meã vel in meū significat ista obli
gatio mutua simpliciter fieri: nõ ad tēp⁹ vel ad ho
ram: sicut patet. ip̄m g̃ vinculū indissolubile dr̄ bo
nū matrimonij. ⁊ est cõstructio intrãsitiua. q2 ē ma
trimoniū ip̄m loquēdo formaliter. ¶ Scđm bonū 2.
est extrinsecū finale ⁊ pximum. ⁊ est bonum fidei.
nã ad ip̄m sicut ad bonū finale pximū ordinat ma
trimoniū ip̄m vel obligatio ipsa. bonuȝ autē istud
fidei idem est q̄ bonū fidelitatis ad cõiugem. Et
in duob⁹ consistit primo q̄ nõ tradat corpus vni⁹
cõiugis nisi alteri cõiugi. q2 hoc esset ꝯtra iusticiã
⁊ fidelitatē. Et istud est necessariū semp ⁊ inuaria
bile in matrimonio sub omni lege: sicut nõ ꝯmitte-
re adulteriū. Scđo in tradēdo corpus suū coniugi
petēti pro loco ⁊ tp̄e: ⁊ solū vni coniugi pro tp̄e le
gis nature ⁊ tp̄e legis scripte: de quo inferius ap-
parebit. ¶ Tertiū bonū est extrinsecū finale ⁊ re- 3.
motū. s. bonū prolis habēde ⁊ religiose educãde ad
cultū diuinū: ⁊ est finis principalior. Vñ ⁊ ad hūc
finē ordinat precedēs finis. s. bonū fidei quo reddi
tur debitū modo p̄dicto. ponit etiã vnus alius fi-
nis annexus matrimonio. s. vitatio fornicatiõis p
tp̄e lapsus. Non solū eñ matrimoniū est in officiū
pcreandi prolē: sicut tēpore innocētie: sed est in re
mediū. Et ista duo bona. s. bonū fidei: nõ fidei que
est virtus theologica sed fidelitatis in reddēdo de
bitū positiue alteri cõiugi: ⁊ similiter bonū prolis
sunt bona cõditionata in matrimonio. Nec est ne
cessariū ista poni in re ⁊ in effectu absolute ĩter cõ
iuges: sed sub ꝯditiõe: videlicet reddere debitū p
loco ⁊ tp̄e: si alter ꝯiūx petat. Põt eñ absolute lo
quēdo alter nõ petere: ⁊ sic etiã ali⁹ nõ reddere. vñ
⁊ matrimonio iã rato siue etiã ꝯsummato possunt
perpetuã ꝯtinētiã vouere. ex quo etiã sequit q̄ bo
nū prolis ꝯditionatū nõ oportet: q̄ ponat in re ⁊ ĩ
effectu inter ꝯiuges absolute: sed sub ꝯditiõe. quia
nõ põt poni proles sine redditione debiti: vt patet
⁊ ideo sub ꝯditione ponit bonū plis. s. vt si euene-
rit: nõ impediat: nec perimat. sicut fit ab illis inter
fectoribus fetuū in vtero. Similiter si euenerit p-
les ⁊ subuixerit religiose educet. ¶ Sed p̄mū bo-
nū. s. indissolubilitas vĩculi est absolute necessariū
pro tp̄e legis noue vsq3 ad mortē alterius ꝯiugum
¶ Et hoc intelligūt aliqui nõ solū de morte corpo
porali: sed etiã de morte ciuili qñ. s. alter añ matri-
moniū cõsummatū altero volēte seu etiã nolēte: q2
nõ est vis siue velit siue nõ: pfitet religionē. Tūc
eñ soluit vinculū: ⁊ nõ manet vinculū nec obliga
tio inter eos. Et dicūt hoc instituisse xp̄m propter

Triplex bonū matrimonij.

Mō p̄mū bonū matrimonij est necessariuȝ. .1. opi.

maius bonum religionis. Nec ecclesia hoc attem-
ptasset statuere:nec statuit:sed magis statutū chri
sti publicat:⁊ exponit ⁊ modificat aliqualiter q̄tū
ad determinationem temporis : videlicet ꝙ infra
duos menses post matrimoniū ratū possit cōiunx
intrare religionem. Quia aūt xp̄s īstituit vinculū ma
trimoniale sic dissolui:patz ex dicto eius. Mathei.
xix. sunt eunuchi qui se castrauerūt ꝓpter regnū ce
lorum. qui potest capere capiat. Hoc aūt capiunt
perpetuo ꝯtinētes ꝓpter deum ⁊ precipue ꝯtinen
tiam vouentes: vt religiosi. vnde ⁊ hic continētiā
talem matrimonio tanq̄ maius bonum ꝓposuit.
Similiter etiam patet facto xp̄i vocantis Johan
nem euangelistam a nuptijs ad religionem aposto
latus cuiu exēplum imitati sunt plures sancti.
¶ Alij dicūt:ꝙ nec sic vincunculum matrimonia-
2. opi. le dissoluitur:sed manet perpetuo vsq̄ ad mortem
corporalem alterius coniugis. tūc alter supuiuens
soluitur a lege ⁊ vinculo matrimonij. ⁊ sic etiam
fuit in lege nature:quicquid fuerit de repudio le-
gis scripte:de quo dicet. dicūt tñ ꝙ hoc nō obstan
te cōiunx q̄ manet ī sc̄lo post ꝓfessionē alteri⁹ ī reli
gione:pōt alteri nubere. nō quia solutū sit vinculū
ad primū coniugē sicut dicerēt primi:sed quia nullū
est incōueniens ꝙ sit vna vxor pluriū:vni⁹ spūali-
ter:puta illius qui est in religione:⁊ alteri⁹ carnali
ter: illius quē acceperit in seculo. Et ex hoc dicto
sequit ꝙ vna vxor posset esse centū virorū simul:vt
patet inducēti. ⁊ silr vnus vir centū mulierū. nec est
dicēda hic bigamia:vel (vt ita dicā) biuiria. quia vna
vnius tm̄ carnaliter vel corporaliter:alterius vero
Nota. vel aliorū spiritualiter. Quia autē non soluat vincu-
lū matrimoniale post matrimoniū ratū ⁊ ante ma-
trimoniū consummatū per ꝓfessionē alterius ꝯiu
gū in religione: ꝓbatur quia post matrimoniū ꝯsum
matū non solueret. ⁊ tñ planū est ꝙ vinculū nō ha
bet indissolubilitatē per illā carnalē copulā. ⁊ per
cōsequēs prius ante copulā illam carnalē: ꝑ quam
matrimoniū ꝯsummat:vinculū habuit indissolubi
litatē. vnde ⁊ hec est ratitudo matrimonij. s. indis-
Indisso- solubilitas ei⁹. ¶ Sed vnde cōuenit matrimonio
lubilitas ista indissolubilitas vīculi ex cōtractu vel ex sacra
vīculi vñ mēto vel vnde. Dico ꝙ nō ex natura ⁊ vi cōtract⁹
mr̄imōio cuiuscunq̄ matrimonialis. potuit eñ instituere ꝙ
ꝯuenit. obligatio ex cōtractu esset ad tēpus:sicut forte or-
dinauit de repudio sub lege scripta. nec ex sacramē-
to vel vi sacramēti: Non est eñ effectus sacramēti
sed magis gratia ipsa. Et potuit de⁹ apponere sa-
cramētum ad cōtractum vel obligationē seu vincu
lū pro tēpore:sicut apposuit ad vinculū perpetuū
Et ideo dicit ꝙ talis indissolubilitas vinculi est a
deo sic ordinate:vt sit obligatio ⁊ vinculū ꝑpetuū
vel pro ꝑpetuo vsq̄ ad mortez alterius. Alioquin
Correla nō valeat cōtractus. ¶ Ex predictis de bonis ma
ria. I. trimonij ⁊ matrimonio sequit primo vnū correla-
rium:ꝙ si aliqui in cōtrahēdo exprimāt cōditiōes
oppositas bonis matrimonij:vt si dicat cōtrahens
cōtra primū bonū perpetuitatis vinculi. Accipio
te in meā donec occurrat alia magis placēs. cōtra
sm̄ bonū fidelitatis dicat:do tibi meipsum. vel ac
cipio te:dū tñ possim alteri dare meipsum:⁊ nō te-
near seruare tibi fidē:nec affirmatiue reddēdo tibi
debitū nec negatiue:quin pro libitu meo possim al
teri cōiugi corporaliter vel carnaliter copulari ha
bēdo corporaliter simul duas vel plures:corporali
ter dico ꝓpter predicta. Si etiā contra tertiū bonū
dicat:accipio te in meā:dū tñ procures venena ste-
rilitatis ⁊ huiusmodi cōtractus. dico talis nullus
est. quia est cōtra institutionē dñi superioris et le-
gislatoris de matrimonio cōtrahendo. Et ita nul-
lus habet potestatē transferēdi corpus suū ī aliud
isto modo. ⁊ sic cōtrahētes non solū nichil faciunt
sed etiā mortaliter peccāt. ⁊ nullo modo debēt in-
uicē petere vel redde:sꝫ reddēdo fornicant. ¶ Se .2.
cūdum correlariū est:ꝙ altero cōiugū mortuo:si re
suscitaret virtute diuina:superueniēs coniūx non
teneret sibi nec obligaret matrimonialiter. expira
uit eñ vinculū in morte alterius. sm̄ apostolū pri- Aposto.
me ad corinth. mortuus est vir. soluta est mulier a
lege viri. Et nō resurgit vinculū propter resuscita
tionē mortui:sed oportet interuenire nouū consen
sum viri ⁊ mulieris sufficienter expressum per ver
ba de presenti vel ꝑ signa equipolentia. Hec de se
cūdo articulo principali.

¶ Quantum ad tertium arti

culū dico ꝙ reddere debitū alteri cōiugi est prece Cōiunx an semꝑ teneatur reddere debitū altero petēte. ⁊c.
ptū affirmatiuum de iusticia ⁊ fidelitate obseruā-
da ad alterū. precepta autē affirmatiua licet obli-
gēt semꝑ non tñ ad semꝑ nec pro semꝑ sed pro loco
⁊ tempore sm̄ circūstantias debētes cōcurrere ad
actū preceptū. Et ideo dico ꝙ cōiunx nō tenet red
dere alteri debitū ex obligatione matrimoniali ꝓ
quandocūq̄ alius petit:sed in aliquibus casib⁹ po
test nō reddere. in aliquib⁹ etiā non solū potest nō
reddere:sed etiā debet non reddere:ita ꝙ grauiter
peccaret vel saltē peccaret:si redderet. ¶ Vnus ca Casus in quib⁹ nō tenet coniunx debitū reddere ⁊c.
sus in quo nō tenet reddere est: si petēs amisit ius
petēdi. quia adulteriū cōmisit cū alia vel fornicatus
est. tūc eñ innocēs pōt nō reddere. ⁊ licet corpus ī
nocētis sit alterius petētis:tñ amisit ius petendi ⁊
vtēdi corpore alterius:nec debet sibi reddi q̄tum-
cūq̄ petat. Si autē vterq̄ lapsus est paria crimina
pari vindicta delent. ¶ Secūdus casus est statim Scd̄us.
post matrimoniū ratū si alter petat:nō tenet alteri
reddere:sed pōt differre ꝑ aliqd̄ tēpus:⁊ intrare re
ligionē:si voluerit. nec ille pro tūc habet ius petēdi
sic ꝙ debeat sibi reddi:licet possit petere licite. quia
ius suū nō amisit. quia nec peccauit. sed sicut pōt pe-
tere:ita alter nō pōt redere. ⁊ necessitas reddēdi su
spēdit vsq̄ ad tēpus quo deliberet:⁊ intret religio
nē:si velit. Et ponit illud tēpus duorū mensiū post
matrimoniū ratū extra de cōuersione cōiugatorū
ex publico. Alioquin si statim redderet:⁊ matrimo
niū ꝯsummaret:redderet se īhabilē ad religionē in
trandū:nisi de ꝯsensu alterius cōiugis. ¶ Sed qd̄ Bonum dubium.
de vxore vel cōiuge manēte in seculo post ꝓfessio-
nē alterius in religione matrimonio prius cōsum-
mato:si timeat:ꝙ cōiunx manēs in seculo nolit cō
tinere:nūq̄ extrahēdus est alter a religiōe:de hoc
vident capitula ī iure ꝯria. Primū est. xxxiij. q. v.
vbi dicit qui vxorē suā velare ꝑmiserit:aliā nō ac-
cipiat sed similiter ꝯuertat. Ex quo videt ꝙ nō est
alter cōiunx de religione extrahēdus sed alter est
cōuertēdus ⁊ debet cōtinere. Cōtrariū vero vide
tur dici extra de conuersione cōiugatorū capitulo
primo vbi dicit:ꝙ laicus vxoratus qui de licentia
⁊ ꝑmissione vxoris religionē ingressus professionē
fecerit: vxore in seculo remanēte:nec trāseunte ad
religionē nec ꝑpetuam cōtinētiam vouēte: potest

⁊ debet de monasterio reuocari. Quid ergo facien
Solutio dubij pc. dū vel dicēdum. ¶ Potest dici ꝙ si alter cōiūx de
licētia alterius remanētis in seculo solēniter facta
auctoritate dyocesani episcopi: sicut canit in regu
la fratrū minorū: profiteat in religione: nō est extra
hēdus: nec reddēdus alteri. sufficiēter em̄ alter vi
detur suo iuri renūciasse sic licētiando alterū: vt p
fiteret in religione. Si autē de licētia aliqua alte
rius fuerit alter ingressus religionē ⁊ pfessus: qua
quidē licētia nō videat sufficiēter renūciasse licen
tiās iuri suo nec efficaciter sm formā vel modum
quē imponit: vel intēdit ecclesia in talib⁹ obseruā
dū: extrahēdus est ⁊ reddēdus. Sic tn̄ extract⁹ nō
debet petere: qr sufficienter q̄tum fuit ex se: renun
ciauit iuri suo petēdi intrādo ⁊ vouēdo religionē.
sed pōt reddere. qr iuri alterius nō potuit renūcia
Nō hos casus. re. quare ⁊c. ¶ Alij casus sunt in quib⁹ nō solū nō
tenet reddere: sed tenet non reddere: vtpote qn̄ for
tiori vinculo tenet ad nō reddendū: vtpote si reddē
do vergat in detrimētum ppie salutis vel incolu
mitatis corporalis quā magis tenetur diligere: q̄
istud determinatū reddere alteri cōiugi. Cōsimili
ter fortiori vinculo tenet nō occidere fetū: vel nō es
se causa aborsus: q̄ reddere. ⁊ p cōsequēs in pericu
lo aborsus ⁊ in preiudiciū prolis tenet nō reddere
Cōsimiliter etiā magis tenet nō agere: vnde ples
nascat leprosa: q̄ reddere. Et ideo tēpore mēstrui
tenet nō reddere mulier. qr vt in pluribus tempo
re mēstrui proles nascit vel generat leprosa. vn̄ nō
immerito infligebat pena mortis accedētibus ad
mulieres mēstruosas sub lege mosayca. qr istud est
graue pctm̄: ⁊ fuit hoc phibitū sub lege illa. Et nō
est putandū ꝙ minus sit phibitū sub lege euange
De leproso. lica: que est lex castitatꝫ. ¶ Si dicas de leprosis ꝙ
tūc sanus nō debet reddere debitū leproso cōiugi.
Primo qr est in preiudiciū ppie sanitatis corpo
ralis. Secūdo qr est cōtra bonū prolis. qr nasceret
leprosa. Et pari ratione nel leprosus leproso. cui⁹
oppositū habet extra de cōiugio leprosorū ca. j. mā
damus. ⁊ capitulo sequēti: si virū ⁊c. Respondet ꝙ
nō est verisimile: ꝙ ex tali cōiunctione sic breui quo
reddit debitū: sanus incurrat leprā. vnde ⁊ diutina
cohabitatio nō precipit. qr ex illa pōt sanus infici:
vt videt. Esto etiā ꝙ timeret infirmitas lepre: di
ceret ꝙ ad hoc se obligauit sanus in cōtrahēdo. vn
de ⁊ aliqui sacerdotes exprimūt illud in hostio ec
clesie: quando contrahit matrimoniū. tn̄ totū istud
dubiū est. Et posset dici de alia infirmitate corpo
rali: ꝙ etiā infirmus ad hoc se obligauit. Et ideo
aliter respondetur ꝙ illud supradictū nō debet in
telligi de infirmitate perpetua: sed ad tēpus ratio
ne cuius pōt differri redditio debiti. sed de ppetua
cuiusmodi est lepra: dico ꝙ debitū debet reddi siue
a leproso siue a sano ne perpetuo frustretur lepro
sus actu matrimoniali. De bono prolis dicit ꝙ nō
obstāte hoc debet reddi. qr melius est ꝙ proles na
scatur leprosa q̄ ꝙ omnino nō nascat. Sed nō con
cluditur p hoc ꝙ mulier menstruata debeat petere
vel reddere possit. quia potest expectari tēp⁹: quo
mēstruo cessante poterit generari proles sana. Si
militer possunt inueniri aliqui casus in quibus te
netur nō reddere. Et breuiter in omni casu in quo
actus reddēdi vel petēdi non posset bene circūstan
tionari moraliter: sed necessario esset moraliter ma
lus. Et ideo debet qn̄ oportet ⁊ vbi oportet ⁊c.

¶ De quādo tamen ⁊ vbi dicitur ꝙ non tenet red — qn̄ vbi ⁊c nō tenet debitū alter cōiugū reddere.
dere tēpore sacro: vel quādo debet cōmunicare. im
mo tenet non reddere. quia precipitur non reddere
in tali casu. Nā sm Hierony. tales exercētes actū
illum carnalē inhabiles sunt ⁊ indispositi ad man
ducādum carnes agni vel christi. Similiter etiā in
loco sacro precipitur ibi nō reddere qd patet p in
terdictum loci: ex hoc ꝙ redditur idem debitum.
¶ Sed videtur michi dicēdum ꝙ licet tēpore sa
cro cōgruum sit nō petere petēti: tn̄ necessariū est
reddere. Nec reddēs siue petēs propter hoc inhabi
lis est ad cōmunicandū sic ꝙ peccet. sed verum est
ꝙ non est sic habilis: sicut si talem actum nō exerce
ret. vnde nec prohibetur illo tēpore nec reddere: sꝫ
congruum est ꝙ abstineant vt vacēt orationi: sicut
apostolus dicit. ¶ De loco sacro etiam dico ꝙ non
est illicitum petere ibi vel reddere ex hoc precipue
si coniuges diu inhabitarēt locum: ⁊ nō possent ha
bere cōmode alium locū. Nec oporteret forte ꝙ lo
cus esset interdictus: nisi actus talis esset in eo pu
blice factus. quare ⁊ cetera. Hec de tertio articulo
principali.

¶ **Ad primum principale ar**— Ad rōes pncipa.
gumētum patet ꝙ primum bonū matrimonij non
est matrimonium sacramētum vel bonum sacramē
ti quod est signum sensibile collatiuum gratie: sꝫ si
cut dictū est supra. ¶ Ad scdm dico ꝙ inter adul
terium ⁊ adulteram ⁊ innocētem nō est bonū fidei
quātum ad actum ex parte adulterātis. Ita ꝙ non
habet illud bonum in facto ⁊ executione: nisi ficto
modo. habet tamen in obligatione. quia ad tale bo
num obligatur. ¶ Ad tertium patet ꝙ bonū pro
lis nō est de necessitate absoluta matrimonij sic vt
habeatur vel proponatur omnino haberi in re ⁊ in
effectu: sicut etiam nec actus coniugalis ex quo p
les depēdet. Sed sufficit ꝙ proles habeatur sic ꝙ
si eueniret: gratanter susciperetur ⁊ religiose edu
caretur vel educari proponatur. ⁊ ꝙ nullo modo i
pediatur per aliquem modum illicitum. ⁊ ita patet
ad illud quod dicitur de virginibus ⁊ sterilibus ⁊
alijs non potentibus generare vel non volētibus
ꝙ non obstātibus predictis possunt contrahere: et
sufficiēter in matrimonio eorū habet bonū prolis.

¶ Distinctionis. xxxiij.
Questio Unica.

CIrca distinctionē
xxxiij. quero vnam questionē.
Utrum. s. aliquādo fuerit lici
tum habere plures vxores si
mul vel successiue. s. repudian
do primā ⁊ accipiendo aliam:
¶ Videt ꝙ nunq̄ licuit habe
re plures vxores simul. Pri — Christ⁹.
mo quia hoc est cōtra īstitutionē matrimonij adeo
per os aderūt (inquit) duo in carne vna. ¶ Secun
do qr nunq̄ licuit vni mulieri habere plures viros
vn̄ fuit licita biuiria. Igit nec bigamia. qr q̄tū ad
ea q̄ sunt matrimonij: vir ⁊ mulier sunt equalis cō
ditionis. ¶ Tertio qr dicit glosa sup illud Gene.
iiij. ꝙ Lameth accepit duas vxores: ⁊ hoc fuit con
tra legē nature. sed qd est cōtra legē nature nulli li
citū est. g ⁊c. ¶ Quarto videt ꝙ nō licuit repudia

re vxorem habēdo per istum modum plures vxores: lʒ nō simul. qꝛ hoc videꝛ cōtra institutionē matrimonij. Relinquet inquit adam homo patrem et matrem: ⁊ adherebit vxori sue. Adhesio autem importat firmitatē ⁊ indissolubilitatē vinculi. Et cōfirmatur. qꝛ cōtractus matrimonij est datio irreuocabilis potestatis sui corporis pro toto perpetuo cōtrahentium: vt dictum est supra. ⁊ probatum est hoc esse conueniens ad bonum prolis educande et bonum communitatis. ergo ⁊c̄.

¶ Contra primum legitur de abraham et iacob ⁊ dauid ꝙ habuerūt simul plures vxores: sed nō est presumēdū ꝙ in hoc peccauerūt. g ⁊c̄. ¶ Cōtra scđm dꝛ deuteronomij. xxiiij.

Deuter. xxiiij.

si acceperit homo vxorē: ⁊ nō iuenerit grām in oculis eiꝰ ꝓpter aliquā fetiditatē: scribet ei libellū repudij: ⁊ dabit in manu eiꝰ: ⁊ dimittet eā de domo sua. Et eadē sentētia quasi dꝛ malachie. ij. cū odio habueris (inquit) vxorem dimitte eam: dicit dominus deus israel.

Mala. 2

¶ In ista questione sic ꝓcedā.

¶ Primo inquirā vtrū bigamia sit vel fuerit aliqñ licita habēdo plures vxores simul. ¶ Secūdo vtrum habēdo plures successiue repudiando p̄mā vel vtrū licuit aliā repudiare vxorē. ¶ Tertio qꝛ est hic sermo de bigamia: ⁊ ip̄a inducit irrgularitatem: inquirā vtrū bigamus ante baptismū: maneat post baptismum irregularis. ¶ Ultimo ad rōnes.

Biga. an sit/fuerit ve aliqñ licita. Nota.

¶ Quātum ad primū articulū dico aliqua ꝑ ordinē. Primo ꝙ institutū fuit matrimoniū vnius ad vnā in officiū ⁊ tp̄e innocētie. patet de adam ⁊ eua Gene. ij. hoc nunc os ⁊c̄. Post lapsum vero fuit institutū in remediū vitāde fornicatiōis: ita ꝙ sunt fines matrimonij. quoꝝ vnus est p̄ncipalior: ⁊ est ꝓles ſm ꝙ mr̄ioniū est in officiū. Aliꝰ finis est minꝰ p̄ncipalis. s. vitatio fornicationis: ꝓut mr̄ionium ē remediū ſm dictū apl̄i. vnusq̄sq; (inq̄t) suā habeat ꝓpter fornicationē vitādā supple. ¶ Secūdo dico ꝙ q̄ntū ad finē p̄ncipaliorē. s. prolis procreationē corpꝰ viri prepōderat: ⁊ p̄ualet corpori mulieris. pʒ. qꝛ vnus vir pōt fecūdare plures mulieres eodē tp̄e vel quasi: qꝛ ꝓximo. nō sic vna mulier a pluribꝰ viris. tñ q̄ntum ad finē minꝰ p̄ncipalē puta fornicationis vitationē equaliter se habēt corpꝰ viri ⁊ mulieris. vnꝰ eñ tantū vir sufficit ad vitandum fornicationē. qꝛ igiꝛ matrimoniū ꝓ statu lapsus institutū est nō solū in officiū verūetiam in remediū: ⁊ nō solū ꝓpter vnū: sed ꝓpter ambo. ⁊ ad vitationē fornicationis sufficit vnus vni: ⁊ cōiter ad generationē prolis ꝯueniēter educāde. dico ꝙ matrimoniū tp̄e lapsus ita fuit institutū vnius ad vnā tātū: sicut etiā tp̄e innocētie: lʒ matrimonium tp̄e īnocētie nō fuerit nec fuisset in remediū si tēpꝰ innocētie ꝑstitisset. Nō fuisset aūt necessariū in aliquo casu tp̄e innocētie: ꝙ vnꝰ habuisset plures. qꝛ vnū vni tantum copulari suffecisset. qꝛ nec vir nec mulier in illo statu sterilis fuisset. ⁊ fuisset ille statꝰ copiosus in ꝑsonis vacātibꝰ diuino cultui. ¶ Tertio dico: ꝙ ꝓ toto tp̄e lapsus ex diuino statuto tā q̄ʒ ex statu legislatoris iustū erat: ꝙ vnꝰ tantū haberet vnā. lʒ q̄ntum erat ad finē principalē matrimonij nō esset equalis valor mulieris corp̄is ad corpꝰ viri: sicut dictū est supra. Et ideo dico: ꝙ nullus licite sine dispensatione diuina pōt: vel potuit habere duas vxores simul: sed tantū vna vni debet: ⁊ debuit copulari. ¶ Quarto dico tñ: ꝙ per dispensationē que est relaxatio vel reuocatio iuris: aliquo tp̄e licitū fuit aliquibꝰ patribꝰ fidelibꝰ habere plures vxores simul. ⁊ hoc dispēsatiue a deo in casu videlicet paucitatis fideliū procreātiū prolem: vt sic plures mulieres ab vno fecundareꝛ: ⁊ sic proles ad cultū diuinū multiplicareꝛ ⁊ ꝓpagareꝛ. qꝛ in solis successoribꝰ talium patrū manet fides. Et hoc rationabiliter ſm exigētiā finis p̄ncipalioris ipsius matrimonij. Et dico: ꝙ salua iusticia ex ꝑte vtriusq; cōiugis. si eñ alicui fieret iniusticia: videreꝛ ꝙ mulieri. ⁊ tñ sibi in hoc casu nō fit iniusticia. qꝛ corpus viri ad istum finē qui est p̄ncipalior: plus valet q̄ʒ corpus mulieris. Et casus est: tūc ꝙ debeat exponi corpꝰ viri ad talē finē ⁊ omitti de fine alio scʒ de reddere debitū ad vitādum fornicationē. vnde et lʒ corpꝰ mulieris equiualeat corpori viri ad vitādum fornicationē: tñ mulier debet velle: ꝙ vir in tali casu ipsam vitet aliquotiēs: ⁊ vacet alteri ad finē p̄ncipaliorē ꝓlis. hoc patuit de sarra: q̄ cuʒ nō posset habere filium de abrahā: voluit ip̄m ingredi ad agar: vt sic saltē de illa filiū susciperet. Et sic dico: ꝙ abrahe ⁊ aliq̄bus patribꝰ dispensatiue tñ a deo ⁊ rationabiliter in tali casu licuit bigamia: ⁊ habere plures vxores simul. Et nō solū licuit. imo dico: ꝙ meritoriū fuit.

Qualiter fuit licitū aliq̄bꝰ hr̄e simul plures vxores.

¶ Quinto dico: ꝙ mō nec alias est vel fuit bigamia licita: nisi ī tali casu ⁊ ex dispensatione diuina. Unde dupliciter est illicita modo p̄mo. qꝛ nec mō se offert causa. qꝛ multi sunt fideles prolem procreātes. Nec mō etiā est dispensatio diuina de hoc. verū est tñ: ꝙ si casus se offerret: puta ꝙ per bellū vel per pestilētiam nō sufficerent fideles: sed pauci manerent viri ⁊ multe mulieres ad procreandum prolem fidelem: adhuc rationabiliter deo dispensante posset bigamia introduci. Et forte ipso facto interpretandum esset rationabiliter: ꝙ deus dispensaret. Si qui autem aliter q̄ʒ modo dictum est: plures vxores habuerunt: vel modo habeat simul plures dico ꝙ grauiter peccauerunt: et peccant. Nam ⁊ preceptum ꝙ vnus tantum vnam habeat reducit christus: ⁊ renouauit in sua lege euangelica Mathei. xix. allegās illud esse dictū a deo per adā. erunt (inquit) in carne vna licʒ aliter istud posset exponi: sicut diceꝛ infra. Qꝫ autē aliqñ ⁊ aliquibꝰ licuerit bigamia: pʒ ꝑ Aug. de bono cōiugali versus finem. Antiquis iustis nō fuit pctm̄: ꝙ aliqñ pluribus feminis vtebantur. nec cōtra naturā hoc faciebāt cū causa gignēdi hoc facerent ⁊c̄. Hec de primo articulo principali.

bigamia modo dupliciꝛ illicita.

Mat. xix

¶ Quantum ad secundū articulum videretur alicui ꝙ nō licuit repudiare vxorē. Et hāc opinionē tenent aliq̄. sed fuit hoc ꝑmissum iudeis ad vitandū maius malū. s. vxoricidiū: ne occiderent mulieres odiosas. sicut aliqñ permittitur minus malū ad maius malū vitandū. sicut fornicationes publice permittuntur ad vitāda adulteria: que sunt maiora mala. Ita ꝙ repudiatio vxoris in lege mosaica fuit simpliciter illicita: licʒ permissa.

De repudiatione vxorum. 1. opinio.

¶ Hoc ꝓbaꝛ auctoritatibꝰ ⁊ rōnibꝰ p̄mo auctoritate xp̄i Mathei. xix. illā reprobātis: dico vobis ꝙ quicūq; dimiserit vxorē suā excepta causa fornicationis mechaꝛ: ⁊ qui dimissam duxerit mechatur.

Mat. xix

¶ Secunda auctoritas est responsio eius ibidem ad questionē phariseorū obijcientium: quid ꝙ mandauit nobis moyses: dicit ad duriciem cordis vestri permiserit moyses dimittere vxores vestras. A principio autē non fuit sic. vbi dicit glosa marginalis: ꝙ permisit moyses: non deus. et consilium fuit hominis nō dei imperium. Et magister in ista distinctiōe dicit ꝙ hoc fuit a moyse permissum: nō vt cōcederetur discidium: sed vt tolleretur homici-
August. dium. ¶ Tertia auctoritas est August. de sermōe dñi in monte dicit. non qui precepit vxori dare libellum repudij: hoc precepit: vt vxor dimittatur: sed qui dimisit (inquit) det illi libellum repudij: vt iracundiā proyciendi vxorē libelli cogitatio tēperet. Et subdit Augustinus. vbiꝰ prius: qui dimittē di (inquit) quesiuit moram: significauit ꝗ̄tum potuit duris hominibꝰ se nolle dissidium. ¶ Quar-
Extra d̃ diuor. ta auctoritas est extra de diuortijs gaudemꝰ: vbi dr̃ ꝙ repudium vxoris veritas est in euangelio re-
Rōes. I. opi. probauit. ꝙ fuit simplicit̃ illicita. ¶ Ad hoc adducuntur rationes due preter illas: que adducte sunt in principio questionis. Prima est qr̃ permissio nō est nisi de malo: non aūt de bono ꝛ licito: sed repudiū fuit permissum ẜm auctoritatem christi. ꝙ fuit malum. ¶ Secunda ratio superius tangebatur in virtute ꝛ dimitto.

2. opi. ¶ Alij dicunt ꝙ repudium in lege mosaica fuit simpliciter licitum. qđ ꝓbatur. qr̃ quod dictatur ꝛ dr̃ faciēdum in aliqua lege iusta est iustum. hoc patet ex ratione terminorū. Alioquin eñ lex nō esset iusta. sed repudiū dictatur esse faciēdum in lege mosaica que fuit ꝛ iusta. ꝙ ꝛc. ¶ Secūdo sic. si quid in lege diuina diceretur obseruandū: qđ esset illicitum: ꝛ nō esset obseruādum: pari ratione quodlibet aliud traditum posset dici nō obseruandum ex vi traditionis in tali lege sicut a simili dicit Augusti. ad Hierony. si q̇d in diuinis scripturis inueniret̃ falsum ꝛ mēdaciter dictū etiā mēdaciū officiosū vel iocosum: pari rōne nec alicui ꝟbo scripture esset credēdum ex auctoritate. sed ꝯn̄s est incōueniēs. igitur ꝛ an̄s est incōueniēs de repudio ¶ Tertio sic. lex iusta nō debet dare alicui directā occasionē peccādi mortaliter. sed si repudiū fuit illicitū simplicit̃ ꝛ pctm̄ mortale: tūc lex moysi dedisset per se ꝛ directe occasionē peccādi sicut ꝛ repudiādi. ꝙ nō fuit iusta. qđ est falsum. ¶ Quarta ratio aliud est penitere tantum ꝛ dissimulare aliquid Aliud est ipsum dictate vel ꝯsulere siue precipere. primum eñ bene facit aliqua lex iusta: ꝛ legislator iustus de aliquo malo nō puniēdo ipsum: sed scđm nūꝗ̄ fit respectu mali a lege iusta: nec a legislatore. Cum ꝙ lex moysi fuit iusta: ꝛ nō solum repudiū permiserit: sed faciēdū dictauerit: videt̃ ꝙ fuit iustū ꝛ
Modus huius. 2. opi. et licitū sub lege illa. ¶ Modus ponēdi istorum talis est ꝙ ex institutiōe diuina tanꝗ̄ ex institutione precipui legislatoris ꝛ dñi cōiunx vir trāsferebat potestatē corporis sui in alterum nō simpliciter ꝓ toto ꝑpetuo suo sed donec mulier ꝓpter aliquā feditatē displiceret sibi: ꝛ daret ei libellū repudij. Et similiter mulier ecōuerso: donec daretur sibi. Sicut sub lege nature ꝛ modo ex in institutiōe dei transferūtur corpora ꝓ toto perpetuo vsꝗ̄ ad mortē corporalē vel ciuilē alteriꝰ cōiugū. Et rōnabiliter sic deꝰ pro tp̄e legis illiꝰ ordinauit: vel dispensauit ꝓpter magnū malū vitādum. ꝛ per ꝯn̄s propter maius bonum: ꝗ̄ sit indissolubilitas cōiugij scilicet propter vitationē vxoricidij contra bonum pacis: ad quod proni fuerūt illi maledicti iudei: sicut dictum est in articulo precedenti: ꝙ super bigamia aliq̄n ex causa rōnabili dispensauit. Et tūc dato libello repudij soliti erant adinuicem: ꝛ poterat repudians alteri cōtrahere. Viris autē solum cōcessum fuit repudiare nō mulieribus. quia nō erat eadem causa vtrobiꝗ̄. Non sic enim mulier pōt preualere in virum occidendo eum: sicut vir in mulierem. ¶ Ista via ẜm verba nō videatur sic concordare verbis christi: sicut alia: potest probabiliter: ꝛ puto ꝙ rationabilius ꝗ̄ alia sustineri.

¶ Ad auctoritates p̄me opi. vero. ad primā posset dici: ꝙ loquebatur christus magis pro tp̄e legis noue ꝛ euāgelice vel pro tp̄e legis nature: ꝗ̄ pro tp̄e legis mosaice. Vel si pro tēpore legis mosaice: illā causam tantū expressit que erat principalis inter illas: ꝓpter quas licebat repudiare vxorem scꝫ ꝓpter feditatē adulterij in muliere inuenti: et alias nō curauit numerare. prima tñ respōsio: ꝙ loqueretur pro tp̄e legis nature: videt̃ sufficere ad intētionē christi refellendo phariseos: qui nec obseruabāt matrimonium: sicut in lege nature. Et in hoc ostēdebat se rationabiliter instituere inseperabilitatē lege sua. quia sic erat in lege nature. ¶ Ad secundam auctoritatem ad duriciam cordis vestri. ꝛc. quod multum pōderatur ab aliquibus posset dici: ꝙ christus non accipit permissionē proprie: sed accipit permissionem pro insinuatione rei licite iudeis: ꝛ licite concessa tñ non simpliciter sed presupposita duricia et intractabilitate eorum. Ita ꝙ licet istud esset eis licitum puta repudiare: tamen nisi obstitisset duricia et intractabilitas eorum: non minus fuisset eis expediens ꝛ licitum non repudiare sed magis expediens: Exemplum est ad hoc: sicut aliquis prelatus in aliqua religione licite propter intractabilitatem vel duriciam subditorū relaxat statuta aliqua. que essent magis bona et expedientia subitis: si essent ita proni ad illa: sicut ad minora bona: ad que inducit eos. Sic deus ꝑ moysen fecit iudeis. Unde accipitur hic promissio pro insinuatione minoris boni liciti tamen ne artando ad maius bonū sequutum fuisset maius malum ex duricia et intractabilitate ipsorum. vnde ꝛ illa glosa marginalis que adducitur: negari potest. quia moyses non loquebatur promulgando legem: nisi vt vicarius dei et non a seipso. vnde non erat nisi preco dei. et illud quod pronunciabat: ab ipso deo habebat: ꝛ deus ratificat. vel pōt dici ꝙ fuit hominis cōsilium nō dei preceptum. qr̃ deus istud nō sic expressit: sicut ꝛ alia que in lege cōtinētur. Unde ꝛ in quattuor libris precedentibus non inuenitur repudium a deo expresse traditum moysi: sed tātum in deutro. a moyse repetente legem inuenit̃ expressum: licet hoc habuisset a deo: sicut omnino est credendum. Nō eñ presumpsisset hoc statuere: nisi a deo habuisset: ꝛ sciuisset deo placuisse. vnde dico: ꝙ hoc instituit tanꝗ̄ preco dei. Ad illud qđ addit̃ hoc fuisse a moyse permissum: nō vt ꝯcederet̃ dissidiū dico: ꝙ verum est absolute: quasi illud qđ esset simpliciter meliꝰ: sꝫ vt tolleret̃ homicidiū ꝛ ꝑ ꝯn̄s cōcederet̃ illō. qđ erat minꝰ bonū: ne artādo ad maius bonū ex duricia eorū sequeretur maius malū.

Ad auc. p. I. opi.

Nota.

Ad arg. p.1.opi. ¶ Ad argumētum pōt dici eodē modo scʒ ꝙ noluit deus nec moyses absolute: ꝙ vxor dimittatur: quasi illud esset simpliciter maius bonū: tñ voluit tanꝙ min⁹ bonū: ne veniret maius malū. ⁊ ideo bene voluit etiā tēperari iracundiā repellendi ꝓpter cogitationē ⁊ cōscriptionē libelli: vt seruaret maius bonū: si vellet repudiās recōciliare vxorē sibi. ¶ Ad illud extra de diuortijs potest dici: ꝙ christus reprobauit pro lege noua repudij. vel si pro lege moysi loquebatur: reprobauit pro tanto: qꝛ minus approbauit ꝙ nō repudium. nec approbauit repudiū simpliciter tanꝙ maius bonū sed ſm q̄d scʒ tanꝙ min⁹ bonum: ne ad oppositū ei⁹ sequeret maius malum: puta vxoricidium ⁊ per ꝯñs turbatio pacis amicorū mulieris ⁊ totius cōmunitatis.

Ad rōnē 1.opi. ¶ Ad rationem que adducitur: dꝛ ꝙ nō fuit ꝓprie permissio sed sicut dictum est supra: insinuatio de minori bono ne magnum malum sequeretur. Hec de secundo articulo principali.

¶ Quantum ad tertium arti

Bigam⁹ añ bapt. an post baptis. maneat irregularis. culū dicunt oēs: ꝙ bigamus ante baptismum manet post baptismum irregularis. nec debet ad ordines promoueri: ⁊ ꝙ bigamus siue ante baptismum siue post est irregularis ⁊ manet ꝙdiu viuit. Hoc patet distinctione. xxvj. acutius. et quotatur aug. super epistolā ad titum: vbi dicit: ꝙ acutius intelligunt: qui nec eum qui cathecumin⁹ vel pagan⁹ August. habuit vnā ⁊ post baptismum aliā ordinandum censuerunt Preterea ibidē capitulo. vna tātū: ⁊ quoAmbro. tatur Ambrosius de officijs: dꝛ sic. ante baptisma iterata cōiugia prerogatiue ordinis impedimenta generant. ¶ Ex quibus videt: ꝙ bigamus siue ante baptismum siue post irregularis est: nec est ordinandus. nō sic autem homicida ante baptismū est irregularis vel manet irregularis post baptismum ſm glosam distinctione. l. si quis viduā. vbi suꝑ illud verbuʒ post baptismum arguit glosa a ꝯtrario sensu dicēs: ergo si ante baptismū cōsci⁹ est homi-

Rō p̄cedē. ꝯclu. cidij: nō obest. ¶ Causam hui⁹ assignāt aliqui dicentes: ꝙ per baptismum deletur pctm̄ ⁊ sequela peccati proprij ipsius baptisati: ⁊ etiā illud quod esset pctm̄: nisi ex circustantia fieret bonum. homicidium autē ante baptismum dicit peccatum vel sequelam proprij peccati vel aliquid qđ ex genere actus esset peccatum: nisi ex circunstantia fieret bonum. nō sic autē bigamia. quare ⁊c. Dicitur autem ꝙ baptismus delet peccatum vel sequelam proprij peccati ipsius baptisati ad excludendas penas et miserias: que sequūtur in nobis in vita presente ex

ꝯ p̄cedētē rōnem peccato ade: quas nō tollit baptismus. ¶ Sed ista ratio nihil valet. Primo quia baptismus nō delet sequelam peccati proprij quālibet. patet primo qꝛ si adam statim post peccatum fuisset baptisat⁹: non plus a penis illis vel miserijs fuisset liberatus: ꝙ liberantur modo baptisati. ¶ Secūdo patet hoc. quia habitus vitiosus generatus ex actibus peccati: ⁊ inclinatio mala generata ante baptismum est sequela proprij peccati. ⁊ tñ nō tollitur ꝑ baptismū sicut patet: ⁊ experiūtur baptisati. ¶ Tertio. quia non plus homicidium est pctm̄ vel sequela peccati nec malum ex genere ꝙ bigamia, neutrum enim est malum vel pctm̄ ex genere. nec malum etiā moraliter. qꝛ vtrunq; bene potest fieri vel male fieri. et sicut homicidium fit bonum ex circunstātia: ita ⁊ bigamia ex circunstātia fit bona: vt dictum est supra. igitur nō plus cōcludit ratio de baptismo ꝙ de bigamia nec ecōuerso. ¶ Quarto qꝛ per istam rationem sequitur: ꝙ si bigamus peccet in bigamia ante baptismum puta illicite contrahendo: ꝙ delebitur bigamia per baptismum: sicut ⁊ homicidium ⁊ tūc melioris conditionis esset ꝙtum ad baptismū bigamus qui peccauit in sua bigamia: ꝙ ille qui non peccauit. quod est falsum. ¶ Quinto. nam Aug. in illo capitulo. acutius dicit: ꝙ femina si chathezizata vitiata est: nō potest post baptismum inter dei virgines cōsecrari. ⁊ tñ possibile est illā corruptionem ante baptismum fuisse peccatū igitur non deletur (sicut intelligunt) per baptismum pctm̄ vniuersaliter: ⁊ quecunq; sequela peccati proprij persone baptisate. Preterea si illa esset causa bona: tunc ecclesia non posset a bigamo irregularitatem tollere: sicut nec circa baptismum potest aliq̄d immutare. nec potest facere ꝙ bigamia sit vel non sit peccatum vel sequela peccati aliter ꝙ illud qđ sibi cōuenit ex natura rei vel ex statuto dei. ꝯñs videt falsum. ergo ⁊c. ¶ Alia ratio assignatur. quia sicut est aliqua infamia sequēs actū ex natura act⁹: Alia rō ad predicta. aliqua autem precise sequens actum ex statuto ecclesie: ⁊ primam non relaxat ecclesia: nec aliquod sacramētum ecclesie: sed secundā potest relaxare: sic in ꝓposito quedam est irregularitas que sequitur actum ex natura act⁹: vt irregularitas bigamie sequitur bigamiam: ⁊ hoc est propter defectū significationis ⁊ representationis ipsi⁹ bigami ad christum: qui non est vir nisi vnius vxoris puta ecclesie: bigamus autem duarum. et ideo sacerdos esse non debet nec representans personam christi in ecclesia. Aliqua vero irregularitas sequitur actū ex statuto ecclesie: sicut irregularitas homicidij. ideo potest tolli: et tollitur per primum sacramentū ecclesie puta per baptismum. ¶ Ista ratio autem nō ꝯ p̄ce. rationem. valet. quia tunc super irregularitate bigamie ecclesia non posset dispensare. cuius oppositum habetur distin. xxxiij. lector: vbi papa martinus dispēsauit: et concessit lectorem: qui duxerat viduam in subdyaconū ordinari. Et dico: ꝙ potest hoc ecclesia: licet non deceat: ꝙ fiat nisi ex magna causa. sicut etiam lucius papa dispensauit cum quodā: qui prius fuit bigam⁹: ⁊ postea archiepiscopus. vnde breuiter dico. ꝙ nulla ē pena canonica suꝑ qua nō possit ecclesia dispēsare vel eam relaxare. Nec aliqua seq̄tur quēcunq; actū ex natura act⁹: sed ex statuto eccl'ie etiā de pena infamie. q̄re ⁊c. ¶ Et ideo Rō seu mens auctoris. dico ꝙ nulla est ratio necessitatis: q̄re homicida ante baptismū nō est post baptismū irregularis: bigamus ꝓo sꝑ manet irregularis: nisi statutū eccl'ie: q̄ sic ordinauit: sicut habet in capitulis supradictis. Et ꝯgruētia pōt assignari: q̄ nō est multū necessaria. qꝛ sꝑ in bigamo manet defect⁹ significatiōis cōiunctiōs xp̄i ad vnā eccl'iam ⁊ rep̄sentatiōis xp̄i: quā dʒ sacerdos rep̄sentare. sʒ in homicida non sꝑ manet horror effusiōis sanguinis: qꝛ ī baptismo fit quasi nou⁹ hō: ⁊ mutat lup⁹ in agnū: feritas in mā-suetudinē. q̄re ⁊c. Et pʒ: ꝙ ista ꝯgruētia nō est necessaria: qꝛ posset dici ꝙ xp̄s vel de⁹ p̄mo despōsauit synagogā: ⁊ q̄si repudiauit eā. postea eccl'iam: et sic habuit plures. ⁊ bigam⁹ posset ip̄m rep̄sentare ꝙtū ad hoc. Et similiter ita bene fit nou⁹ hō ꝑ baptismū post bigamiā: sicut post homicidiū. q̄re ⁊c.

¶ Quidquid sit de rõe: ita est defacto: sicut tenet Aug. Nec tenet Hieronymꝰ in dicto suo: qđ videt predictis ⁊ Aug. ꝯtrariū. (August.) Dicit eñ dist. xvj. ca. j. ⁊ accipitur de epistola sua ad occeanū: vbi dicit: ꝙ q̄ ante baptismū vxorē habuerit: que habuerit aliū: non ei imputatur post baptismum: cui nec stupra nec alia que ante fuerant iam obsunt. negat Hieronymus a iuristis. vel potest exponi: ꝙ nō obsunt baptisato crimina priora: nec aliqua precedentia baptismum q̄ꝫtum ad gratiam recipiēdā: sed bene q̄ꝫtum ad aliquam dignitatem ecclesiasticam consequendam. Hec de tertio articulo.

(Ad rões principales.) ¶ **Ad primum** principale argumētū dico ꝙ habere plures vxores simul nō est ꝯtra īstitutionē matrimonij: q̄ñ fit in casu ⁊ ex causa ⁊ dispēsatiue a deo. Vel pōt exponi illud qđ adducit: erūt duo in carne vna. s. prolis generate. q꞉ ad generationē vnius prolis nō sunt nisi duo: vnus ⁊ vna. sed ad generationē alterius prolis pōt idē cōcurrere cū alia. ¶ Ad secūdum patꝫ ꝙ vir ⁊ mulier nō sunt equalis ꝯditionis: vt aliq̄ñ fuerit licita biuiria: sicut bigamia. Nam vnus vir sufficit ad fecundādū plures quasi eodē tp̄e non sic vna mulier a pluribꝰ eodē tp̄e fecūdari pōt. ¶ Ad tertiū q̄ñ dicit glosa ꝙ lameth introducit bigamiā cōtra legē nature. dico ꝙ bigamia ꝯtra institutionē matrimonij sub lege nature ⁊ de cōmuni lege: ⁊ nulli licuit nisi dispēsatiue. ⁊ q꞉ lameth nō fecit hoc dispēsatiue: peccauit. bigamia aūt nō est cōtra legem nature puta cōclusionē vel principiū legis naturalis vel iuris: q꞉ tunc esset de se mala: sꝫ sicut dictum est supra. ¶ Ad quartū de repudio dico ꝙ repudiū dispēsatiue fuit licitum sub lege moysi: nec obligauit illa institutio matrimonij q̄ꝫtū ad perpetuitatē vinculi sub illa lege: sed ad tempus sicut dictū est supra. ¶ Similiter ad quintū de datiōe dico ꝙ sub lege illa fuit datio ad tp̄s quousq꞉. s. vxor displiceret viro ꝓpter aliquā feditatē eius: ⁊ repudiaret eā. ⁊ fuit verus cōtractꝰ matrimonij tūc ex ratificatione diuina: sicut modo: lꝫ nō esset ibi ꝑpetuitas vinculi sicut est modo. ⁊ fuit m̄rioniū ⁊ obligatio eiusdē rōnis: sicut modo. Nā obligari ad aliquid pro maiori tp̄e vel minori nō variat speciem. ¶ Ad confirmationem dico ꝙ viro licuit repudiare vxorem: non aūt vxori virum ecōuerso propter causam dictam in corpore questionis.

¶ Distinc. xxxiiij. xxxv. ⁊. xxxvj.
Questio Vnica.

Circa distictiones xxxiiij. ⁊. xxxv. ⁊. xxxvj. quero vtrū impotētia coeūdi/vel adulteriū cū aliqua viuēte viro suo vel conditio seruilis vel etas puerilis īpediāt m̄rioniū. ¶ Videt ꝙ nō. Prīo de impotētia coeūdi. q꞉ aliq̄s p̄t cōtrahere cū ꝓposito statim intrādi religionē: nō excercēdi talē actū similiter senes possūt cōtraherc: q̄ habēt impotētiā talis actꝰ. Et simlit maleficiati nō tñ maleficio ꝑpetuo: ita ꝙ impotētia ad tp̄s nō impedit. g̃ ⁊c̄. ¶ Scđo videtur de adulterio cū vxore alicuꝰ ip̄o viuente. q꞉ dauid ꝯtraxit cū bersabee: nō obstāte ꝙ priꝰ polluisset eā per adulteriū marito eiꝰ viuēte: ⁊ cū hoc occidisset maritū suū vriā. g̃ ⁊c̄. ¶ Tertio videtur ꝙ cōditio seruilis nō impediat. q꞉ ꝯditio seruilis nō impedit susceptionē alioꝝ sacroꝝ pluriū. ⁊ similit in xp̄o neq꞉ seruꝰ neq꞉ liber. g̃ ⁊c̄. ¶ Quarto videt ꝙ nō etas puerilis q꞉ etas puerilis nō impedit susceptionē sacri ordinis. Et cōfirmat. q꞉ puer pōt dare ptātem corpis sui: anteq̄ꝫ habeat vsum. g̃ ⁊c̄: ¶ Cōtra ista est magister in presentibus distinct.

¶ In ista questione sic ꝓcedā.

¶ Primo inquirā de primo scꝫ de impotētia coeūdi. ¶ Scđo de adulterio cū vxore alteriꝰ ⁊ aliq̄bꝰ annexis. ¶ Tetio de seruili conditione. ¶ Quarto de puerili etate.

¶ **Quātum ad primū** articulū dico primo ꝙ impotētia coeūdi duplex est in gñe. vna naturalis vt frigiditas in viro vel amotio seu carētia alicuꝰ partis necessarie ad talē actū per mutilationē vel alio quouismō vel artatio in muliere. Alia impotētia est casualis: vt etiā maleficiū. Et similit casualis posset dici illa que ex mutilatiōe ꝓcedit magis q̄ꝫ naturalis. (Impotētia coeūdi an impediat m̄rioniū.) Nō est vis p̄ma impotētia patꝫ. scđa impotētia declarat. (Not. hec) Nā dyabolus vel spiritus maligni frequēter habēt pactiones cū aliq̄bus hominibus vel mulieribꝰ: vtpote cū magis conuenit. et hoc in aliquibꝰ signis. ⁊ talia pacta signis illis adhibitis libēter tenēt: vt hoīes eos colāt: ⁊ reuereātur eos: ⁊ cū eis dānationē incurrāt. si eñ nulla pacta seruarēt: nulli ꝑ talē modū eis seruirēt. Deꝰ autē permittit eis sic adīplere pacta circa aliquas ꝑsonas impediēdo eas vel turbādo. ⁊ hoc vel ꝓpter pctā eoꝝ vel alioꝝ: vel ad excercitationē earū vel aliā causam occultā. Et hoc mō in ꝓposito dico ꝙ magus vel maga habēt pactū cū demone: adhibet aliqđ signū quo adhibito demon impedit aliquem ab actu matrimoniali carnali: in quē alias posset: ne possit exire in talē actū. Aliq̄ñ respectu vniꝰ ꝑsone determinate: aliq̄ñ nō solū respectu vnius: sed etiā pluriū. aliq̄ñ respectu oīm. ita ꝙ cū nulla pōt excercere talē actū aliq̄ñ cū aliqua pōt: ⁊ cū alia nō. Et hoc maleficiū vocat. vnde ⁊ ꝑsona sic impedita đr maleficiata. i. maleficio impedita. Et dico ꝙ aliq̄ñ ꝯtra talia maleficia orationes sanctorū sunt in remediū: quibꝰ merētur sancti artationē demonis: ne ampliꝰ noceat maleficiato. Aliq̄ñ depositiones maleficiorū sunt in remediū. Et dico ꝙ sunt licite: vt fractio talis signi: qui inueniret ip̄m vel alteriꝰ: dum tñ maleficiēdo nō deponat maleficium: nec deponat ad malū sed ad bonū. īmo sūt meritorie: nec habēt aliq̄d de infidelitate. Nō eī deponēs maleficiū: credit in demonē: sed credit demonē artari virtute diuina: vel etiā sponte. quia seruat pactum etiā q̄ñ desinit impedire maleficio deposito. ideo ⁊c̄. Unde talis deponens maleficium intētione curādi maleficiatū nō cōsentit opibꝰ malignis: sed destruit opa maligna dyaboli: quē credit posse et velle vexare vel impedire: vt cōiter durāte maleficio ⁊ velle cessare deposito maleficio. ¶ Secūdo dico breuiter ꝙ oīs impotentia coeundi simplr et perpetua cui nō pōt adhiberi remediū: nec per naturā: nec ꝑ artē si p̄cedat ꝯtractū matrimonij: simplicit impedit matrimoniū ꝯtrahēdū: et dirimit cōtractū. Respectu dico cuiuscūq꞉ est tale īpedimen (Quō impotentia coeūdi īpedit matrimoniū ⁊ quō nō)

tum. quod dico q2 aliquis posset esse perpetuo maleficiatus respectu vni9 ⁊ nō respectu alterius. Et similiter aliqua posset esse arta nō simpliciter respectu cuiuscunqʒ viri: sed bene respectu alicui9: lʒ respectu alterius nō esset arta. Ad hoc est ratio triplex. prima q2 cōtractus matrimony est datio potestatis corporis ad actū carnalē: si petat. Iste autē nō habet potestatē ad talē actū. ⁊ per ꝯñs non pōt eam dare: nec ꝯtrahere. Secūdo q2 nullus pōt obligare se ad impossibile. sed talis actus est impossibilis sibi. Tertio quia persona alia potens coire intēdit cōmutare potestatē corporis sui ad talē actū pro potestate corpis alteri9 persone: cum qua contrahit. ⁊ per ꝯñs credit alium posse cōmutare. sʒ cōmutare nō pōt q2 potestatē nō habet. ita ꝙ hic est error circa aliqd necessario requisitū ad matrimonium. ⁊ dato ꝙ nō esset error. sed bene sciret persona cōtrahens cū impotente ad talē actū adhuc nihil fieret. ¶ Tertio dico ꝙ si talis impotentia eueniat post matrimoniū cōsummatū. nō dirimit matrimoniū. q2 prius iam fuit potestas tradita cōtrahēdo matrimoniū. ⁊ ille cui fuit tradita missus in possessionē cōsummādo matrimoniū. ¶ Quarto dico ꝙ si talis impotētia sequatur matrimoniū ratū: ⁊ pcedat matrimoniū cōsummatū: ita ꝙ interueniat ista duo: ꝙ nō dirimit matrimoniū. q2 iam matrimonio rato potestas fuit irreuocabiliter tradita: lʒ postea eueniat impedimentum act9. Videt tñ dicere oppositum capitulū primū. xxxiij. q. j. vbi dr ꝙ cōiugium ꝯfirmatur officio: ⁊ cum antecꝫ cōfirmetur seqtur impedimētū officy: soluit vinculū. Sed pōt exponi de impedimēto nō quocūcꝫ sʒ for

Nota. te ingressus ⁊ ꝓfessiōis in religiōe. ¶ Sic igit est simile de istis impotentūs naturali scʒ et casuali: si sint perpetue ⁊ simpliciter: ꝙ impediunt ⁊ dirimūt modo pdicto. Sʒ dissimilia sunt aliqua post diuortiū. Una differētia ē īter ista īpedimēta. q2 habēti impedimētum casuale maleficy lʒ cōtrahere aliqū alteri. Et si post ꝯtractum cū altero copuletur carnaliter illi scdo: nō debet restitui pmo. q2 aliqs pōt esse maleficiat9 respectu vni9 puta respectu primi cōiugis: ⁊ nō respectu alterius puta respectu scdi. Sed habēs impedimētū naturale post diuortium nō potest cōtrahere: sed debet manere sine spe cōiugy. ⁊ tutū esset sibi intrare religionē. ⁊ in hoc esset primū dissimile. Quod si alteri nubat de facto: ⁊ inueniatur cum eo exercere actū carnalē: debet restitui priori. ⁊ censendū est primū diuortiū esse nullū: nisi ꝗtum ad impedimētum artitudinis naturalis ipsi9 mulieris que posset esse arta respectu primi ⁊ nō respectu secūdi. ⁊ ita non esset reddēda primo. Quomodo autem possint talia impedimēta ⁊ perpetuitates eorū cognosci ⁊ inter quales debeat diuortium celebrari: pretermitto. Hec de primo articulo principali.

Adulterū an impediat mrioniū. ¶ Quantum ad secundū articulū qui pertinet ad. xxxv. distinctionē: dicō ꝙ adulterium nō impedit nec dirimit matrimoniū: quo adulter ducit adulterā vtrocꝫ soluto vel cōiugib9 eoꝝ mortuis: si fuerint ambo cōiugati: vel etiā coniuge alteri9 mortuo: si tantū alter fuit coniugatus prius. Hoc patet de nuptys et concupiscentia ab Augustino. ⁊ ponitur in litera. dicit eñ: ꝙ potest fieri coniugium: cum qua precessit adulterium.

¶ Secundo dico ꝙ adulterium cum fidei datione de cōtrahendo cum adultera vel cōtractu defacto cum ipsa viuēte marito vel etiam cum promissione iuramento firmata de cōtrahendo post mortem mariti impedit ⁊ dirimit matrimonium. ¶ Tertio dico: ꝙ sola machinatio mutua precipue in mortem legitimi coniugis ad finem contrahendi cum alio impedit: ⁊ dirimit cōtractum inter machinantes. Et debet intelligi de machinatione deducta ad effectum. q2 non sufficit ad hoc machinatio concepta vel in affectu tantum. ¶ Quarto dico: ꝙ adulterium cum tali machinatione etiā impedit ⁊ dirimit contractum. ¶ Ex predictis patet: ꝙ primū

Correlarium. Que adulteria impediunt mrioniū et q̄ non. istorum trium puta adulterium solum nec impedit nec dirimit. Similiter de sola machinatione vel fidei datione videtur probabiliter posse dici: ꝙ nec impediunt nec dirimunt. ¶ Secūdum solum puta machinatio in mortem legitimi coniugis ad cōtrahendum cum alio. Et machinatio dico mutua sic ꝙ alius sit consentiens: ⁊ sit deducta ad effectum: impedit ⁊ dirimit ꝝm opinionem aliquorum. Machinatio vero non mutua sed altero inscio vel etiā altero sciente nō tamen ad effectum deducta: vel si alter cum quo mulier postea contraheret iusto bello vel alia de causa interficeret virum mulieris nō ad cōtrahendum cum ea: sed alia de causa: tunc nō impediret. ¶ Tertium solum. scilicʒ fidei datio de contrahendo vel contractus defacto vel promissio cum iuramento: que tria pro eodem reputantur in ista materia: vel etiam mutua promissio que fidei equipollet: licet impediant sciente vtrocꝫ aliū esse coniugatum: ⁊ dirimant ꝝm opinionem aliquorū: tamē altero inscio non dirimunt: licet impediant. ¶ Quotienscunqꝫ autem duo istorū impedimētorum adinuicem cōcurrūt quecunqꝫ sint illa: vt adulteriū cū machinatione vel machinatio cum fidei datione vel ecōuerso quomodocūqꝫ permutando: vel adulteriū cū fidei datiōe seu cōtractu de facto vel promissione cū iuramēto firmata modis supradictis impediūt matrimoniū cōtrahēdum. ⁊ dirimūt cōtractū. Hec de secūdo articulo principali.

Seruilis ꝯditio an impediat mrioniū. ¶ Quantum ad tertium articulum qui pertinet ad distinctionem. xxxvj. dico primo de seruitute aliqua. postea ad ꝓpositū de seruitute de qua loquimur in proposito: que dicitur ⁊ est vilis. dico ꝙ illa non est de lege nature. sed scdm legem nature omnes nascuntur liberi libertate opposita tali seruituti. Non enim loquor de seruitute improprie dicta: que est obedientia filialis ad patrem. Illa enim bene est de lege nature vel scdm ius nature. Similiter nō loquor de seruitute de qua' dicit Philosophus primo politice: ꝙ pollens mente debet regere et presidere. pollens viribus debet seruire: id est alys ministrare et pro alys corporaliter laborare: que est seruitus politica: qua inferior subordinatur superiori: ⁊ ad ipsum disponitur: sed loquor de seruitute extrema secundū quam dominus potest vendere seruum suum sicut pecudem: de qua loquitur Philosoph9 primo politice ꝙ seruus nō potest exercere opera virtutis pro eo ꝙ oportet eum ad preceptū dñi exercere actus seruiles. ¶ Dico igitur ꝙ talis seruit9 nō est iuste inducta nisi dupliciť vel in duob9 casib9. vno modo quia aliquis volūtarie se subiecit tali seruit-

j. politi.

quomodo datio fidei impediat et dirimat matrimonium

tuti: ⁊ licet talis subiectio esset fatua ⁊ forte cõtra legem libertatis naturalis: hoc tamen potuit facere de facto: ⁊ renunciare iuri libertatis sue: ⁊ seipsum sic subdere: ⁊ dñs potuit iuste acceptare: et debuit subditus seruire implendo illud quod promisit dño. quia licet prius nõ teneretur facta tamẽ voluntaria subiectione et obligatione ad hoc tenetur hoc implere de iure nature: sicut ⁊ seruare ꝓmissũ. Secũdo modo potuit iuste induci a legislatore vel cõmunitate propter demerita alicuius pestilentis in cõmunitate vel abutentis sua libertate puniendo ipsum tali pena seruitutis. Si dicatur ꝙ immo. quia sunt multi alij serui: quorũ seruitus non est sic inducta iuste ⁊ possidẽtur etiam a viris consciẽtiosis ⁊ ecclesiasticis. Similiter etiam captus in bello iusto: qui statim posset occidi: iuste põt in seruitutẽ redigi: et sic vita ei⁹ cõseruari.

De possessiõe seruorum.

¶ Dicitur de pꝛimo ꝙ non licet aliter primo occupare seruum: sed iure prescriptionis possunt aliter possideri serui q̃tũ modis predictis. Nõ video ꝙ in alijs possint saluari cõditiones determinate a iure ad verã prescriptionem: puta ꝙ iusto titulo acquirat prescribens rem possessam: ⁊ sit bone fidei possessor: ⁊ ꝙ sine interruptione tẽporis a lege determinata: ⁊ sine reclamatione ad contrarium. Difficile enim est ibi saluare primas cõditiones. Et ideo respondeant ad hoc qui tales seruos possident. quia difficile est saluare ꝙ iuste possideant. ¶ De scđo diceretur ꝙ aliquo capto in bello iusto cessante pertinacia hostis sicut iam cessat: qñ captus est: ⁊ per cõsequens aduenient̃e correctione ⁊ emendatione prompta non est verisimile ꝙ debeat puniri morte vel seruitute que est tanta pena cõtra libertatem nature. sed debet sufficienti correctione vel emendatione permitti bene vti propria libertate. Si autem omnino manet pertinacia hostis q̃tumcunq̃ capti: ita ꝙ presumitur ipsum sua libertate in preiudiciũ eius qui habuit bellum iustum cõtra eum qui acccepit eum: tũc magis videretur rationabile ipsum in seruitutem redigi: vel perpetuo detineri. Quid autem super hoc sit faciendum: relinquatur iudicio meliori.

Seruus cũ q̃bus põt ꝯtrahere ⁊ cũ quibus non.

S. tho. in additionib⁹ q. 52. ar. 2.

¶ Ad propositum de impedimento predicte seruitutis: dr̃ ꝙ seruus cum ancilla vel cum libera sciente seruitutem eius potest cõtrahere de facto etiã inuito dño et tenet matrimoniũ: non tñ cum libera ignorante seruitutem eius. quia hic est impedimentum erroris peioris cõditionis qui simpliciter impedit matrimonium cõtrahẽdum: ⁊ dirimit iam cõtractum. quia libera nõ intendit dare potestatem corporis sui nisi pro potestate equiualente: quã nõ habet nec potest seruus dare. Primum aũt probant aliqui. q̃r matrimoniũ est de lege nature. sed seruitus nõ: sed magis de lege positiua. Illud autem quod est de lege positiua: non preiudicat ei quod est de lege nature. Secũdo quia seruus non sic est dñi: quin sit sui iuris q̃tum ad aliquos actus naturales: vtpote necessarios ad conseruationẽ indiuidui: ⁊ pari ratione de actu matrimoniali ad cõseruationem speciei.

Scoto. dist. 36.

¶ Iste rationes nõ videntur alijs efficaces. prima nõ. quia licet seruitus sit de iure naturali: tamẽ ipsa presupposita et obligatione eius de iure naturali est eã reddere: ⁊ ita diceret̃ ꝯñter nõ obligare ad se aliq̃d incõpossibile actib⁹ seruitutis cuiusmodi est matrimoniũ. Scđa etiã nõ cogit: vt videt̃. q̃r nõ quicũq̃ tenet̃ ad ꝯseruationẽ indiuidui tenetur etiã ad multiplicationẽ vel ad cõseruationẽ speciei per generationem: vt patet. ⁊ ita nõ est eadem necessitas ad vtrosq̃ actus: nisi forte poneretur casus necessitatis: in quo ad cõseruationẽ speciei oporteret propter paucitatẽ hominum: ꝙ iste generaret. tunc enim teneretur ad generãdum: sicut ad conseruationẽ indiuidui tenetur ad mãducandum vel ad bibẽdum suo modo. nec debet seruus obedire dño cõtrarium precipienti in casu isto.

Resolutio doct.

¶ Dicitur igit̃: ꝙ seruis ad inuicem licet cõtrahere de licẽtia dñorum: ⁊ dñi vel dñs licentiando eos implicite relaxat eos ab operibus seruilibus impedientibus saltem iugiter ⁊ cõtinue actum matrimonialẽ. vnde ⁊ si post talem licentiã ⁊ matrimonium cõtractũ dñs impediret seruum iugiter ab actu matrimoniali occupando eum in aliquibus seruitijs incõpossibilibus: sic ꝙ nõ posset aliq̃ñ cõiugem visitare: et hoc esset publicũ debet per ecclesiã corrigi. vel corripi super hoc. Et hoc intelligendũ est siue cũ libera siue cũ ancilla. ¶ Scđo dr̃: ꝙ potest cõtrahere siue cum ancilla siue cum libera sciẽte seruitutẽ ei⁹ dño nesciẽte: imo etiã ip̃o inuito ⁊ sciẽte pro q̃tũ seru⁹ habet aliq̃d iuris in ꝓprio corpe. Nõ em̃ priuatus est quacũq̃ libertate ad quoscũq̃ actus pro quocũq̃ tpe: vt videt̃: sed aliquãtulũ saltẽ modicum sibi remanet ad aliquos actus pro aliquo tpe. et illud modicũ libertatis ad actũ matrimonialẽ ⁊ potestatis põt dare alteri cõtẽto de illo modico ꝑ ꝯtractũ matrimonialẽ. ⁊ tunc matrimonio tali cõtracto tenẽtur postea ad fidelitatẽ matrimonij s̃m illud modicũ posse suũ: ⁊ q̃tũl3 eis.

No. casũ

¶ Sed esto in casu isto ꝙ dñs serui cõperto ꝙ ꝯtraxerit ipso ignorãte vel inuito si occuparet eũ ⁊ ꝑpetuo impediat ab actu matrimoniali: nunq̇d peccat. puto ꝙ non deberet facere ⁊ ꝙ peccat hoc faciẽdo appetitu vindicte: licet aũt hoc nõ debeat facere de bono ⁊ equo: tamẽ si faceret non appetitu vindicte: sed eodẽ appetitu quo ante ꝯtractum matrimonij potuit eũ impedire vẽdendo eum vel occupãdo perpetuo. Et non p3 quõ hoc sit cõtra iusticiã. nã actus serui in contrahendo inuito dño in nullo põt preiudicare potestati et auctoritati dñi super seruũ. quare ⁊c̃. ¶ Potest aũt cõtrahere seruus cum ancilla vtroq̃ nesciẽte cõditionẽ alterius. q̃r sunt equalis ꝯditionis. s3 seruus nõ põt cum ipsa libera ipsa ignorãte seruitutem ei⁹: sicut superi⁹ dicebatur de impedimento erroris peioris cõditionis. q̃r licet posset aliqualiter dare vel transferre corpus suum: non tñ sic sicut libera intendit: ꝙ transferat. q̃r nõ simpliciter potestatẽ sicut p3. S3 cũ libera sciẽte seruitutẽ ei⁹ põt cõtrahere. q̃r tũc nõ est impedimẽtum erroris: sed presumitur. Et p3 si cõsẽtiat ꝙ sufficit sibi illa modica potestas quam seruus põt in ipsam transferre. Ista possũt ꝓbari ꝑ capitula de ꝯiugio seruoꝝ: et specialiter extra de seruoꝝ ca. pᷓmo: q̃ dimitto gratia breuitatis. Hec de tertio articulo.

Etas puerilis an impediat mr̃ioniũ.

¶ Quantum ad quartũ articulũ pertinẽtẽ ad distinctionẽ. xxxvi. de etate puerili dico ꝙ sicut dictũ est in primo articulo impotẽtia coeũdi simpliciter ĩpedit matrimoniũ. In pueris aũt l3 nõ sit impotẽtia ꝑpetua: tñ ꝓ tpe quo sũt pueri: in eis est impotẽtia. ⁊ ꝑ ꝯñs nõ habẽt ptãtem coeũdi. dico ꝙ nõ pñt eã dare ꝯtrahẽdo actualiter mr̃ioniũ: s3 q̃r potẽtia in eis expectat̃: possunt futu

rã illã promittere. ⁊ ideo possunt spõsalia cõtrahere. Si queratur de tẽpore puericie. regulariter ponitur expletũ cõpletis. xiiij. ãnis in masculo: ⁊. xij. in femina. Sed tñ aliqñ malicia supplet etatem: et complexio preuenit. ⁊ tunc ptãtem possunt dare: qñ habent et cõsentire sufficienter: ⁊ signa adhibere: ⁊ sic cõtrahere. ¶ Aliqui aũt assignãt rationẽ aliam: qꝛ pueri nõ possunt cõtrahere. qꝛ ibi est defectus intentionis sicut ⁊ discretionis. Sed nõ valet ratio ad ꝓpositum. qꝛ ante potest habere puer discretionem sufficientẽ ad intẽtionẽ debitã ꝙ̃ habebat potentiã q̃ debeat cõmutari in isto ꝯtractu. Et ideo nõ est illa ratio vniuersalis de puero: ⁊ melior est prima assignata. Hec de quarto articulo: nisi ꝙ expresse habetur extra de maleficijs: ꝙ sedem: ꝙ puer qui non potest reddere debitum: nõ est aptus couiugio.

Tp̃s puericie. (margin)

Ad rões principales. (margin)

¶ **Ad primum** argumẽtum principale de impotentia coeũdi dico: ꝙ qui cõtrahit obligat se ad actũ: si petatur ab altero coniuge saltem pro aliquo tempore: licet nõ pro omni. Ille aũt qui nullam habet potestatẽ: sed simpliciter est impotens ad actum nõ potest se obligare. Tu dicis: aliquis potest nubere cum intẽtione intrandi religionẽ. dico quicquid intẽdat: se obligat ad actum in contrahendo pro aliquo tempore: si petatur ab altero coniuge: et cum ipso permaneat. Et similiter de virginibus cõtrahentibꝰ. Similiter de senibus diceretur: ꝙ si sunt omnino impotentes ad actum: veraciter non cõtrahunt: licet conueniant vel conuenire possint ad habitãdum simul: sicut frater ⁊ soror. Et ita multi aliqñ magis desponsant diuitias ꝙ̃ personas. si autem nõ sunt omnino impotentes: tũc contrahere possũt. ¶ Ad secundũ de adulterio dico: ꝙ licet solum adulteriũ non impediat: tamen adulterium cum machinatione in mortem coniugis legitimi modo supradicto impedit: ⁊ dirimit vel etiã cũ fidei datione. Quãdo dicis de dauid ꝙ contraxit cum barsabee: cum qua adulteratus fuerat: ⁊ eius virũ occiderat. Dico ꝙ lex huius impedimenti tunc non erat posita. Et forte diceret aliquis: ꝙ dauid non debuisset cõtraxisse cum ea: sed magis eam lapidasse sicut adulteram. Nec excusatur: quia peccauerat cum ea. quia non propter hoc minus tenebatur facere iusticiam circa eam vel de ea: sed melius excusatur. qꝛ crimen illud adultũ non fuit publicũ ⁊ ideo nec pena debuit esse publica: cuiusmodi erat pena lapidationis. ¶ Ad tertium de seruis dico ꝙ seruitꝰ vsqꝫ quaqꝫ non impedit matrimonium: sicut bene dicit magister in litera. ⁊ aliquomodo ĩpedit ⁊ dirimit respectu persone libere ignorantis. hoc tamen nõ est proprie ex impedimento seruitutis sed erroris. Quando dicis ꝙ conditio seruilis nõ ĩpedit susceptionem aliorum sacramẽtorum. dico ꝙ immo saltem ordinis sacri de iure. sed de alijs sacramentis non est simile. quia non requiritur ibi conformiter omñe illud quod ad matrimonium requiritur. tamẽ bene concedo ꝙ seruitus simpliciter non impedit. ¶ Ad quartum de etate puerili de alijs sacramentis non est simile ⁊ de matrimonio. quia non requiritur ibi translatio potestatis per contractum sicut in matrimonio: quam potestatem puer non habet in presenti: ⁊ ideo non potest eam dare: sed bene potest eã promittere pro futuro: et similiter vsum eiꝰ. Et ideo potest spõsalia contrahere patet etiam ꝙ etas puerilis de iure impedit susceptionẽ ordinis sacri. licet non de facto sed matrimonium est de iure et de facto.

¶ Distin. xxxvij. xxxviij. xxxix.
Questio vnica.

Circa distictiones xxxvij. xxxviij. xxxix. quero vtrũ susceptio ordinis sacri vel votum ꝯtinẽtie perpetue: vel disparitas cultus: impediant matrimonium. ¶ Videtur ꝙ non de primo Nam prime ad thimotheum. dicitur de ordinato vnius inquit vxoris vir debet esset supple. Et confirmatur quia de tertio aliter dicitur ꝙ grecorum sacerdotes matrimonio copulantur. ⁊ tamẽ illi habent ordinem sacrum. ¶ Secundo videt̃ de voto continentie ꝙ non impediat quãtũcunqꝫ solẽne. quia non minus obligat deo votum simplex ꝙ̃ votum solenne. vtrunqꝫ enim transgrediens mortaliter peccat. sed votum simplex nõ impedit matrimonium extra qui clerici vel volẽtes possunt contrahere ca. minimus. ⁊ ca. scdo ergo ⁊c̃. ¶ Tertio videtur de cultus disparitate. Nam Gene. xlj. Ioseph duxit in vxorem filiã phutifar sacerdotis eliopoleos: cũ esset fidelis: ⁊ illa infidelis. ¶ Et siliter exodi. ij. moyses accepit filiã ietro infidelẽ. qđ ꝓbatur. qꝛ cũ vellet reuerti in egyptũ: moyses circuncidit filiũ suũ. vnde ⁊ ipsa ait: spõsus sanguinũ tu mihi es ob circũcisionẽ exodi. iiij. ¶ Et similit̃ hester ij. habetur ꝙ hester nupsit assuero q̃ nõ erat iudeꝰ. ¶ Silr̃ salomon. 3. regũ accepit filiã pharaonis ⁊ amonitidas ⁊ moabitidas ⁊ ydumeas ⁊ sydonias ⁊ duxit eas. ¶ Et silr̃ ꝑme ad corĩt. vij. si q̃s frat̃ hꝫ vxorẽ infidelẽ ⁊ hec ꝯsentit habitare cũ eo: non dimittat eã. ergo dispar cultꝰ nõ dirimit matrimoniũ iã cõtractũ: nec repugnat mr̃imonio. Alioqn cõsiliũ apl̃i eẽt de fornicatiõe vl̃ fornicaria cohĩtatõe. q̃re ⁊c̃. ¶ Cõtra oĩa ista est magister ĩ lr̃a istarũ distin.

Gen. 41 · *Exodi. 2* · *Hester. 2* · *3. regum.* · *1. ad corinthios. 7.* (margin)

¶ In ista questione sic ꝓcedã.

¶ Pr̃io inq̃rã de ordĩe sacro: vtrũ ĩpediat. ¶ Secũdo de voto. ¶ Tertio de dispari cultu. ¶ Ultimo ad rationes.

Ordo sacer an ĩpediat mr̃imonium. (margin)

¶ **Quãtum ad primũ** arti. est conclusio certa ꝙ ordo sacer ĩpedit mr̃ioniũ: ⁊ dirimit nõ ex se vel natura sua: sꝫ vel ex statu xp̃i: lꝫ nõ legat̃ hoc ĩ scriptura vel ex statuto eccl̃ie illegitimãtis talẽ ꝑsonã ordinatã vel ꝯstitutã in ordĩe sacro. Et hoc scđm videt̃ ꝓbabiliꝰ. Tũ qꝛ nõ ĩuenit̃ illud statutũ xp̃i. Sꝫ potiꝰ ĩuenit̃ ꝙ in ꝑmitiua eccl̃ia ordĩati in sacris plurimi fuerunt vxorati. Nisi forte diceret̃: ꝙ nũꝙ̃ licuit ordinatũ ĩ sacris postea ꝯ̃here lꝫ licuerit sibi vti matrimonio priꝰ ꝯ̃cto ante susceptionẽ ordinis sacri: sicut etiã vtunt̃ mõ greci. habet̃ autẽ de hoc statũ eccl̃ie. dist. xxxij. vbi dꝛ sic. placuit episcopos ꝑ̃sbyteros dyacones subdyacones ꝭꝫ ꝑora instituta abstinere ab vxoribus. id est nõ cõtrahere: sicut dicit glosa ibidẽ. Itẽ dist. xxvij. presbyteris. Itẽ. xxxviij. nullũ facere dyaconũ episcopi presumant: nisi qui se castum victurum promiserit.

Nõ quare ordo sacer ĩpedit matrimonium

¶ Ex hoc accipiũt aliqui rationẽ: quare ordo sacer impedit matrimoniũ: ⁊ dirimit. qꝛ scz oĩs suscipiens ordinẽ sacrum in ecclesia latina ipso facto ⁊ si nõ verbo vouet cõtinẽtiam perpetuam ⁊ voto solenni. sicut dicetur infra: sed votũ solẽne cõtinentie impedit matrimoniũ. ꝫ ⁊c. ¶ Aliĳ nõ reputãt istã rationẽ.

Cõtra ꝑcedẽtẽ rõnem.

Primo. qꝛ licet votũ cõtinẽtie sit annexũ: aut hoc est ex natura rei aut ex precepto eccl'ie. Nõ potest hoc esse ex natura rei. qꝛ null⁹ vouet nisi spõte. ⁊ dato ꝙ iste nõ voueret nihilominus ordinẽ sacrum reciperet sicut ⁊ greci. Si ex precepto ecclesie: aut sic ꝙ suscipiendo ordinem voueat: aut sic ꝙ ad cõtinentiã teneatur: ac si voueret: ⁊ hoc per preceptum ecclesie latine. Nõ primo modo. qꝛ potest esse: ꝙ iste suscipiendo ordinem nõ voueat cõtinentiam: ĩmo habeat propositum actuale nõ cõtinendi. Nec tenetur ad votũ factũ ex voto ab aliĳs implendum: nisi ⁊ ipse cõsimiliter voueat. Si autẽ secũdo modo: tũc diceretur: ꝙ si defacto cõtrahat cõtrahit: ⁊ matrimoniũ tenet: licet cõtrahẽdo peccet mortaliter faciendo cõtra preceptum ecclesie de cõtrahendo. probat̃ extra de matrominio cõtra interdictũ ecclesie ꝯtracto ex literis: vbi dꝛ ꝙ licet interdictũ ecclesie trãsire ad scd̃a vota nõ debuerit: nec est tñ inconueniẽs: vt ob hoc sacramẽtum cõiugiĳ dissoluatur. aliqua tñ penitentia debet eis imponi ꝙ cõtra prohibitionẽ ecclesie hoc fecerũt. igitur si tantũmodo est annexum votum cõtinẽtie ad ordinem ex precepto ecclesie nõ illegitimat ad cõtrahẽdũ ecclesie romane ordinis sacri: nec illud votũ illegitimat. qꝛ nõ oportet ꝙ vniuersaliter statutũ iuris vel ecclesie prohibens aliquid fieri ꝓpter hoc illegitimat ad hoc: sed oportet ꝙ sentẽtiã illegitimãtem cõtineat: vt in proposito si cõtractũ fuerit matrimoniũ dirimatur: vel nõ sunt aliqualiter tollerãdi. ¶ Scd̃o cõtra eandẽ viam qꝛ ſm eam ordo sacer ⁊ votum cõtinẽtie nõ deberẽt pro distinctis impedimẽtis matrimonĳ cõputari: sed votum tantum.

Resolutio.

¶ Dicitur ꝫ ꝙ ecclesia illegitimauit ad ꝯtrahendũ quẽlibet suscipientẽ ordinẽ sacrũ ita ꝙ dato ꝙ aliquis ordinaretur: ⁊ non voueret nec teneretur ad cõtinẽtiã ex voto sicut posset fieri de licẽtia pape: puto si tñ votum sit annexũ ordini tantũ de mãdato vel precepto ecclesie: adhuc dico ꝙ esset illegitim⁹ ad cõtrahẽdũ: ⁊ ordo sacer matrimoniũ impediret: ⁊ dirimeret. Et hoc rõnabiliter statuit ecclesia. qꝛ ministros ecclesie in sacris ꝯstitutos decet vigere ⁊ puritate vel mundcia corporis et acumine intellectus ⁊ mentis. vtrũqꝫ aũt impedit frequentia actus matrimonialis vel carnalis. quare ⁊c. Hec de primo articulo principali.

Votũ cõtinentie duplex.

¶ Quantum ad secundũ articulũ. de voto dico ꝙ votũ ꝯtinẽtie duplex ẽ in gñe: vnũ simplex ⁊ aliud solẽne. ⁊ qd̃libet istoꝝ põt esse publicũ vel ꝑuatũ. vñ votũ solẽne nõ distiguitur a simplici ꝑ publicũ ⁊ ꝑuatũ. Sed dꝛ votũ solẽne qꝛ ex se vel ex annexo hꝫ vnde veniat: vel possit venire in publicũ: lꝫ nõ sit aliqñ publicũ sed priuatum. Solẽnisatur aũt plurib⁹ modis votũ ꝯtinẽtie: sed illi modi reducuntur ad duos ꝑmo mõ ꝑ susceptionẽ. vel ĩ susceptiõe ordinis sacri: vt pꝫ. xxviĳ. dist. dyaconi. Et dꝛ tũc solẽnisari votũ continentie. qꝛ hic est aliquod annexum: per quod natum est votũ venire in publicum: vt ministratio in ordine suscepto. ex hoc em̃ innotescit scd̃m statutum: ꝙ iste vouit continentiam. Secundo modo solennisatur votum per professionem religionis approbate. in qua solent religiosi continere per professionem factam dico in manu superioris. qui potest in illa religione ad professionem recipere. patet extra de irregularibus statuim⁹. Ad hunc modũ adducuntur duo aliĳ modi: in quibus presumitur professio interpretatiue facta. vnus est per susceptionem habitus religionis: qui solet dari professis precipue: quando est distinct⁹ habitus professorum a nouicĳs. Tũc enim suscipiens habitum presumitur interpretatiue profiteri: et si non expresse. et habetur vbi supra statuimus. Alius modus est: quando vltra annum perseuerat quis in religione: in qua solet professio fieri completo anno probationis. et non protestatur de non proficiendo. Et patet: ꝙ isti duo modi reducuntur ad secundum. Et in omnibus istis est aliquid annexum: vnde possit venire in publicum. quia quilibet talis sic vouens tenetur conuersari cum religiosis illius religionis continenter viuentibus. ⁊ sic manifestatur votum suum de continendo. omne autem aliud votum quod non est solennisatum modo aliquo predictorum siue sit priuatum siue publicum: dicitur simplex votum.

Votũ cõtinentie an ĩpedit matrimoniũ ⁊ qñ ⁊c.

¶ Ad propositum igitur dico: ꝙ votum solenne impedit matrimonium contrahendum: et dirimit iam contractum. vnde simpliciter impedit. ꝓbatur extra. qui clerici capitulo insinuante. et habetur ibi de quadam moniali: que fecit votum continentie: et illud seruauit per duos annos. postea cõtraxit: et coacta fuit redire ad pristinum statum continentie. ¶ Secundo dico: ꝙ simplex votum continentie licet impediat contrahendum: non tamen dirimit contractum. patet extra qui cleri. rursus in textu.

Rões ꝑdictarũ differentiarum.

¶ Ratio autem huius differentie assignatur manifestũ et immanifestum probatum et non probatum. Sꝫ hoc nihil est. quia vtrunqꝫ votum scilicet tam simplex q̃ȝ solenne potest esse priuatum vel manifestũ seu publicum probatum vel non probatum. ⁊ tamẽ vnum impedit simpliciter et aliud non. Alia ratio ponitur quia transgrediens votum solenne cõtrahendo scandalizat ecclesiam. non sic autem de voto simplici. Alia ratio ponitur. quia vouens voto solenni obligat: ⁊ dat potestatem sui illi: cui vouet ad exequendum ⁊ prosequendum votum. et dat illi in cuius manu vouet ius ad faciendum illud votũ obseruari. et per consequens non potest dare alteri ius sui ad actum oppositum puta ad actũ matrimonialẽ in ꝓposito: ⁊ ita nõ potest cõtrahere. Sꝫ vouẽs votũ simplex nõ sic dat ius sui: sed quasi ꝑmittit. ideo alteri potest dare.

Cõtra ꝑced. rõnes

¶ Sed iste rationes etiã non valent. prima non. qꝛ votũ simplex potest esse publicum vt dictum est supra. ⁊ per ꝯñs transgressio eius in ecclesie scandalum. ⁊ tñ nõ dirimit matrimoniũ cõtractum. Si dicas: grauius peccat transgrediens votum solẽne. Nihil ad. b. quia non semper grauiora peccata dirimunt matrimonia. Secunda non videtur: efficax sicut traditur. qꝛ vouens voto simplici dat ptãtem ⁊ ius sui ipsi deo: cui vouet ad prosequẽdum votũ: sicut vouens voto solẽni. Et oĩa que requirunt̃ ad essentiã voti: equaliter reperiuntur hinc ⁊ inde. ꝫ ⁊c.

Resolutio.

¶ Dicendum igitur ꝙ ratio huius differentie est statutum ecclesie: que illegitimat personam solemniter vouẽtem

ad contractum matrimonialem non autem vouentem simpliciter. Et cōgruentia huius esse potest qꝛ vouēs simpliciter nō sic ponit se in potestate ecclesie q̄ꝫtum ad ꝓpositum cōtractus: sicut vouens solēniter. Nam vouēs solēniter in potestate ecclesie se ponit nō solum in manu dei: sicut vouens simpliciter. ⁊ ideo vouētem solēniter cogit ad non cōtrahēdum ⁊ illegitimat ad ꝯtrahēdum. sed vouētem simpliciter: reliquit diuino iudicio tm̄. vnde lꝫ in ꝯtrahēdo mortaliter peccet: non tñ ecclesia dirimit cōtractum. quare ⁊c̄. ¶ Sed quid de illo: qui vouit cotinētiam voto simplici: ⁊ postea ꝯtrahit tenetur ne reddere: vel potest petere vel quomodo? dico: ꝙ nō debet matrimonium cōsummare: sed debet religionem intrare: vt seruet votum suū. vnde dico: ꝙ consummādo peccat mortaliter siue reddendo siue petēdo: post ꝯsummationem vero dico etiā: ꝙ petere nō potest qꝛ in vouendo prius priuauit se perpetuo iure suo petēdi. Scd̄o dicitur: ꝙ tenet̄ reddere nec peccat in reddēdo. qꝛ iam alter cōiunx petēs hꝫ ius in eo in cuius possessionem est missus per ꝯsummationem matrimonij: ad cuius obseruationē obligatur iste vinculo fortiori q̄ꝫ ad abstinēdum ex voto suo. Hec de scd̄o articulo principali.

bona difficultas.

¶ Quātum ad tertium arti.

Impar cultꝰ an impediat matrimonium.

de dispari cultu ꝯtrahentium vel cōiugum vidētur esse alique difficultates cōtra coniugia infidelium. ¶ Videtur em̄: ꝙ nō possunt infideles nubere nec fidelibus nec infidelibus. ¶ Primo qꝛ nec ad fidelem nec ad infidelē expectāda est fides ab infideli. et ita in tali matrimonio nō est bonum fidei. qꝛ infidelis nō habet fidelitatē ad deum: ⁊ per ꝯsequens nec ad ꝯiugem: vt videtur. ¶ Scd̄o qꝛ nō est ibi bonum sacramēti. qꝛ ex quo infidelis caret sacramēto baptismi: nō pōt aliqđ aliud suscipere. qꝛ baptismꝰ est ianua sacramentorum sine quo nullus est capax alioꝝ. ptꝫ extra de presbytero nō baptizato cap̄. j. ¶ Tertio qꝛ ibi nō est bonum ꝓlis. qꝛ est cōtra bonum ꝓlis. Est em̄ ibi periculum subuersionis ꝓlis ad infidelitatē ⁊ educationis nō ad cultum diuinū sed magis ad oppositum. ⁊ hoc vel vtroqꝫ parēte si sit infidelis: vel ex altero saltē. ¶ Quarto qꝛ nullus potest trāsferre corpus suum vel potestatē corporis sui in alium ad actū matrimonialē: nisi ex approbatione legis diuine vel dei tanq̄ꝫ dn̄i superioris. sed infidelis sic nō potest facere. qꝛ legē diuinā nō tenet. ergo ⁊c̄. ¶ Quinto quia contractus matrimonialis generat vinculum insolubile. sed si alter cōiugum infidelium ꝯuertatur ad fidem sine altero: pōt discedere: ⁊ videtur solui vinculum. ergo. prius non fuit verum matrimoniū: nec est inter infideles. quare ⁊c̄. ¶ Sexto cōfirmatur. quia omne quod non est ex fide: peccatum est. ⁊ per consequēs non approbatur a deo. cum igitur contractus infidelium non sit ex fide: peccatum est ⁊ per cōsequēs non approbatur a deo ⁊c̄.

fidelis cū infideli quō pōt ꝯtrahere matrimonium.

¶ Sed quantum

ad presentē articulum gratia argumētorum precedētium dico primo: ꝙ fidelis potest cōtrahere matrimonium cū infideli. Matrimonium dico. nō sic perfectum ⁊ cōpletum: sicut fidelis cum fideli. hoc ptꝫ per ap̄l'm: qui dicit: ꝙ si nupserint infideles: ⁊ alter cōuersus fuerit: vel ambo: nō soluitur matrimonium sic quin possint stare simul virtute prioris matrimonij. ergo fuit verus contractus.

¶ Scd̄o dico ꝙ infidelis ad infidelē q̄ꝫtum est ex iure diuino potest ꝯtrahere. Et potuit. vnde ptꝫ ꝙ inter multos fideles antiquitus ⁊ mulieres infideles erat verus ꝯtractus: sicut arguitur de moyse et ioseph ⁊ salomone. Et similiter ptꝫ qꝛ iure diuino nō magis inuenitur: ꝙ ꝯtractus sit nullus: q̄ꝫ obligatio ex contractu priori sit nulla. Si enim contractus est nullus: et obligatio ex contractu est nulla modo ab apostolo inuenitur: ꝙ inter fidelem et infidelē stat obligatio matrimonialis: siue infidelis conuertatur siue non dum tamen velit habitare cū fideli sine cōtumelia fidei. ⁊ nō nisi ex priori contractu inter fidelē ⁊ infidelē. ergo contractus fuit verus. ¶ Sed hec ratio infirmari potest. qꝛ nō intelligit apostolus de illis: qui tēpore contractus sic se habeāt vt alter esset fidelis et alter infidelis. vnde et ipsemet alibi dicit fidelibus: nolite iugum ducere cum infidelibus. sed de illis qui tp̄e ꝯtractus ambo fuerunt infideles: ⁊ alter postea conuertitur: et ita tp̄e legis noue ex iure diuino per apostolum ꝓmulgato nō potest ꝯtrahere fidelis cum infideli de nouo: lꝫ post matrimonium ꝯtractum tp̄e quo ambo fuerunt infideles si alter ꝯuertatur fidelis possit habitare cum infideli sine cōtumelia saluatoris et periculo subuersionis fidei volentis cohabitare.

Qꝛ īfi. cū īfideli pōt ꝯtrahere

¶ Qui aūt vellet sustinere rationē predictā: diceret ꝙ nō solum loquitur ap̄l's de ambobus infidelibus ꝯtrahentibus: quoꝝ alter postea ꝯuertitur sed de altero fideli ⁊ alio infideli. ⁊ tunc nō fuit intētionis sue qñ dixit nolite iugum ducere cū infidelibus publicare ius diuinum: quasi possent: ⁊ q̄ꝫtum esset ex iure diuino ꝯtractus esset nullus sed qꝛ non erat honestus vel decens. quare ⁊c̄. ¶ Si dicatur: quare ergo ap̄l's docet matrimoniū inter infideles contractum seruādum post conuersionē alterius? si em̄ propter aliquem bonum finem honeste seruatur: propter eundem posset honeste contrahi: vt videtur. dico: ꝙ apostolus bene ꝯsuluit cohabitare conuersum cum infideli sine cōtumelia tñ creatoris et sollicitatione de ꝯuersiōe a fide. Alioquin deberet discedere. qꝛ in tali casu verisimile est fidelem posse lucrari infidelem. Sed si in principio infidelis non vult conuerti: vt possit habere ꝯiugium cum fideli: et nō est verisimile: ꝙ postea lucret̄: ⁊ ideo non subest eadem causa houestatis hinc ⁊ inde: vt patet.

Nota.

¶ Tertio dico: ꝙ de iure positiuo eccl'ie fidelis nō potest ꝯtrahere cum infideli: sed disparitas cultus simpliciter impedit matrimonium contrahēdum: ⁊ dirimit ꝯtractum. hoc habet. xxviij. q. j. sic em̄ illegitimat fidelem: nec ꝯtrahat cum infideli. Et hoc rationabiliter qꝛ nō est honestum. Tum qꝛ in tali matrimonio non esset perfecte bonum prolis ex parte vtriusqꝫ parētis scꝫ educatio prolis ad cultū vnius veri dei s̄m formā: quā tradidit fides. Tum qꝛ tali cōtractui nō esset annexū sacramētum matrimonij nec fidei xp̄iane: qđ nō decet fidelē. Similiter etiā nō decet cōtrahere fidelē: nisi vbi inuenitur indissolubilitas vinculi. Tamen ista ratio (licet vnus ponat eam) parum aut nihil valet.

Fidelis cū īfideli quō non potest cōtrahere.

¶ Ad argumenta

quibus ꝓbatur infideles no posse cōtrahere: dico ad primū: ꝙ lꝫ inter infideles non sit fides que dicitur xp̄iana nobis a xp̄o reuelata: inter eos tñ est fides. i. fidelitas in cōtractu: ⁊ potest

Ad rōes ꝓbantes infideles nō posse ꝯtrahere

esse non solum ad seipsos inuicē: sed etiā a fideles. talem eñ fidelitatē seruāt ꝛ possunt seruare adinuicem vel ad alios: sicut ptꝫ: ꝛ dicit Augustinus ad publicolam. Nec sequitur si nō vult seruare fidem deo credēdo in ipsum: sicut xp̄iani: ꝛ eo modo quo xp̄iani ꝙ ꝓpter hoc nolit vllo modo seruare fidelitatem in suo cōtractu vel in suis cōtractibus. sicut etiā experimur. quia frequēter inueniuntur fideliores in suis contractibus: ꝗ̄ multi xp̄iani. ¶ Ad secundum ptꝫ: ꝙ nō cogit. nam nō opꝫ simpliciter ad cōtractum matrimonij adhiberi sacramētum sensibile signum collatiuū gratie: sicut adhibetur xp̄ianis in noua lege ptꝫ: ꝛ in lege nature ꝛ in lege scripta. Similiter etiam sacramētum sensibile signum nō est illud bonum sacramenti: sed indissolubilitas vinculi: vt dictum est supra. Et dico ꝙ vinculū inter infideles est indissolubile stāte cōditione personarum puta infidelitate vtriusqꝫ: lꝫ sit dissolubile si alter cōuertatur ꝛ nolit alius habitare cum eo sine cantumelia creatoris ꝛ solicitatione subiectionis: sicut etiā ſm aliquos vinculum sub lege euāgelica dissolubile per professionem religionis ante matrimonium cōsummatum. ¶ Ad tertiū de bono ꝓlis diceretur ꝙ lꝫ nō sit ibi bonum ꝓlis ita perfectum sicut inter fideles. potest tñ ibi esse bonū ꝓlis educāde ad iusticiam ꝛ cultum diuinum: nō prout dictat fides xp̄iana: sed magis ratio naturalis: ꝛ pro quāto dictat: posito ꝙ ratio naturalis diceret vnū deum esse colēdum: ꝛ lꝫ non demōstratiue. forte tñ probabilius ꝗ̄ aliter. ¶ Ad quartū dici potest ꝙ deus post lapsum qñ dicit crescite ꝛ multiplicamini: licētiauit omnes ad ꝯtrahendum matrimonium nō solum in officiū sed in remedium. Et tunc infideles ꝯtrahentes matrimonium ꝛ vtentes licentia ista nō peccāt lꝫ perfecte non attendant ad illud ad quod licētia data est: puta ad multiplicationē fidelium. qꝛ ignorāt legē diuinā. Et probabile est ꝙ a principio ex illa licētia nota inoleuit vsus cōtrahēdi matrimoniū apud patres infideliū: quos volūt et possunt imitari: lꝫ nō velint eos imitari vel ignorēt eos imitari quātū ad fidē ipsoꝝ. Et tūc dico ꝙ cōtractus pōt esse iustus seruatis ꝯditionibꝰ adhibēdis ſm dictamē rōis recte naturalis: lꝫ nō sit ꝑfecte iustus sicut inter fideles. ¶ Ad quintum patet quid dicēdum quomodo est in matrimonium ratū stante ꝯditiōe vtriusqꝫ cōiugum ꝛ quomodo potest solui nō stante ꝯditione prima vtriusqꝫ. Sicut etiā scdm aliquos matrimonium ratum ante cōsummationem sub lege noua. ¶ Ad vltimum dico ꝙ multi sunt ꝯtractus in quibus peccatur ꝯtrahendo: qui tñ sunt rati ꝛ firmi post ꝯtractum. Tñ ad ꝓpositum dico ꝙ illud qđ nō est ex fide: peccatum est: accipiēdo pro eodē nō esse ex fide pro infidelitate: sed non opꝫ ꝯtractum matrimonialē inter infideles esse ex infidelitate lꝫ non sit ex fide xp̄iana: sed pōt esse ex fidelitate obseruāda ſm dictamen recte ratiōis naturalis. Hec de tertio articulo principali.

Ad p̄nci palia argumēta.

¶ Ad primum principale de ordine sacro dico ꝙ dyaconus in primitiua ecclesia ꝛ alij ordinati in sacris poterāt esse quilibet eoꝝ vnius vxoris vir nō pluriū ꝛ vtēdo matrimonio ꝯtracto prius ante ordinem. Et similiter exponendum est de grecis. Non ꝙ possent post ordinē matrimonij ꝯtrahere: nec possunt etiā greci ſm glosam in capitulo supra allegato. vel si in primitiua ecclesia potuerunt contrahere: modo tñ lege ecclesie posita non possunt. ¶ Ad scdm de voto simplici ptꝫ ꝙ impedit matrimonium: sed nō dirimit. votum autem solēne ꝛ impedit ꝛ dirimit. Nec est simile de istis ex corpore questionis. ¶ Ad tertium dico: ꝙ licuit ꝛ aliqñ honestum fuit ex aliquibus causis ꝯtrahere fidelem cum infideli: sicut concedo de moyse ꝛ ioseph ꝛ hester ꝛ salomone ꝗ̄tum ad illas personas in casu particulari ꝛ ex causa: licet nō vt cōmuniter: de quibus nō erat prohibitum a deo in lege. vnde esdre non separantur cōiugati cōtra legē. De salomone vero dico: ꝙ potuit cum aliquibus cōtrahere: de quibus nō erat prohibitum: lꝫ excesserit in multitudine: sed ꝗ̄tum ad illas de istis populis prohibitis a deo quas accepit: nō possum nec volo eū excusare. qꝛ fecit sicut canis impudētissimus ꝛ deo ingratissimus super gratijs quas fecerat ei. dederat eñ sibi singularem sapientiam ꝛ diuitias ꝛ gloriā. ideo ꝛc̄. ¶ Ad illud vltimum apostoli patet ex predictis.

¶ Distinctionum. xl. xlj. ꝛ. xlij. Questio Unica.

Circa distictionez xl. xlj. xlij. quero: vtrū cognatio vel affinitas carnalis vel cognatio spiritualis seu publice honestatis iusticia ipediāt matrimonium. ¶ Uidetur ꝙ non de cognatione carnali. Tum qꝛ in statu innocētie legis vel nature potuisset aliquis nupsisse cum sorore sua ex illo precepto crescite ꝛ multiplicamini: ꝛ nō nisi nubēdo cum sorore vel cum sanguinea. Potuisset eñ chain cōtraxisse cum sorore: vt videt̄. si sororē habuisset in statu innocētie: ꝛ contraxit de facto tēpore lapsus. Et cōfirmatur. qꝛ cōsanguineitas ꝛ ꝓximitas carnalis multum facit ad amicitiā. Amicitia autem firmat domum ꝛ vinculum. Similiter etiā ptꝫ: ꝙ hoc nō est contra aliqđ bonum ꝓlis: ꝙ ꝯsanguinei nubant ergo ꝛc̄. ¶ Scđo de affinitate. primo qꝛ effectus nō repugnat cause sue: nec impedit eā. affinitas autem est effectus matrimonij. Et cōfirmatur. qꝛ incestus cum sorore vxoris sue nō impedit carnalem copulā cum vxore. et tñ per hoc affinitas cōtrahit̄ ad vxorē ꝓpriam. igitur nec impedit matrimoniū. ¶ Tertio videtur. de cognatione spirituali extra de cognatione spirituali: dicitur ꝙ si vir vel mulier sciēter vel ignorāter filium suum de sacro fonte leuauerit vel susceperit nobis videt̄ ꝙ siue ex ignorātia: siue ex malicia illud fecerint: nō sunt ab inuicē separandi: nec alter alteri debet debitum subtrahere ergo ꝛc̄. ¶ Quarto de publice honestatis iusticia videt̄ ꝙ nō impediat. qꝛ cognatio carnalis nec spiritualis impediunt: vt dictum est. igitur nec ista. ¶ Contra oīa ista est magister in littera.

extra de cogna. spiri.

¶ In ista questiōe sic ꝓcedā.

¶ Primo inquiram de cognatione carnali. ¶ Secundo de affinitate. ¶ Tertio de cognatione spirituali. ¶ Quarto de publice honestatis iusticia. ¶ Quinto recapitulabo omnia impedimenta matrimonij. ¶ Ultimo ad rationes.

Quātum ad primum arti.

ostēdo primo quid vocatur cōsanguineitas ⁊ quid linea vel gradus in ipa: ⁊ quot gradus ⁊ quomodo sunt accipiēdi vel computādi. scḋo ad propositum.

Consanguineitas quid.

Dico igitur primo ꝙ cōsanguineitas ist vinculum vel ꝓximitas personaꝝ ab eadem persona carnaliter seu carnali ꝓpagatione descēdentium. ⁊ illas personas ꝓpagātium. ptꝫ de se discurrēdo per membra que ponuntur ibi. Quod sit vinculum vel propinquitas aliqua: pꝫ. Similiter ꝙ personarum descendētium ab vna vel ꝓpagantium: etiā ptꝫ. qꝛ non solum personarū propagatarū est ꝓpinquitas vel cognatio carnalis seu ꝯsanguineitas: sed etiam personarum propagātium ad ꝓpagatas. Sed ꝙ ab vna ⁊ eadē persona descēdentium ptꝫ. qꝛ alias non esset cōsanguineitas: que est idem ꝙ vnitas vel cōmunicatio in eodem sanguine. vnde ⁊ illa persona a qua oēs mediate vel immediate descēdūt dicitur stipes ꝯsanguineitatis. Sed ꝙ descendant ꝺm carnalem ꝓpagationem ptꝫ. qꝛ si alio modo descenderent: vel non descenderet vnus ab alio isto modo: sed formaretur miraculose de portiōe eius: nō esset cōsanguineitas. vnde si quis formaretur de digito fortis nō esset sibi consanguineus in aliquo gradu.

linea cōsanguineorum.

Scḋo dico ꝙ linea cōsanguineorū dicitur ordinata collectio persononarum ꝯsanguinitate cōiunctarum. Et diuiditur in ascēdentem ⁊ descēdētem et trāsuersalem. linea descēdēs est a persona ꝓpagāte ad ꝓpagatas. Sed linea ascēdens ecōuerso. linea vero trāsuersalis inter personas ab eadē descēdentes: quarum neutra ab alia descēdit: vt fratris ad fratrem vel ad sororē ⁊ filij fratris ad fratrē vel filium fratris.

quid gradus in linea ꝯsanguineitatis et q̄t sunt.

Tertio dico ꝙ gradus in linea est determinata ꝓpinquitas persone ad personam ꝺm cōsanguineitatem. Et inuenitur ꝓprie in linea ascēdente ⁊ descēdente minus ꝓprie in linea transuersali. Quarto dico ꝙ non in linea recta sunt tot gradus quot sunt persone vna minus. hoc ꝓbatur. qꝛ tot sunt gradus quot ꝓpagationes cum gradus sit habitudo vel ꝓpinquitas persone ad personam. sunt aūt persone vna plures ꝙ̄ ꝓpagationes qꝛ presupponitur toti collectioni aliqua nō ꝓpagata in illa collectione ꝺm modum ꝓpagationis. Sed in linea trāsuersali si duo se habent inequaliter ad stipitem cōputātur gradus ꝺm magis remotum a stipite. vnde quoto gradu remotior distat a stipite: et a quolibet per aliā lineam descēdente. Et ratio est. qꝛ persone in linea trāsuersali non habent propinquitatē inter se: nisi qꝛ in stipite vel ad stipitem. ideo nō possunt ꝓpinquius sibi coniungi: ꝙ̄ remotior eoꝝ coniūngatur stipiti. vnde ꝺm cōputationē canonicam: lꝫ alia sit cōputatio legalis (de qua non curo ad presens) duo fratres attinent sibi in primo gradu ꝺm lineam trāsuersalem: sicut ⁊ stipiti ꝺm rectam. Sed filius fratris attinet alteri fratri. scꝫ patruo suo in scḋo gradu: sicut stipiti vel auo suo attinet in scḋo gradu: lꝫ frater patris sui vel patruus attineat stipiti in primo gradu.

quis gradus sit efficacior i linea ⁊c.

Quinto dico iuxta predicta ꝙ efficatior est gradus in linea descēdēte vel ascēdente ꝙ̄ in transuersali. Et ratio naturalis est. quia plus cōiungitur ꝓles parenti et ecōuerso ꝙ̄ ꝓles ꝓli. Et ideo magis est cōtra legem nature cōiungi in primo gradu in linea recta ꝙ̄ in linea trāsuersali.

Qꝛ in oī lege q̄cū

Ad propositum dico ꝙ in omni lege aliqua propinquitas carnalis impediuit matrimonium.

ꝙ ꝓpinq̄tas carnalis īpediuit matrimoniū

In lege nature dico ꝙ sola propinquitas in gradu linee descēdētis vel ascēdētis puta patris ad filiā. vel filij ad matrem impediuit: ex illo verbo ade relinquet homo patrē ⁊ matrē. s. ꝙ̄tum ad copulā cōiugalem. Nec intelligitur tm̄ de patre ꝓximo. sed de patre quātumcūqꝫ remoto vel matre: ⁊ de quocūqꝫ gradu in linea recta. Et tenet etiā hodie: ita ꝙ si adam hodie viueret: non posset aliquā vxorē ducere: nec eua aliquē virum. Forte etiā post multiplicationē generis humani si stetisset ꝓhibitio in quibusdā gradibus vlterioribus. s. linee trāsuersalis: sicut inter fratrem ⁊ sororē. sed a principio nō potuit esse talis ꝓhibitio. qꝛ non erāt alie mulieres ꝙ̄ sorores: nisi mater vel filia: qui sūt gradus ꝓhibiti. Scḋo dico ꝙ in lege mosayca vltra gradus ascēdentis linee: vel descendētis ꝓhibiti sunt aliqui: vt ptꝫ leuitici. xviij. quere ibi. In lege autem euāgelica nō inuenitur a xp̄o explicita alia ꝓhibitio a ꝓhibitione legis nature. nec inuenitur explicite cōfirmasse prohibitionē factā super hoc in lege mosayca. Et ideo dico tertio ꝙ ecclesia illegitimauit aliquos gradus vel personas attinētes ad inuicem in aliquibus gradibus. ⁊ aliqn̄ fuerunt illegitimate vsqꝫ ad septimum gradum inclusiue ꝺm magistrū in litera. Sed sub innocētio tertio restrictum est vsqꝫ ad quartum gradū inclusiue. ptꝫ extra de consanguinitate. Non debet. Et reuocat in eodē capitulo omnes ꝓhibitiones de matrimonio contrahēdo in scḋo ⁊ tertio genere affinitatis: et de sobole suscepta ex scḋis nuptijs nō copulādo cognationē viri prioris: que ꝓhibitiones multas difficultates inducebāt. ⁊ aliqn̄ periculum animarum: sicut dicit.

Resolutio.

Dico igitur ꝙ ꝓpinquitas consanguinitatis in primo scḋo ⁊ tertio gradu ⁊ quarto simpliciter impedit matrimonium cōtrahendū: et dirimit ꝯtractum. vnde inter tales motrimoniuꝫ est nullum: ⁊ hoc ex statuto ⁊ illegitimatione ecclie. quare autem in tali gradu illegitimate sunt persone: puta vsqꝫ ad gradum quartum inclusiue: congruētia est: qꝛ vsqꝫ ad quartum gradum inclusiue: viget amicitia inter consanguineos: sed vltra gradum quartum incipit tepescere ⁊ quasi anullari: et ideo congruum videtur per matrimonium vel vinculum coniugale tepescentem amicitiaꝫ reuocare. quare ⁊c. Hec de primo articulo principali.

Quātum ad secundū arti.

affinitas quid.

de affinitate dico primo: ꝙ affinitas est propinquitas vel vinculum personarū ex copula carnali cum persona cōtractum sine omni cōsanguinitate inter affines ꝺm ꝙ huius vel omni carens parentela. ex copula carnali dico. qꝛ sine copula carnali cum persona cōsanguinea affinitas cōtrahitur alicuius ad aliquem. ⁊ nō opꝫ. ꝙ illa copula sit matrimonialis. vnde ⁊ in copula fornicaria contrahitur affinitas consanguineoꝝ viri vel mulieris virum vel mulierem sic copulatos nō solum in copula matrimoniali. Similiter etiā non sufficit ad affinitatem cōtrahendam cum consanguineis mulieris: ꝙ ipsa sit vxor: nec etiaꝫ requiritur: sed necessario requiritur et sufficit: ꝙ carnaliter cognoscatur.

affinitas qualiter impedit matrimonium.

Scḋo dico: ꝙ in affinitate possunt distingui linee ascēdēs ⁊ descendēs ⁊ trāsuersalis suo modo sicut in consanguinitate: ⁊ ibidē distingui gradus diuersi. Tertio

dico ꝙ in quoto gradu conſanguinitatis diſtat aliquis ab alio puta petrus a martino: toto gradu affinitatis diſtat ab eodē martino illa: que eſt carnaliter cognita a petro ⁊ ecōuerſo. vnde in quoto gradu cōſanguinitatis diſtat aliquis ab altero coniuge: in toto gradu diſtat ab alio ſcḋm affinitatem.

¶ Tertio dico. ꝙ in quoto gradu cōſanguinitatis prohibbetur matrimonium ⁊ ipſa conſanguinitas impedit matrimonium ⁊ dirimit in eodē toto gradu affinitas īpedit ⁊ dirimit ex ſtatuto eccleſie illegitimātis perſonas affines ad ↄtractum. Et eſt rationabile ſicut de cognatiōe carnali. q꞉ affinitas dr̄ quaſi ad fines ↄſanguinitatis acceſſio vel ꝓpinquitas. Qꝛ aūt affinitas impediat ⁊ dirimat matrimonium: habetur. xxxv. queſtione tertia de ꝓpinquis. Hec de ſecundo articulo principali.

Cognatio ſpūalis quid.

¶ Quātum ad tertium articulum

de cognatione ſpūali dico primo: ꝙ cognatio ſpūalis eſt quoddā vinculum ↄtractuꝫ ex cōmunicatione vel diſpenſatione ſacramentoꝝ puta baptiſmi ⁊ cōfirmationis. Quomodo autem ⁊ inter quas perſonas ↄtrahatur. iſta cognatio ſpūalis habeṫ extra de ſponſalibus. Ne dum: ⁊ eſt in ſexto libro vbi dicitur ſic. Inter baptiſmum ⁊ illū qui ſuſcipit vel leuat de baptiſmo ac inter eundē baptizatum ⁊ filios vel filias ſuſcipiētis ⁊ vxorē eius ante ſuſceptionē carnaliter cognitā: immo etiā inter ſuſcipiētem patrē baptizati: ⁊ matrem cognationem ſpiritualē ↄtrahi cōſtat que impedit matrimoniū: et dirimit iam ↄtractum. Et eadē que de ſuſcipien ſunt dicta ſunt etiā de baptizante cenſenda. Ex cōfirmatione quoqꜫ ſpūalis cognatio ↄtrahitur eiſdē modis matrimonium impediens et dirimens poſt contractum. Alias vero perſonas q̄ꝫ ſupradictas ex baptiſmo vel ↄfirmatione nō impediri ad matrimonium ↄtrahendum aut dirimi poſt ↄtractum decernimus. Et ibidem cap. ij. ꝙ per cathecuminum qui precedit baptiſmum: cognatio cōtrahitur: per quem ↄtrahēduꝫ impeditur: ſed ↄtractū nō dirimitur. Et ibidē capitulo tertio dicitur ꝙ ſi plures acceſſerint ad ſuſcipiēdum de baptiſmo infantē. ſpiritualis cognatio ↄtrahitur matrimonia poſt contracta impediēs ⁊ diſſoluēs. Hoc modo eſt intellectus ſic: ꝙ ſuſcipiētes ad inuicem ↄtrahant cognationem ſpūalem ptꝫ. q꞉ illa nec eſſet paternitas vel maternitas nec compaternitas vel cōmaternitas nec fraternitas ⁊ ſororitas. Sed intelligendum ꝙ plures ſuſcipiētes ↄtrahunt cognationem ſpiritualem ad infantē ſuſceptū ⁊ ad parētes eius: lꝫ nō ad ſe inuicē. De confirmatione inſuper q̄ꝫtum ad hoc idē iudicium eſt habēdum.

Cognatio ſpiri. inṫ quos ↄhitur.

Extra d̄ ſponſa.

quot ſūt cognationes ſpūales et an matrimonium impediant.

¶ Ex predictis haberi poteſt ꝙ tres ſunt cognatiōes ſpirituales in ſpē. vna que dicitur paternitas vel maternitas ſpūalis et eſt patris vel matris ſpūalis ad filium vel ad filiā ſpiritualē. Alia que dicitur cōpaternitas vel cōmaternitas. Et iſta eſt inter patrem ſpiritualē vel matrē ⁊ patrē vel matrē carnalē eiuſdē. Tertia aūt diciṫ ſpūalis fraternitas vel ſororitas: vt ita dicā: et eſt inter filiū vel filiā ſpūalē eiuſdeꝫ ⁊ inter filiū vel filiā eiuſdē carnalē. Eiuſdē dico p̄ris vel m̄ris.

¶ Tertio dico ꝙ ſicut pꝫ ex p̄dictꝭ aliquo mō: oēs iſte cognatiōes ſpūales īpediunt matrimoniū ↄtrahēdū: ⁊ dirimunt iam ↄtractū: qn̄ precedunt matrimonium. Si aūt ↄtigerit aliqua iſtaꝝ matrimonio iam contracto in caſu neceſſitatis vel ex ignorātia diligētia ſufficienti appoſita nō impediunt actum matrimonialē nec in reddendo nec in petēdo: ſed ſi ex malicia preter neceſſitatē cōtingat. verbi gratia ꝙ aliquis ſuſcipiat vel leuet filium vxoris ſue de ſacro fonte vel teneat eum in ↄfirmatione: dicitur ꝙ impedit tenētem ſic vel ſuſcipientē a petēdo. ſed nō impedit alium cōiugē a petendo: nec iſtum a reddēdo. quia nō debet alteri preiudicare malum huius.

¶ Sed ↄtrarium videtur dicere illa auctoritas adducta in principio queſtionis arguēdo de affinitate. videas ibi ꝙ ſiue ex ignorantia ſiue ex malicia hoc fecerint: nō debēt alter alteri negare debitum: nec abſtinere a petendo. Niſi forte dicatur ꝙ veruꝫ eſt de duobus. ſ. ſi ambo teneāt vel leuēt. quia tunc ſunt pares. ſed ſi alter tm̄ ex malicia fecerit: priuaṫ a petendo. Hec de tertio articulo principali.

¶ Quantum ad quartū articulum

Iuſticia publice honeſtatiꝭ an īpediat m̄rimonium

de publice honeſtatis iuſticia dico primo ꝙ eſt vinculum perſonarū ad alias ex ſpōſalibus vel matrimonio rato nōdum ↄſummato cū perſonis conſanguineis earūdē ↄtractum. Et breuiter non differt ab affinitate ꝓprie dicta: que cōtrahitur cum ↄſanguineis viri vel vxoris: niſi q꞉ ad affinitatē requiritur inter vxorē ⁊ virum matrimoniū per carnalem copulā cōſummari. Non ſic aūt in iuſticia publice honeſtatis: ſed ſufficiunt ſponſalia vera vel matrimonium ratum. Et dico ꝙ ijdē gradus poſſunt cū iſta ⁊ in affinitate cōputari. Et ſicut in affinitate: ſic ⁊ in iſta ijdē gradus impediunt matrimoniū cōtrahēdum: ⁊ dirimūt iam ↄtractum ex inſtitutione eccleſie: qua illegitimat tales perſonas ad contractum. Et ꝙ tam affinitas q̄ꝫ publice honeſtatis iuſticia impediāt matrimoniū: ⁊ dirimāt iam contractum: ptꝫ per illud capitulū primū extra de cōſanguineitate et affinitate vbi q̄ꝫtum ad affinitatē vt dicitur ꝙ eque canones dicūt abſtinēdum eſt a conſanguineis vxoris ⁊ ꝓprijs. Similiter de cōſanguineitate ⁊ affinitate lib. vj. dicitur ꝙ ex ſpōſalibus qualitercuqꜫ dum tn̄ nō ſint nulla ex defectu ↄſenſus oritur iſtud impedimētum matrimonij īpediēs contrahens ⁊ dirimens contractum. Et multo fortius intelligendum eſt ꝙ ex matrimonio rato.

Cognatio legalis qd et quot ſūt ⁊ an īpe. m̄rimo.

¶ Iuxta hoc expedio me de īpedimēto cognationis legalis: que dicitur vinculum quoddā: vel propinquitas cōtracta inter perſonas ex adoptiōe alicuius in filiū vel in filiā. Et eſt triplex quaſi cognatio iſta. vna quaſi deſcēdens: ⁊ eſt inter patrē adoptantem ⁊ filiū adoptatum: ⁊ filiū filij adoptati. ⁊ ſic deinceps. Scḋa que eſt inter filium adoptatum et filium naturalē vel filiā. Tertia que eſt inter patrem adoptātem ⁊ filium ⁊ vxorē filij adoptati vel econuerſo inter filium adoptatum et vxorem adoptantis. ¶ Et dico ꝙ iſte cognationes oēs impediunt matrimonium cōtrahendum ⁊ dirimunt iam cōtractum pro ſemꝑ: excepta media que nō īpedit nec dirimit: niſi ↄtrahatur ſtāte adoptione: puta filio manēte in poteſtate patris adoptantis ſed patre mortuo vel filio emancipato pōt ↄtrahere cum filia naturali patris prius adoptātis. ſed p̄re mortuo vel filio emancipato poteſt ↄtrahere cum filia naturali patris prius adoptātis. Quod autem nō ſtāte adoptione ptꝫ extra de cognatione legali capitulo vnico: vbi dicitur. Si qua per adoptionem

soror michi esse ceperit : q̄diu durat adoptio inter me ꝛ ipaz: nuptie ɔsistere nõ possunt. Et glosa sup illo capl'o dicit ꝙ illud verum est : siue cognatio sit legalis per arrogationē siue per adoptionē. Arrogare dicimus illum qui est sui iuris: ꝛ transit in potestatē alterius auctoritate principis. Adoptio autem fit p quēlibet magistratū: nec trāsit adoptatus in potestatē adoptātis: sed remanet in potestate sui patris. Hec de istis impedimētis ad presens dicta sint sub quodam compendio breuitatis.

Recapitulatio impedimentoꝝ mřimonij.

¶ Ex predictis oibus de matrimonio pōt apparere quot sunt impedimēta ipsi⁹ matrimonij. Et recolligo ea breuiter. qꝛ quedā sunt impedimēta simpliciter. quedā impedimēta non simpliciter. Dico aūt impedimentum simpliciter quod preueniēs matrimoniū impedit ɔtrahēdum: ꝛ dirimit cōtractum. cum quo si attēptetur nihil fit nec oritur aliquod vinculum siue obligatio inter ɔtrahētes. ¶ Impedimētum vero ſm quid voco quod impedit ɔtrahēdum: sed nō dirimit ɔtractum. vnde ꝛ cum tali impedimento matrimonium tenet de facto ꝛ oritur obligatio ꝛ vinculum inter ɔtrahētes cum tali impedimēto. scienter dico ꝛ aduertēter. ¶ Impedimenta simpliciter aut accipiuntur ex natura ɔtractus : aut ex aliquo statuto superaddito. Ex natura ɔtractus dupliciter. vno modo ex parte contractus ipsius ꝛ conditionum eius. Alio modo magis ex parte cōditionū necessariarū ex parte ɔtrahētium. primo modo adhuc qꝛ ɔtractus est datio voluntaria potestatis corporis alteri redonanti potestatem sui corporis pro perpetuo amboꝝ. dico ꝙ illud qđ impedit simpliciter voluntarium: impedit ɔractum. Duo aūt impediunt volūtarium. vnum qđ est defectus notitie: puta ignorātia vel error. qꝛ nihil amatur nisi cognitū. Aliud se tenet ex parte voluntatis: puta coactio p metum qui potest cadere in ɔstantem virum. Inuoluntarium autē ex defectu notitie potest esse vel ex defectu noticie totalis. Et sic est ignorātia negationis: qualis reperitur in furiosis tpe furie vel in his qui nō habēt noticiā aliquā de eligēdo vel fugiendo. Aut ex defectu noticie pfecte ꝛ distincte. qꝛ habēs noticiā errat. Primo modo impedit furia perpetua a matrimonio ɔtrahēdo: vel etiā a reddēdo: si prius sit cōtractum: vel etiā furia pro tpe quo inest. Non dico pro lucidis interuallis: pro quib⁹ nō inest. Scđo modo impedit error : et hoc triplex. qꝛ error psone: vel error ɔditionis peioris: vt seruitutis: vel error doli vel fraudis alterius nō dātis vel redonātis corpus suum: sicut alter dat ꝛ dare intēdit. Si autem inuoluntarium sit ex metu: sic est impedimentum metus cadens in constantem virum.

Impedi. ex parte contractus.

¶ Similiter etiā ex parte vel natura ɔtractus impeditur matrimonium qñ ɔtrahitur cum aliqua cōditione repugnāte bonis matrimonij. ꝛ hoc siue bono sacramēti siue bono fidei siue in bono prolis: vt dictum est supra. Et ſm hoc accipiūtur tria impedimēta matrimonij. si autem ꝓueniat impedimentum ex parte ɔditionum requisitaꝝ ex parte personarum ɔtrahētium: dico ꝙ qꝛ ex parte eoꝝ requiritur: vt possint dare mutuo potestatem eoꝝ corpoꝝ. simpliciter autem impotēs nō potest eā dare. qꝛ ipsam nō habet. Similiter etiā impotēs ex lege diuina: vt pote qꝛ ligatus est alio vinculo matrimoniali: ꝛ iam nō habet potestatē corporis sui dico: ꝙ iste impotentie impediunt matrimonium. Impotētia autem simpliciter vel est casualis vel naturalis : et quomodo vtraqꝫ impedit: dictum est supra. Et ad istā impotentiā reducitur impedimentum puerilis etatis vt ptꝫ: qꝛ nōdum puer habet potestatem corporis ad coeūdum: nec per ɔsequens potest eā dare nec cōtrahere. Sic ergo habemus ex parte contractus tria impedimēta in genere. vnū: ex defectu noticie. scđm ex metu cadēte in cōstātem virum. Tertium ex ɔditione apposita ɔtra bonum aliquod matrimonij. Ex parte ɔtrahētium duo in genere. s. impotētiam simpliciter ꝛ impotentiā qꝛ alligatus est alteri. Primum impedimētum in speciali multiplicatur : sicut defectus cognitionis vel error. Scđm multiplicatur. sicut ꝛ mala que possunt timeri a viro cōstante vt ɔtrahat matrimonium. Tertium impedimētum multiplicat ſm tria bona matrimonij: quoꝝ cōditiones opposite possunt apponi. Quartum impedimētum multiplicatur sicut impotentia in viro ꝛ muliere: de quibus dictum est supra et ad ipsum reducit etas puerilis. sed vnū manet indiuisum ꝛ impedit: sicut dictum est supra. qꝛ bigamia p tpe legis euāgelice nō habet locum.

Impedimenta ex statuto ecclesie.

¶ Ex statuto ecclesie sunt tm̄ modo impedimēta ex parte personarum. qꝛ eccl'ia nihil ordinauit: vel immutauit circa ɔtractum sed circa personas illegitimādo personas. Et hoc triplici de causa. vna ꝓpter specialem eoꝝ ꝓpinquitatē ꝛ hoc multipliciter. qꝛ vel ꝓpter propinquitatē cōsanguineitatis vel affinitatis vel cognationis spiritualis vel legalis vel publice iusticie honestatis. de quib⁹ dictum est supra. Et est ordo istaꝝ ꝓpinquitatum. qꝛ cōsaguinitas est mere carnalis ꝓpinquitas. affinitas surgit ex mere carnali ꝛ copula car. publice honestatis iusticia ex ꝓpinquitate carnali ꝛ cōtractu matrimoniali ꝛ sponsalium. Spiritualis cognatio ex propinquitate carnali ꝛ susceptione vel datione sacramēti baptismi vel cōfirmotionis. Legalis cognatio. ex carnali et alio vinculo ſm legem puta per adoptionem. Alia causa illegitimationis est ꝓpter specialē applicationem ad cultum diuinū. Et hoc dupliciter. vno mō propter votum solēne continentie perpetue. Alio modo propter susceptionē ordinis sacri. primū dico si vouēs solēniter habet potestatē corporis sui: vt illā posset dare: ni eēt illegitimatio ecclesie. qꝛ si nō habet: diceret ꝙ īpedimētum illud magis esset ex natura contractus: q̄ ex statuto ecclesie. Tertia causa est propter specialē detestatiōnē alicuius criminis. Et hoc dupliciter. qꝛ vel propter detestationem infidelitatis Et sic illegitimauit fidelē non simpliciter sed respectu infidelis ne possit cum infideli cōtrahere. vel ꝓpter detestationem adulteri cū fidei datione ꝛ alijs hmōi. vel etiam cum machinatione. ꝛ sic etiā de alijs: vt dictum est supra de istis.

Versus ɔtinētes īpe. mřimonij.

¶ Et sic habētur impedimēta matrimonij que impediunt simpliciter ꝛ cōtinent aliquo modo in illis versibus cōmunibus. Error conditio votū cognatio crimen. Cultus disparitas vis ordo ligamē honestas. Si sis affinis: si forte coire nequbis. Hec facienda vetant cōnubia facta retractāt. Sed specialibus ꝛ melius cōtinētur in alijs versibus qui sunt isti.

Alij vs⁹

Vis fraus persone serui donationis ꝛ amens. Addita cōditio tria coniugū bona tollens. Frigidus arta puer trūcatus prestigiatus. Alterius coniunx obstāt mutue dationi. i. repugant contractui

matrimoniali. Sequit̃. Ordo sacer votum: duo cultus sponsio mechi. Carnalis legis cognatio spiritualis. Hec vi precepti sit huic affinis honestas. Et patent versus ex predictis.

ad argumēta p̄ncipalia.

¶ Ad primum principale argumentum dico ꝙ in lege nature saltem ante multiplicationē generis hūani in principio nō impediuit gradus cognatiōis carnalis fratris ad sororē. q2 non erāt alie mulieres ꝙ̄ sorores. sed tūc īpediuit gradus in linea ascēdēte vel descēdente tm̄: nō sic mō: vt dictū est supra. Ad ꝯfirmationē de amicitia que est inter ꝯsanguineos: dico ꝙ illa amicitia alterius rōnis est ab amicitia ꝯiugali et diuersa intantū vt ꝑsone amātes alias rōne ꝯsanguineitatis odiāt eas ad actū coniugalē. qd ptz de proxima ꝯsanguineitate patris ad filiā: vel filij ad matrē. vnde ⁊ aīalia hoc abhorrēt ꝙ istis gradib⁹ copulent̃. Legit̃ eñ de elephāte ꝙ cū ingeniatus ⁊ velatus matrē suā carnaliter cognouisset: postea videns eā ⁊ agnoscens matrē suā ingeniatorē interfecit. Et ideo dico ꝙ nō est argumētū illud bonum ad ꝓbandū ꝯsanguineitatē nō impedire matrimoniū. Ad illud qd dr̄ nō esse ꝯtra bonū ꝓlis nō opz: dato ꝙ nō sit ꝯtra bonū ꝓlis: ꝙ nō impediat: dato ꝙ illud qd est ꝯtra bonum prolis modo supradicto impediat. ¶ Ad scdm̄ de affinnitate qñ dr̄ ꝙ effectus nō impedit causam suā: dico ꝙ affinitas que cōtrahitur ex matrimonio aliquo: nō tollit: nec impedit illud matrimoniū: sed relinquit ⁊ p̄supponit ipsum sed bene aliud matrimoniū: cuius nō est effectus tollit. ⁊ īpedit. vel dicēdū: ꝙ istud nō impedit ex natura rei sed ex statuto eccl̃ie. Ad ꝯfirmationē de incestu cū sorore vxoris dico: ꝙ affinitas preueniens matrimoniū tollit: ⁊ impedit: ⁊ dirimit ip̄m. vnde si ante matrimoniū cognouisset sororē: nō potuisset ꝯtraxisse cū alia sorore. Sed post matrimoniū nō dirimit. sed in casu ꝓposito bene īpedit actū petendi a cognoscēte sororē vxoris sue: nō tñ impedit reddere vxori debitū: nec ab vxore ius petēdi. q2 malū istius non debet alteri preiudicare. ¶ Ad tertium de cognatione spūali dico: ꝙ ipsa p̄ueniēs matrimoniū īpedit matrimonium. sed sequēs nō sicut bene sonat illa auctoritas adducta in arguendo. Et ꝙ preueniēs impediat: ⁊ dirimat: ptz ibidē vbi sumpta est illa auctoritas cap°. veniens. Mādamus quatinus si ꝯstiterit mulierem predicti viri filium de sacro fonte leuasse anteꝙ̄ eam desponsauit vxorem: vos inter ipsos diuortium celebretis. ¶ Ad vltimum de publice honestatis iusticia. apparet ex predictis. Et hec dicta de matrimonio ad presens sufficiant.

¶ Distinctionis Quadragesimetertie. Questio Prima.

Circa distictionem xliij. quero primo. Utrum resurrectio sit possibilis absolute loquendo ⁊ virtute diuina. ¶ Uidetur ꝙ nō illud qd implicat cōtradictionem: nō est possibile. sed resurgere aliqd idem implicat cōtradictionē. Probatio. Resurrectio est iterata surrectio. ergo prima ⁊ scda surrectio in resurrectione includit̃ sed iterata surrectio non est eadē cum prima surrectione. quare nec resurgens vel iterato surgens est idē cū primo surgēte. Surrectio eñ ⁊ surgēs sunt idem. Sicut etiam nec actio vel passio resuscitatio sunt eadē: sed sunt diuerse mutationes. ⁊ per consequens habēt diuersos terminos. igitur implicat cōtradictionē ꝙ aliquid idē resurgat. ¶ Scdo sic interruptio essendi nō minus tollit identitatem prioris ⁊ posterioris: ꝙ̄ alietas essendi. sed impossibile est: ꝙ aliud resurgat idē. sicut ꝙ aliud sit idē. ergo ꝙ interruptū in esse resurgat idem. ¶ Tertio sic. qua ratione homo vel aliquid posset idē numero resurgere ⁊ reparari: eadē ratione ⁊ quodlibet aliud vt videtur. sed motus vel mutatio nō possunt reparari. Probatio. q2 qua ratione possent alias reparari: eadē ratione possent cōseruari per totum tp̄s. et sic mutatio ⁊ motus nō essent essentialiter successiua vel instātanea: sed permanentia. hoc aūt est falsum. ergo ⁊c̄. Et cōfirmat̃. q2 impossibile est: ⁊ implicat cōtradictionem preteritum non esse preteritum. hoc eñ solo priuatur deus s̄m sententiam solonis quā approbat phūs. vj. ethicoꝝ. ⁊ ꝑ ꝯn̄s impossibile est p̄teritū fore vel p̄sens eē. ⁊ p̄teritū nūc esse. sed hoc sequit̃ ad resurrectionē: vt pz. ergo ⁊c̄.

¶ Contra illud quod aliqñ erit de facto nō est impossibile. sed resurrectio aliquando erit de facto s̄m scripturam ⁊ fidem: resurrectionem mortuorum ⁊c̄. ergo ⁊c̄.

¶ In ista questiōe sic ꝓcedā.

¶ Primo premittendo quid noīe resurrectionis intelligitur ponā opiniones de possibilitate resurrectionis: ⁊ arguam contra eas. ¶ Scdo reponde bo aliter ad questionē: ostēdendo ꝙ resurrectio virtute diuina est possibilis. ¶ Tertio inquirā: vtrum virtute diuina sit possibibilis reparatio cuiuscunq3 entis sicut resurrectio homīs eiusdem numero suo modo. ¶ Ultimo ad rationes principales.

¶ Quātum ad primum arti. premitto primo quid intelligit̃ noīe resurectionis. hoc aūt potest haberi a Damasceno lib. iiij. vbi dicit: ꝙ resurrectio est eiusdē in numero iterata surrectio. eiusdē (inquit) numero qd cecidit vel desijt esse quia si nō esset eiusdē numero: nō esset resurrectio. sed dicit resurrectio iterata. q2 p̄ma resurrectio vel productio passiua rei nō potest dici resurrectio proprie loquendo. licet eñ adnihilatum non resurgat nisi per creationem: tñ stricte loquendo s̄m nominis significationem resurrectio illa nō dicitur creatio. sed recreatio vel resurrectio cōnotans ꝙ resurgens vel recreatum aliquando alias fuerit: et desierit esse: vt patet.

Resurrectio quid s̄m Damasce.

¶ Hoc premisso dicūt oēs catholici: ꝙ resurrectio alicuius entis saltē puta hoīs est possibilis virtute diuina. Ad hoc eñ ponēdum coguntur ex fide ⁊ scriptura: sicut patz. ¶ Sed de modo possibilitatis est vna opinio cuiudam doctoris in quarto suo ꝙ resurrectio hoīs est possibilis. quia in hoīe nō est aliqua forma substātialis corruptibilis. sed est sola forma substātialis: que est aīa rationalis. ita ꝙ in hoīe non distinguitur aīa sensibilis ab aīa rationali nec etiā vegetatiua: sed sunt vna substantialis. Similiter etiā nulla forma substantialis mixti inuenitur alia ab anima sed forma

De possibilitate resurrectionis alicuius. 1. opinio.

mixtionis que inuenitur alia ab aĩa: est forma accidentis cõstituta ex qualitatibus elemẽtorũ fractis vel remissis vel ex similibus qualitatibus: nõ pertinens ad essentiã vel substantiã hoĩs nec ad esse substãtiale. ¶ Scd̃o dicit: ꝙ anima rationalis que est forma specifica hoĩs: est forma subsistẽs possibilis manere naturaliter post separationẽ sui a corpore. Et in hoc differt ab aliĳs formis aliorum corruptibilium que non sunt sic sufficientes. Et ex hoc sequitur: ꝙ aĩa rationalis in se habeat formaliter totum esse hoĩs cõmunicãs illud corporis: qñ vnitur sibi. nec est aliud eẽ corporis ⁊ aliud esse anime: sed idem esse quod aĩe conuenit ƀm se: cõmunicatur tñ corpori ab aĩa ꝑ informationẽ corporis ab aĩa. Si eñ corporis ⁊ anime essent aliud ⁊ aliud esse: quorꝫ vtrũqꝫ includeretur in esse hoĩs: sequeretur: ꝙ vnio anime ⁊ corporis esset accidẽtalis: ⁊ nõ fieret vnũ per se ex ipsis. quod est falsuꝫ. homo eñ est aliquod ens vnum per se: sicut ptꝫ. ¶ Tertio dicit: quod ex predictis apparet: ꝙ per mortẽ vel corruptionem hoĩs nulla fit interruptio in esse substantiali hoĩs. qꝛ manet aĩa separata in se habẽs totum esse hoĩs: licet aliomodo qꝫ corpori vnita. nec est dare in hoĩe aliquid aliud qd̃ desinat esse simpliciter ⁊ substãtialiter. qꝛ non materiã. ptꝫ. ipsa eñ est ingenerabilis et incorruptibilis. Nec aliã formam. vt dictum est qꝛ nulla alia est ibi. ¶ Quarto et vltimo ex his cõcludit: ꝙ sic ponẽtes nullas ãgustias vel difficultates patiunꝰ saluãdo possibilitatẽ resurrectionis humane. qꝛ ex quo manet eadẽ materia ⁊ eadẽ aĩa: possunt iterum virtute diuina vniri. ⁊ sic idẽ homo numero reparari. secus autẽ esset: si esse hoĩs interrumperetur: sicut esse aliorꝫ corruptibiliũ: tunc non videretur posse reparari idẽ numero. sicut nec alia corruptibilia ⁊ impediẽte interruptione essendi ipsorum ⁊ alicuius pertinentis ad substantiam ipsorum. Cõfirmatur. quia deus potest aliquid maius. puta simul creare ⁊ vnire principia. ergo. minus scilicet ipsis presuppositis ea reunire. Similiter posset deus animam prius recreare qꝫ vnire. ergo potest eam reunire.

2. opinio de modo possibilitatis resurrectio

¶ **Secũda opinio** est alterius doctoris: qui ponit: ꝙ resurrectio absolute loquẽdo possibilis est virtute diuina. qꝛ ex illuminatione et infinitate virtutis sue. Et similiter attingit materiã: vt quid est nullo modo distincta sed indistincta: ⁊ sic numero eadẽ. ⁊ sic semper põt eandẽ formã numero illi materie imprimere. qꝛ materia manet eadẽ: ⁊ nõ agit per motum vel mutationẽ sicut natura. Tunc eñ non posset eãdem formam numero reparare: nec idem compositum reducere sicut nec eãdem mutationem vel motum: ita parum sicut ⁊ natura.

Contra primam opinionẽ

¶ **Contra** primã opinionẽ arguo. qꝛ in ipsa cõtinẽtur multa falsa: ⁊ in ipsa implicãtur cõtradictoria ⁊ ad eam sequunꝰ multa incõueniẽtia. ¶ Contra primũ dictum scꝫ ꝙ in hoĩe nõ sit nisi vna forma substãtialis scꝫ anima rationalis argutum est satis in scd̃o: ꝙ necessario in hoĩe sunt plures forme substãtiales ⁊ illa nõ reperto. ita ꝙ illud primum dictũ est simpliciter falsum. Est eñ dare in hoĩe ⁊ in quolibet aĩato formã substantialem mixtionis aliam ab anima sicut ibidem est probatum. ¶ Contra illud scd̃i dicti: ꝙ anima rationalis sit totum esse substantiale hoĩs. Arguo primo ex dictis eius in eadem questione. Ipse dicit: ꝙ humanitas q̃ est forma totiua ƀm Auicennã includit intrinsece partes que sunt materia et forma. sicut ⁊ totum cõpositũ intrinsece includit eas. hũanitas ergo ⁊ substãtia vel esse eẽntiale seu substantiale hoĩs nõ solum dicit aĩam: sed includit materiã. ergo aĩa non dicit totum esse hoĩs. Alioquin eñ materia nõ esset causa intrinseca hoĩs. quod est falsum. vnde in istis duobus dictis plane cõtradicit subĳpsi. ¶ Scd̃o sic. si aĩa est totũ esse hoĩs: sequiꝰ ꝙ nũqꝫ fiat vel sit resurrectio hoĩs. ⁊ ita patiꝰ maximã angustiam. qꝛ ex hoc dicto deberet negare resurrectionẽ hoĩs. ꝓbatio nihil resurgit: nisi eius esse substantiale prius decidit: ⁊ desĳt. sed aĩa non desĳt esse. qꝛ manet igitur si dicat totũ esse substantiale hoĩs: sequitur: ꝙ homo nunqꝫ resurget: sicut nec aĩa resurgit. Et vltra sequitur: ꝙ homo est naturaliter incorruptilis ⁊ in generabilis: ⁊ spiritualis creatura sicut aĩa. ¶ Tertio sic. si aĩa est totum esse hoĩs: sequitur ꝙ diffinitio aĩe est diffinitio hominis. ⁊ per cõsequens ꝙ corpus ponitur sicut additamẽtum in diffinitiõe hoĩs: queãdmodum ⁊ in diffinitione aĩe. hoc autem est falsnm: ⁊ cõtra Aristotelem. vĳ. metaphi. ergo ⁊c̃. ¶ Quarto qꝛ ex totali esse hoĩs. ⁊ aliquo alio non fit vnum per se: nec totale esse hoĩs potest aliquid aliud ĩformare. ergo si aĩa est totuꝫ esse hoĩs: ex aĩa ⁊ materia nõ fit vnũ per se: nec aĩa etiã potest materiã informare. quare ⁊c̃. ¶ Quod autẽ dicitur ibi: ꝙ si corpus haberet aliud esse ab aĩa: nõ fieret vnum per se ex aĩa. dico: ꝙ idẽ sequitur contra te. qꝛ nõ plus fit vnum per se ex aĩa ⁊ nihil vel eo quod nullũ habet esse: qꝫ ex aĩa et alio habẽte esse. sed oportet necessario: ꝙ ex quibuscunqꝫ duobus fit vnũ per se: sicut ex principĳs essentialibus sint entia: ⁊ habeãt aliquod esse. vnde dicere ꝙ corpus nõ habeat esse aliquod preter animam est dicere: ꝙ corpus nihil sit preter aĩam et ꝙ ex aĩa ⁊ nihilo fiat vnũ per se: vel ex eo quod est: et eo qd̃ nõ est. Impossibile est eñ aliquid positiuum poni in actu extra causam suã: qd̃ non habeat proprium esse. Dico igitur ꝙ non sequitur vnionẽ esse accidentalẽ corporis ⁊ aĩe. sicut faciẽtium vnũ per accidens queãdmodum accidens ⁊ subiectum sed licet vnio ipsa sit accidẽs: ⁊ tñ duorꝫ faciẽtium vnũ per se cõpositum ex corpore ⁊ aĩa: nõ obstãte ꝙ corpus sit in actu per formã mixtionis incõpletam: sicut dixi in scd̃o. sicut etiã de materia non obstante ꝙ sit in actu extra intellectum. ¶ Contra tertium dictũ: ꝙ in morte vel ꝑ mortẽ nõ fit aliqua interruptio ipsius esse substãtialis hoĩs. Arguo primo sic — Cõtra. 3 dictum. 1. opi. — sicut per generationẽ acquiritur aliquod esse substantiale: ita per corruptionẽ vel mortem deperdiꝰ aliquod esse substãtiale. sed non nisi esse quod diciꝰ mori vel eius corrumpi. hoc aũt habito necessario interrumpitur esse substãtiale corrupti. ergo ⁊c̃.
¶ Scd̃o sic. xp̃s in triduo mortis nõ fuit homo in re: sicut ꝓbatũ est in tertio. ⁊ ipsimet cõcedũt. sed si nulla interruptio caderet in esse hoĩs per mortem: videtur ꝙ ita fuisset homo sicut ante. ergo ⁊c̃.
¶ Tertio sic. entitas totiꝰ hoĩs puta humanitas dicit aliquã tertiã entitatem absolutã aliã ab entitate corporis ⁊ aĩe: qua quidẽ sicut forma totius et quiditate ꝓpria homo est ens ⁊ aliquid in tali specie: sicut ꝓbatum est in scd̃o. sed illa non manet: sed corrumpitur ⁊ desinit esse in morte vel per mortem

quia non maneret nisi stante vnione aīe ⁊ corporis: que separātur in morte: ergo esse substantiale hoīs interrūpitur per mortē vel in morte. Si eñ partes ipse vel altera earū: puta aīa esset totum hoīs esse: ita post mortē substātialiter maneret homo totum id: qđ est sicut in vita. ⁊ tunc homo mortuus vniuoce esset hō: sicut homo viuus. Nec video necessitatem vnionis aīe ad corpus per modū forme. sed tātūmodo deberet vniri sibi vt motor: ita ꝙ hō esset aīa vtens corpore: sicut posuit plato. ⁊ quod reprobat istemet doctor prima parte summe: vbi vult ꝓbare ꝙ aīa intellectiua est forma substantialis corporis seu hoīs magis.

Contra. 4. dictū. 1. opinio. ¶ Contra vltimū dictū qđ est ꝯclusio principaliter intēta quātum ad illud qđ dicitur in primo: ꝙ sic ponētes nullā patiuntur angustiā saluādo resurrectionē dico ꝙ immo tales sequitur angustia ꝙ nō possunt saluare resurrectionē: sicut deductū est supra. ¶ Scđo quātū ad illud qđ dicitur resurrectio esse possibilis. q₂ nō interrūpitur esse substātiale vel esse rei. q₂ ex hoc sequunt̄ multa incōueniētia. Primum est ꝙ deus nō posset hoīem vel aliquid aliud adnihilatum idē numero reparare. quod est falsum. sicut dicetur: ⁊ ꝓbabitur infra. Similiter sequitur ꝙ vnum brutū mortuum vel corruptum non posset deus reparare: qđ est falsum ⁊ cōtra legēdas multoꝝ sanctoꝝ: in quibus inueniunt̄ multa alia bruta resuscitata a deo per orationes sanctoꝝ. Similiter etiā sequitur ꝙ si ꝓpria passio hoīs sit aliquod accidēs ꝯiuncti corruptibile per separationē partium hoīs in morte hoīs: et similiter potētie sensitiue ſm doctorē illum: ꝙ ista non reprobātur eadē numero in hoīe: qñ resurget. hoc autē est falsum multofortius q̄ de capillis: de quibus tñ dictū est: ꝙ capillus de capite vestro nō peribit. ¶ Tertio q̄tum ad illud: qđ dicit: ꝙ quia materia ⁊ forma manent eedē numero: ⁊ per consequēs possunt reuniri. potest idē homo numero reparari quero de illa vnione. An sit aliquid vel nichil. Nō potest dici: ꝙ nihil: q₂ respectus est. Similiter q₂ si nihil: tūc scđm nihil positiuum se haberēt partes aliter q̄ prius. ⁊ sic nō plus causarent cōpositū q̄ prius. ⁊ ita bene posset esse compositum sine ista vnione sicut cum ipsa si est aliquid positiuum ⁊ aliqua forma respectiua ipsa est corruptibilis: ⁊ non manet in morte: qñ aīa separatur. ⁊ cum aliquid interruptum nō possit reparari idē nūero scđm te: illa vnio nō potest redire eadē: ⁊ per ꝯsequēs nec idē cōpositum precipue. q₂ compositum nihil dicit nisi partes ⁊ illā vnionē per te. ⁊ ita non potes saluare resurrectionē. quare ⁊c̄.

August. ¶ Dico igitur ꝙ illa opinio nihil valet. Et cōfirmo per Augustinum. xxij. de ciuitate dei cap̄. xx. loquentem de illa carne reddenda homini in resurrectione sic dicētem. Et si oībus periisset modis: nec vlla eiꝰ materia in vllis nature latebris māsisset: vnde vellet: recuperaret eam oīpotens. ergo totaliter destructū ⁊ anihilatum et per ꝯsequens interruptum in esse potest idē numero reparari. Nec ex hoc accipitur possibilitas resurrectionis alicuius: q₂ nō interrumpitur in esse īmo totum oppositum quasi q₂ si nunq̄ interrumperet̄: nunq̄ resurgeret. ⁊ si nō posset suum esse interrumpi: nunq̄ posset resurgere. ¶ Confirmatio que adducitur ꝙ primo potest verti cōtra eos. q₂ sicut deꝰ primo creauit: ita potest recreare ⁊ reunire principia ⁊ ita dato: ꝙ nihil maneat idem numero reparare. Similiter et secunda confirmatio quia sicut prius potest creare: ita ⁊ creare cum vnione ⁊ creare etiam et simul reunire.

¶ Contra secundā opinionē.

ꝯ.2. opi. quātum ad primū dictum ꝙ deus nō agit per motum ⁊ mutationē: hoc eñ est falsum. quicquid enim creatura agit per motū uel mutationē: deus agit. Nō eñ potest aliquid agere creatura: nisi coagēte vel cooperāte deo. igit̄ sicut creatura aliquid agere potest: ⁊ agit per motū ⁊ mutationē: ita ⁊ deus. Sic eñ pōt aliquod mobile vel mutabile mutare sicut ⁊ creare ⁊ immediate. etiā per seipsum. Nō eñ minus ꝯtinet motum ⁊ mutationem in virtute sua actiua: q̄ aliquod agens creatum. immo quicquid potest efficere mediāte alio: potest immediate efficere per seipsum ex infinitate sua: ⁊ ex illuminatione virtutis sue. ¶ Scđo quātum ad illud qđ dicit ꝙ deus attingit materiā vt quid ⁊ indistinctam nō habētem partes ⁊ eādem numero: q₂ vt sic. nō habet partes: sed solum per q̄titatem. quia sicut tota materia in ratione subiecti est prior tota quātitate ita partes materie necessario sunt priores partibꝰ quātitatis. Si eñ materia ſm se esset simplex ⁊ indiuisibilis non habēs partes substātiales: nūq̄ extenderet̄ per quātitatem superuenientem: nec sibi plus posset quātitas inesse q̄ aīe vel angelo. igitur materia ſm se habet partes nō per quātitatem: sed priores partibus quātitatis. Et lꝫ deus attingat eam vt quid sicut etiā agens naturale. q₂ de sua potentia que est idē quod sua substātia: educit formā substātialem. nihil tñ ad ꝓpositum. ¶ Tertio cōtra illud qđ dicit ꝙ quia deus agit vel potest agere nō per motum: nec per mutationē potest idem numero reparare. quia sicut dicetur infra deus pōt eūdem motū nūero et eādem mutationem reparare: ⁊ per consequens aliquid per motum vel mutationem.

¶ Quarto q₂ tunc agēs naturale per motum vel mutationē nō posset aliquid idē numero reparare: de quo tñ magnum dubiū est: sicut patebit in sequēti questione. ¶ Quinto q₂ dato ꝙ deus non posset eundē motum vel mutationē eādem numero reparare: diceret tñ aliquis ꝙ per alium motum vel aliā mutationē posset aliquid idē absolutum qđ prius reparare. vnde nō opꝫ si terminus absolutus sit idē ꝙ motus vel mutatio sit eadē precipue ſm ponentes ꝙ motus vel mutatio non est idē cum termino. quod ⁊ reputo verum. Et pꝫ q₂ deus reparando aliquid idē in resurrectione nō reparat motum vel mutationem eādem ad ipsum etiā ſm ipsos ⁊ tñ reparat idē absolutum qđ prius. ¶ Sexto q₂ nō pꝫ ratio nec videtur: quare deus in reparādo aliquid non possit seruare legē ⁊ modum nature: ⁊ sic aliquid idē per motū vel mutationē: sicut natura pōt illud facere ⁊ ꝓducere primo per motum vel mutationē. ¶ Septimo contra illud ꝙ q₂ deus attingit materiā vt quid potest eādem numero formam: istud nihil facit ad ꝓpositum. q₂ etiā agens naturale attingit materiā vt quid. sicut deductū est supra. non tñ propter hoc sequitur quod possit eādem formam numero reducere vnioni. q₂ quātūcunq̄ agēs naturale attingat materiā siue vt quid siue vt q̄tā: potest tñ diuersis vicibus eādem materiā numero attingere. et tamen ſm te. non potest eandem formam numero reparare. Sic igitur non valet ista

opinio. Hec de primo articulo principali.

Opinio doct. quod resurrectio alicui9 entis ẽ possibilis.

¶ Quantum ad secundũ articulum dico: q resurrectio alicuius entis puta hominis vel alterius animalis absolute loquendo in se est possibilis: ita q illa ratio nominis resurrectionis posita superius non est ficta sed subest sibi aliquid in re: vel subesse potest. ¶ Secundo dico: q possibilis est virtuti diuine. ita quod deus potest aliquod ens resuscitare: et aliquod ens virtute diuina potest resurgere: siue sit anihilatum sic q nihil intrinsecum remaneat: siue sit corruptum: quocunq modo acceperit nõ esse: vel desierit esse: postq̃ fuit. ¶ Hoc probo de aliquo anihilato: quod potest idem numero reparari: vel q hoc est in se possibile. primo sic. Illud est in se possibile: quod nõ implicat contradictionem ex terminis. sed hoc nullã implicat contradictionem. probatio. quia sicut nullam implicat contradictionem: quod aliquid idem postq̃ fuit nihil et nõ ens: deducatur primo ad esse per creationẽ: ita nullam implicat contradictionẽ: q postq̃ est anihilatum et ad eandem nihilitatem reductum: q reducatur secundo ad esse: vt sit ens. cũ enim sit eadem nihilitas: que est terminus a quo creationis: et terminus ad quem adnihilationis non plus repugnat ei: quod est anihilatum: q deducatur ad esse et idem esse q̃ ei quod ante creationem est nihil: repugnat: q deducatur ad esse. Esse enim vtrobiq est idem puta creatum et reparatum et similiter non esse terminus a quo creationis et terminus ad quem anihilationis et idem numero penitus. quia negatio simplex et vnica eiusdem esse numero. ergo etc. ¶ Secundo sicut non repugnat alicui enti tali esse vel non esse pro aliquo instanti: ita nec pro quolibet alio. igitur sic in instanti creationis non repugnat sibi esse post non esse: ita in alio instanti post instans creationis. non repugnat sibi idem esse post idem non esse: igitur sicut in instãti creationis potest creari post non esse: ita in alio instanti potest creari post anihilatum esse. ¶ Tertio sic. sit aliquid creatum durans per tria instantia A. B. C. illud erit idem et numero vnum in tribus illis instantibus: planum est: vel in diuersis partibus temporis. sicut angelus est idem hodie qui fuit heri et erit cras. Cum igitur idẽtitas ei ad seipsam in. a. et in. c. non dependeat a medio instanti puta a. b. sm aliquod agẽs cause: vt patet possibile est: et non implicat cõtradictionem aliquid idem numero esse in. a. et in. c. dato q non maneat: nec sit in. b. sed hoc habito possibile est idem numero posse redire: postq̃ non fuit post esse. ergo etc. ¶ Quarto sic diuersitas posterioris non arguit necessario diuersitatem prioris: precipue quando posterius est essentialiter distinctum a priori. sed esse rei permanentis est prius q̃ illa instantia plura: in quib9 manet: et potest manere idem. vt patet. igitur non diuersificatur ipsuz esse in se: nec multiplicatur dato q in illis diuersimode se habeat: sic q in primo et tertio sit et in secundo instanti non sit: sed sicut si in omnibus tribus esset vel maneret in tribus esse idem numero et non plura: ita si tantum ponatur esse in primo et tertio et non in secundo. potest igitur redire idem numero in tertio instanti: qd fuerat in primo: postq̃ anihilatum fuit et simpliciter non ens in se-

Probationes pdictorũ.

cundo eadem enim potentia obiectiua est possibile in illo instanti secundo: qua fuerat possibile ante creationem sui. quare etc. Ita q interruptio essendi vel desitio nõ tollit identitatem: sicut patet. Ex hoc potest concludi multo fortiori ratione q non est impossibile: nec implicat contradictionem aliquid corruptum reparari idem numero: et resurgere. Si enim possibile est de anihilato: multofortius de corrupto siue toto: cuius aliqua pars relinquitur: siue de formali parte vel de parte que in potentiam materie vel subiecti reducitur: et desinit esse: vel saltem a materia separatur.

2. pbatõ pdictoꝝ.

¶ Secundo probo: q resurrectio sit possibilis virtute diuina. omne quod est in se possibile non implicans contradictionem: est possibile virtuti: que est omnipotens. hoc dicit virtus omnipotens. quia dicit virtutem: que potest in omne: quod non implicat contradictionem. sed resurrectio est in se possibilis: vt probatum est. et virtus diuina est omnipotens: sicut dictum est in primo. ergo etc.

¶ Secũdo sic omne possibile est alicui virtuti possibile. sed omne possibile cuicunq virtuti actiue est possibile virtuti diuine eminenter continẽti omnem aliam. ergo etc. Cum igitur resurrectio sit possibilis simpliciter in se: oportet q virtuti diuine sit possibilis. ¶ Tertio sic omne non implicans contradictionem est possibile virtuti infinite sz virtus diuina est infinita. ergo etc. Dico igitur: q per modum qui dictus est: et apparet ex premissis resurrectio simpliciter est possibilis: et virtute diuina potest aliquid idem numero resurgere. quicquid sit de virtute nature. Hec de secundo articulo pncipali.

Reparatio cuiuscunq entis an possibilis virtute diuina sicut resurrectio eius dẽ nũero 1. opinio.

¶ Quantum ad tertium articulum est opinio aliquorum: q deus licet possit aliqua numero eadem reperare: non tamen omnia. Non enim scdm eos potest eundem motum numero reparare: nec aliquid etiam per motum. Similiter etiam nec aliquam mutationem instantaneam puta generationem vel illuminationẽ et huiusmodi. ¶ De motu autem probant sic. continuitas motus est vnitas eius. ergo impossibile est: q motus interruptus sit idem et vnus. sed motus interrumpitur desinendo esse. ergo impossibile est: quod idẽ numero reparetur. ¶ Secũdo sic. qua ratione motus posset reparari vel pars eius: eadem ratione tempus vel pars eius. quia tempus vel est idem q motus: vel necessario ipsum concomitatur. Nõ est enim dare motum sine tẽpore: nec tempus sine motu sexto phisicorum. Sed tempus vel pars temporis reparari nõ potest. qz vel repararetur in tẽpore vel in instãti. Nõ in instãti. qz tempus non põt esse in instãti. nec in tẽpore. qz tunc duo tẽpora vel due partes tẽporis possent esse simul. hoc aũt est impossibile. qz et tẽpus et motus sunt essentialiter successiui. Nec potest vna pars esse cum alia. In hoc enim differunt a permanentibus. quare etc. ¶ Tertio sic motus est essentialiter successiu9. sed natura successiuorum est ista: q quicquid preteryt. et fuit sub tempore preterito: diuersum est ab eo qd est sub tẽpore presenti: et ab eo quod futurũ est. Alioqn eẽt idem posset manere sub tempore preterito presenti et futuro. et sic esset pmanẽs: q est ĩpossibile. igit impossibile est q idem mot9 numero reparetur.

6. phisic.

¶ Quarto sic. Impossibile est quacunq; virtute: ꝙ idem simul et eque per se moueatur motibus contrarijs. sed si motus vel pars motus posset reparari: sequitur quod idem posset simul moueri motibus cōtrarijs accendendo ad idem ⁊ recedendo ab eodem. verbi gratia moueatur aliquid ab. a. in. c. per medium. b. si potest reparari pars motus: que erat ab. a. in. b. durante alia que est. a. b. in. c. sequitur ꝙ mobile simul accedet ad. b. secundum illam partem motus reparatam: et recedet ab ipso. b. secundum aliam partem motus durantem. hoc autē est impossibile. ergo ⁊c. ¶ De mutatione instantanea probant hoc sic si talis mutatio repararet aut hoc esset in tempore aut in instanti. Non in tempore. quia non potest esse in tempore: nec mensurari: sicut nec motus in instanti. Nec in instanti primo. quia aut in eodem instanti: in quo fuit primo aut in alio. Non in eodem. quia illud non est reparabile sicut nec tempus: vt ꝓbatum est supra per eos. Nec in alio. quia in alio instanti esse non potest. quod em̄ potest coexistere duobus instantibus in tempore: pōt coexistere tpi medio. sic autem esse nō potest de mutatione instantanea. ergo ⁊c. ¶ Secundo sic. omne illud quod deus potest reparare idem numero: potest conseruare per tempus idem numero. vt videtur. sed deus non potest conseruare mutationem instantaneam igitur nec reparare. ¶ Tertio sic omnis mutatio instantanea est terminus intrinsecus motus nec potest esse sine motu preuio: sicut nec punctus sine linea: nec indiuisibile sine diuisibili: nec instans sine tempore. sed motus non potest idem numero reparari. igitur nec talis mutatio: vt videtur. ¶ Quarto sic. si generatio posset eadem numero reparari in aliquo instanti. videtur: ꝙ pari ratione in instanti corruptionis. sed hoc est impossibile quia idem simul generaretur et corrumperetur ⁊ ita simul esset: ⁊ non esset. ergo ⁊c.

De mutatiōe in stātanea (margin)

Opinio doctoris (margin)

¶ Sed his non obstantibus dico: ꝙ tam motus ꝙ̄ mutatio et breuiter omne positiuum potest a deo reparari idem numero qđ prius ¶ Et hoc potest concludi per aliquas rationes superius positas in secundo articulo questionis. Nō plus enim quodcunq; positiuum implicat contradictionem ꝙ̄ ante postꝙ̄ fuit et desijt esse: ⁊ ita vniformiter est possibile sicut prius: et ita potest iterato poni in esse sicut prius. ⁊ ista est ratio precisa sufficiens ad probādum quare. ⁊c. ¶ Secunda ratio: quia omne positiuum aut est respectiuum aut absolutum. si absolutum: potest reparari si respectiuum potest etiam reparari: sicut terminus ⁊ fundamentum. ¶ Tertia ratio potest poni. quia non plus repugnat successum in tempore: vel instantaneo reparari in instanti ꝙ̄ permanenti reparari in euo. sed istud non repugnat. ergo nec illa.

Ad motiua. 1. opi. de motu. (margin)

¶ Ad motiua aliorum.

Ad primum de motu dico: ꝙ motus vnus bene est ꝯtinuus infra se ipsum. Et similiter quelibet pars vna motus. sed non requiritur ad vnitatē eius ꝙ ꝯtinuetur ad aliū motum vel ad aliam partem motus. ⁊ ita siue vnitas motus sit sua continuitas siue non si repararetur idem motus repararetur continuus infra seipsum: sicut primo fuerat et idem ipse qui prius fuerat. nec interruptio illa essendi vel desitio tollit vel impedit identitatem vel vnitatem motus reparati ad seipsum: qui prius sicut nec in alijs vt probatum est in secundo articulo questionis. licet enim duo motus inter quos cadit quies media non sint vnus et idem motus: nec continuentur adinuicem: tamen vnus motus in se ipso continuus potest desinere esse: et idem numero reparari et continuus eadem cōtinuitate sicut prius: sicut etiam idem cōtinuum permanens vel eadem quantitas vt videtur. ¶ Ad secundum dico: ꝙ motus et tempus vel partes istorū pari ratione possunt reparari. Quādo dicis: ꝙ tempus nec pars eius reparari potest. quia aut in tempore aut in instanti: dico ꝙ ponendo tantum vnum tempus: sicut tempus non est in alio tempore: quo mensuretur: nec pars temporis vnius in parte alterius: qua mensuretur: sic etiam si repararetur tempus: nec totum tempus repararetur in alio tempore: nec pars temporis in parte alterius. et ita non essent plura tempora simul modo isto. Similiter etiam non repararentur ista in instanti temporis: sicut nec sunt nec esse possunt in instanti temporis. sed tempus ipsum esset reparatum non mensuratum alio tempore: sicut nec modo. sed quid de parte priori eiusdem temporis: si repararetur cum posteriori. dico ꝙ hoc est possibile. sed tunc dico: ꝙ illa reparata ⁊ alia non essent actu partes vnius temporis: nec continuarentur adinuicem in vno tempore toto. Impossibile enim est partes temporis vnius continuatas esse simul et motus: cum sint essentialiter successiua sicut concludit argumentum. sed partes temporis discontinuatas et non manentes actu partes possibile est esse simul. et tunc essent duo tempora non omnino disparata sed nata facere vnum tempus: si adinuicem continuarentur. Exemplum ponitur in quantitate permanente continua. manente enim vna linea totali ⁊ partibus eius adinuicem continuatis impossibile est naturaliter medietatem eius iuxta poni alteri. et tamen si diuidatur: possunt adinuicem iuxta poni. sic in proposito suo modo. Si vero ponantur plura tempora simul tunc non est impossibile totum tempus aliquod in alio tempore reparari: quo mensuretur: et partem eius in parte illius. ¶ Ad tertiū dico: ꝙ natura successiui quod est motus talis est ꝙ manente continuitate motus vel successione non interrupta quicquid fuit sub tempore preterito diuersum est ab eo: quod est sub tempore presenti vel futuro: sed si tempus idem reparetur vel pars eius: sicut est possibile et cum sua successione vel in sua successione quia aliter nō est possibile. Et non est inconueniens: ꝙ motus vel pars eadem que fuit sub illo tempore: reparetur: ⁊ fiat presens: sed tunc illa pars non erit actu pars motus: nec manebit vnitas motus: sed erunt duo motus: sicut dictum est supra de tempore. Et ista precipue habēt locum si motus et tempus vel sint idem vel separabilia in esse. Si vero sint separabilia in esse quod videtur difficile de motu ⁊ tempore sibi correspondente saltem. quia tempus nō potest esse sine motu: tunc aliter posset dici: ꝙ non oporteret esse diuersam partem motus vel diuersum motum sub diuersis temporibus preterito presenti et futuro. sed sub omnibus istis posse esse idem motus pluries reparat[us]. ¶ Ad quartū dico: ꝙ nō est

impossibile virtute diuina saltem idem simul moueri ad.b.et ad.c.recedendo a.b.sicut declaratũ est supra in vna questione de existentia vnius corporis in pluribus locis. Ita ꝙ virtute diuina non est impossibile simul moueri motibus illis: dato ꝙ sint contrarij. sicut nec est impossibile idem simul calefieri ⁊ frigefieri sicut dictum est alias in eadẽ questione. Vel diceretur: ꝙ licet stante parte motus ab ipso.b.in.c.non possit pars prior ab.a.in.b. reparari: tamen illa cessante potest reparari. Et similiter tot⁹ mot⁹ in sua successiõe. Similit' etiã dici potest aliquo modo ad secũdum ⁊ tertium argumentum: ꝙ si aliquid concluderent: non tamen concluderent partem priorem tẽporis impossibilẽ reparari simplictter et absolute: sed tantũ modo stante alia parte: sic etiam ꝙ continuarẽtur ille partes adinuicem: ⁊ essẽt partes actu eiusdem motus: sicut superius dicebatur.

Ad motiua eiusd 1. opi. de mutatione instantanea.

¶ Ad primum pro mutatione instantanea cuiusmodi est generatio vel corruptio substantialis: quicquid sit de illuminatione quia non puto esse omnino simile de ambabus. Nã licet illuminatio sit in instanti: ⁊ non duret nisi per instans: posset tamen stare per tempus si illuminãs et illuminabile starent in eodem situ ⁊ dispositione et ideo licet de facto soli instanti coexistat propter motum ⁊ variationem illuminantis vel illuminabilis: est tamen nature permanentis et euiterna. sicut dato ꝙ angelus non esset nisi per vnum instãs. de generatione autem est hoc impossibile: ꝙ tempori coexistat. Et quicq̃d sit de hoc dico: ꝙ est possibile eandem mutationem instantaneam reparari. Quando dicis: aut in tempore aut in instanti. dico ꝙ nõ in tempore: sed in instanti. quando dicis aut in eodem aut in alio. dico: ꝙ si mutatio instantanea et instans sunt idem vel inseparabilia: oportet ꝙ in eodem instanti sit reparabilis: in quo prefuit. et dico ꝙ illud est reparabile sicut et tempus potest igitur in eodem instãti reparari ẜm istã viã: que ponit proprium tempus cuiuslibet motus et proprium instans cuiuslibet mutationis. Similiter etiam potest reparari in alio instanti communi quecunq; via detur. quando dicis ꝙ non quia tũc posset coexistere tempori intermedio dico: ꝙ non oportet. quia non potest coexistere duobus instantibus diuersis: nisi interrumpatur ⁊ desinat inesse: et sit non ens in tempore medio: sicut permanentia possunt coexistere diuersis instantibus et tempori intermedio. quia sine interruptiõe ⁊ desitione essẽdi. Non est igitur inconueniens: ꝙ eadem mutatio prius existens coexistat vni instanti communi: ⁊ postea reparata coexistat alteri: et non tamen coexistat nec coexistere possit tempori intermedio ratione iam dicta.

¶ Ad secũdũ dico: ꝙ de⁹ lʒ possit causare vel reparare mutationem talem in instanti: non tamen potest eam conseruare per tempus sicut nec potest facere motum in instanti non propter impotentiam sui: sed propter repugnantiam effectus et implicationem contradictionis ex parte effectus. Iam enĩ esset instantenea et non instantanea: sed permanẽs vel successiua: quod est contradictio. ¶ Ad tertiũ dico: ꝙ mutatio instantanea non est terminus intrinsecus motus: sicut probaui supra de alteratione et generatione nec se habent ista sicut linea et punctus vel instans et tempus; vt dicit argumentum. Et dato ꝙ sic esset: adhuc sicut dictum est supra motus potest reparari idem numero. ideo non concludit. Non tamen sic est: sicut ymaginatur argumentum. sed motus et mutatio instantanea ad quam ordinatur vt alteratio et generatio sunt due mutationes disparate omnino alterius rationis: quarum vna intrinsece non pertinet ad aliam. sed vna potest poni absolute et reparari et indifferenter sine alia virtute diuina saltem. et ideo non est simile de linea et puncto vel instanti et tempore: si sint inseparabilia: sicut supponit argumentnm. tamen si punctus diceret aliquid positiuum absolutum distinctum essentialiter a linea sicut indiuisibile a diuisibili: et similiter instans se haberet ad tempus: dico ꝙ punctus posset poni ⁊ reparari virtute diuina sine linea et econuerso. Et similiter instans sine tempore et econuerso. ¶ Ad quartum diceretur ꝙ licet deus posset reparare eandem generationem in aliquo instanti: non tamen in instanti corruptionis sibi opposite. In hoc enim contradictio implicatur scilicet ꝙ idem simul generaretur et corrumperetur esset et non esset: sed in alio instanti post instans corruptionis: et sic nulla contradictio implicatur. Aliter diceretur licet minus euidenter ꝙ supposito generationẽ distingui essentialiter ab esse rei generate: sicut etiam corruptio non est essentialiter idem nec esse rei nec non esse. quia quando corruptio ponitur ipsum esse destruitur. Similiter etiam non esse dicit negationem vel priuationem. sed nullum positiuum cuius est corruptio est idem essẽtialiter negationi precipue manenti post ipsum supposito etiam ꝙ generatio sit prior naturaliter ipso esse generati. et similiter corruptio ipso non esse. quia sunt aliquo modo cause istorum vel quasi deus posset facere generationem alicuius in materia dato ꝙ generatum non esset: ⁊ pari ratione et multofortiori ipsam corruptionem simul cum generatione: ita ꝙ ambe essent in materia ipso generato non existente vel etiam existente. et non oporteret idem simul esse et non esse: nec sequeretur aliqua cõtradictio. Et ita in instanti corruptionis posset deus facere vel reparare generationem: vt videtur. ¶ Contra istam solutionẽ tamen videtur esse ꝙ saltem simul possint stare contradictoria. quia quecunq; mutationes instantanee possunt simul stare in eodem instanti: et termini earum. quia mutatio instantanea simul est: vel potest esse cum suo termino per se accipiente primo esse vel non esse. si ergo generatio et corruptio eiusdem possunt simul stare sequitur ꝙ esse et non esse eiusdem possunt simul stare. hoc autem est impossibile quare ⁊c. Teneo me in prima cõclusione. Hec de tertio articulo principali.

Ad rões principales.

¶ Ad primum principale dico: ꝙ resurrectio nõ implicat cõtradictionẽ. Quãdo dicis: ꝙ surrectio est idem cum surgente. dico ꝙ verum est: si surrectio sit creatio passiua vel recreatio. non autem si sit generatio. Quando dicis vltra: ꝙ surrectio secunda non est eadem cum prima. dico ꝙ surrectio que est eadem cũ surgẽte: est eadem primo et secundo. Nec est ibi ordo sicut inter essentialiter distincta: sed sicut inter distincta tantum scd̃m rationem et ex connotatis ita ꝙ est eadem surrectio prima et secunda: que creatio

iterata. nisi em̄ esset eadē nō diceretur ꝓprie iterata: sed vna alia noua. Similiter etiā de surrectiōe que est gn̄atio vel regeneratio. que nō est de nihilo. dico ꝙ pōt esse eadē. q: eadē gn̄atio reparari pōt. Qn̄ dicis ꝙ nō. q: creatio ꝛ recreatio actiua: ꝛ similiter generatio actiua ꝛ regeneratio nō sunt eedē actiones vel eadē actio. dico ꝙ creatio ꝛ recreatio vel resuscitatio de nihilo sunt eadē in actu ꝗtū ad totum illud positiuum: qḋ dicunt sc; velle diuinum efficax: quo vult idē esse pro diuersis instātib⁹ successiue: ꝛ produci de nihilo. Similiter etiā generatio ꝛ regeneratio actiua si sint a deo immediate. q: nō dicunt nisi velle diuinum vel etiā si dicāt in generāte creato respectum realē: dico ꝙ pōt esse idē creatus a deo in illo generāte nō cōcurrente agēte creato ad cōcreandū illum respectū vel ad reiterandum: nisi forte natura possit idē numero reparare. de quo tn̄ dicetur in secunda questione. Preterea diceret ꝙ licet generatio actiua ꝛ regeneratio vel resuscitatio per generationē essent diuerse: non tn̄ oporteret: ꝙ generatum ꝛ regeneratum vel reparatum essent diuersa. diceretur em̄ ibi: ꝙ idē termin⁹ nunc ꝛ alias potest terminare diuersas actiōes vel productiones totales: licet nō simul sed successiue. Nō curo de hoc multū. ¶ Ad scḋm dico: ꝙ interruptio essendi vno modo pōt intelligi inter aliqua realiter distincta. ꝛ tunc dicit diuersitatē vel separationē vni⁹ ab altero in essendo: sicut dr̄ esse interruptio inter duas partes linee: qn̄ discōtinuātur ꝛ isto modo interruptio necessario arguit diuersitatem interrupti in partibus suis vel partiū eius et alietatem: ꝛ tollit identitatē: sicut etiā alietas suo modo q: ip̄m necessario cōcomitatur alietas et sic nō accipitur interruptio in ꝓposito: de qua tamē currit argumētum. Alio modo accipit̄ interruptio alicuius ḃm esse pro desitione essendi increati: qua duo instātia vel tēpora in quibus ponitur idē esse primo ꝛ scḋo. Et isto mō nō tollit identitatē illius esse p̄mo ꝛ scḋo: sed bene tollit identitatē illi⁹ instātis medij vel tēporis: in quo ponitur nō esse ab illo primo instāti ꝛ tertio: in quib⁹ ponit̄ esse. Nec esse primo vel scḋo distinguntur etiam ḃm se quasi duo esse: sed tantū ḃm rationē ꝛ habitudinē ad duo instātia vel tēpora: in quibus est idē esse vel si idē instans simul repararetur: sic ꝛ idem esse tunc nō per cōparationē ad diuersa sed magis ad intra nisi forte ad alia possibilia. ¶ Ad tertiū de motu ꝛ mutatione pz: ꝙ possunt reparari: ꝛ quid dicendū sit ad argumētum. ¶ Ad quartū dico: ꝙ de⁹ nō pōt facere preteritū nō fuisse: sicut nec presens nō esse cōiunctim accipiēdo: ita ꝙ simul sit presens ꝛ nō sit: simul fuerit ꝛ nō fuerit. Similiter etiā nec futurū nō fore. hoc em̄ esset facere cōtradictoria. Et hoc bene priuatur de⁹ nō ꝓpter impotētiā sui sed propter repugnātiā effect⁹ intelligēdo tn̄ hoc: sicut dictū est in p̄mo. sed pōt facere ꝙ aliquid qḋ fuit/sit iterū: nō ꝙ nō fuerit: sed qḋ modo sit in tēpore presenti siue idē tempus reparetur: ꝛ fiat presens: siue nō modo supradicto. nec ad esse modo in presenti sequit̄ nō fuisse: sicut patet manifeste. q: heri fuisti. et tn̄ tu idē es hodie ꝛ modo in presenti. vnde non seqtur: tu es modo presens. ergo heri ꝛ prius nō fuisti et tu idē qui es hodie eris cras cessante isto p̄senti tempore. ꝛ isto modo non est inconueniens immo necessariū presens fuisse vel fore sub sensu diuisionis ꝛ idem aliqn̄ fuisse in preterito ꝛ esse in p̄senti et fore in futuro siue interrūpatur esse siue non.

Nota.

¶ Distinctionis quadragesimetertie. Questio Secunda.

SEcūdo q̄ro vtrū possibile sit per ꝟtutē nature seu agētis naturalis aliqḋ idem numero reparari. ¶ Videt̄ p̄mo ꝙ nō ꝑ philosophū quinto phisicorum vbi dicit: ꝙ sanitas corrupta non redit eadē numero. sed si posset redire eadem: videtur ꝙ rediret. ergo ꝛc. ¶ Secūdo sic. phūs scḋo de generatiōe in fine dicit: ꝙ quoꝝ substātia deperit: nō possunt redire eadē numero. sed hoc non est verum nisi loquēdo de virtute nature. ergo ꝛc. ¶ Tertio sic illḋ qḋ maxime est in potestate nature est motus. q: natura est p̄ncipiū mot⁹. ij. phisicoꝝ. sed motus nō potest redire idem numero per naturā. q: cū natura nō agat nisi ꝑ motū vel mutationē: si ip̄a repararet motū: repararet ip̄m ꝑ aliū motū ꝛ ita motus esset mot⁹ vt termini: cui⁹ oppositum ꝓbat̄. v. phisicoꝝ. ergo nō pōt repare eūdē motū vl̄ mutationē. et cū nō agat nisi ꝑ motū ꝛ mutationē: sequit̄: ꝙ nihil aliud etiā possit repare idē numero quod pri⁹. ij. ḋ gn̄a. ij. phisic.

¶ Contra. natura nō est min⁹ potēs post corruptionē alicui⁹ ꝗ̄ ante. q: per corruptionē effect⁹ nihil tollit̄ de ꝟtute agentis. sed ante poterat effectū de materia ꝓducere. igit̄ ꝛ post corruptionem in eundē pōt. et per ꝯn̄s potest eundem effectum numero reparare.

¶ In ista questiōe sic ꝓcedā. ¶ Primo ponā tres modos dicēdi de ista questione cum motiuis eorum. ¶ Secundo arguam contra eos: et soluam ad motiua eoꝝ. ¶ Tertio respōdebo alit̄ ad q̄stionē. ¶ Vltio ad rōes p̄ncipales.

¶ Quantum ad primum articulū dico ꝙ partes essentiales hominis sunt corpus ⁊ anima rationalis seu intellectiua: que est eadem substantialiter intellectiua sensitiua ⁊ vegetatiua sicut dixi in. 2. partes vero essentiales corporis sm̄ me sunt materia ipsa ⁊ forma substantialis mixti: ex quibus cōstituitur corpus ipsum: qđ est ꝑfectibile ab anima ⁊ proprium eiꝰ susceptiuum: ex quo cum anima ipsa constituitur humanitas ipsa: seu entitas vel veritas humane nature vel ipse totus homo. ¶ Quantum igitur ad materiam dico primo pretermissis dictis aliquorum aliorū ꝙ non quilibet homo resurget idem totaliter quātum ad materiam quā prius habuit: vel que prius aliquando pertinuit ad naturam humanā: seu ad veritatez nature humane in ipso. ¶ Hoc probo aliquibus vijs. primo quia pueri vel paruuli mortui resurgēt in quantitate viri perfecti ⁊ cū tanta materia quāta sufficeret ad virum ꝑfectum: et precipue in illa quantitate quam habuissent in etate iuuenili circa xxx. annum sm̄ Augusti. xxij. de ciuitate. c. xv. sed hoc non esset nisi plus daretur eis de materia q̄ ante: ⁊ ad materiam eorum quā prius habuerunt: adderetur alia materia. quia corpus eorum non erit sic rarū: vt tam parū de materia posset sufficere ad tantam quātitatem quantam habebunt in resurrectione: ⁊ ꝙ posset esse materia viri perfecti. igitur materia eorū non erit totaliter ⁊ penitus eadez q̄ prius. Sicut em̄ entitati materie addit: ita ⁊ identitas aliqualit variat. ¶ Scđo sic planuz est sicut probaui in scđo ꝙ materia alimēti postq̄ ꝯuersuz est in carnē vel in substātiā hōis aliti: ꝑtinet ad veritatē hūane nature: vel aliqñ ꝑtinuit sed planū est ꝙ tota materia talis i resurgēte nō reuertet. Cum em̄ hō viuēs multa alimēta in suā substantiā ꝯuertat: q̄ fluūt et refluunt si tota materia reuerteret in resurgēte: resurgēs eēt nimie q̄titatis: ⁊ multo maioris et excedētis q̄ exigat corpus hūanū ⁊ ipro-

portionate simpliciter ad animam humanam vt videtur: quare ꝛ cetera. ¶ Tertio etiam hoc videtur quia ad hoc ꝙ reuertatur idem homo numero ꝙ̄tum ad identitatem materie sufficit ꝙ redeat tantum de materia: que aliquando ad ipsum pertinuit ꝙ̄tum habet: vel debet habere ad perfectionē corporis humani sed ad hoc non requiritur ꝙ precise et tota materia reuertatur: que aliquando viuente eo ad ipsum pertinuit sicut nec ad hoc maneat idē homo numero viuens ꝛ perfectus: non requiritur ꝙ maneat eadem ꝛ tota materia que prefuit. ergo et cetera. Dico igitur sicut potest haberi ex predictis non est dicendum hominem resurrecturum fore eundem totaliter ſm materiam. ¶ Nec valet contra hoc dictum aliquorum ponentium ꝙ materia illa sola que tracta est a parentibus pertinet ad veritatem humane nature: et quia illa omnino reuertetur eadem. ideo et cetera. Similiter nō valet dictum aliorum dicentium ꝙ materia secundū se est indistincta: nec vna est numero vel plures. sed hoc habet penitus ex forma. et quia reuertetur materia sub eadem forma penitus puta sub anima rationali: ideo reuertetur penitus eadem materia. Nam primum dictum supponit vnum falsum: sicut probatum est in secundo distinctione trigesima vbi ostensum est ꝙ virtute nutritiue alimentum cōuertitur in veritatem humane nature. ita ꝙ non solum materia tracta nec caro tracta ex parentibus: que dicitur radicalis ad veritatem humane nature pertinet: verum etiam caro nutrimentalis. Similiter secundū dictum et ratio eius nichil valet. quia materia non indiuiduatur per formam nec ex forma: sed oportet sibi assignare necessario propriam differentiam indiuidualem: sicut et forme et cuilibet essentie distincte ab alio: sicut ostendi in secundo.

de forma corporeitatis.

¶ Quantum ad formam corporeitatis vel mixtionis dico idem per omnia: sicut de materia. Nam illa forma materie coextenditur: et de ipsa educitur et vniformiter fluit vel refluit: sicut materia vel partes materie: et etiam vniformiter pertinet ad veritatem nature humane. Unde dico ꝙ homo non resurget idem totaliter: qui prefuit quantum ad formam talem et omnem partem eius: que aliquando pertinuit in ipso ad veritatem humane nature. Tunc enim corpus esset nimie densitatis vel nimie quantitatis. Cum enim talis forma de materia educatur: sicut tota de tota materia educitur: ita pars de parte et sibi coextenditur per accidens et idem est omnino iudicium de vtraqꝫ.

Nō hec omnia.

¶ Quantum ad aliam formam hominis: puta animam intellectiuam manifestum est ꝙ ipsa sit simplex et indiuisibilis et per se et per accidens: et incorruptibilis simpliciter et immortalis ꝙ homo resurget penitus idem: qui prius quantum ad animam rationalem: et in hoc nulla dubitatio vel difficultas inuenitur. ¶ Quantum vero ad naturam corporis ex materia et forma mixtiōis vel corporeitatis substantialis constitutam an homo resurget penitus idem qui prius quantum ad naturam talem corporis partis idem est omnino iudicium: sicut de partibus essentialibus corporis constituentibus naturam predictam: vt patet intuenti. Et similiter de vnione partium essentialium materie et talis forme: que vnio dicit vnum respectum extrinsecum: sicut probaui alias. quia eodem modo reuertetur eadem vel non eadem sicut partes. ¶ Quantum vero ad totam humanitatem vel substantiam compositam ex corpore ꝛ anima dicendū est ꝙ licet reuertatur penitus eadem que prius aliquando fuit: ꝙ̄tum est ex parte anime: non tamen in seipsa ꝛ in ratione totius. variabitur enim aliquo modo ſm variationem corporis. Et idem est omnino iudicium de ista variatione sicut de variatiōe corporis: sicut iam patet ex predictis.

Sūmatō huius articuli.

¶ Quantum igitur ad presentem articulum patet ꝙ homo non resurget idē penitus: qui aliquando fuit quantum ad totam materiam vel formas corporis vel naturam corporis seu etiam substantiam humanitatis: quā aliquādo habuit: sed non obstante ꝙ ista possint variari aliquo modo: resurget tamen idem numero: qui prius aliquando fuit.

De vnione corpis ad aīam.

¶ Sed quid de vnione anime ad corpus. Dicendum ꝙ fundamētum illius vnionis puta anima reuertetur penitus idem sed terminus huius vnionis variabitur: puta corpus modo predicto. ꝛ quia non solum respectus variatur ex fundamento: sed ex termino: potest dici de variatione vel idētitate talis respectus: sicut de idētitate vel variatione corporis terminantis. Et dato ꝙ talis vnio in nullo eadeꝫ esset cum priori: sed simpliciter noua ꝛ alia sicut posset deus facere reunīēdo animam corpori: adhuc tamen non tolleretur propter hoc idētitas hominis vel vnitas. quia ista vnio accidēs est ꝛ non pertinet intrinsece ad substantiam eius. Hec de primo articulo questionis.

Quid de partibus integralibus ꝛ operatiuis ꝛ humoribus in resurrectione.

¶ Quantum ad secūdum articulum de partibus integralibus ꝛ potētijs operatiuis ꝛ humoribus dico primo ꝙ partes integrales hominis possunt intelligi vel etherogenee ꝛ organice sicut caro ꝛ os: manus ꝛ pes: ꝛ caput vł cor ꝛ huiusmodi. vel non organice ꝛ homogenee: sicut partes carnis vel ossis. Et iam satis potest patere ex articulo precedēti ꝙ sicut non oportet totū corpus constitutū ex istis redire idem numero ꝙ̄tum ad omnia que aliquādo pertinuerunt ad ipsum. et fuerunt aliquando in vita de natura eius: ita etiaꝫ nec oportet de istis partibus nec fiet. sꝫ iste partes variabuntur ꝛ manebunt eedem suo modo: sicut ꝛ totum ipsum. ¶ Dico igitur de talibus partibus: ꝙ tales partes eedem reuertentur quantum ad illud quod sufficiet ad perfectionē corporis humani quantum ad necessitatē animationis. ꝛ hoc erit cōmune in omnibus. Sed in beatis dico ꝙ si partes fuerint prius deficientes vel superabundātes a bene esse corporis humani ꝙ aptabūtur vel supplebuntur: vt sint conuenientes ꝛ decentes partes corporis: ꝛ corpus sit decenter ꝛ venuste constitutū ex ipsis. non sic autem in reprobis: qui ſm multos resurgent in suis deformitatibus naturalibus et corporalibus quas prius habuerunt. ¶ Secundo dico ꝙ partes iste corporis humani resurgēt vt sit debite quantitatis vel magnitudinis: quante futurus esset in fine. xxx. annorum vite hominis ſm August. de ciuitate. c. xv. quia tante quātitatis ponitur quodlibet corpus reformandum qđ intelligo si nō fuisset orbatio in subiecto impediēs ipsum ptingere ad debitam quantitatē infra. xxx. annos vł terminū ipsorū.

De ptibꝰ homogeneis ꝛc.

¶ Sed que sunt ille partes homogenee de numero illarū: q̄ aliquādo ptinuerunt ad veritatē humane nature vel corporis que resurgēt

vel quãtum ad ipsas resurget corpus: ꝛ partes organice vel etherogenee eedem que prius. Dicitur ad hoc dupliciter. vno modo ꝙ partes puriores. ꝛ quia partes priores regulariter sunt puriores: nisi occurrat impedimentum. quia quãto partibus radicalibus plus ꝛ plus apponitur: ꝛ plus ꝛ plus cõuertunt: tanto impuriores partes habentur. sicut ponitur exemplum de vino ꝛ aqua primo de generatione. ideo ille partes resurgent: ꝛ quantum sufficiet ad perfectionẽ corporis humani. Aliter dicitur ꝙ quia natura principaliter intendit perfectam quantitatem nutriti: ꝛ non intendit restaurationem deperditi nisi per accidens. quia si non deperderetur aliquid: non intenderet restaurationẽ: et tamen intenderet perducere ad perfectam quantitatem: dicunt ꝙ cum partibus radicalibus reuertẽtur partes: quas natura ex intentione perfectionis augmenti fecit magis ꝙ̃ ille quas fecit ad restaurationem deperditi: que non fuerunt nisi occasionate partes. ꝛ ĩter primas puriores: ꝛ ille quas natura magis fecit ex intentione: resurgẽt vel etiã reuertentur quãtum sufficiet ad perfectionem corporis humani: vt videtur. ¶ Ex predictis patet ꝙ homo non habebit precise eandem carnem quã habuit in aliquo instanti vel tempore vite sue: sꝫ nec habebit totam illam quam habuit ĩn aliquo tẽpore preter illam quam contraxit a parentibus. quia si hanc totam habebit: ꝛ cum ipsa aliquas partes successiue habuit: nunc istam: nunc illam. ꝛ sic magis erit idem corpus resuscitatum corpori habito in hac vita ꝙ̃ si esset penitus idẽ quod iste habuit in aliquo instanti determinato vel parte vite sue quia si esset idem illi pro tali instanti: esset magis aliud a seipso pro alio instanti. ¶ De capillis ꝛ vnguibus et pillis: qui sunt ad ornatum et decentiam corporis: dico ꝙ siue sint animati ꝛ pertineant intrinsece ad naturam siue non: ꝙ reuertentur in locis conuenientibus. quantum pertinebit ad ornatum corporis: precipue saltem in electis: quare ꝛc.

Nõ contrariũ et sequẽtia.

¶ De potentijs operatiuis planum est de potentijs partis intellectiue que vel sunt consubstantiales anime intellectiue: vel sunt accidentia inseparabilia et naturaliter ipsam concomitantia: ꝙ eedem numero reuertentur in nullo variate: sicut nec anima ipsa rationalis. ¶ De sensitiuis vero ꝛ organicis idem penitus est dicendum: si sint eedem cum substantialiter ipsi anime sicut puto quantũ ad potentias remotas saltem. Si vero vel omnes vel alique quantum ad potentias propinquas sint accidentia et accidentia coniuncti vel totum ipsum cõiunctum ex potẽtia et organo: quod potest dici potẽtia proxima dico ꝙ corrumpuntur ad corruptionem coniuncti ꝛ possunt reuerti eedem sicut dictũ est de corpore vel coniuncto non obstante ꝙ interrumpantur in esse ꝛ variari ſm variationem coniũcti vel compositi cuius sunt accidentia vnde et reuertentur eedem: ꝛ ſm aliquos meliorabuntur.

¶ De humoribus vero dico ꝙ quatuor humores suo modo reuertentur numero ijdem qui prius ꝙ̃tum sufficiet ad bonam consistẽtiam corporis. Et potest dici vniformiter de partibus humorum et identitate vel variatione ipsorum: sicut dictum est supra de partibus carnis vel ossis: licet humores non sint animati: nec pertineant intrinsece ad veritatem nature humane. Hec de secũdo articulo principali.

¶ Quantum ad tertium articulum de accidente proprio dico ꝙ reuertet idem sicut ꝛ subiectum quodcunqꝫ sit illud. Idem est iudicium penitus de ipso: sicut et de natura subiecti. Accidentium vero communium quoddam est separabile naturaliter a subiecto: et subiectum naturaliter potest esse sine illo. Aliud vero inseparabile vt nigredo a coruo. Separabilium vero accidentium quedam sunt naturaliter separabilia ſm se tota. vt albedo vel nigredo in aliquo. Alia vero ſm partem tantum ꝛ ſm diminutionem vt ꝙ̃titas a materia ſm commentatorem. Separabilium vero accidẽtium ſm totum in homine aliqua vergũt ad decentiam et perfectionem hominis accidentalem. Alia vero ad indecentiam vel turpitudinem: sicut nigredo vel figura turpis ꝛ huiusmodi. Tũc dico ꝙ accidens separabile naturaliter ſm partẽ: vt quantitas non reuertetur idem totaliter in homine sicut nec materia: sed augebitur in nimis paruis ꝛ minuetur in nimis magnis saltem in electis ¶ Secundo dico ꝙ nullum accidens vergens ad indecentiam vel turpitudinem resurget. vel reuertetur in beatis: sed accidentia decentia dabuntur eis. Econtrario in dãnatis. ¶ Ultimo dico ꝙ accidens vergens in perfectionem et pulchritudinem in beatis perficietur si prius fuerit imperfectum: non tamen omnino erunt equales in pulchritudine vel figura decẽtia corporali sicut nec in gloria anime pulchritudo enim vel figura nec statura vel decentia corporis humani non est punctalis. Tunc enim oporteret omnes beatos esse pulchros corporaliter sicut christum. quod nõ est verũ. Hec de tertio articulo.

Quid de accidenti b[9] prijs ꝛ cõibus in resur.

¶ Ad primum principale argumentum dico ꝙ homo vel mulier resurget idem numero ꝙ̃tum ad illud quod fuit de veritate nature humane in ipso: sicut superius est predictum. Ad illud de costa dicitur. vno modo ꝙ costa illa Ade de qua fuit formata Eua: non fuit in Adam de veritate vel necessitate nature humane sed fuit formata in ipso propter necessitatem speciei: vt ex ipsa formaretur Eua: et non erat de necessitate vel veritate indiuidui. Sicut nec semen quod dicitur superfluum alimenti. et ita costa illa vel materia coste non resurget: vel reuertetur in Adam: sed in Eua ad veritatem nature: cui pertinuit. Aliter dicitur ꝙ si dicatur illa costa fuisse ipsi Adam necessaria ꝛ de veritate hũane nature in ipso: sicut pars intrinseca eius: ꝙ adhuc non oportet ipsam resurgere in Adam: sed resurget in Eua. Nam subditur ibi in genesi ꝙ deus postꝙ̃ tulit costam Ade: vt edificaret eam in mulierem: repleuit carnẽ pro ea. Et tunc diceretur ꝙ formauit ibi vnam aliam costã loco prioris: que resurget in Adam. Non autem illa prima: sed in Eua resurget. Contra tamen sic dicentes isto secundo modo posset argui: quia sicut si aliquid aliud pertineat ad veritatem nature humane equaliter in duobus ꝛ hoc successiue resurget in primo et non in secundo: ita videretur de illa costa ꝙ debeat resurgere in Adam et nõ in Eua. Aliter igiẽ diceret ꝙ vel resurget in Adam nõ in Eua vel ꝙ equaliẽ nõ ꝑtinut ad ꝟita

ad argũ. principa.

tem humane nature in vtroqꝫ:sed in Eua principaliter ⁊ quasi pricipium radicale.⁊ sic in Eua nō in Adam resurget. Vel sicut dicit primus modus q̄ videtur probabilior vel non pertinuit ad veritatē nature humane in Adam:sicut nec semen vel materia seminis in generante:sed in Eua tantum. ⁊ sic in ipsa resurget. Ad illud de nutrimento ꝙ eadem materia potest eē successiue de veritate nature humane in pluribus:quia caro vnius potest esse nutrimentum alterius. Dico ꝙ patet in isto argumēto: ꝙ idem non pertinet equaliter ad veritatem nature humane vtriusqꝫ:sed principaliter vnius vel primo ⁊ alterius secundario. Et dico ꝙ ceteris paribus resurget in illo cuius fuit primo:⁊ in quo ꝑus fuit animata:⁊ ſm intentionem Augusti. In alio vero vel sufficient alie partes nutrimentales cūm suo radicali:vel si non sufficiant supplebitur illūd quod deficit:vnde voluerit deus. ¶ Ad illud de semine dico ꝙ si possibile esset idem esse semen duorum hominum:⁊ ita de veritate vtriusqꝫ radicaliter q̄ꝫtum ad materiam suam ⁊ omnino equaliter: nisi quia prius vnius ⁊ postea alterius: qd̄ tamen nunqꝫ credo fuisse nec fore de facto ſm aliquos resurgeret materia illa in primo:⁊ nichil de ipsa ī secundo eadem ratione qua dictū est prius:quia anima primi primo vel prius inclinatur ad talem materiam. Sed hoc videtur alijs difficile: quia tunc alius resurgeret idem numero:⁊ nichil haberet de sua materia radicali:quod non videtur probabile: quicquid sit de materia nutrimentali. Et tunc dicuut ꝙ vel materia illa diuideretur et ſm partes equales resurgeret in vtroqꝫ:vel ſm maiorem partem in primo ⁊ ſm minorem in secundo. ⁊ residuuꝫ in vtroqꝫ de partibus nutrimentalibus vel aliunde ſm diuinam voluntatem suppleretur. ¶ Ad secundam rationem dico ꝙ pars quedam est in toto cuius idētitas necessario requiritur ad idētitatem totius.⁊ de illa vniformiter dicendum est sicut de toto:cuius restauratio principaliter intēditur. De toto autem dictum est supra. Alique vero sunt partes quarum idētitas non necessario requiritur ad idētitatem totius talem qualis erit in resurrectione. Et de illis non oportebit ꝙ habeant eam materiam quā prius ſm dictum ⁊ exemplum Augusti. ¶ Ad tertiū dico ꝙ argumentū nō concludit contra illos qui ponunt ꝙ aliquid corruptum vel inesse interruptum reparari non potest. Habent enim dicere ꝙ potentie quas ponunt accidentia coniuncti vel corrumpi per corruptionem organi vel coniuncti nō possunt eedem numero redire. Sed istud nichil valet.sicut dictum est supra. sed dato ꝙ potentie sint accidentia coniuncti ⁊ interrumpantur inesse:poterunt tamen eedem numero reparari: sicut dictum est supra Nec obstat si dicas ꝙ potentia generatiua frustra repararetur:quia nunqꝫ haberet actum suum:⁊ perpetuo careret propria operatione ⁊ sic esset frustra.dico ꝙ nō frustra: sed ad perfectionem nature vel totius seu suppositi: cuiꝰ est si dicas de accidentibus vt puta colore et figura ꝙ non omnia reparabuntur. dico ꝙ omnia possent reparari. de facto autem quomodo reparabūtur dictum est supra.

¶ Distinctionis.xliiij.
Questio Secunda.

Secundo q̄ro vtrū ignis corporalis inferni affliget spiritus ⁊ corpora damnatorum ¶ Videtur ꝙ nō. quia ſm Augustinum.xij.cōfessionum:⁊ super Genesim ad literam Agēs est prestantius patiente ⁊ hoc dicit Aristoteles tertio de anima. sed corpus vl' ignis corporeus nō est prestantior spiritu:vt patet. ergo nō potest agere in spiritū cruciando ipsum ¶ Secundo sic. primo de generatione dicitur ꝙ oportet agens et patiens se tangere:⁊ in materia communicare. sꝫ ista sunt impossibilia inter spiritum ⁊ corpus. patet:qꝛ spiritus non est corpus nec aliquid quantum habens vltimum. Tangentia autem sunt:quorum vltima sunt simul. similiter etiam spiritus materiam non habet. g ⁊c̄. Et confirmatur:quia agens intēdit assimilare sibi passum. corpus autē in nullo potest assimilare sibi spiritum nec ſm aliquid corporale:nec ſm aliquid spirituale nisi intellectualiter: et illud non affligit g ⁊c̄. ¶ Tertio sic de corporibus:quia om̄is passio magis facta abijcit a substātia sexto thopicorū. si igitur ignis inferni affliget corpora damnatorum:⁊ illa patientur ab igne:illa passio magis ac magis facta ⁊ continuata abijciet a substantia. et sic tandem corpora dānatorum dissoluent̄:et etiā corrūpent̄. hoc autē est falsuꝫ. g ⁊c̄.

Aristo.

6.thopi.

¶ Contra dicitur de omnibus reprobis. Mathei decio q̄nto. Ite maledicti in ignem eternum:qui paratus est dyabolo ⁊ angelis eius. Ex quo patet ꝙ ignis inferni modo affligit de facto omnes spiritus malos vel dānatos siue hominum:siue angelorum:⁊ finaliter affliget corpora hominum damnatorum. Mat.15.

¶ In ista questione sic ꝓcedā

¶ Primo inquirā an ignis corporalis inferni affligat spiritus separatos demonū:⁊ per quem modū. ¶ Scd̄o an spiritus separatos hominū dānatorū. ¶ Tertio an finaliter corpora dānatorū ⁊ ꝑ quē modū. ¶ Vltimo ad rationes principales.

¶ Quantum ad primum articulum

¶ Quantum ad primum articulum dicunt omnes doctores catholici ꝙ ignis inferni qui est corporeus ⁊ materialis:affliget spiritus malignos demonū. Hoc probatur per illam auctoritateꝫ adductam de Matheo. Et probatur etiā per Gregoriū.iiij. dyalogorū sic dicētem. Si dyabolꝰ eiusqꝫ angeli cū sint incorporei:corporeo igne sunt cruciādi ⁊c̄. Et pari rōne dicēdum ꝙ iā defacto cruciāt̄:⁊ ꝙ ignis affligit tales malignos spiritus iā dānatos. Et est conclusio certa nobis.

Ignis inferni an affligat spūs demonum.

Grego.

¶ Sed de modo ꝑ quē sunt multe opiniōes ⁊ modi dicēdi:⁊ quasi tot sententie: quot sunt capita. ¶ Prima opinio est cuiusdā doctoris in quarto suo ꝙ ignis affligit vel affligere pōt demonē:qꝛ spūs vel demō apprehēdit ipm̄ ⁊ sibi discōuenientē ⁊ nociuū ⁊ talē apprehēsionē in intellectu sequit̄ tristicia ī volūtate āgeli ⁊ afflictio spūs sepati. ¶ Ad hoc adducit̄ auctoritas Gregorij quarto dyalogorū vbi dicit ꝙ eo spūs patitur quo videt:⁊ quia cremari se respicit:vel cōspicit:ideo cruciat̄. ¶ Ad hoc etiā exēpluꝫ adducit̄:

quō ignis īferni affligit demones. 1.opinio.

Grego.

Auicēna et est Auicenne.ix.metha.vbi dicit ꝙ ex sola imaginatione in somno aliquis frequenter vehemēti⁹ cruciatꝰ ꝗ̄ si illo sibi realiter apposito ipm̄ videret exterius. Ita dicūt in proposito ipsum videret exterius. Ita dicūt in proposito. quia em̄ angeli mali apprehēdunt ignē disconuenientē ꝛ nociuum sibi: ideo consequēter cruciātur per ignē: ꝛ ignis est eis tristabilis. pro tanto est discōueniens: quia est instrumētum diuine iusticie detinēs ipsum angelum: ne possit ſm libertatē suam se mouere: qđ non posset ignis in virtute propria: licet in virtute propria posset angelum locare: sicut ꝛ quodcūqꝫ aliud corpus: in quo posset esse angelus vt in loco: lꝫ nullus locus nec aliquod corpus in virtute ꝓpria possit eum violenter detinere.

2.opinio **Secunda opinio** est: ꝛ videtur esse aliquorum tenentiū ꝛ exponētium primam ꝙ ignis inꝗ̄tum est instrumētum diuine iusticie affligit angelum. Sicut suo modo sacramētum inꝗ̄tum est instrumentum diuine misericordie iustificat ꝛ gratificat animam suscipientis sacramētum. per istum modū scilicet ꝙ ignis recepit a deo aliquam virtutē supernaturalem ꝛ formā absolutā: que potest agere puniendo vel affligēdo spiritum vt instrumentū: qđ non posset in virtute propria. Secūdo dicūt ꝙ per illam vim collatā ipsi igni a deo: ignis ipse attingit ad aliquam dispositionē preuiam ipsi afflictioni. que quidē dispositio est locatio passiua angeli ab igne locante ipsum actiue ꝛ detinēte ipm̄. Tertio dicunt ꝙ tali dispositione creata in spiritu deus immediate causat afflictionem illam vel tristiciam: nec ad ipsam attingit ignis directe: sed tantum ad dispositionē precedentē. Et ita ignis ꝑ modum instrumēti dicitur attingere vel affligere: quia attingit ad preuiam dispositionē. Et alij etiā dicunt ꝙ angelo influitur vna vis passiua per quā potest pati ab igne. ꝛ ꝙ ignis etiam directe attingit ad effectum afflictionis. ad huius opinionis ꝓbabilitatem possunt adduci aliqua: q̄ adducebantꝰ in principio huius quarti ad cōsimilē opinionē de efficacia sacramentorum per modum instrumenti.

3.opinio. **Tertia opinio** videtur predictis ꝓbabilior istis que dicit aliqua per ordinē. primo ꝙ ſm Augusti.xiiij.
August. de ciuitate dei dolor carnis vel afflictio est tantūmodo offensio anime ex carne causata ex disconueniēti carnis ipsius sibi approximato cū perceptione eiusdem. Unde ꝛ dolor proprie dicitur tantummodo afflictio sensibilis vel etiam corporalis. Et cum angelici spiritus non sint corporales: nec habeant seu habere possint sensus carnis: non potest in eis creari dolor seu afflictio sensibilis a quocunqꝫ. Unde nec est querēda causa vel modus alicuius talis afflictionis in ipsis: sicut nec in lapide vel ī ligno: que sentire possunt. Secundo dicit ꝙ ſm Augustinum tristicia magis proprie est afflictio spiritualis prouenieus ex his rebus: que nobis nolentibus accidunt. vnde ad apprehensionem alicuius noliti: quod tamen ponitur ꝛ fit: vel etiam alicuius voliti poni vel esse qđ tamen non fit nec ponitur sequitur tristicia. Et habet proprie locum in spiritibus vel inde habentibus voluntatem: ꝛ afflictio spirituum vel demonum proprie dicitur tristicia ꝛ in ipsis spiritibus damnatis querēda est causa vel modus talis tristicie ꝛ afflictionis. Tertio dicunt de ista tristicia in voluntate angeli: ꝙ ipsa causatur ab igne ſm duas vias. Prima est ista. Nō hec de tristicia demonum.. Ignis enim cum sit locus corporalis: locat ipsum angelum formaliter. quia est termin⁹ habitudinis ipsius angeli ad locum habitudinis dicō: que vocatur vbi diffinitiuum locat: igitur formaliter nō effectiue: sed illud quod pōnit rem in loco effectiue: locat ipsam effectiue: nō autem ipse locus. Ista autem locatio formalis qua dicitur locus formaliter locare ꝛ angelum continere effectiue: est a deo ſm suam iusticiam detinente effectiue ibidem angelū ipsum cōtra suam libertatem: ne possit inde se mouere. ꝛ sic illa detentio vel locatio formalis ipsius ignis q̄ a deo est effectiue: est sibi displicens: ꝛ odit ipsam: ꝛ per consequens ipsum ignem vt sic formaliter ipsum locantem vel detinentem perpetuo ex ordinatione diuine iusticie punientis. ꝛ sic ignis vt sic nolitus ꝛ apprehēsus aliquo modo causat tristiciam: sicut obiectum tristabile uel displicens concurrentē tamē affectione commodi in angelo ꝛ superbia sua qua vult vti propria libertate: vt posset se mouere: ꝛ qua nunqꝫ vellet deo in hoc obedire: vt ibidem detineret. vnde ꝛ si bonus angelus ibidem perpetuo detineretur vel a deo determinaretur: vt esset ibi perpetuo super hoc non tristaretur. Concurrunt ergo multa ad causandum istam tristiciam. Primum est detentio passiua ipsius angeli a deo ꝛ a loco: diuersimode tamen. Secundū est nolitio vel odiuꝫ talis detētionis. Tertium est apprehensio talis detentionis pōsite in re vel ponende: que tamen nolita est ꝛ vltimo sequitur tristicia in voluntate causata. Et sic angelus ab igne punitur vt ab obiecto nolito inꝗ̄tum detinens angelū ex ordinatione diuine voluntatis: ꝛ per cōsequens per modum instrumenti aliquo modo. Alio modo potest dici ignis affligere angelum in ratione obiecti immutantis ꝛ contristantis. Nam intellectus angeli determinatur a volūtate diuina ad cōsiderandum intense ipsum ignem in ratione obiecti. Secundo apprehendit istam determinationeꝫ ad talem cōsiderationem. Tertio ex affectiōe proprij commodi ꝛ superbia sua odit talē determinationem ꝛ habet nolle intensum respectu eius. Nollet enim sic determinari circa tale obiectum intense considerandum etiam a deo sed libere vellet vti suo intellectu ad considerandum queqꝫ vellet. quarto illam determinationem cognoscit ꝛ apprehendit sibi in esse ꝛ in futuram: quam tamen odit. quinto ex hoc sequitur tristicia in sua voluntate. Et dicūt ꝙ ignis habet hic rationem detinentis effectiue ꝛ efficaciter in consideratione intensa ipsius distrahente ab intellectione aliorum: licet non in virtute propria vel sicut principale agens. Principale enim agens in hoc est deus. sed instrumentale vꝉ secundarium est ignis ipse: qui ꝗ̄tum est ex se non posset sic tenere angelum in consideratione sui intensa: sed concurrente diuina operatione hoc potest. et in hoc modo sequitur maior tristicia in voluntate angeli ꝗ̄ primo modo. Num magis nollitum est ꝛ oditum ab angelo ꝙ sua potentia intellectiua sic impediatur: ꝗ̄ ꝙ sua potentia motiua: vt videtur. Plus enim diligit vsum intelligentie ꝗ̄ motiue potentie. quia vsus intelligētie est ad perfectionem simpliciter puta ad intellectionē que est

perfectio absoluta. ⁊ vsus motiue potētie nō est ni si ad vnum vbi vel aliquid respectiuum : quare ⁊c. ¶ Ultimo dicunt ꝙ ignis in isto secūdo modo magis habet rationē efficiētis ꝗ̃ in primo. Nā in primo modo ignis bene est causa effectiua: inquātum est obiectum nolitum detinere: ⁊ apprehensum causat tristiciam: quia non sit discōueniens ex natura rei: finaliter. quia nolitus. hic autē effectiue causat primam apprehēsionem: ad quā determinatur intellectus: que est nolita. Et ita hic habet quasi duplicem actionem vnam qua causat consideratione nolitā: et aliam qua vltimate causat tristiciam vt obiectū nolitum causare talem apprehensionem vel considerationem intensam causans tamen ⁊ apprehensum causare. hec est opinio tertia.

ꝯ.1.opi. ¶ Contra istas opiniones arguit primo contra primam sic. Illa apprehēsio qua angelus apprehendit ignē vt sibi disconuenientē: aut est vera aut falsa. Si est vera restat eis declarare positum: quomodo ignis est disconueniens quia non videtur esse sibi disconueniens: nec esse contrarius nature sue. Si dicas ꝙ ipso inquātum detinet. hoc non valet: quia ex hoc ipso non est discōueniens: sicut dictum est supra. Unde ⁊ si bonus angelus ibidem perpetuo detineret: nō esset sibi disconueniens. Nec videtur etiam ꝙ possit esse vera: quia ignis siue inquātum ignis siue inquātum locans non videt esse sibi nociuus nec sue nature contrarius nec alicuius bone dispositionis cōtrarie corruptiuus. Si falsa: igitur falsa opinione cruciatur ⁊ nō ab ipso igne. simpliciter etiā non videtur ꝙ sit falsa. quia angelus malus habet naturalia integra ⁊ claram intelligētiam qua perpēdere pōt ignem non esse nociuum: si nō est nociuus Nec potest dici ꝙ talis opinio falsa causetur in ipso a deo vel ab alio angelo: vt videtur. Deus enim nō est immediata causa deceptiōis vel erroris nec etiam alius angelus sic agit in alium talē opinionē: qua sic crucietur. ¶ Secundo sic. quia fm Gregorium vbi supra. anima non solum videndo : sed experiendo incēdium patitur. igitur nō solū spiritus cruciatur ex tali apprehēsione vt videtur: licet bene ꝯcurrat talis apprehēsio. ¶ Tertio quia vniformis videtur modus quo cruciātur anime separate in pugatorio: ⁊ quo demones in inferno: sꝫ aīe non sic cruciantur solum ex tali apprehēsione: quia si sic. aut est vera: ⁊ tunc restat declarādum quomodo est vera ⁊ quomodo ignis est eis nociuus ⁊ disconueniens. Aut est falsa ⁊ hoc nō est verum. Non enim vidētur habere ille anime deo grate ⁊ glorificande talem falsam opinionē nec cruciari per ipsam: quare ⁊c. Exemplum eorum de somniantibꝰ: qui ex imaginatione cruciantur: non est ad propositū: vt patet in angelis ipsis: nec in spiritibus. Nō solum eñ ex apprehensione cruciātur: sed ex re: licet bene apprehensio forte concurrat: sicut sonat vl sonare videtur auctoritas Grego. quā inducunt. ¶ Quarto quia ponēs illam positionē dicit ꝙ angelus nō est in loco: nisi per operationē: nec per cōsequēs detineretur in loco nisi per operationem vel passionē. igitur prius est angelum pati in loco : ꝗ̃ detineri in loco: ⁊ ita non patitur per hoc ꝙ apprehendit se detineri in loco. sed magis econuerso. ¶ Quinto videtur imaginari illa opinio ꝙ locus per modum instrumēti sit discōueniens angelo detinēdo ipsum effectiue ⁊ locando. hoc autē est falsum: sicut dictū est supra. Nam locus effectiue non locat. Non eñ efficit ipsum vbi vel motum ad vbi in locato: sed magis ipsum mouēs. Licet bene terminet tale vbi vel talem respectum: quare ⁊c.

¶ Contra secundam opinionē quantū ad illam virtutem in igne receptā ꝯ.2.opi. potest argui: sicut prius arguebat in principio huius quarti cōtra virtutem in sacramēto receptam. quia aut est corporalis: ⁊ sic nichil valet. aut spūalis: quod nō videtur. ¶ Secundo per nullā talem vim vel virtutē influxam videtur ignis posse locare vel detinere angelum nisi per modū loci sed modus loci est locare ⁊ detinere localiter ⁊ formaliter ⁊ nō effectiue: vt patet. ergo dato ꝙ talis vis conferretur adhuc nō habetur intentū de illa dispositione. ¶ Preterea vel illa dispositio est dispositio necessitans ad afflictionē ex natura rei vel ex ordinatione diuine voluntatis. Nō ex natura rei. quia angelus bonus posset idem perpetuo locari vel detineri ⁊ tamen non affligeretur. Si ex diuina volūtate: frustra ponitur talis vis quia tantum locatio formalis ⁊ non effectiua ita sufficere:: quare ⁊c. ¶ Quarto videtur contra alios qui dicūt igni influi illam virtutē supnaturalem collatam quasi calorem vel ardorem quēdam correspondētem calori sensibili ⁊ ipsi spiritui vim passiuā: per quā possit alterari vel immutari a tali ardore sic ꝙ ignis attingit directe ad afflictionē spiritus. qr illa vis passiua collata angelo aut est corporalis aut spiritualis. si corporalis angelus nō est eiꝰ capax: sicut nec quātitatis vel albedinis simpliciter nulla ratio est quare nō sit capax immediate afflictionis corporalis sicut illius. ⁊ ita frustra confertur sibi: si sit spiritualis ita parū per illam vim est capax afflictionis ab igne sicut per ipsum. ⁊ ita bene per seipsum sicut per illam. ⁊ ita adhuc ponitur frustra. ¶ Preterea illa vis aut est substātia aut accidēs. non potest dici substantia nec accidēs nec quātitas nec qualitas aliqua. patet inducēdo per singulas species vel modos singulos qualitatis. nec aliquis respectus: vt patet. ergo nichil. ¶ Ultimo quia si talis vis est in ipo angelo ratio recipiendi afflictionē: sequitur ꝙ sit aliquid absolutū. nam ⁊ illa afflictio est aliquid absolutum: sed si est absolutum potest separari ab angelo cum tali afflictione ⁊ ita poterit illud separatum absolutum puniri tali afflictione: ⁊ ita damnari. quare ⁊c.

¶ Contra tertiam opinionem quantum ad primum ꝯ.3.opi. modum ponendi afflictionem vel tristiciam angeli causari ab igne : vt ab obiecto nolito detinente formaliter contra voluntatem angeli vel spiritus detenti arguo sic. ¶ Primo vniformis videt modus: quo cruciantur anime in purgatorio et spiritus maligni in inferno ab igne corporali. sed planum est ꝙ ignis nō sic cruciat vel cruciare dicitur animas electorum in purgatorio in ratiōe obiecti noliti ⁊ oditi presentati eis contra voluntatē ipsarū. Nec enim odiunt ignem detinētem eas formaliter: nec deum detinentem eas effectiue. ergo ⁊c. ¶ Scđo sic. In potestate sua libera maligni spūs est suū nolle vel odire talem ignē. igit in potestate sua libera est nō odire vel non nolle. sed talis ignis non est afflictiuus nisi inquātum nolitus non inquantum

tum detentiu⁹ tm̄ ꝫm te. igitur in potestate demonis est non affligi ab igne sicut nō odire ignē. hoc autem est falsum. ergo ⁊c̄. Si dicas ꝙ in potestate sua non sit non nolle vel non odire. q2 deus ad hoc non vult sibi infligere: vt talem actum nolendi suspendat. Contra q2 licet ad causationem vel continuationem actus requiratur diuina influentia et cooperatio: nō tamen ad suspensionem vel priuationem actus. ⁊ ita non oportet: ꝙ deus ĩfluat sibi ad suspensionem act⁹ nolendi: sed si talis actus est ab ipso demone effectiue: licet non possit ip̄m efficere vel causare sine diuina influentia: potest tamē ip̄m suspendere vel non continuare et priuari tali actu sine sua influentia. Contra hoc tamen potest esse: si suspensio actus vel cessatio dicat mutationē realem deperditiuam actus ⁊ positiuam in se sicut corruptio. q2 ad illam oporteret deum influere. sed non videtur hoc: sed videtur esse desitio actus ⁊ ꝓductionis actus. Si dicas vltra: ꝙ talis actus nolendi nō est ab ip̄o demone sed est a deo supplente vicem voluntatis demonis: ⁊ simul ab obiecto nolito sicut a causa partiali: contra q2 non videtur: ꝙ deus causet ĩmediate tale nole: cum sit nole maluz ⁊ deforme. quia illo nolle odit ignē formaliter detinentem: ⁊ deum actiue vel effectiue locantē. de⁹ enim nō est ĩmediata ⁊ totalis causa actus pcti nec etiam cum obiecto nisi cōcurrente voluntate creata. quare ⁊c̄. ¶ Tertio sic si ignis est obiectum huius nolitiōis: ⁊ obiectum est causa partialis act⁹ secūdum te: qnero ꝫm quam rationez ex pte ignis ip̄e est nolitus: ⁊ causa partialis talis actus. Non inquātum ignis patet. nec inq̄ꝫtum detinēs formaliter. q2 sic nō est malus nec nociuus. Unde ⁊ si bonus spiritus ibidem detineretur/ nō esset sibi nociuus. cum igitur nihil aliud p̄cedat in igne nisi vel natura eius vel detensio formalis. videtur ꝙ non sic cruciet effectiue sicut obiectum nolitū. Preterea etiam quia hoc est cōtra te. Dicis in isto modo primo: ꝙ ignis tantum habet vnam causalitatem effectiuam. sez respectu tristicie de ip̄o vt obiecto nolito. quia nō minus habz ignis causalitatem super nolitionem illam tanq̄ꝫ obiectū q̄ꝫ super tristiciam cōsequentem: vt videtur. q2 ꝫm te alibi obiectum est partialis causa saltem actus voluntatis. Similiter etiā ignis si est causa effectiua afflictionis vel tristicie ipsius aut hoc est vt ignis: aut inq̄ꝫtum detinēs: aut inq̄ꝫtum nolitus: aut inq̄ꝫtum positus in effectu detinēdi q̄ꝫtuncūq̄ꝫ hoc sit nolituz. Non primo modo nec secūdo per te nec tertio modo. q2 ignis vt nolitus non dicit nisi ens rationis. quia esse nolitum non dicit vltra ignem nisi respectum rationis ad nolentem. Nec inq̄ꝫtum posit⁹ in effectu. quia quātuncūq̄ꝫ poneretur: nisi esset nolitus: nō esse tristabilis per te. ergo nullo modo. Si dicas ꝙ nole ipsius ignis est causa tristicie cū ip̄a voluntate. ⁊ ita ignis nolitus quoquomō. contra. quia ignis non est causa nolitionis per te. ergo nec tristicie. dato ꝙ nole sit causa tristicie. Et p̄terea sicut velle nō est cā tristicie cū sit liberū ⁊ in ptāte volentis: ita nec nole vt videt̄. Tñ de hoc nō curo ¶ Quarto sic. si ignis in ratione obiecti noliti detinentis vel detinere formaliter possibilis actualiter tamen detinētis sit cā tristicie: cum ignis equaliter omnes spiritus detineat ⁊ nole vel odire sit in potestate cuiuslibet: ĩ potestate cuiuslibet est equaliter nole vel odire talem ignem vel intensius vel remissius ex libertate voluntatis. Sicut ⁊ in potestate eorum est actus: ita etiam modus actus. sed hoc posito sequitur: ꝙ quilibz potest equaliter seipsum alteri affligere vel magis vel minus sicut sibi placet: vel saltem quilibet seip̄m inequaliter aliqn̄ plus aliquādo minus. hoc autem est falsum. Nec ē hoc in eorum potestate. ¶ Quinto cōtra illud qd̄ dicitur ignis affligere spiritum separatum ꝑ modum instrumenti: ⁊ ꝙ ignis est instrumētum. quia ignis est causa partialis tristicie non recipiens aliquam motionem ab alio agente ad causandum talem tristiciam. sed tale non potest dici instrumentū ergo ⁊c̄. ¶ Ultimo quia demones nō semper detinentur ab igne inferni: nec semper sunt in ĩferno: nec portant illum ignem materialē secum: licet punitionem suā portent: que dicitur ignis alio modo [Ↄ secūdū]
quare ⁊c̄.

¶ Contra secundum modum etiam potest [modum.]
argui sicut contra primū de illa [3. opinio]
determinatione ad considerandū ignis nolita quo modo est causa tristicie. ⁊ si est causa inquātum nolita vel odita cum nole vel odire sit in potestate nolentis sicut prius sequētur eadem que prius.

¶ Similiter secūdo. q2 si isto modo affligitur spiritus ab igne quia determinatur ad considerationem ignis cum consideratio intelligibilis ip̄ius ignis sit delectabilis sicut perfectio quedā spiritualis: vnde ⁊ in michaele esset delectabilis: sequeret̄: ꝙ delectabile cruciaret: ⁊ simul delectaretur ⁊ cruciaretur. Si dicas ꝙ licet scd̄m se esset delectabilis in illo priori anteq̄ꝫ sit nolita: non tamen postq̄ꝫ est nolita ⁊ apprehensa in esse. Hoc non videt̄ valere. q2 nō est reducere ad aliquā causam ex pte sui vel ignis: quare sit nolita. Si dicas ꝙ ĩmo. q2 impedit vel distrahit a consideratione aliorum. Contra quia demones multa alia ⁊ perfecte intelligunt et ab vno obiecto ad aliud se transferunt. ¶ Secundo q2 ignis nō habz vim actiuā sic determinādi intelligētiam angeli per modum alicuius cause effectiue: vt videtur quin de modo per suam voluntatē possit se libere auertere a consideratiōe ignis: ⁊ cōuertere ad aliud obiectum cōsiderādum. Si dicas ꝙ verum est q̄ꝫtum est ex se sed vt est instrumentuz dei hoc potest. Contra nō potest determinare ĩtellectum angeli nisi in ratione obiecti. sed hoc nō est in ratione instrumāti. ptz. ergo ⁊c̄. Similiter etiā planum est: ꝙ nihil recipit a deo quo possit attingere ad talem effectum/ sicut nec prius. ergo ⁊c̄.

¶ Preterea pari rōne diceretur in primo mō: ꝙ ignis vel locus licet q̄ꝫtū est ex se vel ex natura ꝓpria non possit locare effectiue sed tantum formaliter: tamē vt instrumentum est diuine iusticie: hoc potest. ¶ Quarto q2 vniformiter videtur affligere ignis in purgatorio aīas separatas: sicut ignis inferni angelos. sed per talem determinationē ad considerationem sui non affligit. ergo ⁊c̄. ¶ Ultimo arguunt aliqui contra vtrūq̄ꝫ modū. quia si veri essent: eodem modo possent demones affligi per quodcūq̄ꝫ aliud elementū vel corp⁹ detinens ip̄os vel determinans intellectus eorū ad considerationem eorum: sicut ponūtur affligi per ignem. sz hoc non videtur verum. Nam ꝫm Grego. quarto dyalogorum incendium patiūtur. Et ꝫm August. 21. de ciuitate Ardore cruciantur. ergo ⁊c̄. Sed istud [Grego.] [August.]

argumentum non est efficax contra eos concederent enim statim illud: quod infertur q deus ita posset punire malignos spiritus si placeret sibi per aquam vel per terram et huiusmodi sicut per ignem sed punitio eorum tunc non diceretur ardor vel incendium: sicut quando fit per ignem. sed si per aquam fieret/ diceretur submersio: si per terram oppressio vel hmoi. quia non est ymaginandum q veraciter loquendo de ardore vel incendio ignis corporalis: ardeant. Nam talis calor vel ardor recipi non potest nisi in subiecto corporali: sicut nec albedo vel nigredo. Sic q contra illos tres modos dicendi sit argutum

Modus alius. quo dmones cruciantur ab igne inferni.

Est igitur alius modus qui ronabiliter potest poni: vt videtur q in spiritibus danatis est pena duplex. vna est pena dani. Et consistit in carentia diuine visionis perpetua nec dicit aliquid positiuum in ipis. Alia est pena sensus: et consistit in tristicia quadam et afflictione positiua. Et sic culpa eorum est causa demeritoria prime: sic est causa demeritoria secude. Sz sicut deus est causa effectiua vel quasi effectiua prime substrahendo vel non largiendo eis beatam visionem et fruitionem pro statu illo termini vie: in quo possent eam habere vel potuissent: nisi demeruisset culpa eorum: ita deus etiaz est causa effectiua vel positiua secude pene scz tristicie attingens immediate et sicut totalis causa effectiua talis tristicie: que est passio quedam opposita gaudio fruitionis beate saltem sm rationem generis: licz forte non sm rationem speciei vel propriam rationem. Secudo potest dici: q ignis inferni in nullo est causa effectiua vere et realiter loquedo respectu talis tristicie vel afflictionis spiritualis pprie loqndo: nec sicut instrumetuz nec sicut principale ages. Et hoc videtur rationabile: sicut etiam dictum est supra de sacramentis respectu iustificationis vel sanctificationis: licet non sit omnino simile de gratia et tristicia. qr gratia non educit de potentia subiecti sicut tristicia. Tertio potest dici tamen q ignis sm modum loquedi comuniter est causa instrumentalis talis afflictiois aliquo modo: sicut sacramentum est causa iustificationis: pro tato qr igne presentato vel adhibito seu determinatio ad detinendum eos localiter nunc vel alias perpetuo fini to statu vie statim ista afflictio vel tristicia causat: et habetur a deo sicut adhibito sacramento gratia infunditur a deo. Et sicut bulla presentata vel adhibita confertur prebenda. Unde et bula secundu modum loquendi dicitur instrumentum adeptionis prebende: licet non causet effectiue: nec efficiat collationem prebende. Quarto dici potest: q talis afflictio eoipo q ignis potest dici instrumentu modo predicto: licet non secundum rei veritatem sz magis secundum modum loquendi comunem potest dici ardor vel incedium: sicut submersio diceretur vel oppressio si fieret in aqua vel in terra vel adhibita aqua seu terra. Non q sit pprie ardor vel incendiu igneum. Quinto potest dici: q obiectu talis tristicie vel afflictionis demonumu: que est in eis pena sensus principalis est in ipis carentia beate visionis: qua vident et cognoscunt perpetuo se priuari: non autem ignis vel detetio ignis seu huiusmodi. et talis carentia non causat in eis talem tristicia nec causare potest. quia priuatio est et non aliquid positiuum: sed diuina voluntas causat in eis talez afflictionem et tristiciam: que est circa talem carentiam vt circa tale obiectum terminatiuum non effectiuum: et est passio quedam recepta in voluntate demonis intensa vel magis vel minus a deo effectiue secundum exigetiam culpe maioris vel minoris Nec est aliquod velle vel nolle seu actus elicit⁹ voluntatis. Sexto dici potest: q nec de necessitate consequitur aliquod velle vel nole in actu: licz bene demon possit habere nole odituum talis carentie ex sua voluntate. Nec oportet ad hoc q sit tristicia: q consequatur aliquod nole pcedens in actu sed q obiectum sit tristabile et nolibile disconueniens nature et bone dispositioni eius. vel non oportet hoc nisi quado tristicia causatur a voluntate co tristati: non autem si causetur a superiori agete puta a voluntate diuina. Non igitur consequitur talis tristicia aliquod nolle angeli existes in eius potestate: nec est in aliquo in angeli potestate nec quatum ad cessationem nec quatum ad intensione vel remissionem nec quatum ad cotinuationez. Et ita licet angelus possit nolle et odire talem carentiam vel etiam multa alia que concurrunt: et cessare a tali nolitione vel intendere vel remittere tale nolle: si tale nolle sit ab ipo: non tame potest aliquid variare vel immutare circa tristiciam ipsam: sicut patet. videtur ergo sine calumnia sic posse dici. Septimo dici potest vniformiter de tristia animarum: que sunt in purgatorio circa carentiam beate visionis ad tempus ex demeritis suis: quorum penam soluunt in purgatorio apposito vel adhibito illo igne in quo detinentur ad tempus. Ultimo potest dici: q no oportet ignem actu presentari vel esse presentem demoni. Nec oportet q demones qtuncuq damnati et per illum ignem modo supradicto afflicti portent secum talem ignem per mundum discurrentes: sed sufficit q sint extra statum vie ad talem ignem deputati: sicut nec oportet semper q instrumentum semper sit presens illi: cui confert prebenda: sed sufficit q ad hoc instrumentum sit deputatum: et sit aliquis conferens prebendam: sicut patet. et sic etiam de animalib⁹ purgatorij dici potest Si modus iste dicendi placet teneatur. Uerum est tamen q est vnus alius: qui videtur probabilis secundum positionem aliquorum de sacramentis/ q ignis seu locatio in igne vel deputatio ad ignez pro statu termini vie hui⁹ est dispositio necessitas ex ordinatione diuina exigentibus demeritis sicut causa demeritoria ad talem afflictionem vel tristiciam: et est causa effectiua talis afflictionis non habens tamen actionem aliquam elicitaz respectu talis afflictionis vel tristicie: sicut nec sacramentum vel susceptio sacrameti respectu gratie. Et intenditur vel remittitur in diuersis. scilicet talis afflictio scdm exigentiam vel demeritum maioris vel minoris culpe. Et sic ignis diceretur instrumentalis causa: sicut sacrametum aliquo modo dicitur instrumentum licet non proprie. Quia tame illa opinionem de sacramentis non tenui: nec istam etiam teneo. Et potest argui quatum ad aliqua vniformiter contra eam: sicut et contra illam. Hec de primo articulo principali.

Ignis inferni an affliget spus hominu da.

Quantum ad secudum articulum. an scilz ignis inferni affligat vel cruciet spiritus malos hominum separatos a carne vnibi

les tamē corpori vel carni. dicūt omnes ꝙ sic ⁊ est conclusio nota ex fide ⁊ auctoritatibus sanctorū.

Grego. ¶ Prima est gregorij libro quarto dyalogorum: vbi dicit sic. quod mirum: si anime anteꝙ recipiāt corpora corporea possint sentire tormenta scȝ post sint a corpore affligi vel torqueri. ¶ Secunda est

August. Augustini. xxi. de ciuitate dei capitulo. x. Cur nō dicamus ꝙuis miris veris tamē modis spūs corporeos id ē corpori vnibiles posse pena corporalis ignis affligi. Et hoc probat ibidem. quia spiritus humani poterunt corporum suorum vinculis insolubiliter alligari. ⁊ pari ratione possunt ab ipso cor

Grego. pore cruciari. ¶ Tertia est Gregorij. quarto dyalogorum capitulo. quarto. Si spiritus merētis hominis detinetur in corpore. cur nō post mortem in corporeus spiritus corporeo igne teneatur. possūt ergo ab igne cruciari vel affligi. ⁊ qua ratione post sunt cum iam pro actu culpe modo puniātur: tenēdum est: ꝙ de facto per ignem affligūtur.

Quo mō ignis infer ni affligat spūs hoīm dānatorum .1.mod⁹. ¶ **Sed de modo** est magnum dubium per quem est hoc possibile. Et preter modos dicēdi aliorū supradictos de demonibus in precedēti articulo ponitur vnus modus talis. ꝙ ignis īferni eādem afflictionē quā faceret in aīa ꝯiuncta corpori comburēdo corpus mediante ipso corpore ⁊ sensibili dolore corporis potest causare ipse ignis immediate in anima separata a corpore sine nouo miraculo ex ordinatione diuina.

Scdsmodus. ¶ **Alius modus** ponitur: ꝙ aīa separata affligitur ab igne ꝓ tanto. qꝛ scit ⁊ cognoscit: ꝙ ignis ille postea affliget corpus suum: ⁊ seipām cōsequēter mediāte corpore suo ⁊ super hoc affligitur vehementer ⁊ tristatur: sicut anima latronis de proximo suspendendi tristatur ⁊ affligitur: qꝛ scit ⁊ cognoscit corpus suum suspendendum: ⁊ scit etiam seipām mediante corpore affligendam.

z.1.mod. ¶ **Contra primū** modum dicēdi quia nō reputo eum verū primo arguo. quia licet obiecta sensibilia vel fantasibilia mediantibus sensibus vel fantasmatibus possint mouere intellectum coniunctum ad aliquā noticiam abstractiuam: non tamen ad eandem noticiam possunt immediate immutare: vt videtur. Nam illa media concurrūt ad talem noticiam ī ratione cause. Causa aūt creata nō potest facere immediate quicquid potest facere alia mediāte. sic in ꝓposito de dolore vel afflictione. ¶ Secūdo qꝛ dolor ille vel pena sensus seu tristicia est multo grauior: ꝙ posset ignis causare in anima mediāte corpore vt videtur. ¶ Tertio qꝛ dato ꝙ ignis ille presens nō esset: adhuc ita bene affligeretur ⁊ vniuoce sicut ab igne presente: vt patet in demonibus non sic autem loquēdo de afflictione: quam causaret in anima mediante corpore. ¶ Similiter etiā. Quarto ⁊ tactum est in primo argumento. qꝛ ignis non potest dici totalis cā afflictionis spiritualis: quaȝ pateretur aīa cōiuncta ad cōbustionem corporis: sed dolor sensibilis vel aliquid aliud mediū: qd nō potest inueniri in anima separata ad hoc concurrit. ¶ Quinto qꝛ vniformiter videtur anime cruciari ab illo igne ⁊ demones: ⁊ vniformiter loquū sancti de vtrisqꝫ. Non sic autem demones crucian tur. ergo ⁊c.

¶ **Contra secūdum** modum etiā videtur: qꝛ appropinquat primo mō dicēdi de demonibus superius improbato ꝙ ex sola apprehēsione cruciatus futuri in corpore anima per ignem crucietur. ¶ Scdo quia vniformiter anime ⁊ spiritus demonum cruciantur. ¶ Tertio quia cruciatus ille vel tristicia est multo maior ⁊ grauior ꝙ tristicia ex apprehensione pene future possit esse ⁊ ꝙ esset tristicia inflicta mediāte corpe: dato ꝙ actu infligeret. q̄re ⁊c. z.2.mod

Modus doctoris ¶ **Dico igitur:** ꝙ recte vniformis ē modus quo aīe separate ī inferno per illum ignem cruciātur: sicut dictum est supra de angelo. Et dico ꝙ illa tristicia perseuerabit in aīa cōiuncta: quādo iterum corpori vnietur cum dolore sensibili corporeo: ⁊ forte intendetur: ⁊ perficietur vel augebitur: sicut ⁊ scdm aliquos gloria beatorum resumptis corporibus intendetur et perficietur. Hec de secūdo articulo principali.

Ignis inferni an affli. corpora dānatorum Math. xxv. ¶ **Quantum ad tertium arti**culum de corporib⁹ resumptis: an scilicet in inferno corpora damnatorum ab igne affligentur. seu etiam torquebūtur. Dicūt oēs ꝙ sic. Et est hoc certum ex illa auctoritate superius adducta. Math. xxv. Discedite maledicti in ignē eternum. ⁊c. Et per aliam etiam in Math. Exibūt angeli: ⁊ separabūt malos de medio iustorū: ⁊ mittēt eos in caminū ignis ⁊c. Et est apd fideles ꝯclūo certa.

Nō hec. ¶ **Sed de** modo est aduertendum: ꝙ immutatio corporis aīati ⁊ sensitiui ab igne potest intelligi duplex. vna que dicitur

Realis imutatio realis. alia vero que dicitur intentionalis. Realis immutatio dicitur/que terminatur ad formā realē eo modo quo forma realis distinguitur cōtra intētionalem. sicut calor vel albedo seu color dicit forma realis: nō aūt species vel intētio caloris seu coloris in medio vel in organo. Etiam dicūtur tales forme reales nō solum qꝛ sint aliqd extra itellectū qꝛ isto modo intētionales dicerentur reales: sed qꝛ sunt tales forme q̄ possunt terminare actiões reales in se ⁊ ꝭm se: siue actiones ille sint sensuum siue sensibiliū ⁊ nō sunt rationes tendēdi in alia vel cognoscendi alia sicut similitudines vel species ipsorum: cuiusmodi sunt forme intētionales vt sic. ⁊ qꝛ etiam plus habēt de permanētia in subiecto ꝙ intentionales. ⁊ ꝭm ipās subiecta dicūtur simpliciter ⁊ realiter talia: nō autem ꝭm formas intētionales: que sunt pure tales vnde medium nō dicit realiter coloratum ꝑ speciem coloris: vel realiter cale factum ꝑ speciem caloris nec etiam organū: sicut per colorem vel calorem dicitur aliquid calidū vel

Intentōnalis imutatio. coloratum. ¶ Mutationes vero intētionales dicūtur ad foras intentionales vt sunt species pure sensibilium vel actus sentiēdi ⁊ hmōi. Ignis igit circa corpus sensitiuum potest habere immutationeȝ realem realiter calefaciendo ipsum: ⁊ imprimendo sibi calorem. Unde ⁊ realiter calefacit carnem sic etiam vt ab alio possit sentiri ⁊ in mutationem intentionalem: qua potest īmutare sensum vel organum/vel totum coniunctum ex sensu et organo immutando primo ad speciem caloris ⁊ deinde ad sensationem vel actum sentiendi ⁊ ad talem immutationem excellentem et improportionatam bone dispositioni sentientis sequitur dolor in appetitu

Aduerte sensitiuo. ¶ Secũdo est aduertendum: ꝙ differũt iste due imutatiões. quia possunt esse sine inuicem vel ꝯsimiles ipsarum. Hoc patet. quia ignis potest habere imutationem realem eiusdem rationis respectu ligni calefaciẽdo ipm realiter: sicut respectu carnis. Et tamen respectu illius nõ potest habere immutationem intentionalem ⁊ similiter econuerso intentionalis potest esse sine reali. Sicut ſm aliquos in beatis poterunt esse imutationes intentionales ſm sensum: non tamen immutationes reales quia erunt simpliciter impassibiles ⁊ imortales. Et apparet etiam i nobis de visu vel oculo: qui frequenter immutãtur a colore intentionaliter ⁊ nunꝗ realiter. Secundo patet ꝙ differunt iste imutationes. qꝛ quãdo se concomitantur vna potest esse valde intensa ⁊ alia valde remissa vel econuerso. sicut patet si aliquis habeat manum multum infrigidatam: ⁊ ponat eam iuxta ignem licet modicum calefiat: ⁊ immutatio realis sit modica: tamen intẽse dolet: ⁊ affligitur sensibiliter. ⁊ per consequẽs immutatio intentionalis est intensa. quia secundum illam dolor sensibilis mensuratur. Aliquando ecõuerso immutatio realis est intensa. ⁊ tamen intentionalis est modica ⁊ remissa. sicut patet in manibꝰ istorum fabrorum: que licꝫ multum calefiant: tamẽ valde modicum dolent: ⁊ sentiunt. Tertio hoc patet quia immutatio realis frequẽter est vniuoca intentionalis vero vt in pluribus ⁊ quasi semper immo semper ẽequiuoca. Quarto etiam quia realis nunꝗ causat dolorem sine intentionali. Patet in ligno calefacto. sed intentionalis imutatio bene sine reali: sicut patet. ꝙ aliquis frequenter dolet super verbo audito vel aliquo turpi vel tristi viso licet realiter nõ immutetur ab illo. quare ꝛc.

Q̃uo corpora dãnatorum affligent .I. opinio

¶ Tertio ad propositum videretur aliquibꝰ posse dici: ꝙ corpora damnatorum solum patientur ab igne ⁊ affligentur vel imutabuntur passione vel immutatione intentionali ⁊ non reali. Tum quia illa sufficit ad dolorẽ causandum in appetitu sensitiuo sine reali. Tum quia non est verisimile: ꝙ deus velit multiplicare miracula circa damnatos sine necessitate. Si autem ponatur ibi immutatio vel passio realis ponuntur plura miracula ꝗ si ponatur immutatio vel passio intentionalis tantum. quia cũ passio realis sit consumptiua corporis: eo ꝙ est per se iductiua qualitatis incompossibilis in aliquo gradu suo complexioni ⁊ dispositioni corporis vel mixtioni requisite ad hoc vt anima maneat in corpore: videtur ꝙ miraculum esset: si talis qualitas non induceretur vel si induceretur si corpus non cõsumeretur vel corrumperetur. Non sic autem apparet necessarium miraculum ponendo tantum immutationem vel passionem intentionalem. imo nec videtur ibi esse aliquod miraculum: nisi ꝙ corpus non corrumpitur consequenter ad vehemẽtiam doloris. quod tamen non videtur nouum miraculum cum miraculo resurrectionis ⁊ pertinens ad ipsum. quia status resurrectionis est status incorruptionis.

¶ Tertio etiam. qꝛ secundum scripturam in Job dãnati transibunt ab aquis niuium ad calorem nimium. Et licet secũdum superficiem littere saluaretur alternatio afflictionum ex calore vel frigore nimio ponẽdo imutationem vel alterationem realem: tamen non posset saluari quomodo paterẽtur simul ⁊ in summo a contrarijs: nisi ponẽdo immutationem intentionalem tãtum. quia ꝯtraria nõ sunt simul compossibilia in summo inesse reali: sicut species eorum inesse intentionali. ⁊ ita saltem oportet ibi ponere aliquam immutationem intentionalem sine reali: vt videtur vel si non sit hoc necessarium: saltem ꝓbabile est: ꝙ ponatur.

¶ Istud non videtur mihi sꝫ puto: ꝙ realiter ⁊ intentionaliter imutabuntur ⁊ ab igne patiẽtur. Nec video in hoc plura miracula ꝗ in primo. Nam ponẽdo imutationem intentionalem tantum ponitur primo vnũ miraculum excludens imutationem realem nam actiuo naturali sufficiente non impedito ⁊ approximato passiuo disposito miraculum est: ꝙ non agat in passiuum actione sibi cõueniente. ignis autem est huiusmodi actiuum ad immutationem realem respectu corporis sibi presentati: vt patet. Similiter miraculum est. quia ita ad vehemẽtiam imutationis intentionalis ad quam sequitur intẽsus dolor vel timor in appetitu sensitiuo: sequitur mors saltem secũdum eos. sicut ad immutationem realem. igitur sicut miraculum esset: ꝙ posita passione reali non dissolueretur corpus ⁊ armonia vel proportio eius: ita posita etiam sola imutatione intẽtiõali vehementi ⁊ improportionata complexioni corporis. ¶ Si dicas ꝙ dolor qui sequitur ad immutationem intentionalem: ⁊ quicquid se tenet ex parte eorum: non contrariantur formaliter illi qualitati requisite ad dispositionem corporis. sicut calor in summo: qui induceretur per immutationem realem sed tãtum virtualiter: ita ꝙ tantum effectꝰ doloris suspenditur qui est in iudicio mortis vel dissolutionis corporis. ⁊ ita suspensio reducit ad antiquum miraculum incorruptionis: quo etiam cõtraria intrinseca ab actione corruptiua suspenduntur. Ita diceretur etiam ꝙ nõ est vis: an dolor cõtrarietur formaliter: sed sufficit ꝙ virtualiter ⁊ miraculose effectus eius suspenditur: vel si non miraculose nouo miraculo sed reducto ad antiquum miraculum: pari ratione dicetur de effectu imutationis realis: ꝙ suspendetur. licet ipsa ponatur. ⁊ hoc siue effectus sit per se vt forma accidentalis terminans: ita ꝙ erit talis imutatio puta calefactio sine proprio termino puta sine illo calore improportionato: siue sit effectus consequẽs puta mors vel corruptio seu dissolutio corporis: dato ꝙ ꝑ se effectꝰ iudicatur. vtrũqꝫ enim absolute loquẽdo est possibile. Et diceretur etiam ꝙ quodcũqꝫ istorũ ponatur. ad antiquum miraculum reducetur. quare ꝛc. ¶ Si dicatur ab alijs: ꝙ dolor cõsequẽs imutatõnem intentionalem: nec aliqua imutatio intentiõalis infert mortem secũdum August. 21. de ciuitate dei capitulo tertio. Ubi videtur dicere ꝙ corpora dolorem possunt inferre aĩabus non mortem: quia nõ est conueniẽs vt mortem faciat: quod dolorem facit. Et ita ad dolorẽ non necessario seqtur mors. Et hoc videtur ibidem probare. quia ad animam magis pertinet dolere ꝗ ad corpus ꝗ tuncũqꝫ sint coniuncta. si igitur ad dolorẽ sequitur mori: ad animam magis pertinet mori ꝗ ad corpus qđ est falsum. ⁊ iterum ibidem arguit. ad dolorem non seqtur oppositum eius: quod dolor presupponit: ⁊ sequitur ad dolere: sed ad dolere sequitur viuere. qꝛ dolere presupponit viuere. et omne dolens viuit.

[Right margin notes: ꝯ ꝓcedentem opi. (beside "Istud non"); August. (beside "dei capitulo tertio")]

ergo ad dolere non sequitur mori. Dico q parum valet hoc pro eis: quicquid sit de hoc quia pari ratione nec ad aliquam imutationem realem coniuncti sequeretur mors vel dissolutio corporis. qr immutari presupponit esse: τ infert ipm: sicut dolere presupponit viuere. τ relinqt ipm vel ifert. qre τc.

Resolu. doctoris ¶ Videtur ergo mihi dicendum q pa tiuntur duplici passione τ reali scilicet τ intentionali. quia τ si eēt ibi intentionalis sufficiens ad punitionem eorū: tamē miraculum esset: q quātum ad actum poneretur intentionalis sine reali in medio tactus: puta in carne. τ ita eēnt ibi τ fierent plura miracula sine necessitate: vt videtur. vel saltem tot miracula hinc τ inde: τ modus sensus est naturalis: puta cū reali immutatione. quare τc.

Adrões l.opinio ¶ Ex his patet quid sit dicēdū ad primum τ secūdum alioꝝ si secūdum eos imutatio sensibilis vel intentionalis sit talis q ad ipam tātū positā sine reali mors sequatur naturaliter. ¶ Ad tertium dico: q nō est impossibile corpora simul imutari realiter a cōtrariis τ intense simul virtute diuina. Et puto: q ita fiet in aliquibus: licet nō cōmuniter forte nec vt in pluribus: sed transibūt sicut dicit illa scriptura ab aquis vel a frigoribus niuium. τc. Similiter etiam de imutatione intētionali. quia fiet ibi naturaliter τ ita prima immutatione reali: licet species vel immutationes seu termini earum nō sint sic contrarii sicut immutationum realiter. τ magis naturaliter possent stare simul q illi: tamē non oportet ponere q sint simul in quolibet: vel futura sint sed in illis i quibus erunt immutationes reales naturaliter p̄uie simul: τ alternatim in quibus alternatim.

Sūmatō p̄dictoꝝ. ¶ Si igitur patet quomodo corpora dānatorum ab igne patientur vel intentionaliter tātum scdm aliquos vel intentionaliter et realiter scdm alios. quia ad neutrum istorum est ratio cogēs nec auctoritas: vt videtur. τ licet ad vtrūq sequeret dolor in appetitu sensitiuo: τ tantus dolor q sequeretur mors τ dissolutio corporis. naturaliter tamen nunq morietur. quia suspendet deus actionem vel passionem corruptiuam iporum: ne vnq moriātur. vel corpora eorum dissoluātur. quia actio corruptiua vel passio est naturaliter posterior illa immutatione siue reali siue intentionali τ essentialiter distincta. τ sic potest prima fieri a deo siue secūda. Iuxta illud Iob. xx. Li
Iob. xx. cet omnia quecūq fecit nec tamen cōsumetur. Et illud Isaie Vermis eorū nō morietur: τ ignis eo-
Math. xxv. rum nō extinguetur. Et illud Mathei. xxv. Discedite maledicti. τc. Illud Apocalipsis. Desiderabunt mori: τ fugiet mors ab eis. ¶ Si vero dicat
Apoca. Obiectō q ad immutationem intētionalem tātum: nō sequitur dolor quia homo beatus si esset in illo igne posset tactus eius intētionaliter immutari: τ tamē nō doleret appetitus eius sensitiuus. ¶ Preterea qr operatio cuiuslibet potentie est sibi delectabilis. ergo sensatio sine immutatione reali precipue est sibi delectabilis vel sensui. non igitur dolorosa: nec ad ipsam sequitur dolor: vt videtur. ¶ Tertio quia appetitus sensitiuus nō est nisi propter naturam. igitur nihil est sibi disconueniens nisi quia nature: sed nature nō est discōueniens immutatio intentionalis tātum: sed realis. ergo nec appetitui. ergo non est dolorosa. ¶ Ad ista dicendum: q ad

Solutio obiecti p̄cedeñ. dolorem sequētem immutationem intentionalem potest sequi mors τ corruptio: sicut ad talem imutationem potest sequi dolor secūdum opinionē aliquorum: sicut est tactum supra. Et quicquid sit de morte vel corruptione: dico q posita imutatiōe intentionali excellente: sequitur naturaliter dolor in appetitu sensitiuo. Quādo dicis de beato: q non doleret in inferno si immutaretur sensibiliter vel intentionaliter tantum τ vehemēter. Dico: q verū est. quia phiberetur passio doloris ex statu sue impassibilitatis vndecūq accipiat illa ipassibilitas. sed si suis naturalibus relinqueretur. ita doleret sicut dānatus si vehementer imutaretur. Aliter soluitur: quia sensus beati est ita pfectus: q nō oportet dare excellens sensibile respectu eius. τ per cōsequēs nō immutaretur vehemēter τ improportionaliter ab excellēte sensibili nec ad talem immutationem sequeretur dolor. Tertio soluitur: q cum dolor nón causetur in ipo sensu sed in sensitiuo appetitu: τ appetitus sensitiuus beati sit totaliter qetatus τ completus delectione sensibili: et delectio sensibilis excludat tristiciā quācūq octauo Ethi. Nullus dolor causari posset in appetitu sensitiuo. Non curo de istis solutionibus. sed teneo me i prima. ¶ Ad scdm dicendum q operatio potētie circa obiectum improportionatum τ disconueniens sicut in pposito non est delectabilis appetitui. sed magis tristabilis: τ ad ipam sequitur tristicia i appetitu naturaliter. ¶ Ad tertium dicendum: q talis immutatio intentionalis bene est disconueniēs nature sm sensum τ appetitum sensitiuum. Nec oportet q omne disconueniens nature sit primo et imediate sibi discōueniēs prout distinguitur a sensu vel appetitu sed magis econuerso. ¶ Si arguas q si est discōueniens nature: quia sensui τ appetitui. igitur talis immutatio intētionalis tantum/ τ dolor sequens potest corrumpere naturam. Respondent aliqui q verum est ad talem immutationem intentionalem terminatam ad sensationem. Et ad dolorem sequētem vel timorem potest sequi mors: τ dolor vel timor excessiuus occidit: τ nō solum immutatio realis: sicut patuit i aliquib9. Alii dicunt: q hoc est impossibile: nisi concomitante immutatione reali ab excellenti sensibili: quod nō solum immutet intentionaliter sed etiam realiter: vt patet secūdum eos: quia cum quacūq immutatione intentionali tātum stat quelibet dispositio realis ipsius corporis ad animam. τ per ɔsequens stat animatio corporis ab anima τ vita: vt videtur. Hec de tertio articulo principali.

Ad rōes pncipa. ¶ Ad primum principale argumentum τ ad secūdum cum sua confirmatione vnico verbo posset solui tenēdo illum modum: quē posui: secūdum quem ignis dicitur affligere spiritus separatos siue hominum siue angelorum. quia ignis ibi nihil agit vere τ realiter: vt dictum ē supra. tamē quia argumenta necessario concludunt: Dico ad primum q quando dicit: q agens est prestantius patiente. dico q agens totale vel principale equiuocum est nobilius passiuo vel subiecto/ seu materia regulariter loquendo: non accipiendo ipsum passiuum secūdum se: sed quantum ad illud quod recipitur in ipso vel causatur a tali agente:

quod est formalis terminus actionis. quia agens totale ⁊ principale vel etiam nō principale equiuocum innobilius formali termino actiōis. sed si nō est agens totale non oportet ꝙ sit nobilius. Quādo dicis: ꝙ ignis non est prestātior spiritu: dico ꝙ non oportet: sed sufficit si causat aliquid in spiritu sicut causa totalis equiuoca ꝙ nobilior sit illo causato formali termino: nō sic autem oportꝫ de agente totali vniuoco: vt patet. Si vero ignis non causat aliquid in spiritu sicut causa totalis non opꝫ: ꝙ sit nobilior in illo causato. Ex ista propositione: nec vniuersaliter oportꝫ ex illa propositione: ꝙ sit nobilior spiritu ip̄o licet causet aliquid in ipso.

¶ Aliter soluitur ꝙ agens inquātum huius ⁊ inquantum habens potentiam actiuam est nobilius patiente ⁊ receptiuo secūdum huius: ⁊ inquātum habet potentiam passiuam. quia potētia actiua ex ratione sua et genere suo nobilior est q̄ȝ potentia passiua. Unde est dare aliquam potentiam actiuaꝫ simpliciter nobiliorem q̄ȝ passiua scilicet potentiā diuinam actiuam.

Nota. Sed dico: ꝙ istud non est vniuersaliter loquendo verum. quia eadem simpliciter indistincta potentia extra intellectum potest esse potentia actiua ⁊ passiua: sicut dixi in secundo de voluntate. Idem autem non est prestantius seipso. Secūdo quia aliquid simpliciter ignobilius q̄ȝtuꝫ ad illud quod est sibi potentia actiua: potest agere in aliud simpliciter nobilius quātuꝫ ad illud quod est sibi potentia passiua. patꝫ nam potentia actiua agendi aliquid in substantiam potest esse accidēs: ⁊ potentia passiua substantie est substantia. Similiter etiam si obiectum sensibile quod est qualitas sensibilis vel fantasma mouet intellectuꝫ possibile quomodo est inuenire in eis nobiliorem potentiaꝫ q̄ȝ sit potentia intellectus. Unde dico: ꝙ non oportet potentiam passiuam semper ⁊ vniuersaliter eē innobiliorem potentia actiua. Nec videtur valere predicta solutio.

¶ Aliter soluitur: ꝙ agens est prestantius patiente q̄ȝtum ad respectum actionis quia est nobilior q̄ȝ respectus passionis. Cōtra qꝛ respectus actionis in deo ad creaturam ⁊ respect⁹ rationis ⁊ respectus passionis potest esse realis. sꝫ ens rationis non est prestātius ente reali: ergo nō est adhuc vniuersaliter verum illud.

¶ Aliter soluitur: ꝙ illa propositio non est vera de agente istrumentali sed de agente principali. Ignis autem est agens instrumentale. Sed dico: ꝙ agens instrumētale vel attingit ad effectum aliquem / ⁊ vere agit aliquid: ⁊ tunc vel sicut causa totalis vel sicut causa partialis: ⁊ tunc ideꝫ qđ prius. aut nihil attingit nec agit effectiue: quod magis puto loquendo proprie de instrumēto: ⁊ tunc non tenet regula de ip̄o quare ⁊c̄.

¶ Adhuc aliter soluitur ꝙ est duplex potentia passiua. Una receptiua vel subiectiua: et de illa non oportet ꝙ actiua sit semper nobilior. Alia est obiectiua vel transmutatiua de qua obiectiue vel quasi conuersiue ⁊ per transmutationē fit actus ⁊ de illa verum est: ꝙ potentia actiua trāsmutans ⁊ ad actum reducens semper est nobilior. Sed istam potentiam transmutatiuam non intelligo sic ꝙ sit aliquid in re extra preter materiam vel subiectum: ⁊ preter formam in potentia de quo fiat forma. Uerum est enim: ꝙ de forma in potentia fit forma in actu. sed forma in potentia est nihil. Et ita de illa potentia transmutatiua est sermo: sicut de nihilo. Nec debet dici potentia passiua: vt accipitur ī proposito: nisi valde improprie. Et tūc esset sensus propositionis: ꝙ actiuum est nobilius ⁊ prestantius passiuo: quia id quod est in actu ē nobiliori modo: q̄ȝ illud quod est in potentia ⁊ perducibile per illud quod est in actu. Et hoc est verum. quia nobiliori modo est aliquid in actu q̄ȝ in potentia. non solum cōparando aliquid ad aliud: sed idē ad seipsum. Et ita non solum est prestantius passo vel passiuo sed posset dici ꝙ idem seip̄o: licet min⁹ proprie: quia idem nō est simul in actu et in potentia obiectiua. sicut possibile est: ꝙ vnum sit in actu ⁊ reliquum in potentia.

¶ Ad secūdum principale dico: ꝙ nō oportet quodcūqꝫ actiuuꝫ vel passiuū communicare in materia: sed si actio sit vniuoca: et passiuum sit materia ex qua componatur p̄ductuꝫ sicut ex materia ⁊ forma fit vnum generatum: bene oportet: ꝙ generans vel agens communicent in materia: et ꝙ agens sit compositum ex materia et forma. non oportet autem in actionibus equiuocis semper: vt patꝫ secūdum Commentatorem: qui negauit materiam in celo: ⁊ tamen posuit celum agere in materiam inferiorem generando ista inferiora. Sic diceretur de igne: qui agit equiuoce in angelum si tamen agat aliquid. Nec oportet ꝙ angelus habeat materiam propter hoc. Unde propositio vera est de agente / et passo secūdum actionem vel passionem vniuocam generationis substantialis vel dispositionis ad ip̄am ab agēte vniuoco ip̄i generato vel corrupto. De contractu vel presentia per contractum dico: ꝙ non semper requiritur talis contractus presentie agentis ad passum ⁊ econuerso: sed sufficit contractus virtualis. Et patet ꝙ non requiritur contactus corporum secundum vltima. quia tunc angelus non posset mouere celū similiter nec realis presentia quia tunc celum nihil posset hic inferius generare cum nō sit realiter presens hic inferius. ⁊ vbi generat aliquid puta aurū ⁊ ferrum in visceribus terre. quod non potest dici generari a terra: que est corpus simplex: nec ab aliquo alio corpore. Sufficit igitur ꝙ agens presens sit virtualiter. id est ꝙ virtutem habeat producendi aliq̄d in passiuo vel receptiuo. sed ꝙ sit presens vel distans realiter hoc accidit.

¶ Ad confirmationem de assimilatione dicitur: ꝙ angelus vniuoce bene assimilat sibi passum secūdum formam eiusdem rationis quam habꝫ sed non oportꝫ de agente equiuoco: ꝙ assimilet isto modo sibi passum secūdum p̄priam rationem: sed secūdum rōnes aliquas entis cōmunes. in quibus cōueniūt agēs ⁊ effect⁹ p̄ductus vel passum secūdum formam productam Et cum dicis: ꝙ ignis non assimilat sibi spiritum in forma corporali: conceditur. nec in forma spirituali: verum est vniuoce sed equiuoce: si tamen in spiritu causet talem formam. Aliter dicitur: ꝙ p̄positio illa vera est de agente principali. ⁊ sic de⁹ assimilat sibi angelum. quia tristiciam quam habet deus in conceptu: ponit in ip̄o in effectu. sicut artifex assimilat sibi materiam suo modo. ignis autem non: cum sit agens non principale sed potius istrumentale ponendo: ꝙ agat in spiritū non oportꝫ: ꝙ assimilet. Si dicas: ꝙ secūdum August. xij. super Genesim: non sunt corporalia sed corporalibus similia: quibus anime exuste afficiūtur. Potest August. exponi de illis quibus anime afficiuntur ime

Ad secūꝫ p̄ncipale

diate ⁊ per modum subiecti:cuiusmodi est tristicia
ipsa: que non est corporalis sed similis corporali:
co modo quo effectus est similis sue cause equiuo-
ce saltem similitudine remota et longinqua. veruꝫ
est ergo illud de afficiente formaliter animam: nō
oportet aūt:ꝙ eēt de afficiēte effectiue. ¶ Ad ter
tiū quod occurrit de corporibꝰ:ꝙ passio magis fa
cta abijcit a substātia sexto.thopi.dico ꝙ talis paſ
sio realis qualis est illa:qua patientur corpora dā
natorum ab igne:abijcit a substantia saltem dispo
sitiue:et tandem dico : ꝙ corpora dānatorum cur
sui naturali relicta cum sint mortalia et passibilia
corrūperent̄ .consequenter ad talē passionē magis
factā:nisi virtute diuīa suspēderet̄ actio vel passio
corruptiua ipsoꝝ ab extrinseco sicut etiā ab intrīse
co modo supradicto.quia licet velit influere ad ta
lem passionem vel immutationem realem ⁊ inten-
tionalem ab igne:nō tñ vult influere ad corruptio
nē substātie:sed vult ipāꝫ perpetuari in tormētis.

¶ Distinctionis.xlv.
Questio Prima.

CIrca istam distin
ctioneꝫ quia in fine tractatur
vel queritur:an anime separa
te beatorum cognoscant ora-
tiones que dirigūtur ad ipos
¶ Quero de cognitione ani
me separate.primo vtrū ani-
ma hūana separata possit ali-
3.de aīa. quid intelligere. ¶ Videtur ꝙ non. tertio de anīa
dicitur: ꝙ sic se habent fantasmata ad intellectum
sicut sensibilia ad sensum. sed sensus nullam sensa-
tionem vel cognitionem potest habere:nisi moue-
tur a sensibili ergo nec intellectus nisi moueatur
a fantasmate . sed intellectus separatus non mo-
ueretur a fantasmate.quia nō est vnitus fantasma
ti. Non mouetur autem nisi a fantasmate: cui vni-
tur:alioquin posset moueri a quolibet fantasmate
ergo ⁊c̄. ¶ Secūdo sic.si intellectus separatꝰ pos-
set aliquid ītelligere:posset noticiam aliquam a re
bus acquirere:quia a cognito gignitur noticia.ix.
9.de tri. de trini.sed hoc est falsum.quia tunc frustra vnire
tur corpori. Non enim vnitur corpori nisi propter
perfectionem propriam acquirendam scilicet ītel-
lectionem mediantibus sensibus. ergo ⁊c̄.
¶ Tertio sic . operatio propria totius essentialis
nō potest cōuenire parti: sicut nec esse totiꝰ potest
conuenire parti patet. Sed ītelligere est operatio
propria totius hominis. Patet primo de anima ⁊
primo Ethicorum. ⁊.10.quia in hoc consistit feli-
citas hominis. Similiter etiam propria est alicu-
ius speciei. ⁊ non nisi hominis.quia ab ipo accipit̄
differentia specifica hominis.ergo ⁊c̄.
Auicen. ¶ Contra Auicen.sexto naturalium ani-
ma separata clarius videbit ve
ritatem q̄ȝ coniuncta. Et concordat cum illo Sa-
Sapi.9. pien.nono. Corpus quod corrumpitur: aggrauat
animam. Igitur videtur ꝙ perfectius ītelligat se
parata q̄ȝ coniuncta.

¶ In ista questione sic p̄cedā
¶ Primo inquiram vtrum anmia separata a cor-
pore possit naturaliter aliquid intelligere. ¶ Se-
cundo vtrum possit noticiam nouam aliquā ex re-
bus corporalibus precipue acquirere. ¶ Tertio
vtrum possit separata existens intelligere quidita
tes sibi habitualiter notas ⁊ recordari eorum que
nouit coniuncta. ¶ Ultimo ad rationes.

¶ Quantum ad primum ar- aīa sepa-
ticulum videretur alicui:ꝙ anima separata nō pos ta an pos
sit naturaliter aliquid intelligere. Amoto eo quod sit aliqd
est essentialiter prius:amouetur id quod est poste- nālit̄ in-
rius. sed esse formam vel informare corpus est eēn telligere
tialiter prius in anima q̄ȝ intelligere.probatio. q2 1.opinio.
informare vel esse formam corporis conuenit ani-
me ex sua diffinitione ⁊ per essentiam suam.intelli
gere autem conuenit anime per aliquid posterius:
puta per potentiam.ergo ⁊c̄. ¶ Secūdo sic.opera
tio intelligendi naturaliter aliquid in anima depē
det necessario ex fantasmate ꝓbatio.quia alias exi
stente anima cōiuncta cum nō habeat minus per-
fectum esse immo magis perfectum ⁊ ita perfectā
speciem obiecti sicut separata:nō esset necessarius 3.de aīa.
recursus ad fantasmata.quod est cōtra Aristo.iij.
de anima. Intelligētem enim necesse est fantasma
ta speculari.sed planum est:ꝙ nihil in anima sepa-
rata essentialiter depēdet ex fantasmate. ergo ⁊c̄.
¶ Tertio sic . si anima separata intelligit aliquid:
intelligit sine fantasmate . sed intelligere sine fan-
tasmate est simpliciter nobilius q̄ȝ intelligere cum
fantasmate. patꝫ in angelo ⁊ in nobis. cum igitur
anima coniuncta intelligat cū fantasmate:nobiliꝰ
intelliget separata q̄ȝ cōiuncta . et per consequens
nobilius esse habebit ꝯiuncta q̄ȝ separata:sicut no-
bilius operari . ⁊ sic ad malum suum ⁊ impfectio-
nem reunietur corpori in resurrectiōe:qđ ē falsuꝫ.
¶ Quarto sic.q̄ȝto forma est nobilior ⁊ perfectior
tanto minus videtur esse limitata ⁊ determīata ad
modum operandi:⁊ sibi vidētur posse ꝯuenire plu
res modi.⁊ ꝑ cōsequēs si ipā limitata est determīa
ta ad vnum:multofortius forma que est minus no-
bilis ⁊ perfecta . sed angelus est forma subsistens
multo nobilior ⁊ perfectior q̄ȝ anima ⁊ tamen limi
tatus ⁊ determinatus ad vnum modum intelligen
di precise.quia ad intelligendum sine fantasmate.
⁊ nō potest intelligere cum fantasmate. igitur ani
ma ad vnum modum etiam puta ad intelligenduꝫ
cum fantasmate ⁊ nō potest sine fantasmate.igitur
anima separata nihil potest omnino intelligere.
¶ Quinto sic.sicut intellectiua hominis est natu-
raliter sepabilis secūdum esse: ita ⁊ sensitiua secū-
dum illa que dicta sunt supra in secūdo. scꝫ ꝙ sensi
tiua vegetatiua ⁊ intellectiua sunt vna substantia
in homine ⁊ vna forma essentialiter. sed illo nō ob
stante sensitiua nihil potest sentire separata . ergo 3.de aīa.
nec intellectiua potest aliquid intelligere. ¶ Sex
to sic ⁊ vltimo.obiectum p̄mum ⁊ simpliciter ade-
quatum intellectus nostri possibilis ē quiditas rei
materialis ⁊ sensibilis vt videtur Arist.dicere.iij.
de anima.sed quiditas rei materialis nō immutat
nec mouet intellectum nisi mediante sensu ⁊ imagi
natione. Ista autem nō conueniunt anime sepate.
ergo ⁊c̄. Videretur igitur per istas ratiōes: ꝙ ani
ma rationalis separata nihil posset omnino intelli
gere saltem naturaliter.

¶ Sed videretur omnino dicendum: opinio.
ꝙ anima sepata p̄t doctoris
intelligere aliquid naturaliter. Hoc autem potest

probari multipliciter. ¶ Primo sic. memoria pfecta est parens verbi. sed anima separata pōt haberi memoria perfecta. pbatio. Memoria perfectā ē potentia ipa cum obiecto. sed ambo possunt haberi sufficiēter approximata q̄tuncūq; aīa sit separata. ergo potest haberi verbum pfectum: quod est intellectio actualis: sicut dictum est in primo. q̄re ꝛc̄. ¶ Scdo sic. manēte specie intelligibili apud ītellectum representāte obiectū potest haberi ītellectio illius obiecti: vt videtur: sʒ anima separata potest haberi ꝛ manere apud ipsam species intelligibilis vt videtur. quia species intelligibilis est aliquod permanens receptuʒ in subiecto spirituali ꝛ incorruptibili non dependens a corpore vel fantasmate nisi in suo fieri: q̄tuncūq; a fantasmate hauriatur. ergo ꝛc. ¶ Tertio sic. nō magis dependet intellectus a fantasmate vel fantasia in intelligendo q̄ fantasia a sensu in fantasiādo: vt videtur. sʒ fantasia potest exire in actum ꝛ conseruare speciē obiecto nō existēte nec manēte in sensu: vt patʒ. ergo intellectus sine fantasia vel fantasmate. ꝛ per consequēs intellectus sepatus: vt videtur. ¶ Quarto sic. forma subsistēs naturaliter separabilis pōt habere opationem ppriam sine illo a quo est separabilis ꝛ quo nō existēte potest manere ī eē: sicut Aristo. dicit primo de aīa: sed anima rationalis est huiusmodi. igitur pōt habere operationem scdm potentiam suam: que est prima ad talem operationē: cuius est intellect⁹ respectu intellectionis. ¶ Quīto sic. intellectio quelibet vel est obiecti spiritualis ꝛ immaterialis. vl' obiecti materialis ꝛ corporalis sed anima separata vtrūq; pōt intelligere: de materiali vel spirituali patet. Nam nulla causa ibidem inuenitur: quare hoc possit impediri. nec eñ ex pte obiecti intellectionis requiritur corpus. q2 est immateriale ꝛ spirituale ꝛ ens actu intelligibile. nec ex parte obiecti corporalis. q2 ꝛ obiectum corporale ad hoc vt intelligatur oportet transferri de ordine ad ordinem secundum Commentatorem. iij. de anima. de ordine. s. materialium vel corporaliū ad ordinem materialium ꝛ spiritualium. nec ex parte subiecti: quia planum est: q̄ cum species vel intellectio sint aliqua spiritualia q̄ nō requirunt aliquid corporale ex parte subiecti: nec aliquid corporale est ratio recipiendi ista: sicut patet. licet enim substantia vel forma spiritualis recipiatur in corpore non tamē accidentalis forma spiritualis: sed tantū in spiritu immediate. ergo ꝛc̄. ¶ Ultimo arguitur sic. obiectum nō est minus in se intelligibile immediate: q̄ in suo representatiuo vel in sua specie fantastica seu in fantasmate: loquendo de aliqua intellectione ꝛ pro aliquo statu saltem. sed obiectum intelligibile est ab anima coniuncta in suo fantasmate. igitur pro aliquo statu et aliqua intellectione intelligibile est ab anima immediate: ꝛ per consequens sine fantasmate: et ita ab anima sepata: vt videtur ¶ Aliter arguitur. q2 cum aīa sit separabilis naturaliter: si nō haberet opationem sepatam: frustra esset ꝛ careret ppetuo vel posset carere propria opatione. hoc autem est incōueniēs. quare ꝛc̄. ¶ Sed de ista ratiōe parum curo. tenēdo ergo mecum alijs dico: q̄ anima separata potest aliquid intelligere: sicut ꝛ angelus: ꝛ hoc siue intuitiue ꝛ immediate sine specie vel non per speciem siue abstractiue per speciem vel mediante specie sicut declaratum est in secundo de cognitione angelorum.

I. de aīa.

Cōmen.

¶ Si vero dicatur: q̄ anima separata non est naturaliter. quia forma vnibilis naturaliter: non est separabilis naturaliter. igitur non opatur naturaliter. Dico: q̄ aīa separabilis est naturaliter: ꝛ separatur naturaliter a corpore indisposito non obstāte q̄ sit vnibilis naturaliter corpi disposito. Et possibile est hoc de forma subsistente: q̄ sit sic separabilis naturaliter. Secundo dico: q̄ consequentia non valet. quia licet accidentia non sint separata naturaliter sicut dictum est supra: tamen agunt vel operantur naturaliter: vt dicebatur in tractatu de eucharistia. ¶ Si dicatur etiam vltra: q̄ anima separata propter carentiam vel appetitum corporis non potest perfecte beatificari nec intelligere supernaturaliter: sed impeditur: ne tota intentione feratur in illud summū celum trinitatis s'm August. xij. super Gene. ad litteram capitulo. vij. Ergo videtur totaliter impediri: ne intelligat aliquid naturaliter. ¶ Dico q̄ nō video quare anīa retardetur a sua beatitudine: ꝛ quare nō possit esse ita perfecte beata intensiue loquēdo sicut cōiūcta. Primo quia ad illam opationem beatam nihil oīno facit corpus nec habet pfectius esse anima s'm seipsam ꝛ in esse anime quādo est coniuncta: q̄ separata. coniunctio enim illa nō est nisi vnus respect⁹ qui nō facit animam pfectiorem in eē anime. vnde corpus adueniēs qualecunq; nihil iuuat nisi ad intellectionem in fantasmate: que nō est beatifica: sicut nec pes iuuat ad operationem oculi. Similiter etiam quia tunc anima christi pari ratione cū alijs quia non erat vnita corpori: nec habebat esse completum secūdum alios: fuisset imperfecte beata in triduo. quod nō est verum. Similiter q2 siue anima habeat se actiue siue passiue ad beatitudinem: ita perfecte potest pati vel agere separata sicut coniūcta. sicut etiam accidētia separata: que nō min⁹ inclinātur ad subiectum: q̄ anima ad corp⁹: sine quo potest naturaliter subsistere: non aūt accidētia sine subiecto. Similiter illa inclinatio sepate anime ad corpus est sibi naturalis: sicut etiam grauis ad centrum: vel ignis ad sursum vel etiā accidētis ad subiectum. ergo nō impedit opationem eius: que non dependet ex corpore nec sicut ex obiecto nec sicut ex subiecto: cuiusmodi est operatio beatifica. nec illa inclinatio vltra animam dicit nisi respectū rationis in actu. ¶ Ad August. dico: q̄ vel nō dicit hoc assertiue sed inquisitiue sicut multa alia illius libri: vel intellexit de tota intentione totalitate extensionis: vel intellexit hoc scdm ordinationem diuinam in alijs a Christo non ex necessitate rei vel impfectione principij.

Obiectio

Solutio

August.

¶ Ad primam in contrarium dico: q̄ in formare actualiter nō ē essentialiter ꝛ necessario prius in anima q̄ intelligere actualiter: nec oportet si p̄mum nō insit: q̄ secundum nō possit inesse. Sed dico bene: q̄ p̄us nata est anima informare p suam eēntiam immediate q̄ ītelligere q2 hoc nō ꝯuenit sibi nisi p potētiā: que ē posterior eēntia sua. Nō aūt talis ordo est inter informare ꝛ intelligere actual'r: sicut int' aptitudines ad ista: vt ptʒ. ergo ꝛc̄. ¶ Ad scdm dico: q̄ opatio ītelligēdi aliqd ab aīa vel in aīa nō necessario depēdet ex fantasmate: nec naturaliter p̄exigit fantasma absolute loq̄ndo: sʒ tm̄ p statu p̄ntis cō=

Adrōes I. opinio.

iunctionis: siue ex ordine potentiarū: siue ex pena inflicta: quod magis credo: sicut etiam videtur sentire Augu. oportet nunc recurrere ad fantasmata non propter imperfectionē potentie vel speciei intelligibilis s̄m se. q̄r non est minus perfecta anima coniuncta q̄ separata: nec species in ipsa. lȝ anima non sit etiam in se magis perfecta ꝯiuncta q̄ separata ꝯiuncta enim non habet plusq̄ separata: nisi vnum respectum vnionis ad corpus: qui nō est magne perfectionis in ipsa. Vel si sit alicuiꝰ perfectionis: non est ratio intelligendi in ipsa: nec per ꝯñs priuatio eius est impedimētum intelligendi ex natura rei vt videtur. ¶ Ad tertium dico: ꝙ intelligere sine fantasmate vel non cum fantasmate vt in pluribus perfectius est q̄ cum fantasmate: eo modo quo experimur: vel habemus nūc intelligere cū fantasmate. Et dico: ꝙ anima separata perfectius intelligit sine fantasmate q̄ cōiuncta nunc cū fantasmate. Qñ dicis vltra: ꝙ tunc anima ad sui miseriam ⁊ imperfectionem reuniretur corpori in resurrectione. Dico: ꝙ non saltem in electis. Nā aīa poterit intelligere pluribꝰ modis. q̄r ⁊ cum fantasmate ⁊ sine fantasmate. ⁊ ideo ad sui perfectionē ⁊ bonum: vel si nō ad sui perfectionē saltē ad bonum et perfectionē totiꝰ cōpositi vel coniuncti: cuiꝰ est pars. ¶ Ad quartum dico: ꝙ sicut nō est maioris perfectionis in anima: ꝙ sit vnibilis corpori ⁊ separabilis ab ipso ⁊ ita ꝙ possit esse pluribꝰ modis: q̄ sit in angelo: qui est separatꝰ a corpore: ⁊ nō est sibi vnibilis: sȝ attestatur hoc nature perfectiori in angelo q̄ in anima: sic non est maioris nobilitatis in anima: ꝙ possit intelligere illis pluribꝰ modis scȝ cū fantasmate vel sine fantasmate. angelus vero solum sine fantasmate. Quando dicis: ꝙ natura vel forma magis perfecta est magis illimitata ad plures modos agendi dicendum ꝙ verum est de modis intelligendi: qui sunt perfectionis: ⁊ conueniūt ex perfectione. non sic autem in proposito de intelligere in fantasmate. Tunc em̄ deus intelligeret in fantasmate: quod non est verum. Vel dicendum ꝙ ad n̄aturam perfectiorem sufficit vnus modus intelligendi perfectior et quasi perfectionaliter ⁊ vnitiue continens vtrunq̄: sicut est in proposito de modo intelligendi vel intellectione naturali angeli vel dei: que simpliciter est nobilior q̄ intellectio naturalis quecunq̄ ipsius anime siue in fantasmate siue sine fantasmate quasi perfectionaliter vel vnitiue continens vtrunq̄: quod disperse est in anima.

¶ Ad quintum dico: ꝙ licet anima sensitiua hominis sit naturaliter separabilis sicut intellectiua nō tamen potentia proxima sensitiua vel sentiendi est separabilis. illa enim vel dicit coniunctum: vel est coniuncti primo. sed potentia proxima intellectiua separatur. ideo dico: ꝙ potest exire in operationem non autem anima sensitiua s̄m suam potentiam remotam. ¶ Ad sextum et vltimum dico ad maiorem propositionem: ꝙ quiditas materialis non est obietum primum intellectus nostri simpliciter et absolute loquendo nec primitate originis nec primitate adequatiōis nec primitate perfectionis. Q̄ non primitate originis pȝ. Nā tunc in aliquo statu seu pro quocunq̄ non posset intelligere immediate aliquod obiectum immateriale vel spirituale. sed oporteret: ꝙ pro quocūq̄ statu suo actꝰ intelligendi suus prius origine terminaret̄ ad obiectum materiale siue ad quiditatem materialem. et tūc impossibile esset ꝙ in statu sue separationis vel pro statu coniunctionis sue post resurrectionē beatificaretur in essentia diuina sicut ī obiecto primo cognito. quod est falsum. beatificatur enim intellectus creatus formaliter per visionem beatam: que immediate terminatur ad essentiam diuinam: vt in se est et vt ad obiectum primo cognitum: quod est sibi ratio cognoscendi omnia alia noticia que habetur in verbo. sicut etiam intellectus diuinus suo modo beatificatur sic in sua essentia immediate attingendo ipsam: ⁊ prius origine etiam q̄ aliquod aliud obiectum. De primitate etiam adequationis patet: ꝙ quiditas materialis non est obiectum adequatum simpliciter intellectui. tunc enim impossibile esset: ꝙ pro quocunq̄ statu per quācunq̄ virtutem cognosceret nisi aliquid materiale habens quiditatem materialem. sicut si visus per quamcunq̄ potentiam eleuari non potest ad vidēdum aliquid: quod non contineatur sub suo obiecto adequato: vel quod non sit coloratum vel lucidum seu lux vel color. De primitate perfectionis patet quia planū est: ꝙ quiditas materialis non est obiectum perfectissimum vel perfectius: quod possit ab intellectu nostro intelligi. ¶ Dico igitur: ꝙ quiditas materialis vel sensibilis si est obiectum primum intellectus nostri: non est obiectum primum nisi primitate originis pro statu presentis ꝯiunctionis: in quo oportet intellectum recurrere ad fantasmata accepta ex sensatis. Non habet autem locum pro statu separatiōis anime: vt videtur ex predictis. Ad minorem vero cum dicitur: ꝙ quiditas materialis nō mouet intellectum: vel non intelligitur nisi mediāte imaginatione et sensu: nec est in intellectu: nisi prius fuerit in sensu. Dico: ꝙ non est verum absolute loquendo. quia tunc deus nec angelus possent intelligere talem quiditatem. et ideo verum est hoc pro statu presentis cōiunctionis intellectus ad animam vel ad corpus: ⁊ loquendo de modo intelligēdi naturali qui habetur de lege communi. Hec de primo articulo principali.

¶ Quantum ad secundū arti-

> Aīa separata an noticiam aliquā ex rebꝰ corporalibꝰ possit percipere. 1. opinio.

culū dicitur: ꝙ anima separata non potest acquirere noticiam aliquam nouam nec habitualem nec actualem a rebus vel ex rebus materialibꝰ vel corporalibus seu ab inferiori: sed tantum a superiori potest talem notitiam accipere vel acquirere puta a deo vel ab angelo: a quo vel a quibus sibi influentibus noticiam habitualem obiecti prius ignoti puta speciem eius potest recipere noticiam talis obiecti. Non autem potest eam accipere a rebus immediate. ¶ Primum probatur primo. quia si anima posset immediate acquirere noticiam alicuius obiecti materialis ⁊ sensibilis prius ignoti ab ip̄o obiecto frustra vniretur corpori quia cum non vniatur corpori propter perfectionē corporis: eo ꝙ forma non est propter materiam sed magis ecōuerso: nec vniretur ꝓpter perfectionē ꝓpriā acquirendā in corpe: q̄r sine corpe pōt eā acquirere frustra vniretur. ¶ Scdo. q̄r nō est transitꝰ ab extremo in extremū nisi per mediū: sed esse sensibile vel sensatum rei sensibilis et esse intelligibile vel intellectū sunt duo extrema: quorum medium est esse imaginatū. vel si primum extremum accipiatur esse in re extra

tunc pro medio potest accipi esse sensatum et imaginatum. Cum igitur res materialis apud animã separatam non possit habere esse medium: non potest etiã habere esse extremum: qđ est esse intellectũ. ¶ Tertio. qr obiecti ad potentiã debet esse aliqua conuenientia. sed obiecti materialis ad potentiam totaliter separatam actualiter a materia nulla est proportio nec conuenientia. ergo ꝛc. ¶ Quarto sic. quia si sic posset anima separata accipere noticiam alicuius ignoti prius pari ratione ꝛ cuiuslibet alterius q̃tumcunq; distantis. sed hoc est falsum. distantia enim bene impedit cognitionẽ sicut et operationem. quare ꝛc. ¶ Secundum probatur ꝙ a superiori per influxum specierum potest haberi vel acquiri talis noticia in anima separata. quia intellectus noster medius est inter res intellectuales vel substãtias immateriales et res corporales. Unde ꝛ creatus est in orizonte eternitatis: sicut dr in de causis. Unũquodq; aũt medium q̃tomagis accidit ad vnum extremorum: tãto plus recedit ab alio. igitur qñ anima nostra vel intellectus noster accedit ad corporalia: puta qñ est actus corporis: et informat ipsum: recedit a spiritualibus et nihil recipit naturaliter a superiori: sed tantum a corporalibus mediante sensu ꝛ imaginatione: sed qñ accedit ad aliud extremũ: ꝛ separatur a corpore: tũc a superiori recipit puta a deo ꝛ intelligentijs: ꝛ nihil ab inferiori puta a corporalibus. hec est opinio cum suis motiuis.

Opinio doctoris

¶ Sed quantum ad hoc videtur mihi dicẽdum sicut dixi de angelo in secũdo distinctione. iij. questiõe. iiij. ꝙ anima separata potest acquirere naturaliter noticiam alicuius obiecti prius ignoti: ꝛ hoc loquendo siue de noticia habituali in specie siue de noticia actuali: que est est actus: siue sit noticia abstractiua siue intuitiua. Nec est aliqua difficultas hic plusq̃ ibi. ¶ Et potest hoc probari aliquibꝰ vijs: quibꝰ ibidẽ probatur de angelo. ꝛ etiam hoc pꝫ: ꝛ probari põt per rationes precedentis articuli applicando eas ꝛ deducendo de acquisitione noticie: sicut deducebãtur ibi de vsu noticie quantũ ad aliquas ipsarum. Non enim video: quare plus dependeat acquisitio noticie a fantasmate q̃ vsus noticie. Et ita sicut anima sine fantasmate existẽs separata potest intelligere materialia ꝛ naturaliter: nõ video quare nõ possit acquirere noticiã eorũ ꝛ ex ipsis ĩmediate independẽter ex fantasmate. ¶ Secũdo etiam qr non apparet necessitas ista recurrendi ad deum vel ad alias intelligentias: vt influãt talem noticiam naturalem: cum ad hoc videat̃ sufficere perfectio anime naturalis: que non est neganda ab ipsa: nisi ratio cogens appareat. Ad hoc eñ videntur sufficere potentia disposita ꝛ obiectũ sufficienter presens per seipsum ꝛ actu presens. Nam sicut ista sufficiunt in ratione memorie respectu verbi: ita etiam ad acquisitionem noticie vel verbi et impressionem speciei. ¶ Tertio quia videtur vilificari anima per positionẽ aliorum. Nam sicut simpliciter est vilior natura que non potest in aliquam operationem naturaliter: vel si in aliquam: non tamen nisi in viliorem: q̃ illa que potest in aliquã vel nobiliorem: ita vilior est natura que ex suis intrinsecis appositis alijs extrinsecis conuenientibus et concurrentibus naturaliter: cuiusmodi est obiectũ in proposito: non potest in operationem suam sine aliquo speciali influxu a deo: cuiusmodi est anima per se: q̃ illa que potest in suam operationem sine tali influxu speciali: cuiusmodi est natura lapidis: qui non prohibitus si sit sursum: statim potest descendere deorsum. ¶ Quarto. quia dicit ille doctor: qui ponit illam positionem alibi: ꝙ duo accidentia eiusdem rationis non possunt stare simul in eodem subiecto. possibile est autem: ꝙ anima separata acquisierit coniuncta existens prius speciem lapidis: ꝛ per illam non potest intelligere separata scđm istum doctorẽ. Si igitur anima separata debeat intelligere lapidem: oportet ꝙ hoc sit per vnã nouam sibi influxam a deo vel ab angelo. sed iste sunt eiusdem rationis quia eiusdem potentie et respectu eiusdem obiecti. species autem scđm eos vel etiam actus non diuersificatur aliter q̃ ex subiecto vel obiecto. Ex hoc etiam sequitur: ꝙ si potest acquirere vnam ita ꝛ aliam: si non haberet. ergo ꝛc.

¶ Ad primum eorum dico: ꝙ ita concludit contra eos: si naturaliter potest accipere anima talem noticiam a superiori: frustra vnietur corpori: vt accipiat ab inferiori vel a corpore. Tunc dico: ꝙ non frustra vnit̃ corpori: vt dictum est supra: licet non propter perfectionem corporis: sic ꝙ ipsum corpus sit finis eius. Nec propter perfectionem sui: nisi forte vt alio modo intelligat q̃ separata: modo quo predictum est. sꝫ dico: ꝙ propter perfectionẽ totius compositi: cuius est pars. ¶ Ad secundum dico: ꝙ nihil valet de transitu intellectuali. potest enim aliquid transire intellectualiter ab extremo in extremũ sine medio. patet intelligendo romam: et postea immediate intelligendo parisium. Similiter de transitu reali. Nam scđm istum eundem doctorem angelus potest moueri ab extremo in extremum sine medio. ita diceretur ꝙ res apud intellectum potest sic transire ab extremo illo ad aliud sine medio illo: quod tu imaginaris. Preterea dico: ꝙ esse imaginatũ: vel sensatum non est medium simpliciter nec necessarium: sed tantum respectu intellectus coniuncti ꝓ statu presentis coniunctionis. non autem pro statu cuiuscunq; coniunctionis: sed erunt homines et intelligent sicut angeli dei in celo: et poterunt intelligere sine fantasmate. ¶ Ad tertium dico: ꝙ obiecti ad potentiam non debet esse conuenientia similitudinis vel proportio commensurationis. Alioquin deus non posset intelligere ista materialia: sed sufficit proportio imitationis vel habitudinis: ꝙ hoc sit intelligibile et illud intellectiuum.

Ad rões I. opi.

¶ Ad quartum dico: ꝙ non ex quacunq; distantia potest anima separata cognoscere aliquid intuitiue. naturaliter dico: nec per consequens speciem eius representatiuam acquirere: licet quodlibet ens actu existens sibi sufficiẽter presentatum vel propinquum possit cognoscere naturaliter: precipue si est proportionatum sed dico: ꝙ habita specie potest a quacunq; distantia illud cuius est species naturaliter intelligere abstractiue: dato etiam ꝙ illud non esset. ¶ Ad illud quod adducitur pro secundo dicto. Dico: ꝙ anima media est aliquo modo inter spiritualia et corporalia: sed dico ꝙ non sic est media: quin ipsa separata existens possit naturaliter intelligere et noticiam accipere ex corporibus sicut etiam et angeli ipsi qui sunt

superiores. Quãdo dicis: quod cõiuncta existẽs non potest recipere naturaliter nisi ex corporibus. Dico: quod hoc non est ex natura sua: sed ex illa causa ex qua oportet eam recurrere ad fantasmata: que magis est pena. vnde et post resurrectionem non habebit hoc locum. quare etc.

Aia separata an possit cognoscere qditates sibi notas etc.

¶ Quantum ad tertium articulum videtur prima fronte ex primo et scdo articulo quod anima separata potest cognoscere quiditates habitualiter sibi notas prius: quarum scilicet habet species repñsentatiuas apud se: quas retinet: et conseruat post mortem per predictas species: loquendo de noticia abstractiua. Nam intellectus et species sufficiẽter integrãt memoriã respectu talis noticie abstractiue: sicut in pmo articulo dicebat. Et si talem speciẽ vel tales põt acquirere sepata existens et noticias mediãtibus ipsis. noticias dico actuales: multofortius talibus speciebus iam habitis apud se potest per illas pdictas quiditates abstractiue intelligere: vt videtur. Predicte enim species quãtũcunque a fantasmate vel sensibus hauriantur: nõ dependent tñ a fantasmate nisi in suo fieri: nec ipsum necessario preexigunt in esse et manere: sicut superius dicebat. Et sicut in essendo ita nec in representãdo: sicut patet. Et facit talis species sufficiẽtem presentiã obiecti ad potentiã in ratione intelligibilis abstractiue. nec oportet: quod habita et cõseruata tali specie: cõferatur sibi vna alia respectu eiusdem obiecti a supiori puta ab intelligẽtia quacũque. Similiter etiam dico: quod anima sepata potest naturaliter cognoscere intuitiue quiditates sibi habitualiter prius notas: si actualiter existant in re: et sibi sufficienter approximentur: vel presententur in suis indiuiduis vel suppositis: sicut etiam potest haberi ex primo articulo et secũdo. ita quod dupliciter tunc potest eas cognoscere saltem successiue. vno modo intuitiue et immediate non per speciem: licet habeat speciem. Alio modo abstractiue mediante specie. quare etc.

Aia separata an possit recordari. pteritorum Phus. damascenus.

¶ Sed vtrum anima separata possit recordari preteritorum: que nouit cõiuncta: dubium est. ¶ Primo quia in anima separata non videtur esse memoria vel saltem non posse exire in actum. quia memoria solum pertinet ad partem sensitiuam: sicut videtur Aristoteles dicere de memoria. dicit enim de fantasia ibidem: cuius inquit habitum dicimus esse memoriam. Et Damascenus etiam dicit libro secundo capitulo de rememoratiuo cum Aristotele: quod est vis sensitiua. quia memoria est imaginatio derelicta a sensu sm actũ. hoc autem est fantasia vel fantasma. ergo etc.

¶ Secundo quia memoria est preteriti: vt preteritum est. sicut prouidentia per se est respectu futuri. sed potentia intellectiua non est preteriti vt preteritum est. quia tale non est nisi singulare: quod non intelligitur per se ab intellectu nostro et directe. igitur in parte intellectiua non est memoria.

¶ Tertio. quia obiectum intellectus est vniuersale. patet in multis locis. vniuersalium vero et eorum que semper sunt non est memoria: sed preteritorum. ¶ Quarto. quia tunc beati qui aliquando peccauerunt: recordarentur: vel possent recordari suorum peccatorum. Aut ergo recordarentur complacendo: et sic essent mali. aut detestando et dolendo et sic essent miseri. quare etc.

In aia separata an sit memoria.

¶ Ad euidentiam ergo articuli vidẽdum est primo: si in parte intellectiua et per cõñs in anima separata sit memoria. scdo ad ppositum. Quãtum ad primum dico primo procedendo ex his que apparent de actu recordandi vel memorandi: quod habet duo obiecta vel respicit vnũ per se et immediate. aliud vero mediate. quia mediante primo. Illud obiectum immediatum super quod imediate cadit actus recordandi: dicõ quod est aliquis actus preteritus recordantis et per se preteritus respectu recordationis. quia de actu presente sm quod huiusmodi non est recordatio nec actus recordandi. Et debet talis actus esse ipsius recordãtis. quia de actu alterius non recordatur quis: nisi pro quãto habuit aliquẽ actũ circa ipsum: cuius immediate recordatur. vnde nõ recordatur de actu alterius sicut de obiecto imediato: sed sicut de obiecto mediato et secundario. nõ enim recordor te cucurrisse: nisi quia recordor quod vidi te currere vel huiusmodi. Oportet etiã: quod sit actus humanus perceptibilis et non subitaneus vel imperceptibilis. Alioquin nõ posset esse recordatio eius. ¶ Ex quibus patet quod licet de preterito sit recordatio: nõ tamen de quolibet preterito sicut de obiecto immediato. licet enim intelligã me natum fuisse vel mũdum creatũ fuisse: nõ tamen recordor istorũ nec sicut de obiecto imẽdiato nec sicut de obiecto mediato: quod est imẽdiatum obiectũ respectu actus qui est obiectũ imẽdiatum recordãdi. Nõ enim recordor aliquẽ actum: quẽ habuerim circa meũ nasci vel circa creationẽ mundi: quãdo ista ponebãtur in re et in effectu: sicut patet manifeste. Sic ergo actus recordandi respicit pro obiecto imediato actum preteritum modo dicto pro obiecto vero mediato et remoto põt indifferenter respicere presens in se vel preteritũ licet nõ respiciat ipm nisi pro quãto cecidit sub actũ illo preterito: vt videtur. ¶ Scdo dico: et sequitur ex pmo quod actus recordãdi in nobis est nouus et post tẽpus. quia respicit actũ pteritũ in nobis pro imediato obiecto. Et hoc etiã dicit phus in de memoria: quod post tps omnis memoria fit. Et patet. quia presupponit actũ preteritũ: quod est differẽtia tẽporis. Similiter etiã sequitur ex pmissis: quod imediatũ obiectũ recordationis diuersificatur sicut et recordãs vel actus recordãtis. vnde plures recordãtes nõ possunt recordari eiusdẽ obiecti imediati. sicut nec pluriũ pt eẽ idẽ actus possunt tñ recordari eiusdẽ obiecti mediati. Patet etiã quod potẽtia cuius est actus recordãdi percipit et discernit tẽpus preteritũ a psenti: et discernit fluxum tẽporis preteriti et aduentũ futuri vel presentis. vnde et nõ discernentes tempus preteritum a presenti nec tempus intermedium: sed tẽpora accipientes quasi vnum et quasi vno instanti copulantes: sicut dormientes: totum tempus preteritũ cum presenti nõ recordantur vt videt. ¶ Tertio dico: quod obiectũ actus recordãdi imediatum nõ est in se presens realiter: per se loquẽdo dico. quia preteritum est. alioqn nõ esset recordatio eius vt preteriti. Sed tñ cũ oporteat obiectũ positiuum alicuius actus esse aliquo modo presens saltem in aliquo representatiuo oportet necessario: quod actus ille sit presens in sua specie: si tamen obiectũ sit causa effectiua ipsius actus in se vel in specie. Et tunc sequitur: quod potentia recordatiua sit cõseruatiua speciei. Et hoc siue dicat vnam simplicem potẽtiam: que est retentiua

No. corelarium

Phus.

speciei ⁊ elicitiua actus: quod magis puto siue includat duas potentias: quarum vna sit conseruatiua speciei: ⁊ alia recordetur. Et illam speciem necesse est imprimi ab obiecto puta ab actu qn̄ꝗ in re quia imprimi non potest ab eo: quando transijt: et iam non est. quia quod non est causa esse nō potest. ¶ Quarto patet ꝙ qui non pōt recordari de actu proprio supradicto: non potest recordari de aliquo obiecto. Nam per illum actum tanꝗ per obiectū primo cognitum de quolibet alio recordatur quis tanꝗ de obiecto remoto. Similiter etiam patet: ꝙ non possit species actus humani preteriti imprimi nisi in potentiam: cuius obiectum est talis actꝰ. qꝛ ad eandem potētiam pertinet obiectum ⁊ species eius: oportet ꝙ actus ille preteritus sit obiectū potentie recordatiue: sicut et in ipsa imprimitur species eiusdem actus.

Dubiū. ¶ Ex hoc mouetur vnum dubiū. An scꝫ potentia recordatiua cognoscat illū actum dum est: cuius species sibi imprimitur. Et videtur: ꝙ non. qꝛ dum est: non est preteritus. Recordatiua aūt potentia non est nisi preteriti nec recordatio. Econtra videtur: ꝙ imo. qꝛ alie potētie percipiunt actualiter sua obiecta: quādo eis imprimuntur species eorum. ergo ⁊ ista. sed tunc imprimitur species: dum est actus presens. quare ⁊c̄. Et similiter si non cognoscit ipsum: dum est: quō recordabitur ipsius: postꝗ preterijt ⁊ iam non est? sicut nec prius dormiens recordatur alicuius: quod sibi infuit tunc quādo dormiebat: ⁊ quod nō cognouit. ¶ Et potest dici probabile esse ꝙ potētia recordatiua ipsum cognoscit sed nō per actum recordādi: sed per vnū aliū: qui pōt esse respectu presentis nōdum preteriti. Videtur em̄ multum probabile: ꝙ cuicunꝗ potentie non repunat cognoscere aliquod obiectum quādo non est: ꝙ sibi etiam nō repugnet illud cognoscere: quando est: licet non econuerso. quare ⁊c̄.

Obiectōnes ꝯ p̄dicta. ¶ Si obijciatur contra predicta: ꝙ ex predictis seqtur non esse memoriam nec actum recordandi vel memorādi in parte sensitiua. Tum quia sensitiua nō cognoscit: nec discernit tempus ⁊ precipue preteritū. qꝛ non est. Tempus enim non est de numero sensibilium nec propriorū nec cōmuniū patet secundo de anima. (2. de aīa.) ¶ Tum qꝛ si in parte sensitiua esset recordatio cuiuslibet actus potētie sensitiue: cuiuslibet posset esse recordatio sensitiua. qđ est falsum qꝛ supreme potētie actus alicuiꝰ nō pōt esse recordatio. probatio. qꝛ actus ille nō pōt esse cognitus a potētia sensitiua aliqua. quia nō ab aliqua inferiori: nec a seipsa. qꝛ nō est reflexiua supra seipsam: sicut nec aliqua sensitiua: vt videꝛ. ⁊ tm̄ oportet potentiā recordatiuā esse cognitiuā actus: de quo recordatur. ¶ Tum qꝛ nulla sensitiua receptiua est speciei: nisi alicuius qualitatis sensibilis. nec etiā perceptiua actus circa aliquā qualitatē sensibilē nisi sit aliquo modo talis. vnde ⁊ philosophꝰ scđo de aīa ad hoc (2. de aīa.) vt cōcedat visionē aliquo modo videri: cōcedit eā aliquo modo coloratā. modo actꝰ recordabilis non pōt esse qualitas sensibilis aliqua. qꝛ de actu circa quālibet qualitatē cōtingit recordari: siue illa qualitas sit color siue sonus ⁊ hmōi. Et ita illa species actus recordabilis nō est alicuiꝰ potentie sensitiue: vt potētie receptiue. ¶ Tum qꝛ in animalibꝰ brutis perfectis cōueniūt omnes sensitiue. ⁊ non est dare aliquā operationem: vnde posset argui in ipsis recordatio vel memoria. nec de formica congregāte grana: nec de aranea faciente telam: nec de nidificatione vel disciplinatione. omnia em̄ ista possūt attribui fantasmatibus presentibꝰ de tristabili vel delectabili sic mouētibus animalia ad sic agēdum aliquid: si sit eis cōueniēs ⁊ bonum: vel fugiēdum si discōueniēs ⁊ malum: vel si occurrat fātasma alicuiꝰ tristabilis. Nec oportet: ꝙ imputeꝛ memorie seu recordationi eorū. vnde ⁊ formica modo nata ita congregat grana in estate: sicut si vixisset per quattuor annos vel per quinꝗ: et sic de alijs suo modo. Videtur igitur: ꝙ in parte sensitiua non sit memoria.

¶ Sustinendo tm̄ Aristotelē in de memoria ⁊ reminiscentia. licet non putem ꝙ ibi ita proprie sit memoria sicut in parte ītellectiua. (Ad obiectiōes p̄cedentes) ¶ Dico ad primum: ꝙ Aristoteles in de memoria consentit potentiam sensitiuā vel organicam apprehendere tempus: quomodocūꝗ sit hoc. ⁊ dicit: ꝙ sensitiuo quo percipimꝰ magnitudinē: percipimus tempus. Nec obstat: ꝙ tempꝰ est successiuū. qꝛ motꝰ etiā qui est sensibilis ꝑ se: est successiuus. Similiter nō obstat scđm aristotelē: ꝙ tempꝰ est numerꝰ. qꝛ ⁊ numerus etiā est ꝑ se sensibilis: sicut dicitur in scđo de aīa. Tu dicis: tempus preteritū nō est. quō sentitur? Diciꝛ ꝙ nō sentiꝛ in se sed in sua specie: vel in specie alicuiꝰ qđ fuit sub ipso: vel ꝑ presens ipsum seu priuationē presentis. sicut aliquo mō sentiꝛ lumē nō esse in medio ⁊ tenebra: vt dꝛ scđo de aīa. ¶ Ad secūdū diceretur: ꝙ vel recordatio sensitiua nō est cuiuslibet actꝰ cuiuscūꝗ sensitiue. qꝛ nō est respectu actꝰ sensitiue superioris. sed cōuenit sensitiue superiori respectu actꝰ sensitiue inferioris. vel si sit recordatio sensitiua actꝰ cuiuslibet sensitiue: tunc sensitiua superior aliquo modo reflectiꝛ sup actū suū: ⁊ recordaꝛ ipius. Nec seqꝛ cōtra hoc maius incōueniēs ꝗ cōtra Aristotelē scđo de anima: vbi dicit ꝙ visus aliquo modo sentit se videre. ⁊ per ꝯn̄s aliquo modo reflectiꝛ supra seipsum. licet nō ita ꝑfecte ⁊ cōplete vel distincte sicut intellectus. (2. de aīa.) Vel si poneretur memoria distingui a sensitiua: cuius actꝰ est recordabilis nō oporteret ponere talē reflectionem. ¶ Ad tertiū diceretur: ꝙ sensitiua recordatiua actꝰ proprij vel alterius sensitiue pōt recipere speciē talis actꝰ cuiuscūꝗ qualitatis vel sensibilis vt obiecti sit talis actꝰ. nec oꝫ ꝙ species sensibilis quecūꝗ sit īmediate alicuius qualitatis exterioris sensibilis vt obiecti īmediati: sed pōt esse ipsiꝰ actꝰ: qui ꝰm rei veritatē qualitas quedā est ⁊ sensibilis aliquo mō ꝑticipatiōe obiecti sui. sicut ⁊ visio quodāmō colorata est: et pōt habere speciē ꝓpriā aliā a specie coloris ⁊ alteriꝰ rōnis: sicut ⁊ ipsa est alteriꝰ rōnis a colore. ¶ Ad quartū dicēdū: ꝙ lꝫ: nō possit forte efficaciꝛ ꝓbari memoria sensitiua ex his: q̄ apparēt in brutis: tm̄ facilius saluātur ponēdo memoriā ꝗ negādo ipsam. Si ista valeant ad sustinēdū aristotelē: bene quidē si nō querātur meliora ab illis: qui volūt eū ꝑ omnia sustinere. qꝛ non curo: si sint contra eum.

¶ His premissis de ꝯditionibꝰ memorie ⁊ obiecti vel actu eiꝰ. Dico ꝙ memoria ꝓp̄e est in ꝑte intellectiua. ⁊ ꝗtū mihi apparet: veriꝰ ⁊ ꝑfectiꝰ ꝗ ī ꝑte sensitiua. (Ꝙ mēoria est in ꝑte intellectiua.)

¶ Hoc probo per aliquas rationes primo sic. Ad partem intellectiuã pertinet aliquis actus habens omnes conditiones predictas actus recordatiui & in se et quantum ad obiectum. sicut patet de actu: quo aliquis intelligit se aliquãdo demonstrasse vel sciuisse demõstratiue ꝙ triangulus habet tres: vel ꝙ homo peccauerit contra legem dei. quod quidẽ pertinet ad solum intellectum: & non potest pertinere ad sensum. et sic de alijs mere intelligibilibꝰ. sed ad quam partem pertinet actus recordatiuus vel memoratiuus: ad eandem pertinet potentia. ergo &c. ¶ Secundo sic. ad intellectum vel partẽ intellectiuam proprie et perfecte & distincte pertinet cognoscere & distinguere preteritum a futuro & intentionem preteriti a futuro: & conferre preteritum ad presens & ad tempus medium sicut patet. et reflecti super suum actum preteritum scdm ꝙ huiusmodi. sed hoc non potest esse sine actu recordatiuo vel memoratiuo: vt patet. nec per consequens sine potentia memoratiua vel recordatiua. ergo &c. ¶ Tertio sic. in parte sensitiua est memoria recordatiua preteritorum scdm Aristotelem: vt dictum est: supra. sed potentia intellectiua intelligere potest: quecunqꝫ potest sentire sensitiua: et adhuc plura. & per consequens actus eius cadere potest super recordabilia sensitiue: et super plura alia. ergo &c. ¶ Quarto sic. ex intentione aristotelis ad solum hominem ptinet remisci. in libello illo hoc dicit. Et hoc etiã dicit Auicenna in sexto naturalium. Reminiscentia enim quasi quidã discursus est ab vno in aliud. sed memoria magis pertinet ad noticiam simplicem. tunc sic. reminiscentia potest terminari ad memoriam et recordationem sicut ad conclusionem quasi vel ad finem intentum. sed ad potentiam ad quam pertinet discursus: pertinet conclusio vel terminus discursus. ergo &c. ¶ Si dicas contra hoc: ꝙ aristoteles dicit quosdã eẽ bñ remiscitiuos: q̃sdam male propter diuersitatẽ organi. & per consequens reminiscentia videtur pertinere ad potentiam organicam & sensitiuam partem. & ita ex hoc non concluditur memoriam aliquam esse in parte intellectiua. Dico ꝙ non sequitur hoc. sed bene sequitur: ꝙ memoria intellectiua vel etiam reminiscentia impeditur ex impedimento memorie sensitiue. sicut aliqui male intelligunt propter indispositionem vel lesionem organi fantasie. quia oportet fantasiam esse in actu suo: quando intellectus intelligit & tamen ex hoc nõ sequitur ipsum intelligere non pertinere ad intellectum. sic dico de reminiscẽtia: ꝙ cum ipsa oportet concurrere memoriam sensitiuam in actu. ideo &c. ¶ Ultimo probatur propositum per Philosophũ in principio illius libelli. vbi dicit ꝙ quorũdam intelligibilium memoramur: vt ꝙ triangulus habet tres equales duobus rectis. hoc quidem. quia didiscit: & fuit speculatus. sed hoc non est nisi per memoriam intellectiuã. ergo &c. ¶ Si dicas: ꝙ intelligibilium memoramur per accidens: sicut & substãtiam sentimus per accidens. sicut etiam dicit damascenus libro scdo cap. de rememoratio. intelligibiliũ (inquit) sicut dicimꝰ memoramur. substantie autem ipsorum memoriã non habemus. Contra quecunqꝫ potentia cognoscit actum vt est obiecti: cognoscit etiam obiectum aliquo modo: sed hoc obiectũ. triangulus hꝫ tres: quod est verũ demõstratum vel scitum: vt sic solus intellectus potest cognoscere & nullus sensus. igitur & solus intellectꝰ potest cognoscere aliquẽ hoc speculatum fuisse: vel didicisse: seu demonstrasse: ¶ Ad illa dico bene ꝙ intelligibiliũ que sunt substantie memoramur per accidẽs. q2 nõ per se ꝓmo tanqꝫ obiectorum imediatorum: sed accidẽtiũ vel actuũ tãqꝫ obiectorum primorũ & imediatorũ memoramur quare &c. ¶ Confirmatur. q2 luce. xvj. dr illi epuloni: fili recordare &c. igit in aĩa separata est memoria. Luc. 16.

¶ Ad propositum igitur cõcludo cõclusionẽ principaliter intẽtam in hoc articulo. & dico: ꝙ cum ad partẽ intellectiuã ptineat memoria: quã nõ video differre ab intellectu possibili nec esse aliã potẽtiã quod anima separata: sicut põt intelligere quiditates sibi prius notas habitualiter & omnia illa quorũ manẽt in ipsa species: potest pari ratione recordari et memorari quorũlibet actuum preteritorũ: quorum manẽt apud ipsam species: sicut poterat coniuncta Et hoc siue illi actus fuerint ꝑsentes in re pro statu sue cõiunctionis siue pro statu separationis. Et vide: ꝙ noticia recordatiua in ipsa nõ ꝑt eẽ nisi abstractiua naturaliter loquẽdo in actu recordandi. dico q2 non nisi per speciem obiecti imediati recordati: sicut apparet ex predictis. Ad istam cõclusionem possent applicari quasi omnes rationes duorũ articulorum precedentium vel saltem plures: sicut apparet intuenti. Cõclusio ꝓpositi.

¶ Ad primum contra hoc dico ꝙ nõ dicit aristoteles memoriam esse tantum in parte sensitiua. sed concessit eam esse in intellectiua: licet bene dixerit in parte sensitiua esse memoriã & de illa magis locutꝰ fuerit: & intendit in libello suo: q̃ de intellectiua ꝓ tãto. quia magis ẽ nota: & siñr q2 magis distincta a sensibꝰ multis q̃ memoria ab itellectu. q̃re &c. Per idẽ ad auicẽ. Ad rões in oppositum.

¶ Ad scdm dico ꝙ potẽtia itellectiua magis põt esse ꝑteriti vt preteritũ est q̃ sensitiua: sicut dictum est supra quomodocũqꝫ intellectꝰ cognoscit singulare vel particulare: non curo. q2 magis distinguit intentionẽ ꝑteriti et preteritionẽ a futuritione vel presentialitate q̃ sensus. imo nec istꝰ videtur multum clare sensui conuenire: sicut etiam nec conferre. ¶ Ad tertium de vniuersali patet. eodem modo est dicendum. non solum enim intelligit intellectus vniuersale: sed etiam particulare: quomodocunqꝫ hoc sit. ¶ Ad quartum dico ꝙ beati qui aliquãdo peccauerũt: possunt recordari: & recordãtur suorũ ꝑteritorũ pctõrum nec est eis hoc ad penam vel dolorẽ: sꝫ est ad gaudiũ de liberatiõe ab ipsis & a penis correspõdẽtibꝰ: & ad collaudationẽ diuine mĩe liberãtis. Et hoc videtur dicere Grego. super illud mĩas dñi ineternũ cãtabo. quõ ineternũ mĩas dñi canit qui miserie nõ meminit? Nũ dicis ꝙ pñt recordari precise peccata stãdo in hoc non cogitãdo de liberatione eorũ a peccatis. & tunc vltra qñ queris: quis actꝰ voluntatis seqtur vel placere vel displicere vel nolle: non placere vel velle. q2 tunc essent mali. nec displicere. q2 tunc essent tristes et miseri. Nec neutrum. quia idem sequitur scilicet ꝙ essent mali: et ita miseri. Nam ad hoc tenet peccator recolẽs de pctõ ex lege naturalis rõnis scꝫ ꝙ sibi displiceat. & q̃to magis beatus: in quo plene viget ratio naturalis. Dico ꝙ vel beati nõ recordantur de peccatis suis sic absolute. quia deus non Grego.

vult eis influere ad hoc: sed tantum vt sunt mate-
ria laudis: et sic vt sunt liberati ab eis. Vel si re-
cordantur sic de facto dico ꝙ displicent eis: et ha-
bent nolle et displicentiam respectu ipsorum: ⁊ nõ
illam displicentiã non sequitur aliqua tristicia deo
sic prouidente: et illam tristiciam suspendente vel
non influente ad ipsam: que tamen nata esset sequi
naturaliter. ¶ Si dicas vltra ꝙ deus potest non
suspendere: et tristitia sequi. ⁊ sic beatus esse miser.
dico ꝙ vel vehemens delectatio fruitionis exclu-
deret talem tristitiam: vel absolute loquendo possi
bile esset ꝙ anima simul esset beata: et haberet gau
dium fruitionis: ⁊ simul tristaretur de peccatis. eo
modo quo dicebatur in tertio de christo tempore
sue benedicte passionis: licet non sit ita de lege cõ-
muni instituta a deo de beatis. ¶ Si dicas vltra
ꝙ si peccata displicent beatis: igitur nollẽt ea fuis
se: vel vellent ea non fuisse. et per consequens non
sunt beati. qꝛ nõ habent nec fit quicquid volunt. qꝛ
impossibile est ea non fuisse. Beatus autem est qui
habet quicquid vult: et nihil male vult. xiij. de tri-
nitate. dico ꝙ beatus bene habet nolle vel displicẽ
tiam de peccatis. sed non est dicendum ꝙ velit ea
non fuisse: licet nolit ea fuisse. Tunc enim vellet im
possibile. Vel dicendum ꝙ beatus habet quicquid
vult de presentibus et futuris: non de preteritis.
et vult peccata sua non esse vel non fore. ⁊ hoc ha-
bet. Hec de tertio articulo principali.

Ad rões principales. ¶ Ad primũ principale dico
ꝙ non tenet similitudo inter fantasmata et intelle
ctum ex vna parte: et sensibilia ⁊ sensitiuum ex alia
parte nisi pro statu presentis cõiunctionis pro quo
oportet intelligentem fantasmata speculari. Et ra
tio hui⁹ satis potest haberi ex predictis. Nõ enim
fantasma est obiectum simpliciter primum vel ade
equatum intellectus pro omni statu: sicut sensibile
est respectu sensus. ¶ Ad secundum patet ꝙ non
frustra anima vnitur corpori: dato ꝙ possit intelli-
gere separata existens. ¶ Ad tertium dico ꝙ intel
ligere non est operatio totius hominis sicut subie-
cti per se primo eo modo ꝙ sentire est operatio to-
tius ex potentia et organo. quia intelligere est ope-
ratio in qua nõ cõmunicat corp⁹ in rõne subiecti:
sed anima tantum ſm potentiam intellectiuam se-
parabilem est subiectum ipsius intelligere vel in-
tellectionis. sed si ĩtelligere est oꝑatio: hoc est sicut
suppositi vel totius vltimo denominati per talem
operationem: que primo et immediate denominat
animam: ⁊ vltimo totum: cuius anima est pars: quã
do anima coniungitur corpori in toto homine. ⁊ sic
etiam felicitas est operatio totius: et ab ipso intel-
ligere: sicut ab operatione que primo conuenit par
ti potest accipi differentia sicut ex apparente acci-
dentali. sicut etiam a forma substantiali potest ac-
cipi defferentia specifica: licet defferẽtia totum di
cat. Quando dicis: ꝙ esse totius non cõuenit ꝑti:
cõcedo. ⁊ ideo dico: ꝙ nec operatio toti⁹ vt subiecti
primi põt cõuenire parti tñ vt subiecto. Dico tñ:
ꝙ operatio partis potest denominare totum: sicut
patet in multis. dicitur eñ ꝙ homo videt. qꝛ ocul⁹
videt. sic homo intelligit quia anima primo.

¶ Distinctionis. xlv.
Questio Secunda.

SEcũdo q̃ro. vtrũ
aĩe separate cognoscant ora
tiones nostras: quas facim⁹
pro ipsis vel ad ipas? ¶ Vi
detur ꝙ non cognoscãt ora-
tiones vel suffragia: q̃ fiũt ꝓ
ipsis q̃tũ ad aĩas que sũt in
purgatorio vel in inferno. qꝛ
nec abstractiue nec ĩtuitiue.
ergo nullo modo. Qꝛ nõ intuitiue pꝫ. qꝛ nõ sũt pre-
sentes sꝫ nimis distãtes. Nec abstractiue. qꝛ in aĩa
seꝑata intuitiua p̃cedit acq̃sitionẽ ꝑncipij abstra-
ctiue puta speciei. ꝙ ⁊c̃. ¶ Scd̃o sic qꝛ aĩe nec in
purgatorio nec in paradiso cognoscant orões no
stras: quas dirigim⁹ ad ipsas. Nã oratio est quidã
motus vel ascẽsus mẽtis interior in deũ. sed secre-
tum cogitatiõis cordis humani non põt cognosci
nisi a deo: vt videtur. ꝙ ⁊c̃. ¶ Tertio. qꝛ si beati co
gnoscerẽt orões nostras: quas dirigim⁹ ad ipsos:
tũc orarẽt pro nobis: vt videt̃. sed hoc est inconue-
niẽs primo. qꝛ mererẽtur: quod est falsum. quia nõ
sunt in statu vie vel meriti: sed in statu premij. scd̃o
quia sanctus orans pro alio viatore aut cognoscit
deum velle cõferre quod orat: aut nolle aut nec vel
le nec nolle. si velle: frustra orat. qꝛ dato ꝙ nõ oret:
adhuc deus ꝯferet. si nolle: frustra orat/ qꝛ nũq̃ con
feret si nec velle nec nolle: adhuc frustra qꝛ nõ fiet.
¶ Cõtra q̃tũ ad sctõs ꝑadisi. qꝛ alioq̃n fru
stra fundaret eccl̃ia orões ad ip
sos. ⁊ ꝯ hoc ẽvn⁹ error quẽ tãgit Hie. ad vigilãtiũ.

¶ In ista questiõe sic ꝓcedã.

¶ Primo dicã aliq̃d de aĩabus seꝑatis existenti-
bus in inferno in statu damnationis. ¶ Secundo
de animabus existẽtibus in purgatorio. ¶ Tertio
de animabus sanctorum in celo vel in paradiso.

¶ Quãtum ad primũ dico ꝙ aĩe
ille q̃ sunt in inferno ⁊ in statu dãnatiõis: nõ cognoscũt orões — An aĩme damnate cognoscãt orões sctãs pro ipsis
que fiunt pro ipsis vel ad ipas. Aliqñ eñ ita fiunt
suffragia ꝓ illis sicut ꝓ illis qui sunt in purgato-
rio. qꝛ presumitur ꝙ sint in purgatorio: ⁊ tñ sunt in
inferno. ⁊ dico ꝙ talia suffragia saltẽ ad remissionẽ
pene mortaliũ pctõrum de lege cõmuni ⁊ ſm ordi-
nem diuine iusticie nihil ꝓficiunt eis. Ratio est. qꝛ
nõ sunt mẽbra christi per charitatem. nec in eis re-
mittitur culpa mortalis. ⁊ ideo sicut semper in eis
manet culpa in qua sunt obstinati: ita ⁊ pena. qꝛ in
inferno nulla est redemptio q̃tum ad peccata mor
talia saltẽ. ¶ Similiter etiã ista suffragia non co-
gnoscũt naturaliter abstractiue nec intuitiue nisi
forte abstractiue ministerio demonũ vel aliorũ ad
ipsos descẽdentiũ seu ꝑ diuinã reuelationẽ ad ma
iorẽ penã ⁊ tristitiã eoꝝ vt videãt ꝙ nõ sunt digni
cõmunicare in talib⁹ bonis. Similit̃ etiã si dirigã-
tur orationes ad ipsas. qꝛ presumitur ꝙ sunt in pa-
radiso vel in purgatorio: ⁊ tñ sunt in inferno: dico
ꝙ nesciũt illas orationes nec talẽ reuerẽtiã sibi fie
ri: sicut videtur probabile: vel nisi ad maiorẽ eorũ
confusionem vt videãt se nõ esse dignos ꝙ oratio-
nes debeãt ad ipsos porrigi vel protẽdi. ¶ Vlti-
mo tñ dico ꝙ naturaliter aĩa vni⁹ dãnati posset co
gnoscere oĩa talia intuitiue: si esset presens oranti
pro ipsa; vel ad ipsam: sicut ⁊ angel⁹ malus vel de-

mon pōt cognoscere cogitationes nostras occultas: sicut dictuꝫ est in secūdo. ⁊ cognosceret frequēter: nisi deus suam influentiam subtraheret: ⁊ talē actū suspēderet. cōsimilem em̄ modū cognoscendi habet aīa separata: sicut ⁊ angelus: vt dictū est supra. Similiter etiā pōt post cognitionē intuitiuā talia abstractiue cognoscere: vt videtur naturaliter: licet de facto hoc non fiat. Hec de primo articulo principali.

Aie in purgatorio quō cogścūt suffragia pro ipsis exhibita

¶ Quantum ad secundū articulum dico ꝙ suffragia facta ꝓ aīabus in purgatorio q̄tum est ex ꝑte ipsarū aīarū: nisi sit impedimētum ex ꝑte faciētiū valēt eis ad remissionē pene. ⁊ hoc ſm magis vel minus ſm differētiā suffragioꝝ ⁊ ītētiōes vel dispositiōes faciētiū. Sunt em̄ mēbra christi ⁊ ecclesie ꝑ charitatē: de quib⁹ acceptat deus vt iuuentur ab alijs mēbris nō solū ecclesie militantis: sed etiā triūphātis: vt puto. vnde et magister dicit in hac distinctione ꝙ electi morientes in fine mundi habētes aliq̄d purgabile ⁊ penā soluere in purgatorio: ad cui⁹ expletionē nō sufficit status huius mūdi iuuabūtur a sup̄na ciuitate. ¶ Scd̄o dico: ꝙ ꝓbabile est dicere: ꝙ talia suffragia naturaliter ex seipsis nō cognoscant defacto: nec intuitiue ꝓpter distātiā nimiā: nec abstractiue per ꝯñs: licet possent ista cognoscere naturaliter si essent presentes: sicut dictū est supra de aīabus dānatorū. Et similiter dicēdū est de orationib⁹: que fundim⁹ ad ipsos. ¶ Tertio dico: ꝙ rōnabile est ⁊ pium dicere: ꝙ orationes tales ⁊ suffragia q̄ fiunt pro ipsis: vel dirigunt̃ ad ipsos: cognoscāt defacto vel ꝑ diuinā reuelationē vel per ministeriū bonorū angeloꝝ vel etiā alioꝝ ad ipsos descēdētium. sicut etiā Jo. baptistā nūciauit his qui erant in limbo aduentū christi: quod fuit summum suffragium ad liberationē eorū ſm beatū Grego. suꝑ illud. Cum

No. hec.

audisset Joānes in vinculis oꝑa christi. ¶ Quarto dico: ꝙ piū est ⁊ probabile dicere: ꝙ anime purgatorij acceptis orationib⁹ nostris quas ad ipsas porrigim⁹: orāt pro nobis. sicut existētes in caritate ⁊ appetētes salutē nostrā multoforti⁹ ⁊ ꝑfectius q̄ cū essent adhuc viatores. ⁊ redūdat forte eis ad alleuiationē vel mitigationē pene ipsoꝝ: vel si non eis prodest: sicut nec beatis orare ꝓ nobis ⁊ hoc ꝑ se saltē per accidēs vt dicit vn⁹ doctor prodest eis: pro q̄to exaudiunt̃ pro nobis: ⁊ efficimur meliores ad orandum pro ipsis: et suffragandū eis. Hec de secundo articulo principali.

de suffragijs factꝫ ꝓ exñtib⁹ iam in paradiso

¶ Quantum ad tertium articulum de animab⁹ beatis. Dico p̄mo: ꝙ suffragia et orationes facte ꝓ eis nihil ꝓficiūt: nec valēt eis q̄r nihil hñt expiabile. Nec ꝓpter hoc gloria augetur: nisi forte accidētaliter ꝓ quāto vidēt personas suffragia faciētes ꝓ eis ex pietate. q̄r presumūt: vel timēt ne sint in purgatorio talib⁹ suffragijs indigētes. ¶ Scd̄o dico ꝙ talia suffragia ꝓ ipsis nec orationes q̄ dirigūtur ad ipsos naturalr̃ ex seipsis cognoscūt: nec intuitiue: nec abstractiue: sicut dictū est supra de alijs: lꝫ possēt talia oīa cognoscere intuitiue: si nō impediret nimia distātia: ⁊ postea abstractiue hausta specie vel specieb⁹ taliū acq̄sitis. ¶ Tertio dico ꝙ defacto cognoscūt talia: sicut puto siue in verbo vniuersaliter ⁊ regulariter. si tñ in verbo cognoscātur talia cōtingētia ⁊ cōplexiones cōtingētes: de quo est magnū dubiū: siue per reuelationē aliq̄n specialiter: lꝫ vērurum sit de necessitate beatitudinis eoꝝ: sicut pꝫ. Nō em̄ necessariam habitutudinē habēt talia ad obiectū beatificans scd̄m ꝙ hmōi. vnde ⁊ Aug. v. ꝯfessionū dicit deo q̄ te nouit ⁊ illa; beat⁹ est. sed nō ꝓpter illa beatior: sed ꝓpter te solū beatus. ¶ Quarto dico ꝙ beati frequēter orāt ꝓ nobis: vel ꝓ viatorib⁹. q̄r cōgruū est ꝙ beat⁹ sit coadiutor dei ꝓcurādo salutē electorum p̄cipue hic in via orātiū ipsos sanctos. q̄ quidem orātes īnitūtur meritis ⁊ p̄cib⁹ eoꝝ. ⁊ ideo cōgruū est dicere ꝙ de⁹ reuelet beatis de omnib⁹ que offerunt̃ sibi vel deo in noīe ipoꝝ coassumēdo noīa sctōꝝ sicut adiutoriū. Hec de .3. articulo p̄ncipali.

¶ Ad primum principale dico ꝙ naturaliter ex seipsis aīe damnate in inferno existētes nō cognoscūt de facto illa q̄ dicta sunt: sꝫ sicut dictū est supra: forte aliq̄n abstractiue. ¶ Ad secūdum dico ꝙ naturaliter ex seipsis de facto nō cognoscunt aīe purgatorij nec paradisi illa q̄ dicta sunt: lꝫ naturaliter possent cognoscere si essent presentes faciētib⁹: nō obstāte ꝙ or̃o sit mot⁹ mentis interior. Nō est em̄ magis interior oratio vel cogitatio orāti vel cogitāti aīe: q̄ sit sua substātia: q̄ tñ naturalr̃ p̄t cognosci. nec req̄ritur ad hoc illapsus sicut dixi in scd̄o. ¶ Ad tertiū dico ꝙ sancti vel aīe electorū saltē beate orāt frequēter ꝓ nobis. Nec sequitur ꝙ mereātur aliq̄d sibijpsis: sꝫ magis merita eorū fiūt nobis ꝓficua: ⁊ quasi cōmunicant̃ nobis per or̃ones eorū ⁊ diuinā acceptationē ex sua liberalitate: quia ꝓ minori bono retribuit mai⁹ bonum nō solū vnū: sꝫ etiā plura: si illud min⁹ bonū ad plures applicet̃: ⁊ quasi ipsis cōmunicet̃. Qñ dicis ꝙ beatus aut cognoscit deum velle quod orat: pōt dici ꝙ sic. nec tñ frustra orat. q̄r sicut deus vult hoc cōferre: ita mediante tali oratione confert. ⁊ ideo non frustra.

Ad arg. principalia.

¶ Distinctionis .xlvj.
Questio Vnica.

CIrca distinctionē xlvj. quero: vtrū in omni opere dei circa creaturā ꝯcurrant iusticia ⁊ mīa. ¶ Videt̃ ꝙ nō Nā de⁹ predestinauit Jacob et reprobauit esau sine vllis meritis preuijs vel etiā preuisis. q̄r scd̄m ap̄lm ad romanos Non ex operib⁹ sed ex vocante dictum est: quia maior seruiet minori. sed in predestinatione Jacob non videtur fuisse iusticia quādo sine vllis meritis bonis. Nec in reprobatione Esau videtur esse misericordia immo nec iusticia. sed magis crudelitas ⁊ iniusticia quia sine vllis demeritis. ergo ⁊c̄. ¶ Secundo sic. nullus iustus punit culpam vltra condignum: nec etiā misericors: vt videtur. hec est enim iniusticie et crudelitatis. ⁊ in tali punitione nec est iusticia nec est misericordia. sed deus punit culpam mortalem in damnatis vltra condignum. Tum quia culpa momentanea est et temporalis. pena vero perpetua: et ita nulla proportio inter ipsas. Tum quia pena est grauior quasi sine comparatione in inferno: q̄ fue

Aplus.

rit delectatio in peccato. ⁊ tñ ƀm iusticiam dictum
Deut. 25 est deutero. xxiiij. ƀm modum delicti erit ⁊ plagarũ
Apo. 18. modus. Et in apocalipsi. xviij. q̄tum glorificauit
se ⁊ in delicijs fuit: tantum date ei tormẽtum ⁊ lu-
ctum. quare ⁊c. ¶ Tertio sic. Judex misericors nõ
punit aliquem nisi ad correctionẽ illius sed de⁹ pu
nit nõ ad correctionẽ in inferno. ergo nõ concurrit
ibi misericordia. ¶ Quarto. qꝛ deus absolute lo-
quendo posset damnare petrum ⁊ saluare iudã. sed
damnando petrum nulla esset iusticia nec mĩa. pa-
tet. Similiter saluando iudam nulla esse iusticia: ⁊
licet posset videri misericordia. ergo ⁊c.

¶ Cõtra vniuerse vie dñi misericordia ⁊ ve
ritas. i. iusticia. Misericordiã ⁊ iu
dicium cantabo tibi domine. ⁊c.

¶ In ista questiõe sic ꝓcedã.

¶ Primo inquiram breuiter an in deo sit iusticia.
¶ Secũdo an in deo sit misericordia ⁊ per quẽ mo
dũ. ¶ Tertio an in omni opere dei cõcurrant iusti
cia ⁊ misericordia vel possint in aliquo modo non
cõcurrere. ¶ Ultimo ad rationes principales.

Justicie acceptiones. ¶ Quãtum ad primũ articulũ di-
co primo ꝙ
iusticia vno modo accipitur large vel cõmuniter:
ƀm ꝙ describit eã anselmus de veritate capitu. xij.
anselm⁹. Justicia (inquit) est rectitudo voluntatis propter
se seruata. ⁊ isto modo quelibet virtus mẽtis recti-
ficãs ipsam potest dici iusticia. Est enim quelibet
virtus existens in voluntate rectitudo quedã habi
tualis ipsius voluntatis circa obiectum ⁊ materiã
virtutis propter se seruata. qꝛ bona. ¶ Alio modo
accipitur iusticia ꝓprie: ƀm ꝙ accipit phũs. v. ethi
corum. ⁊ illa dꝛ habitualis rectitudo mẽtis seu vo-
luntatis in operationibus vel circa operationes:
que sunt ad alterum. Et isto modo in nobis iusti-
cia est virtus moralis specialis ⁊ distincta a quali
bet alia virtute ƀm proprium genus subalternum.
Obiectum autem hui⁹ virtutis est operatio ad al-
terum circa mediũ vel equale: quod dicitur iustũ.
Operatio dico debita ex necessitate legis: cui sub-
ditur operans ipse. ⁊ cui legi oportet ipsum confor
mari et subici in operando: ⁊ se habendo ad alte-
ꝙ iusticia distinguit̄ ab alijs ꝟtutibus. rum: et propter hoc iustum est debitum. ¶ Ex hoc
autem patet ꝙ iusticia distinguitur ab alijs virtu-
tibus. quia alie virtutes vel non sunt circa opera-
tiones ad alterũ: sed magis circa operationes ope
rantis: sicut fortitudo et temperantia: vel si alique
sunt circa operationes: non tamen ille operatiões
sunt debite ex necessitate legis. Et ista vera sunt
de quacunq̧ iusticia siue sit legalis et communis si
ue sit particularis que diuiditur vel distinguitur in
commutatiuam ⁊ distributiuam: in quibus mediũ
vel iustum diuersimode accipitur. quia in commu-
tatiua ƀm proportionalitatem arithmeticaꝫ. sed in
distributiua ƀm geometricã: sicut declaraui in ter-
tio distinctione. xxxiij. in vltima questione. Justi-
cia autem legalis est rectitudo habitualis ipsius
voluntatis ad reddẽdum communitati illud quod
est debitum sibi ex necessitate legis ad hoc obligã-
tis ipsum reddẽtem. Justicia vero particularis est
rectitudo volũtatis ad reddẽdum ꝑsone ꝑticulari.
et diuiditur in cõmutatiuam ⁊ distributiuã. patet
ꝙ legalis distincta est a ꝑticulari: sicut ⁊ iustuꝫ qꝺ
est debitũ cõmunitati ⁊ respicit primo cõmunitatẽ

a iusto: quod est debitum ꝑticulari ꝑsone: ⁊ ipsam
respicit primo. Distributiua vero distĩguitur a cõ-
mutatiua. qꝛ debitum singulari persone vel est de
bonis cõmunitatis. ⁊ sic accipitur iusticia distribu
tiua: que est circa mediũ ꝓportionabilitatis geo-
metrice. Uel est de bonis persone singularis. et est
iusticia cõmutatiua: que est circa iustum vel mediũ
proportionabilitatis arithmetice sicut est alias de
claratum. Est autem aliqualis iusticia alia q̄ pro-
prie nõ est pars subiectiua iusticie proprie accepte
sicut sunt tres predicte: que dꝛ iusticia retributiua
boni premij pro merito bono: ⁊ mali pene pro me-
rito malo vel demerito. Et in ipsa nõ reseruat̄ per
fecte ratio iusticie: nec etiã cõmutatiue de qua ma-
gis videretur. qꝛ nõ oportet imo nec est cõueniens:
ꝙ precise tantum reddatur vel accipiatur q̄tũ pre
cise est meritum vel demeritum: sed cõueniẽs est ꝙ
premietur quis in bono vltra cõdignum meriti: et
ꝙ puniatur citra cõdignum demeriti: sicut etiã fa-
cit deus: qui est iustissimus retributor. Et ideo ista
retributiua potest dici pars potentialis iusticie ali
quo modo. qꝛ in nobis partim ꝯuenit cum iusticia.
eo ꝙ circa operatiões ad alterum debitas a nobis
ex necessitate legis licet deficiat a completa ratio-
ne iusticie. ¶ Ad propositum igitur: an in deo sit
iusticia. Dico primo: ꝙ in deo est iusticia accipien An ĩ deo
do iusticiam cõmuniter primo modo. qꝛ in ipso est sit iusti-
summa rectitudo volũtatis propter se seruata. Jn cia.
voluntate enim sua est rectitudo inobliquabilis si
cut in prima regula omnium agibilium. ⁊ hoc siue
illa rectitudo habitualis dicat ipsam potentiã vo-
luntatis diuine: siue dicat aliquid distinctum for-
maliter a potẽtia voluntatis correspõdens est deo
habitui accidẽtali ⁊ superaddito potẽtie in nobis.
¶ Scꝺo dico: ꝙ in ipso nõ est proprie iusticia acce
pta ab aristotele nec legalis nec commutatiua nec
distributiua: nec etiam aliquid correspõdens tali
iusticie proprie accepte. Nã lꝫ deo cõueniãt opera
tiones ad alterũ: siue ad cõmunitatẽ vniuersi: siue
ad entia ꝑticularia vniuersi: qꝛ nulli debitor est nec
tenet̄ alicui ex necessitate alicui⁹ legis: cui necessa
rio subdat̄ ⁊ obligãtis ip̄m simplicit̄ ad hoc. Nulli
eñ legi subdit⁹ est in ordine ad alterũ: sed tãtũ ƀm
q̇d supposita ordinatiõe sua libera: quo ordinauit
dare cõitati vniuersi bonũ suũ vel ꝑfectiões ipsius
vel sibi cõgruẽtes. ⁊ sic etiã de quolibet ente ꝑticu
lari in vniuerso. Ex quo etiã pꝫ ꝙ nec in aliq̊ prin
cipe põt eẽ iusticia legalis ad cõitatẽ ƀm legẽ quã
cũq̧ ab ip̄o institutã: supra quã legẽ ptãtẽ hꝫ: nec
est illi subiect⁹. qꝛ nihil debitũ ẽ cõitati ab ip̄o ƀm
talẽ legẽ quã habet in sua ptãte vel ex necessitate
talis legis: lꝫ bene ex necessitate legis sui sup̄ioris
vel etiã iuris diuini vel naturalis: cui tenet̄ se con
formare velit nolit. ¶ Tertio dico ꝙ in deo est ali- Triplex
quo mõ iusticia saltem improprie dicta. Et ista est iusticia ĩ
quasi triplex ƀm rõnẽ ĩ ip̄o. vna ad seip̄m vel ad bo deo.
nitatẽ suã: ⁊ oĩa intrinseca sua quasi ad aliq̇d alte
rũ vel distinctũ a seipso ƀm rõnẽ. ⁊ ista iusticia cõ-
sistit in velle habitualit̄ vel actualiter bonitatẽ suã
et oĩa sua intrinseca ⁊ id qꝺ cum decet bonitatem
suã ꝓpter ip̄am. Due alie sunt sunt ad alterũ. vna
est absoluta iusticia: q̄ ꝓprie nõ est retributiua: sed
est iusticia qua absolute ⁊ iuste põt velle circa crea
turam: quicquid nõ implicat cõtradictionem. Nec
repugnat decentie bonitatis sue. Et iustũ isto mõ

dicitur quicquid vult ꝛ potest velle in creatura vel circa ipsam: quātūcunq; nō attendantur merita vel demerita creature. quia eēm creatura ex se nihil est: nec habet aliquid in re: qđ non accipiat: vel accepe rit a mera liberalitate diuina: dico ꝙ totum est iustum ꝛ rectū quicquid potest velle deus circa creaturā quomodocūq;. Et loquēdo de ista iusticia: dico ꝙ iuste elegit Jacob: ꝛ reprobauit Esau non ex meritis vel demeritis etiā preuisis: sȝ qꝛ sic placuit sibi. ꝛ Esau in nullo potest cōqueri. Habet eēm figulus potestatē faciēdi ex eadē massa vnum vas in cōtumeliā: ꝛ aliud in honorē: sicut deducit apostolus. Alia est iusticia dei retributiua bonoꝝ vel malorū: que est ꝺm exigētiam meritorum vel demeritoꝝ in ordine tn̄ ad diuinā bonitatē. Et scđm istam punit citra condignum ꝛ remunerat vltra condignum: ꝛ scđm correspōdentiam vel exigentiam meritorum plus vel minus de cōmuni lege. Hoc autem nō est ex necessitate alicuius legis: cui necessario sit subiectus: ꝛ ideo absolute loquendo lȝ non ꝺm talem iusticiam posset aliter punire vel etiā premiare. Hec de primo articulo principali.

An i deo sit mia.

¶ Quātum ad secūdum articulum an scȝ in deo sit misericordia: planū est ꝺm scripturam ꝙ sic. Misericors (inquit) et miserator dn̄s. et multa alia. sicut etiā de iusticia. ¶ Ad cuius euidētiam notādum est ꝙ in nobis misericordia habitualis est habitus quidā qua nolumus miseriā alterius: quomodocūq; hoc intelligat. ita ꝙ disponit vel inclinat ad nolēdum faciliter miseriā in alio. Et hoc vel futurā: ꝛ tunc preseruat ab illa. Vel presentē: et tunc releuat a miseria: si pōt. Et ꝯsequenter disponit vel inclinat ad passionē tristicie ꝯsequētem actū nolēdi miseriā in alio vel presentē vel futurā. vnde et misericors dicitur: quasi miserum cor habens. qꝛ in eo ꝙ cōpatitur miserie aliene: habet cor miserū cum misero: ꝛ cōmunicat in miseria eius aliquo modo. ¶ Ad ꝓpositum vero dico: ꝙ misericordia accepta pro passione vel tristicia illa vel aliquo inclināte seu disponēte ad talem passionēvel ad aliquid correspōdens in deo nō est vere ꝛ ꝓprie: vt videtur. quia nulla passio ꝯtristās siue sit intellectualis siue sensibilis est in deo: nec sibi aliquid correspondens vel proportionale ex natura rei. ꝛ ita siue passio illa misericordie sit sensibilis in nobis causata in appetitu sensitiuo ex apprehēsione sensitiua miserie aliene: siue sit passio spiritualis causata in voluntate ex apprehensione intelligibili. ꝛ per cōsequens in ipsa actum nolendi talem miseriam: non est ponenda in deo misericordia isto modo. ¶ Secūdo dico: ꝙ in deo est misericordia habitualis: qua deus habitualiter habet nolle miseriā alterius siue imminētē siue presentem aliq̄. qꝛ in ipso etiam est ꝓpositum habituale ꝛ actuale etiā miserendi alteri vel subueniendi alteri seu miserie aliene. Et potest distingui ista misericordia sicut ꝛ ꝓpositum vel velle in deo siue habituale siue actuale in velle antecedens ꝛ consequēs. Velle vel misericordia antecedens est respectu oīm ꝺm apostolum. qꝛ vult oēs homines saluos fieri: ꝛ ad cognitionem sui noīs venire. Velle vero vel misericordia ꝯsequēs nō est respectu omniū sed aliquoꝝ q̄tum ad misericordiā liberantē vel saluātem: que eripit finaliter ab omni miseria et culpe et pene: sicut respectu electoꝝ ꝛ saluanndoꝝ: qn̄ actu beatificat eos. Similiter etiam quātum ad misericordiam parcētem non est respectu omnium. Nam misericordia parcēs dicitur ꝺm quam deus partim releuat a miseria vel ꝑcauet miserie in parte: ꝛ partim relinquit miseriā: sicut in dānatis puniendo citra cōdignū. Quod aūt in deo sit misericordia aliquomodo predicto: ptȝ. qꝛ sicut nullum bonum euenit nisi volēte deo: ita nullū malū ꝓhibetur ne eueniat: nec aliqua miseria precauetur: vel tollitur nisi nolēte deo. Multe autem miserie possibiles euenire ꝓhibētur: ne eueniāt vel in toto vel in parte ꝺm misericordiā liberātem vel parcētem. igitur in deo est misericordia vt videtur. ¶ Sed quomodo se habet misericordia ad iusticiā. distinguntur ne ab inuicem ex natura rei i deo quasi distincta attributa. videt mihi posse dici ꝙ sic: sicut iusticia ꝛ charitas suo modo: ꝛ ꝙ vnum nō est de ꝯceptu quiditatiuo alterius: sed ꝺm aliā ꝛ aliam perfectionem formaliter dicitur ꝛ est deus iustus habitualiter ꝛ misericors: lȝ bene sit difficultas in ꝯtrarium. s. ꝙ velle diuinum nō distinguit ex natura rei: sed est vnus simplex actus volēdi vel nolēdi omnia. ꝛ sic per consequēs vnicus tm̄ habitus indistinctus ex natura rei et ratione reali. Et ita videreꝫ ꝙ in voluntate non esset nisi vnicus simplex habitus iusticia ꝛ mīa vel quicunq; alius distictus tm̄ ꝺm rationē sicut ꝛ ipse actus. ¶ Posset tn̄ dici ꝙ actu volēdi manēte vnico ꝛ totaliter indistincto ex natura adhuc habitus eo modo quo ponunꝫ in diuina volūtate possent distingui nō essentialiter sicut diuersi habitus accidētales in nostra volūtate: a qua etiā essentialiter distinguꝫ sicut accidētia eius. qꝛ in deo nullū est accidens: sed ex natura rei formaliter: sicut dictum est in primo distinctione. xxij. de attributis. Et qn̄ dicis ꝙ actus diuine volūtatis est indistinctus: dico ꝙ ista stāt. qꝛ habitus qui ponuntur in diuina volūtate modo predicto: nihil ꝯferunt ad actū vllo modo nec per ꝯsequens ꝙ ipsis variatis varieꝫ actus. Si aūt nō placet tibi istud: qꝛ etiā sicut dictū est in tertio: habitus multi nihil faciunt ad actus in nobis: ꝛ tn̄ varianꝫ actus sicut habitus vel ecōuerso. Dicas ꝙ habitus in volūtate diuina nō distingunꝫ nisi ꝺm rationē ꝛ connotata: sicut nec actus diuine volūtatis. Et tunc misericordia ꝛ iusticia non nisi ꝺm rationē distingunꝫ. ꝛ sic de alijs habitibus pertinētibus ad voluntatē quibuscūq;. sicut etiā videꝫ ex parte intellectus inesse. Idem est ergo habitus sicut ꝛ idē velle: qui respicit iustū circa creaturam: et sic dicitur iusticia: ꝛ qui respicit miseriā releuandam vel ꝓhibēdam: ꝛ sic dicitur mīa: ꝛ distinguiꝫ ꝺm rationem. Hec de secundo articulo principali.

de mō se habendi mīe ad iusticiam i deo.

An in oī opere dei circa creaturā sit mīa ꝛ iusticia.

¶ Quātum ad tertium articulum. an scȝ in omni opere dei circa creaturā ꝯcurrant misericordia ꝛ iusticia. Dico primo ꝙ misericordia siue liberans a miseria totaliter siue misericordia parcens: que nō liberat a tota miseria: sed a parte miserie: qꝛ parcit a tanto licet nō a toto relinquēdo subiectum cōcurrit cum iusticia dei: que est iusticia cōcedentie bonitatis sue: qua simpliciter et absolute potest circa creaturā quicquid placet sibi et nō repugnat bonitati sue. Nō eēm repugnat imo cōdecet diuinā bonitaē: vt liberet aliquem a totali miseria saluādo ipsum: ꝛ beatificādo: vel vt parcat alicui a tāta miseria ꝛ si nō a tota: sicut facit puniē-

do citra condignum et remittendo partem miserie siue pene. ¶ Scdo dico: ꝙ attēdendo ad iusticiam que attēdit exigentiā meritoꝝ in ordine tñ ad diuinam bonitatē non cōcurrit in omni opere dei circa creaturā cū misericordia nec ecōuerso: sed est dare aliquod opus dei: in quo nec īuenitur misericordia nec iusticia isto mō: sicut ptz de reprobatione Esau qꝛ non ex meritis nec preuijs nec preuisis. ⁊ ita nō est ibi iusticia illo modo: nec etiam misericordia vt patet. ⁊ ita est etiā de reprobatione cuiuslibet alterius suo modo ꝗtū ad hoc qđ dicit ex parte dei scʒ nolle efficax ꝯferre gloriam. Uel velle nō conferre. Similiter etiā in predestinatione omnin electorum nulla est iusticia isto modo accepta. Nam sicut dixi in primo: ꝑdestinatio nō est ex meritis nec preuijs nec preuisis: sicut nec reprobatio. ¶ Tertio dico ꝙ accipiendo iusticiā isto modo ꝙ in omni premiatione ⁊ punitione electoꝝ vel reproboꝝ de cōmuni lege ꝯcurrit iusticia cū misericordia. Nam in premiatione bonoꝝ iusticia est qꝛ premiat. sed mīa: qꝛ vltra condignum premiat. In punitione vero reproboꝝ est iusticia. qꝛ punit. sed ibi etiā misericordia. qꝛ citra cōdignum punit. ¶ Quarto dico ꝙ lʒ in reprobatione vel predestinatione alicuius quātū ad velle vel nolle ꝯferre alicui gloriam nō sit iusticia: que dicitur exigētia meritoꝝ vel ſm exigentiam meritorum: vt dictū est: nec fit misericordia in reprobatione: lʒ videatur esse in predestinatione: in vtroqʒ tñ est iusticia dei absoluta: qua potest absolute ⁊ iuste velle omne illud circa creaturā ⁊ suū esse vel nō esse: quod non repuguat bonitati ⁊ entitati sue hoc velle vel nolle. ⁊ per ꝯsequens ꝙ contradictionem nō implicat hoc ipsum velle vel nolle. Et loquēdo de ista iusticia dico ꝙ omne volitum a deo vel nolitum circa creaturā est iustum: ⁊ eo ipso iustum: quo volitū. ¶ Quinto dico ꝙ loquēdo de iusticia quā habet ad seipsum: puta ad bonitatē suā vel ad sua intrinseca: que tenetur ex iusticia diligere eo modo improprie accipiēdo iusticiā: quo dicebatur supra: misericordia nō concurrit cū iusticia. Ibi em̄ est iusticia dei ad seipsum: ⁊ nulla mīa ad seipsum: sicut nec aliq̄ miseria sibi est possibilis: a q̄ liberet̄: vel in quā sibi parcat̄: sicut ptz. ¶ Sexto dico quātū ad creaturas vniuersi q̄ ponunt̄ a deo in re ⁊ in effectu seu etiā ꝑfectiones naturales ipsaꝝ: ꝙ ī oī ope dei positiuo vel ꝯseruatiuo alicuius talis creature vel perfectionis seu boni eius ꝯcurrunt iusticia dei absoluta frequēter supradicta ⁊ mīa liberās vel in toto: vel parte ab aliqua miseria opposita vel cōtraria illi perfectiōi siue positiuē siue negatiue: vt ptz. Similiter etiā si accipiat̄ iusticia scđo modo in proposito pro exigentia nature rei: ibi est iusticia scđo modo correspōdens exigentie meritoꝝ aliquo modo. sicut dicimꝰ ꝙ natura ignis exigit esse sursum: et natura terre deorsum. Natura ignis esse calidū: et natura aque frigidum ⁊ hmōi. ¶ Sed quātū ad operationes vel actiōes corruptiuas vel destructiuas seu anihilatiuas ſm ꝙ hmōi nō ꝯcurrit misericordia vt videt̄: lʒ sit ibi iusticia dei absoluta: vt dictū est supra. Iuste em̄ potest anihilare aliquid vel corrumpere. quare ⁊c̄. Misericordia autem non videtur in destructione vel corruptione seu anihilatione alicuius. Hec de tertio articulo principali.

¶ Si dicatur ꝯtra predicta ꝙ iudicium sine misericordia fiet illi: qui nō fecerit mīam. ⁊ ita in punitione reproborum qui non fecerunt mīam: non concurret misericordia. dico ꝙ nō excluditur hic mīa oīno: sed accipit̄ iudicium sine mīa pro iudicio seueriori ꝗ̄ sit futurū iudicium illoꝝ: qui fecerunt misericordiā. quare ⁊c̄. Nisi forte etiā diceretur ꝙ ibi est misericordia parcens a miseria non essendi: que est maxima. quia deus voluit ipsum fore: licet etiā reprobare.

Ad argumēta ꝑncipalia.

¶ Ad primum dicitur quod nō plus cōcluditur immoderata generatio vel corruptio elementorū celo cessante quam celo moto. Nam ipedimēta talis immoderate generationis possunt poni celo quiescente sicut celo moto. Motus enim nihil facit ad hoc sicut forma actiua. nec tollit impedimēta talis moderate generationis vel imoderate. siue illa sint resistentia actiuorum et passiuorum proximorum siue cōnexio et armonia vniuersi et corporum eius. que non sinit immoderatam generationem et corruptōnem elementorum. Et si non possit hoc saluari per causas naturales. saltem potest hoc saluari per diuinam voluntatem suspendētem imoderatā actionem et generationem vel corruptionem elementorum: licet sol et luna semper stent in eodem puncto vel situ post iudicium. ¶ Ad secundum dico: quod nō est inconueniēs de illa piramide vmbrosa respectu corporis solis. nec valet illa imaginatio: quod sol stet super vnam parem determinate: ne damnati videant lumen solis. quia dato quod circulariter moueretur sol sicut modo. adhuc non viderent lumen solis Non enim sunt sub terra: sicut imaginantur antipodes in superficie opposita nostro hemisperio: sed in medio terre vel i corde. Et ideo quātum ad hoc non valet auctoritas Isidori quam adducit Magiter in littera. licet autē sit perpetua illa pyramis vmbrosa respectu solis: erit tamen ibi aliquod lumen ex alijs corporibus celestibus puta ex luna vel stellis. Hec de secūdo articulo principali.

Cessatio motus celorum an erit cā cessatōis aliorum opi. phōrum.

¶ Quantum ad tertium articulum an scilicet cessatio motus corporum celestiū vel celi sit sufficiens causa cessandi omnem alium motum vel mutationem in istis inferioribus dixissent philosophi quod sic. ¶ Tum quia motus celi est eēntialiter primus omni alio motu vel mutatione in istis inferioribus tanquam per se mēsura aliorum motuū. quia regularior et velocior. Mensuratum vero a mensura dependet et sine ipsa esse non potest. Tū quia motus solis in obliquo circulo est causa generationis et corruptionis istorum inferiorum secundum accessum eius vel recessum ad ista inferiora. igitur cessante tali motu non potest esse generatio vel corruptio istorum inferiorum. añcedēs habetur secūdo de generatione. ¶ Tum quia in causis essentialiter ordinatis prima causa non causante secūda cā non potest causare. patet. Celum vero et corpus actiuum. inferius possunt dici talis cause respectu alicuius alterationis vel mutationis istorum inferiorum: sicut etiam dicitur secūdo phisicorum: quod homo generat hominem et sol. sed celum non agit nec causat aliquid nisi per motum. ergo etc. ¶ Tum quia nulla videtur alia causa quare elementa nō agant

2. phisi.

et patiantur ad inuicem post cessationem motus celi sicut ante. Ita enim habet suas formas vel qualitates actiuas et passiuas sicut ante. Similiter etiam de corporibus alijs puta damnatorum non videtur alia causa incorruptionis eorum. Non enim sunt incorruptibilia per dotem impassibilitatis: sicut beati. quare etc.

¶ Sed ista positio est falsa. et arguo cōtra eam primo posito actiuo perfecto et passiuo disposito sufficienter approximato nō impeditis potest sequi actio vt videtur sed ista potest poni respectu multorum motuū vel mutationum in istis inferioribus cessante motu celi. Motus enim celi cum non sit forma actiua: sed passio quedam de genere passionis recepta in celo ab intelligentia mouente: nō requiritur etiam nūc de facto ad aliquē motum vel mutationem istorum inferiorum sicut principium per se motus vel mutationis: sed ad alterationem influētiarum corporum celestium in ista inferiora secundum diuersos situs et aspectus eorum ad ista. Habita vero vel facta approximatione vel situ seu tali aspectu ad actionem nihil facit motus. et ideo si habeatur talis situs vel talis aspectus quecūque cessante motu: sicut et habebitur post iudicium aliqualis situs et aspetus corporum celestium ad ita inferiora: poterit fieri actio vel alteratio seu mutatio istorum inferiorum. Manet enim virtus actiua corporum celestium: et virtutes passiue vel receptiue electorum et in determinatio situ vel aspectu ad agēdum vel influendum: licet non sic alterentur influētie sicut prius per motum. ¶ Secūdo sic. non minus habet ignis virtutem calefaciēdi perfectam aliquod calefactibile proportionatum sibi et dispositum: quam habeat intellectus virtutem intelligendi: posito quod intellectus etiam possibilis sit actiuus. sed cessante motu celi intellectus potest intelligere. quia itelligere per se a motu celi nō dependet. ergo etc. ¶ Tertio quia positio vel opinio predicta est contra scripturam. Iosue quinto. Ubi habetur quod ad preces Iosue sol stetit et luna non est mota. et per cōsequēs etiam probabile ē quod tota machina celestis steterit: et nō sit mota. Alioquin enim tota fuisset deordinata in motibus suis postea. et tamen planū est quod Iosue et populus israel contra inimicos dimicauit et nō cessauerūt actiōes vel passiones elemētorum seu istorum inferiorū. quare etc. Etiam sol ita illuminauit ista inferiora: sicut quando primus mouebatur. ¶ Quarto quia hoc est contra August. xi. de ciui. dei vbi dicit. quod cessante motu celi adhuc rota figuli a figulo moueretur. et ita posset eē motus hic inferius: nec ipediret cessatio motus celi. ¶ Quinto quia illa positio est contra articulū dñi Stephani parisius excōicatū: qui dicit quod ē error dicere: quod cessante motu celi ignis nō posset agere vel nō ageret in stupā quia nec deus esset. Dico igitur quod cessatio motus celi seu corporum celestiū nō est cā cessationis motuū vel mutationū istorum inferiorum nec gñationis vel corruptiōis elemētorum. Sed dico quod possent ista fieri cessante tali motu nisi deus influētiā suā suspēderet ne vnū ageret i aliud corrūpēdo. Et dico quod ipa sub traheret iudiciū: ne vnū sic agat in aliud: vel corrū pat aliud. Et similiter de corporibus dānatorum in iferno. Nec pōt assignari alius modus dicēdi: qui nō patiatur multas calūnias. Et iō iste modus teneatur: quē tamen philosophi non viderūt: sicut nec viderūt cessationē motus celi.

contra pcedē. opi.

Iosue. 5.

August.

Stepha. epi. pari.

¶ Ad primum phisicorum dico ꝙ motus celi nõ
est essentialiter sic primus: quin possint esse alij mo
tus sine ipso vel cessante ipõ. Et similiter non est
mensura necessaria in essendo: licet sit vniformior
vel velocior: ⁊ habeat aliquo modo rationem men
sure. Sicut ⁊ iam vlna respectu panni: q̄ tamen nõ
dependet ab alia in essendo: vt patz. Non est enim
mensura quelibet talis vt ab ipsa essentialiter de-
pendeat mensuratum: sed mensura prima: que est
deus bene est talis. Unde dico: ꝙ magis acciden-
taliter ⁊ contingenter debet dici primus vel prior
ꝗ̄ essentialiter. quare ⁊c. ¶ Ad secundum dico de
motu solis in obliquo circulo: ꝙ necessarius est ad
alternationẽ influentiarum solis: que habent mo-
do in ista inferiora ad generationem vel corruptio
nem ipsorum. Sed ad actionem vel generationem
simpliciter seu motum vel mutationem non est ne-
cessarius. ¶ Ad tertium dico: ꝙ celum nõ est cau-
sa essentialiter prima ⁊ necessaria ad actionem vel
motum seu mutationem istorum iferiorum: sed ac-
cidentaliter vt dictum est: ante dicis vltra ꝙ celuz
non agit per motum. Dico ꝙ celum non agit per
motum suum: sicut per principium actiuum: sʒ per
aliquam formam ⁊ virtutem absolutem: ⁊ ita bene
ageret in passum sibi subiectum: si non moueretur
per suam virtutem vel formam absolutam manen-
tem dato ꝙ celum quiesceret. Et ꝙ per suum mo-
tum nichil agat: patet. quia motus suus quedam
passio est de genere passionis ⁊ quidam respectus
extrinsecus in ipso receptus ⁊ causatus ab intelli-
gentia mouente. ¶ Ad quartum dico: ꝙ illa non
est causa incorruptionis corporum damnatorum:
sed alia puta suspensio diuine influentie generalis
ad talem actionem vel passionem seu corruptionez
vel generationem: sicut dictum est supra. Hec de
tertio articulo principali.

Ad argu mẽta p̃n. ¶ **Ad primum principale ar/**
gumentum dico: ꝙ vniuersum nõ erit imperfecti⁹
ꝗ̄tum ad species: que remanebunt in ipso: ꝗ̄ esset
prius imo perfectius. Sed si vocetur imperfectio
carentia vel negatio cuiuscunqꝫ positiui quod erat
prius: vel posset esse in vniuerso: sic ꝗ̄tum ad hoc
dico: ꝙ tam vniuersum ꝗ̄ celũ erit iperfecti⁹ post-
ꝗ̄ ante. qꝛ celum carebit motu suo: q̄ posset sibi in-
esse: ⁊ prius sibi infuit. Sed ex hoc non debet dici
absolute loquẽdo imperfectius: sicut nec homo di-
citur imperfectior: quando quiescit: ꝗ̄ quando mo
uetur vt patet precipue quia modus se habẽdi cõ-
comitans quietem puta vniformiter se habere vi-
detur esse nobilior ꝗ̄ motus se habendi difformit
concomitans motum vt ptz. Et celum similiter ex
alia parte perficit. sua enim claritas vel lux ⁊ alio
rum corporum celestium augebitur. iuxta illd Ysa
ie. xxx. Erit lux lune sicut lux solis: ⁊ lux solis sep-
templiciter. Et hoc erit multo maioris perfectio-
nis in corporibus celestibus ꝗ̄ motus. ¶ Ad se
cundum dico: ꝙ illa propositio habet instantiam
de perpetuo violento: sicut dictum est alias. Ta-
men dico vltra ad minorem: ꝙ cessatio motus ce-
li non erit violenta. quia motus celi non est natura
lis: eo modo quo naturale opponit violento: sicut
dictum est supra licet etiam possit dici aliquo mo-
do naturalis quia non est violentus: sed non com-
plete naturalis. ¶ Ad tertiuz dico: ꝙ Aristote-
les nihil sciuit de fine mundi. ⁊ putauit intelligen-
tiam de necessitate mouere celum ⁊ non contingen
ter ⁊ libere. Et quia vlterius intelligentia non fa-
tigatur: nec laborat immouendo: non timuit celuz
aliquando quiescere: sed nõ sic est: sicut putauit vt
patet ex predictis.

¶ Distinctionis. xlix.
Questio prima.

Circa distinctionez
xlix. quero primo: vtrũ beati-
tudo creature rationalis vel
intellectualis consistat forma
liter in actu vel operatione.
¶ Uidetur ꝙ non primo sic.
beatitudo est finis creature.
sed operatio non est finis sub
stantie vel potentie. quia sub
stantia est nobilior quolibet accidente. Finis autẽ
debet esse nobilior: eo quod est ad finem sicut cau-
sa equiuoca eius. Similiter etiam sequeretur cir-
culus in per se causis: ⁊ idem esset causa sui. qꝛ sub-
stantia est causa effectiua operationis: ⁊ econuer-
so operatio esset finis substantie. quare ⁊c. ¶ Se
cundo beatitudo creature consistit formaliter i cõ
iunctione sui vltimata ⁊ perfecta ad summum bo-
num: vt patet qꝛ etiam operatio non est: nec dicit
beatifica nisi natione talis. Unde ⁊ ipsa circũscri-
pta operatio non esset beatifica. sed talis coniun-
ctio nõ est operatio: imo est relatio. Est enim quid
ditatiue ad aliud: vt patet. ergo ⁊c. ¶ Tertio sic.
in illo nõ consistit btitudo: quo beatus non perfici
tur. sed operans non perficitur sua operatione vel
actione. Alioquin per se agens moueretur quod ẽ
falsum. Et tunc enim motus non esset actus imp-
fecti: sed perfecti ⁊ existentis in actu vnunquodqꝫ
enim agit secũdum ꝙ in actu. quare ⁊c. Et confir
matur. quia cum operatio sit aliquid absolutum vt
intelligere vel velle: ⁊ sit aliquid pri⁹ natura ⁊ eẽn
tialiter distinctum a respectu ad obiectum beatifi
cum: sequeretur ꝙ deus posset facere beatitudinez
sine tali respectu. quod est impossibile ⁊ falsum.
quare ⁊c. ¶ Quarto sic. Beatitudo magis consi-
stit in eo: quod est melius operatione ꝗ̄ in opera-
tione. sed habitus potentie est melior operatione.
Tum quia diuturnior. Tum quia causa equiuoca
opationis. ergo ⁊c. ¶ Contra philosophus deter Phũs.
minat primo ⁊. 10. Ethicorum: ꝙ felicitas vel bea
titudo in actu vel opatione consistit. quare ⁊c.

¶ In ista questione sic p̃cedã
Primo p̃mittam aliqua de nomine ⁊ re beatitudi
nis. ¶ Scdo inqram an ↄsistat in actu vel opatiõe
¶ Tertio an imediatius insit potẽtie vel eẽntie.
¶ Ultimo ad rationes principales.

¶ Quantum ad primum di/ btitudo q̄d ⁊ de rõne eius.
co primo: ꝙ btitudo dicit ⁊ noiat finẽ ꝗ̄tũ ẽ ex rõ-
ne sua. btitudo nãqꝫ ẽ finis ⁊ vltimũ bonuz bti suo
mõ. finis aũt dicit: ⁊ noiat. vel sigt bonũ ⁊ vltimũ
bonũ. Nec sufficit ꝙ sit vltimũ: sicut dr i scdo phi.
sed oꝫ ꝙ sit bonũ. vñ licet quoquo⁰ sit vltimũ: nõ tñ
est finis qꝛ nõ est optima vel bona. vñ finis nomi
nat aliquid bonũ: ⁊ per consequẽs appetibile: pri- I. Ethi.
mo ethicoruꝫ ⁊ nõ q̄dcũqꝫ bonũ appetibile: sʒ pro-

pter se appetibile: et propter quod aliud bonum est appetibile scilicet id quod est ad finem. et si sit ultimus finis simpliciter: tunc est illud bonum: quod ex natura sua est summe appetibile: et per consequens non propter aliud: sed omnia alia propter ipsum. Et dico ex natura sua. quia ex defectu vel abusu potentie appetentis potest contingere: quod talis finis non appetatur summe: imo magis aliquid aliud. sicut patet de voluntatibus peruersorum ut entium fruendis et fruentium utendis. Ex defectu etiam et imperfectione potentie prouenit: ut non omnia appetantur propter ipsum ut patet de appetitu sensitiuo: qui appetit bonum sensibile non referendo in aliud bonum: sed stando in ipso: sicut patet. ¶ Secundo dico: quod finis talis simpliciter ultimus et perfectius est in rerum natura

2. metha. et in effectu quia sicut dicitur secundo Metha. infinibus non est processus in infinitum precipue in essentialiter ordinatis: cuiusmodi sunt fines uniuersi aliqui saltem: licet non omnes: licet etiam ratio Aristotelis ibidem posita forsitan non demonstret: sicut dictum est in primo. Eo ipso autem quod est ultimum et suppremum bonum: oportet quod sit per se sufficiens tanquam infinitum bonum et eminentissimum in entitate et bonitate. Infinitas enim enti vel boni non videtur repugnare. et per consequens videtur summo enti vel bono conuenire. Secundo sequitur quod tale bonum est maxime appetibile et omnia alia propter ipsum. Tertio sequitur: quod creatura rationalis vel intellectualis cum natura sit tale bonum intelligere et appetere beatificari non potest nisi attingendo perfecte quantum est sibi possibile: tale bonum secundum potentias illas duas suppremas intellectum scilicet et voluntatem: que sole nate sunt tale bonum attingere et quietari in ipso: sicut patet etiam in alijs potentijs et appetitibus puta naturali et sensitiuo: qui non quietantur nisi attingendo illud: in quod tendunt. ¶ Tertio dico: quia dictum est quod beatitudo est finis creature: quod finis dupliciter accipitur: scilicet finis cuius et finis quo sicut patet secundo Phisicorum. finis autem cuius ut communiter dicitur: est finis extrinsecus: cuiusmodi est obiectum potentie: vel aliquod extrinsecum bonum quod propter se appetitur ab eo: et in quod ipsum tendit: vel etiam bonum intrinsecum attingibile vel per operationem vel perfectionem formalem: gratia cuius est ipsa. Finis vero quo communiter magis dicitur finis extrinsecus: et est aliquid seu aliqua perfectio quo vel qua attingitur finis cuius et extrinsecus iexistens formaliter ipsi attingenti vel assequenti finem cuius. Et hoc modo finis quo est propter finem cuius. et ad ipsum ordiatur. Unde non est finis simpliciter ultimus: sed in alium ordinatus scilicet in finem cuius. Et ideo etiam finis ille extrinsecus dicitur finis cuius. quia est gratia cuius alius est.

Finis duplex.

Btitudo dup. ¶ Ad propositum igitur dico: quod secundum predicta beatitudo creature rationalis vel intellectualis duplex est in genere sicut et finis. Una est beatitudo extrinseca et obiectiua: que est finis cuius simpliciter ultimus et optimus in toto genere entis: circa quod habet versari creatura rationalis vel intellectualis quantum ad suas potentias superiores et optimas in quibus distinguitur ab inferioribus creaturis. et illa beatitudo est deus ipse: qui est obiectum beatificans creaturam. Alius est finis creature formalis et sibi intrinsecus sibi inherens vel in existens et formaliter perficiens ipsam quo formaliter ultimate et perfecte attingitur a creatura modo sibi possibili obiectum ipsum beatificum deus ipse: qui est finis cuius quicquid sit illud siue actus siue habitus siue potentia: de quo in sequenti articulo apparebit. Hec de primo articulo in quo patet quid nomine beatitudinis intelligitur: quod etiam non est impossibilis: sed nomini correspondet aliquid in re. sicut patet.

¶ Quantum ad secundum articulum fuerunt multe opiniones diuersimode opinantium de illis in quibus posuerunt consistere felicitatem: sicut patet per philosophum primo Ethicorum. Aliqui enim posuerunt consistere felicitatem in assecutione bonorum corporalium et in delicijs. Alij in assecutione bonorum temporalium et in diuitijs. Alij in honoribus et huiusmodi. Alij vero diuersimode. ¶ Sed in probationibus omnium istorum suppositis: quia faciliter possunt omnes predicte positiones improbari. Dico breuiter quod beatitudo formalis: que est finis quo creature rationalis vel intellectualis consistit in actu vel operatione: qua attingitur deus seu obiectum beatificum ultimate et perfecte a creatura modo sibi possibili: puta intelligendo clare seu videndo ipsum et fruendo ipso. — btitudo in quibus consistat. / Opi. doctoris.

¶ Hoc probo per aliquas rationes. Beatitudo enim creature intellectualis: aut est substantia eius aut potentia aut habitus aut operatio vel actus eius secundum quod huiusmodi: aut delectatio consequens operationem vel actum circa obiectum beatificum ut videtur: sed beatitudo non potest dici substantia creature. Primo quia soli deo conuenit beatitudo per essentiam: scilicet quod sua beatitudo est sua substantia: et esse illud cuius beatitudo est sua substantia est deus. Secundo quia tunc creatura manens non potest esse misera. sicut enim non posset carere sua substantia: ita nec sua beatitudine. Hoc autem est falsum sicut patet secundum fidem tam de creaturis pure intellectualibus puta de angelis vel intelligentijs creatis: licet hoc forte negarent philosophi et siue forte tam de creaturis non pure intellectualibus sicut de hominibus. quod etiam bene concederent philosophi. Similiter non potest esse beatitudo creature: sua potentia patet. primo quia per potentiam ultimate et actualiter non attingitur obiectum beatificum: sed tantum potentialiter siue actiue siue passiue tantum. Non curo. Secundo quia tunc manente potentia creature maneret beatitudo eius: et sic etiam non posset esse misera quia vel potentia est eadem cum sua substantia: vel si non est eadem: non potest tamen esse misera sine ipsa. Potentia enim indifferens est ad beatitudinem vel miseriam. quare etc. Nec in habitu vel specie aliqua potest formaliter consistere beatitudo. Primo quia per ista non attingitur ultimate obiectum beatificum nec immediate: sed mediante actu vel operatione quia secundo in istis non distinguitur non beatus puta dormiens a beato sicut etiam nec in substantia vel potentia. Tertio quia nullum istorum habet rationem optimi. Actus enim ceteris paribus melior est specie vel habitu et ista etiam ordinantur ad actum. de delectatione vero dicetur infra: quod velim ipsa non consistit btitudo: vel si sic. tamen oportet necessario: quod prius in actu et operatione. quam cum sequitur ipsa delectatio. Relinquitur ergo quod in actu vel operatione consistat formaliter: ita quod beatitudo sit operatio vel actus.

¶ Secūdo hoc ꝓbo sic. beatitudo formalis consistit in illo: ꝑ qđ vltimate ⁊ actualiter attingiꝛ optimum creature rationalis vel intellectualis: qđ est obiectum beatificum. sed hoc est ꝑ actum scđm et operationem vt ptꝫ. ergo ⁊c. Sucūdo sic. habitudo formalis cū sit ꝑfectio beati: est aliqͥs actus eiꝰ Aut ergo est actus primus aut actus secūdus. nō est actus primus substātialis: sicut ostensum est supra. Nec accidentalis. qꝛ nec species nec habitus nec huiusmodi. ergo est actus secundus. sed nō est actus scđus: q̄ est actio de genere actiōis. Illa eñ est ꝓductiua sui termini Beatitudo aūt nō ē actio ꝓductiua sui termini vel obiecti puta dei: vt patꝫ igitur est actus secūdus vel oꝑatio de genere qualitatis nō autem est operatio alicuius ꝑtis vel potentie sensitiua: vt ptꝫ. qꝛ per talem operationē nō attingiꝛ obiectum btīficum spirituale ⁊ insensibile. Similiter etiam per talē nō distinguitur homo beatus a bruto vel nō beato. ergo est operatio vel actus partis superioris vel ītellectiue. Ex quo pꝫ bene q̄tum ad hoc dicit Aristoteles primo ⁊. 10. ethicorum ꝙ felicitas est oꝑatio hoīs ſm supmaꝫ virtutem in qua nō cōmunicat homo cū brutis scꝫ ſm intellectum ⁊ voluntatem que ꝑtinent ad ꝑtē superiorem: in qua distinguitur creatura rationalis vel intellectualis a brutis non beatificabilibꝰ.

ꝙ btītudo creature cōsistit ī oꝑatiōe, ⁊c.

¶ Quantum igiꝛ ad istum articulum dico ꝙ btītudo creature consistit formaliter in actu vel oꝑatione aliqua vel aliquibus si sint plures conuenientes sibiſm ꝙ rationalis vel intellectualis: qꝛ vel q̄bus attingitur vltimate ⁊ perfecte deus ip̄e: qui ē beatitudo obiectiua ⁊ finis simpliciter ⁊ optimuꝫ creature. ⁊ ip̄a beatitudo formalis est finis eiꝰ non simpliciter: sed secūdum qđ ⁊ in genere perfectionum formalium: qui est ad finem vlteriorem ordīatus. In illo autem fine simpliciter vltimo ⁊ optīo qui est deus vnitiue contineꝛ omne bonū. ⁊ iō illo beatifice hīto ⁊ adepto beatus habet quicq̄d vult habet enim illud: quod vnitiue ⁊ ꝑfectionaliꝛ continet omne aliud volibile ordinate: vt sic intelligatur descriptio August. 13. de trinitate quā dat de beatitudine. beatus est (inquit) qui hꝫ quicq̄d vult

August.

⁊ nihil male vult. Ita ꝙ nō sunt ibi accipiēda plura volita ad necessitatē btītudinis. sed sufficit vnū volitum volitione fruitiua ⁊ ꝑfecta: quod cōtinet eminēter vel perfectionaliter oīa talia. similiꝛ etiā intelligenda est descriptio Boetij de consola. 3. ꝙ beatitudo est status oīm bonorum agregatione ꝑfectus quia in illo sūmo qđ sufficit ad beatitudinē vnitiue: omnia alia bona aggregaꝛ: accipiendo beatitudinem essentialiter nō q̄tum ad accidentalia: que possunt esse multa. Si enim accipiaꝛ beatitudo accidentaliter: ad eam cōcurrunt multa cum essentialibus: de quibus omnibus potest verificari illa descriptio Boetij: ⁊ forte magis ꝓprie. ¶ Secundo dico ꝙ ex p̄dictis possunt īprobari opiniones aliquorum qui posuerūt beatitudinem vel felicitatem obiectiue cōsistere in quibuscūq; alijs bonis a summo bono ⁊ simpliciter optimo: qđ ē deꝰ. Nam appetitus ⁊ mens creature rationalis vel intellectualis perfecte satiari nec quietari potest nisi in summo bono perfectionaliter ⁊ eminēter oīa alia continente: sicut qui posuerunt in diuitijs vel honoribus vel alijs corꝑalibus. Similiter etiā qui posuerunt beatitudinem formalem consistere ī aliquo alio q̄ in actu vel operatiōe perfecta supremarum potentiarum circa illud obiectum optimum: quod est deus. sicut illi qui posuerunt eam in delicijs vel delectationibus corporalibus. ¶ Tertio dico de delectatione: quia tactum est de ip̄a ꝙ delectatio vel gaudium habitum de deo seu obiecto beatifico viso ⁊ dilecto pertinet essentialiꝛ ad beatitudinem: ita ꝙ non solum oꝑatione cuiusmodi ē intelligere vel velle consistit beatitudo. sed etiā in delectatione que dicitur passio: eo modo quo ī voluntate potest accipi passio. Et potest ista delectatio vel delectari de deo ⁊ in deo aliquo modo dici operatio: licet non sit operatio: qua primo attingatur deus ab ip̄a voluntate correspondens voluntati secūdum conformitatem nominis inq̄tum ē potentia talis puta voluntas: quēadmoduꝫ velle correspondet voluntati ⁊ intelligere correspondet ipsi intellectui. Qꝛ autem in tali delectatione que aliquo modo potest dici operatio: sicut ⁊ passio appetitus sensitiui dicitur suo modo operatio consistat essentialiter ⁊ formaliter: patet. quia per ip̄am imēdiate ⁊ actualiter attingitur obiectum beatificuꝫ suo modo: sicut per operationes que sunt intelligere ita enim immediate habeꝛ delectatio de deo suo modo sicut ⁊ fruitio licet precedente fruitione: sicut etiam fruitio precedente visione: ⁊ sequiꝛ ista delectatio fruitionem ⁊ affectionem recti. Unde ⁊ ad beatitudine pertinere videtur delectatio talis que respicit deum vt obiectum immediatum ⁊ delectabile: quod īmediate attingitur ꝑ eā. sicut etiā tristicia sibi opposita ꝑtinet essentialiter ad miseriam. ¶ Quarto dico: ꝙ delectatio sensibilis q̄ erit in beatis vel etiam delectatio intellectualis quam habebunt de visione ip̄a vel fruitione vt de obiectis. Delectabuntur enim ⁊ gaudebunt de hoc ꝙ videbunt deum: ⁊ fruentur eo: non pertinet ad eēntiam btītudinis: nec in ipsis consistit formaliꝛ beatitudo: sicut etiam Aristoteles teterminat in. 10. Ethicorum. sed est aliquid aduenies vel superueniens beatitudini ⁊ aliquo modo accipitur perficiens sicut pulchritudo superuenit iuuentuti. ⁊ sequitur magis affectionem commodi ⁊ amorem cōcupiscentie q̄ amorem amicitie. Et per hoc de delectatione possunt multa solui hinc ⁊ inde. Hec de secundo articulo principali.

De delectatione.

¶ Quantum ad tertium articulum

btītudo an īmediati ꝰ insit potentie vl' eēntie.

¶ Quantum ad tertium articulum est opinio aliquoruꝫ: ꝙ beatitudo immediate perficit essentiam creature rationalis vel intellectualis puta anime vel angeli: sed per redundātiam perficit aliquo modo ip̄as potentias vel potentiam aliquam. Unde vt dicunt primo est ī eēntia. secūdario in potentia. ¶ Ad hoc adducuntur rationes: quarum prima est ista. Illud primo ⁊ immediate beatificaꝛ: cui primo ⁊ immediate ⁊ principalius deus: qui est obiectum beatificum: illabitur: ⁊ primo in ipsum deum transformatur. sed eēntia est huiusmodi: sicut essentia prior est ⁊ principalior q̄ potentia: ita deus prius sibi illabitur ⁊ intimius ⁊ principalius vt patet. ergo ⁊c. Et confirmatur quia deus illabitur essentie secundum rationem essentie sue. Sed potentie secundum rationeꝫ essentie alicuius attributi vt bonitatis vel veritatis ⁊ huiusmodi. Et per consequens prius essentie q̄ potentie: vt videtur.

1. opi. cū rōnibus suis.

¶ Secūda ratio gratia ⁊ gloria seu beatitudo idē perfectibile ꝑmum vel primo respiciunt. q2 gratia est dispositio ad gloriam: vel gloria nō est nisi gratia consummata. Sed gratia primo respicit essentiam: ⁊ ꝑficit. quia prius est esse gratum ꝙ operari opera gratiosa. ergo ⁊c. ¶ Tertia ratio. si gloria primo ⁊ immediate ꝑficeret potētiam: sequeretur ꝙ creatura beatificaretur ꝑ accidens. Nā potētie ſm eos sunt accidētia. ⁊ vltra seqretur ſm alios: si talia accidētia essent separabilia: ꝙ potentie possent beatificari sine essentia: non ecōuerso. ⁊ per ꝯñs potentie potius possent dici nature rationalis vel intellectualis ꝙ̄ essentia. hec aūt sunt falsa. ergo ⁊c.

¶ Quarta ratio. Illud quod imediatius ⁊ primo creatur vel exit a deo per creationem ⁊ est nobiliꝰ alio: imediatius reducitur ad ipsum: ⁊ recreatur vel perficitur nobilissima ꝑfectione: que est ipsa beatitudo. sed essentia est huiusmodi: vt patz. ergo ⁊c. Dicūt igitur ꝙ eēntia primo ⁊ imediate beatificatur: ⁊ in deo trāsformatur sicut carbo suo mō ignitur: potentia vero secūdario ⁊ ꝑ redūdantiam: que tm̄mō ꝯiungitur obiecto beatifico ſm opationez.

Opi. doctoris ꝙ btitudo est imediate in potētia ⁊ mediate in eēntia.

¶ **Sed dico** ꝙ ista positio ē falsa: ⁊ ꝙ gloria vel beatitudo imediate ē in potentia sicut perficiens ipām: ⁊ cōsequēter est in essentia mediate. ¶ Hoc probo primo sic. Illud quod est formaliter actus vel opatio potētie ē immediate in potentia ⁊ nō est in essentia nisi medianate potētia pz. q2 potentia est immediatū principiū actus vel operationis in rōne receptiui saltem. sed beatitudo vel felicitas est huiusmodi vt dictuz est supra. ergo ⁊c. vnde cōtradictio est ponere felicitatem esse actum ſm vel operationē: ⁊ postea ponere ipām imediate in potētia ⁊ per redundantiā in potentia. ¶ Scđo sic. deus cum illabitur aīe vel creature rationali seu intellectuali ad beatificandum ipām de nouo: nō illabitur per aliquaz mutationē sui: sꝫ potiꝰ creature beatificate. ⁊ per ꝯñs aliquid nouum causat in creatura: sed tunc q̄ro de illo causato. Aut est aliquis actus primus: ⁊ sic in eo non cōsistit beatitudo vel felicitas: vt dictum est supra. Aut est actus sensus ⁊ operatio. ⁊ tūc planum est: ꝙ primo respicit potentiam: ⁊ ipā mediāte respicit ⁊ perficit essentiam. ¶ Tertio sic: ⁊ est confirmatio huius. q2 si deus illabēdo essentie beatificat ipsam: tūc cum prior sit iste lapsus in essentiā ꝙ̄ operatio potentie: ⁊ distinguātur essentialiter poterit deus facere primū sine secūdo. ⁊ ita aliquē beatuz sine operatione. ⁊ ita dormiens poterit esse beatꝰ. Et confirmatur q2 essentia prior est potētia ⁊ eēntialiter disticta ab ea ſm eos. quia potētie sunt accidentia: vt dicūt. ⁊ ita si prius beatificatur essentia: sequitur ꝙ creatura poterit beatificari sine potentijs suis. ¶ Quarto sic per rationem eorum de gratia. q2 gr̄a sicut ꝓbatum est in secūdo: imediate perficit potentiam ⁊ non essentiam ⁊ precipue opz hoc ponere scđm ponentes: ꝙ gratia est habitꝰ operatiuus inclinans ad determinatas operationes. Habitus enim talis non potest poni in essentia. q̄ non respicit determinate aliquā operationem imo nec aliquam breuiter respicit nisi mediante potentia. Tunc enim habitus esset prior potentia: nec inclinaret plus ad vnam operationem ꝙ̄ ad aliam. Cum igitur gratia sit imediate in potentia: sequitur etiaz: ꝙ gloria ad quā disponit gr̄a. q̄re ⁊c. Et confirmatur. q2 creatura beatificatur proportionaliter ipi deo. sed deus est beatus per actum intelligendi ⁊ amandi: que imediate conueniunt potentijs. ergo ⁊c.

¶ **Ad rationes alioꝝ.** Ad primaz dico: ꝙ licz essentia sit prior in essendo: ⁊ ita deus illabatur sibi prius aliquo modo ad essendum: ꝙ̄ illabatur potētie: tamen potentia prior est in operando tanꝙ̄ immediatum principium operationis: ⁊ ita prius illabatur sibi deus ad operandum: ⁊ per ꝯsequens ad beatificandum. quia beatitudo in operatione consistit. Ad confirmationem dico: ꝙ deus obiectiue beatificat potentias secūdum rationem eēntie sue Ratio enim essentie est ratio obiectiua beatitudinis. ⁊ ita nō solum illabitur eēntie: secūdum rationem essentie si tamen hoc verum est: sed etiam potentie. licet magis posset dici illabi eēntie scđm rationem potentie sue causantis ⁊ ꝯseruantis ipsam Esto tamen ꝙ illaberetur essentie per rationē eēntie ⁊ potentie per rationem veritatis ⁊ bonitatis/ prior tamen esset illapsus in potentiam ad glorificandum vel beatificandum: ꝙ̄ in essentiam. q2 illapsus ad beatificandum est ad operationem: que respiceret primo veritatem vel bonitatem: sicut ⁊ potentia illapsa. Illapsus vero in essentiaz ſm rationem essentie non ꝑtineret ad beatitudinem. ¶ Ad secūdum de gratia dico ꝙ immediate perficit potentiam ⁊ non essentiam. ¶ Ad tertium dico: ꝙ est contra ipsos: q2 si potentie sunt accidētia: sequitur ꝙ essentia potest beatificari sine potentijs: si tamē essentia primo ⁊ immediate est beatificabilis. Similiter etiam sequitur ꝙ potentia sicut est separabilis: ita poterit beatificari sine essentia. quia poterit habere operationē sine essentia. Et ideo dico: ꝙ argumētum: ꝙ creatura intellectualis vel rationalis non beatificaꝛ per accidens: licet beatitudo immediate perficiat potentiam. quia potentia nō est accidens: sicut dictū est supra in primo. sed ē cōsubstātialis vel cōsubstantialiter eadem eēntie: lꝫ distinguaꝛ ab ea ex natura rei. ¶ Ad quartū dico ꝙ non oportz essentiam primo recreari nec perfici nobilissima perfectione accidentali ipsius creature: que quidē ꝑfectio cōsistit in opatione. q2 hoc repugnat eēntie. ita ꝙ ꝓcessus i creādo ꝑ istū modū est ꝯrius ꝓcessui in creādo sicut pz. Hec de secundo articulo principali.

Adrōes ꝑme opi.

¶ **Ad primum principale ar/** gumētum dico: ꝙ btitudo obiectiua que est deus: ꝓprie loquēdo est finis ⁊ per se cā creature beate ⁊ btitudinis sue formalis. btitudo aūt formalis licz dicaꝛ cōiter finis creature btē: nō tñ ꝓprie ē finis ⁊ ꝑfecte ꝓut finis noiat cām realē eiꝰ cuiꝰ est finis. Dicitꝛ tñ finis eiꝰ nō simplr̄: sed ſm qd: puta finis quo: q2 est aliqd vltimū ⁊ optimū intꝛ ꝑfectiōes accidētales q̄ i sunt creature. q̄ attingitꝛ finis cuiꝰ btitudo obiectiua: q̄ ē deꝰ. Ex quo pz: ꝙ nō ē circuiꝰ i ꝑ se causis: nec alqd inobiliꝰ simplr̄ ē cā totalis eq̄uoca extrīseca: dico alicuiꝰ nobilioris. Et dico extrinseca: q2 nō est incōueniēs ꝙ cā extrinseca totalis in gn̄e suo: eoipso ꝙ est pars: sit inobilior ⁊ imperfectior suo effectu: ꝙ est ipm̄ totū. Dico ğ breuiter ꝙ btitudo foꝛalis creature in nullo gn̄e cāe ē ꝑ se cā subē vl' potētie btificabil'. sꝫ ē accn̄s eiꝰ ⁊ posterior

Adrōes ꝑncipa-

natura ipis:quod repugnat cause respectu effect⁹
Cõiunctiõis duplex acceptio. ¶ Ad secũdum dico:ꝙ coniunctio vno mõ potest accipi ꝓ operatione vnitiua vel cõiunctiua:qua attingitur obiectũ beatificum eo modo quo visio dicetur esse quedã cõiũctio vel vnio ad rem visam.⁊ isto modo dico:ꝙ beatitudo ꝯsistit in vniõe vel cõiunctione potẽtie create ad optimum obiectũ. Et dico ꝙ vnio vel cõiunctio accepta dicit aliquid absolutũ de genere qualitatis:nec dicit quiditatiue respectũ : licet bene sit sibi cõsubstãtialis respect⁹ attingẽtie ad obiectum beatificũ sine quo quacunqꝫ virtute vel potẽtia eẽ non põt. Alio mõ accipiꝛ vnio vel cõiunctio ꝓ respectu ipo talis operationis ad obiectũ fundato in tali opatione ⁊ terminato ad obiectũ diuinũ vel ad deum siue ad mẽsuram siue ad causam effectiuã.⁊ dico ꝙ in ista ꝯiũctione nõ ꝯsistit beatitudo foꝛaliter ⁊ quiditatiue licꝫ bñ talis respectus sit essentialiter idẽ cũ btitudine:sicut iam tactum est. ¶ Ad tertium dico:ꝙ beatus operans sua opatione q̃ est beatitudo pficiꝛ.qñ dicis ꝙ agẽs a sua actione nõ pficitur.diciꝛ vno mõ ꝙ verum est loquẽdo de actione de genere actiõis quia illa p se nõ est in agẽte:sed in passo.sꝫ de actione q̃ diciꝛ opatio ⁊ est de genere qualitatis sicut visio vel huismodi nõ est verum. Illud enim quod dicitur agens vel operans tali opatione pficiꝛ.beatitudo vero nõ est actio d egenere actionis.iõ nõ valet. ¶ Ista solutio nõ videtur mihi vera. Secũdo nõ videꝛ mihi euadere rõnem. Primo nõ videtur mihi va. qꝛ idem est perfectibile actionis immanẽtis ⁊ termini sui qui est opatio ipa frequẽter. verbi gratia voluntas creata libere elicit: ⁊ causat velle ⁊ aliqd mouet seipm puta graue vel leue. Dico ꝙ necessario idẽ est p se receptiuũ vel subiectiũ opationis:que est velle ⁊ actiõis ꝓductiue huius operationis.sed ſm te agẽs pficitur ipo velle : ⁊ recipit ipm.igitur ⁊ actionẽ ꝓductiuã ipius velle:q̃ ẽ de genere actionis.Secũdo non videꝛ ista solutio enacuare argumentũ.qꝛ si agens pficitur sua opatione:aut hoc est inꝗ̃tum agẽs ⁊ in actu.⁊ sic ẽ impossibile.vnũquodqꝫ enim pfectibile est ⁊ receptiuum inꝗ̃tum est in potẽtia: nõ inꝗ̃tum est ĩ actu. Nec etiã plus repugnat de actione de genere actõnis qꝫ de operatione.⁊ sic agens per se moueretur Aut hoc est inꝗ̃tum est in potẽtia ⁊ sic eadẽ ratio poterit esse de vtraqꝫ actione. Et similiter etiã nõ plus sequitur:ꝙ agẽs moueatur:si recipiat opationem qꝫ si actionẽ de genere actionis vel potius ecõuerso. ¶ Dico igiꝛ aliter:ꝙ agens vel operans bñ perficitur sua opatione: ⁊ põt recipe vtrũqꝫ scꝫ tã actionem de genere actionis qꝫ terminũ eius puta operationem loquẽdo de actionibus ĩmanentibus agentibus suis:quicqd sit de nõ ĩmanẽtibus. Qñ dicis:ꝙ agens p se mutaretur dico ꝙ non inꝗ̃tum agens absolute ⁊ in actu:sed inꝗ̃tum tale agẽs in quo scilicet vniũtur potẽtia actiua ⁊ passiua immo simpliciter sunt eadem potẽtia:nõ habeo ꝓ inconueniẽti:ꝙ agens ſm eandem potentiam etiam secundum quam agit. Eadem est enim actiua ⁊ passiua:sicut dictum est in secũdo de voluntate. ⁊ hec verba sunt in agẽtibus actionum immanentium. de agẽtibus vero actionum transeuntium dico: ꝙ licet actio de genere actionis sit in agente creato: non tamen agens per se mouetur:quia non recipit passionem de genere passionis nec terminum eius. Illud autem dicitur proprie mutari vel moueri: quod recipit mutationem passionum. Aliter tamẽ forte posset dici ad istud argumẽtum:ꝙ scilꝫ in ꝓposito quicquid sit in alijs:beatus perficiꝛ sua operatione beatifica. Nec obstat ꝙ sit agens. quia nõ est agens respectu operationis beatifice:sed pure passiue se habet ad ipsam:licet actiue denomineꝛ operans ab ipsa vel per ipsam. Et de hoc magis inferius apparebit. Ad confirmationem:ꝙ non in operatione. dico ꝙ operatio vt intelligere ⁊ velle dicunt formas absolutas quiditatiue dico:ꝙ videre beatificum ⁊ frui habent respectus sibi coessentiales ad obiectum sine quibus per quãcunqꝫ potẽtiam esse non possunt.⁊ ita nullus potest esse beat⁹ sine coniunctione ad obiectum. Unde falsum assumitur:quando dicitur ꝙ visio ⁊ fruitio beatifica a talibus respectibus essentialiter distinguntur.

¶ Ad vltimum dico:ꝙ actus vel operatio beatifica est simpliciter nobilior quocũqꝫ habitu glorie Nec habitus quicũqꝫ ponatur ibi : est causa actus vnde non puto : ꝙ causaliter habitus illi aliquid faciant ad actus beatificos: sicut in tertio dicebatur. vel si sunt cause:non sunt totales sed partiales quas non oportet esse simpliciter nobiliores suis effectibus. Quando dicis vltra ꝙ habitus est diuturnior. Dico ꝙ actus beatificus ita est diuturn⁹ sicut habitus: ⁊ ita parum potest aliquis excidere ab actu sicut ab habitu. Et dato ꝙ habitus esset diuturnior : non propter hoc tamen est simpliciter nobilior. Cetera enim non sunt paria. sic autem tenet consideratio philosophi tertio Thopicorum: quod est diuturnius est melius. Uerum est ceteris 3. thopi.
paribus. Unde ipse vult ⁊ dicit in principio libri:ꝙ non considerat in multum distantibus id est in habentibus multas differentias:sed in his q̃ habent illam solam differentiam ad quam considerat vniuersaliter sue considerationes tenent : ⁊ ita ceteris paribus.

¶ Distinctionis. xlix.
Questio secunda.

SEcundo q̃ro:vtꝝ beatitudo cõsistat in vnico simplici actu vel nõ tm̃ in vno sꝫ ĩ pluribus. ¶ Uidetur ꝙ tantum in vnico actu intellectus qui est visio:quia ſm August. pmo de trinitate capitulo penultimo. Uisio ẽ tota merces ergo beatitudo que est merces: consistit solum ĩ visione. ¶ Secundo si beatitudo consistit in plurib⁹ actibus : oportet ꝙ voluntas in prima habeat aliquem actum vel operationem circa obiectum beatificum.sed hoc est falsuꝫ.obiecto enim habito cessat motus voluntatis ⁊ actus:vt videtur. ergo solum consistit in actu intellectus. ¶ Tertio videtur:ꝙ solum in actu voluntatis quia beatitudo est summa merces ; sed summa merces est vt fruamur deo primo de doctrina christiana:frui autem ad solam voluntatem pertinet. ergo ⁊c.

¶ Contra ꝙ in pluribus actibus homo ẽ beatificabilis secundum quãlibet potentiam in qua non communicat :sed distinguitur a brutis non beatificabilibus. sed tales potẽtie sũt plures puta itellect⁹ ⁊ volũtas. igr̃ i plib⁹

actibus istarum potentiarum consistit habitudo.

¶ In ista questione sic pcedā

¶ Primo ad euidentiam dicendorum inquiram. Utrum voluntas in patria habeat aliquem actum vel operationem: put actus vel operatio distinguitur a delectatiōe respectu obiecti beatifici suo modo: sicut intellectus habet actum visionis. ¶ Secūdo dato q sic: inquiram: vtrum beatitudo consistat in vnico actu tantum intellectui vel voluntatis an cōsistat in pluribus actibus istarum potētiarū ambarum. ¶ Tertio dato q in plurib⁹. qꝛ de actu intellectus nō est dubiū inquirā: i quo vel quali actu seu operatione volūtatis cōsistat: ꝛ in quo nō: ꝛtāgentur forte aliqua de intellectu. ¶ Ultimo ad rationes principales.

Volūtas an in patria hēat aliquem actū. ꝛc. ¶ Quantum ad primum articulum est vna opinio aliquoꝝ: q voluntas i patria respectu obiecti btifici presentis nullum actū habet vel operationē: p vt operatio vel actus distinguitur a deletatione: sed tm̄ habet respectu ipsius delectationē: qua quietatur in tali obiecto. ꝛ p cōsequēs ab omni alio actu circa tale obiectum.

¶ Ad hoc adducitur pria ratio talis. potentia appetitiua nō potest comparari ad obiectum suū nisi vt ad absens vel ad presens. sꝫ respectu obiecti p̄sentis nō est nisi delectatio in potentia: sicut respectu absentis habet desiderium. ergo ꝛc. ¶ Scda actus voluntatis cōparatur ad obiectum sicut quidam motus ꝛ quedā tendētia in ip̄m. vnde ꝛ velle est motus anime ad rem. sꝫ habitis habitib⁹ cessat motus primo de generatione qꝛ motus cū sit act⁹ exīstētis in potētia nō est nisi ad habituꝫ. igiꝛ similiter habito obiecto ꝛ presente p intellectuꝫ cessat actus voluntatis. ¶ Tertia rō volūtatis in patria recipit passionē delectationum ab obiecto vnde et delectatio nō dicitur operatio: sꝫ passio recepta ab obiecto. ergo nullam habet operationem vel actū respectu talis obiecti tūc respectu eiusdem obiecti ageret: ꝛ ab eodem pateretur. ¶ Quarta ratio est quia in alijs appetitibus puta naturali ꝛ aīali. pꝫ: q nullum habent actum respectu appetibilis iam habiti: sed tm̄ quietanꝛ vel delectanꝛ in ip̄o. sicut graue in cētro vel aīal in cibo habito ꝛ gustato delectatur nec vltra appetit illum. ergo similiter i ap petitu qui est volūtas vt videtur. ¶ Hec est igiꝛ opinio. ꝛ iō dicūt vltra isti: q in nullo actu volūtatis ꝯsistit essentialiter beatitudo. qꝛ nō in actu desiderij: pꝫ. nec in delectatione ẜm philosophū quarto ethicorum qꝛ accidētalis est: ꝛ supuenit habitudini: sicut pulchritudo iuuētuti. Nec i aliquo alio quia nullum alium habet. quare. ꝛc.

Alia opinio rōnabilior. ¶ Sed dico q ista opinio ē falsa ꝛ nimis irratiōabiliter vilificat volūtatem. voluntas eñ habet aliquē actum vel operationē circa obiectum beatificū i patria: qui nec est actus desiderij nec delectatio ip̄a: sed est act⁹ amicicie: qui est amare deum: vel frui ip̄o ꝑpter seipꝫ amando ei ꝛ cōplacendo in bono suo volendo sibi bonum suum: qd habet inesse. ¶ Qꝛ aūt habeat aliquem actum vel operationē modo dicto: pbo prio sic. Nō min⁹ est potēs volūtas nec pfecta respectu obiecti p̄ntis q̄ respectu obiecti absentis. ꝛ p ꝯns nō magis repugnat sibi hēre aliquē actū vel operationē respectu vni⁹ q̄ respectu alteri⁹. p̄ntia enim obiecti nihil tollit ab ea: vt videꝛ. sed respectu obiecti beatifici nō p̄sentati p visionē intellect⁹ habꝫ vel habere pōt aliquē actū vel opationē. p vt act⁹ vel opatio distinguitur a delectatione. pꝫ de actu desiderij. ḡ etiā respectu obiecti p̄ntis. Nō actum desiderij pꝫ. ergo actū aliquē aliū: qui est velle mā suum ꝛ fixiuum in obiecto. nō aūt velle desideratiuum. ¶ Scdo sic. suppono q actus vel opatio est perfectio volūtatis: etiā vt distinguiꝛ a delectatōe ꝛ diciꝛ velle sicut actus est pfectio potētie: cui inanet. Tūc sic nihil recte desiderat: vel appetit aliqd quo habito cessat vel deficit ppetuo a sua pfectione: sed si voluntatis in pria null⁹ est actus volendi circa obiectū beatificū: nec pari rōne circa aliud obiectum: tūc volūtas ppetuo deficit: ꝛ cessat a ꝓpria pfectione. qꝛ a pprio actu. ergo nō desiderat deuꝫ recte existēs in via: qd est falsum. ¶ Tertio sic. voluntas in pria nō min⁹ amat deū q̄ seip̄am vel aliquid aliud: sed planū est: q seip̄am amat: ꝛ diligit: ꝛ vult: imo ꝛ primum. iuxta pceptuꝫ de charitate: quod impfectissime adimpleꝛ ergo mltoforti⁹ deū sed nō aliquo velle vel amore desideratiuo nec delectatione. qꝛ delectatio nō est amor nec velle. ḡ aliquo alio. ¶ Quarto sic. Augu. 13. de trini. dicit: q ille est btūs: qui hꝫ q̄cqd vult ꝛ nihil male vult hꝫ. ergo p̄ntialiter illud: qd ip̄e vult. igitur respectu actualiter habiti volūtas hꝫ actum volēdi: ꝛ nō solum delectari. quod quidē delectari nō est velle rē p̄ntem: sicut nec tristari ē velle rē absentē. ¶ Cōfirmatur ista positio. qꝛ cū intellect⁹ ꝛ volūtas sint eq̄ immateriales ꝛ abstracte: ꝛ sint equaliꝛ mutuo sei uicem capiētes in actib⁹ ꝛ obiectis: ẜm August. 9. de trini. c. vltio. sequiꝛ q circa qōlibet obiectū cognitum ab intellectu p intelligere volūtas pōt habere aliquē actum puta velle vel nolle. Et pꝫ. qꝛ voluntati potest placere visio ip̄a patrie ꝛ pōt eaꝫ amare. ergo ꝛ circa obiectum visionis potest habere aliquem actum. ¶ Dico ergo q voluntas habꝫ in patria circa obiectum beatificum aliquem actū volendi: qui est amare ipsum deuꝫ amore amicicie et frui ip̄o sicut ꝛ intellectus suo modo habet ibi actum videndi. Nec puto q talis actus sit eiusdeꝫ rationis cum actu amandi deum in via. Tum quia vnus est simpliciter beatificus ex sua ratiōe: ꝛ ali⁹ non. alioquin viator esset beatus. Tum quia naturaliter vnus presupponit visionem in intellectu et alius non. Tum quia sicut apparebit infra vnus causatur a voluntate nostra ille scilicet qui habetur in via ꝛ est meritorius. Alius vero scilicet actus prime nec causatur nec causabilis est a voluntate: sed a solo deo potest haberi per creationem sicut charitas. Tum quia sunt improportionabiles ꝛ simpliciter inadequabiles. Non enim actus vie potest esse tantus nec ita perfectus sicut patrie: licet habitus sint eiusdem rationis ꝛ commensurabiles. quare ꝛc. Nec obstat q ambo sunt in eadem potentia secundum eundem habitum / ꝛ respectu eiusdem obiecti. Nam cause effectiue sunt diuerse ꝛ effectus diuersimode causabiles. quia vnus educibilis de potentia naturali ipsius voluntatis. Alius vero non: nec aliquis eiusdem rationis. Ex predictis patet q non valet illud correlarium scilicet q in actu aliquo voluntatis non consistit beatitudo. quia sequitur ex falso fundamento. August.

Ad rões i.opi.

¶ Ad primum aliorum dico q voluntas nō solum habet delectationē respectu voliti p̄sentis: sed etiaʒ habet velle adhesiuum ꝛ quietatiuū distinctū essentialiter ab ipsa delectatiōe sicut respectu obiecti absentis habet velle desideratiuū distinctū essentialiter a tristicia consequēte vel concomitāte. ¶ Ad secundum dico q actus voluntatis qui est desideriū cōparatur ad obiectū vt motus quidā ꝛ tendētia distantis in ipsum. Et ita dico q talis actus cessat obiecto diuino p̄sentato in patria: sed nō oportet q quilibet actus volūtatis cesset sicut nec oportet q quilibet actus intellectus cesset: sed bene cessat actus credēdi quo intellectus in via tēdebat in obiectū. Nam ꝯm apostolum per fidē ambulamus ꝛ nō per speciem quare ꝛc. ¶ Ad tertiū dico q argumētuʒ destruit seipsum. Nā cum dicit q delectatio est passio recepta in voluntate ab obiecto in patria ponatur. Sed quādo dicit vltra q nō potest habere actū vel operationē respectu obiecti. quia respectu operatiōis est actiua ꝛ tunc respectu eiusdē obiecti esset simul actiua ꝛ passiua. dico q istud si valet aliquid: ꝯcludit q respectu nulli⁹ obiecti pro quocūq statu possit habere operationē aliquam. qꝛ tūc esset actiua ꝛ passiua eiusdem operationis circa illud obiectum hoc autē patet manifeste falsum: quare ꝛc. diceretur ergo ad argumentū dato q respectu operationis sue beatifice esset actiua q nō est incōueniēs ideʒ esse actiuū ꝛ passiuum respectu eiusdē etiā ꝯm idē ꝛ multo fortius ꝯm diuersa sicut esset in ꝓposito qꝛ esset passiua q̄tum ad delectationē ꝛ actiua q̄tuʒ ad operationē. Et tñ cū hoc oporteret ponere ipsam passiuā ꝛ receptiuā operationis: sicut reductū est cōtra facientes argumētum. Aliter etiā in ꝓposito posset dici q respectu operationis ꝛ velle beatifici nō est voluntas actiua sed tm̄ passiua. de⁹ autem actiuus vel effectiuus: ꝛ nō esset actiua ꝛ passiua respectu eiusdē. ¶ Ad quartū argumētuʒ dico q sicut alij appetitus nō mouētur ad terminos habitos sic vt graue nō mouetur ad centrū in quo iā quiescit: nec animal amplius desiderat cibū ita nec voluntas vt cōmuniter mouetur vel desiderat obiectum iam habitū eo modo quo habituʒ est. Sed in hoc excedit alios appetitus ꝛ precipue appetitum animalē q non solū delectantur de appetibili iam habito nō habēs aliquem aliū actum positiuū circa ipsum: sicut ille ratione sue impfectionis ꝛ contradictionis seu limitationis vel determinationis ad actum: sed habet actum ꝛ operationē positiuaʒ aliā a delectatione quā consequitur vel cōcomitatur delectatio: quare ꝛc. hec de primo arti. principali.

Btitudo an ꝯsistat in vnico actu vł in pluribus

¶ Quantum ad secūdum articulum est vna opinio in cōmuni q beatitudo essentialiter cōsistit in vnico actu tātum: ꝛ nō potest consistere in pluribus. In speciali autē dicunt aliqui istorū q cōsistit tantū modo essentialiter ꝛ formaliter in actu intellectus ꝛ nō in actu volūtatis. Alij dicūt q tantūmodo consistit in actu voluntatis qui est fruitio ꝛ non in actu visionis: licet bene sit visio preuia sicut ostensiua vel p̄sentatiua obiecti ꝛ quasi preambula vel dispositiua. ¶ Pro conclusione cōmuni q. s. beatitudo consistat in vnico actu tātum: quicūq sit ille. ¶ Adducūtur ratiões

i.opi. ī cōmuni.

Prima est ista. beatitudo est aliquid p se vnum et forma simplex non minus q̄ gratia vel aliqua alia perfectio aīe: sed ex pluribus actibus nō cōstituitur aliquid p se vnū nec forma simplex. g ꝛc. ¶ Secūda ratio. beatitudo est operatio hominis ꝯm supremā virtutē. x. ethicorum. sed in creatura nō est nisi vnica virtus vel potentia suprema. cum eñ potentie sint alterius rationis nō possunt esse equalis pfectionis. g ꝛc. ¶ Tertio sic. beatitudo cōsistit in ꝯiūctione vltimata ꝛ pfectissima creature ad optimū obiectū. sed planū est q talis cōiunctio in vnica operatione consistit. non eñ nisi vnica operatio vltimata. g ꝛc. ¶ Quarto sic. beatitudo inter pfectiones formales creature est finis ꝛ summū bonū eius sed finis vltimus quo ꝛ summū bonū tale nō est nisi vnum ꝛ simplex. nō enim potest esse duplex sicut nec finis extrinsecus simpliciter vltimus nō potest esse nisi vnicus ꝛ simplex. g ꝛc.

Ratiões p prima cōclusiōe in speciali.

culum dico primo ꝙ in anima est talis potētia non organica: qua possit mouere corpꝰ nō organice partem post partem: sed totum simul siue coniunctum siue nō cōiunctum: ꝗtum est dico ex rōne ⁊ vitalis potētie. ¶ Hoc autē ego probo. Primo sic. aīa separata potest mouere seipsam sicut etiā angelꝰ: vt videtur. Nō solum eñ potest ab alio moueri sicut trūcus: sed seipsam pōt mouere vt videtur: ⁊ pari ratione corpus suum: sicut etiā angelus eadē potētia qua mouet se: pōt mouere corpus: sed planū est: ꝙ potentia illa qua aīa mouet seipsam vel mouere pōt separata existens pōt nō esse potētia qua mouet organice vel potētia organica. qꝛ habet actū suum separata ⁊ actus eius soli anime ꝯuenit nō toto cōiuncto primo sicut actus potētie organice. ergo ⁊c. ¶ Scdo sic. aīa separata existens potest mouere aliquod corpꝰ nō suum vt lapidem vel hmōi: vt videtur: ⁊ pari ratione corpus suū vt videt. Est eñ mobile sibi proportionatum. sed hoc nō est nisi per talem potentiā motiuam. g ⁊c. ¶ Tertio sic. potētia motiua in angelo est idem qd voluntas: sicut dixi in scdo. sed in aīa suo mō perfecta est voluntas: sicut in angelo. igitur in ea est potētia motiua: que est voluntas. sed illa est nō organica. g ⁊c. ¶ Quarto sic. Anima comparatur ad corpus nō solum vt forma: sed vt motor. sed si non conueniret sibi aliqua talis potentia preter motiuam organicam: non posset dici anima motrix vel posse mouere ſm seipsam: sed magis totum compositum: quod dicitur videre vel audire vel organice mouere: non autem anima ipa: licet bene esset ratio mouendi. ergo ⁊c. ¶ Secundo dico: ꝙ in toto coniuncto ex corpore ⁊ anima est potentia motiua organica potentia dico proxima: que includit vel dicit aliquod accidens vel naturā forte totius coniuncti dispositam ad mouere organice. Et istud mouere organice est actus totius cōiuncti ex anima ⁊ corpore. Et fit per istum modum in homine: ꝙ aīa pmo cognoscit ⁊ apprehēdit motum per intellectu: ⁊ imperat ipsum per voluntatē seu appetitum intellectiuū cōcomitante imaginatione de motu: qui est actus rōnis particularis et etiā actu appetitꝰ sensitiui existētis in corde. ⁊ tūc pars totius animati vel animalis qui nō mouetur localiter: sed tantū alteratur: mouet aliā sibi proximā: ⁊ illa aliam vel mediante illa aliā. ⁊ sic originatur motus ꝓgressiuus vel organicus aīalis. patet. iij. de anima. ¶ Tertio dico: ꝙ forte potētia remota mouendi organice ⁊ potentia proxima mouendi nō organice: que ꝓbata est superius inesse anime ſm se: sunt simpliciter eadē potentia in homine. nō autē potentia proxima mouendi organice ⁊ potentia ꝓxima mouendi nō organice. Imaginor eñ: ꝙ potētia motiua remota loquendo de motiua organice sit cōsubstātialis anime: sicut ⁊ de aliȷ̄s potentiȷ̄s ego dixi in primo. ⁊ illa nō est nisi voluntas vel appetitus sensiuus. sed potentia proxima plus dicit: vel includit. nam dicit totum cōpositū vel aliqd accidens cōpositi cum ipsa remota potētia mouendi. ⁊ illa proxima est organica nō aūt remota. licet etiam potentia remota vt sic nō possit habere actū suum vt sic sine proxima ⁊ non nisi organice tamen vt propinqua est ad mouēdum nō organice potest habere actum suum separata vel coniuncta. sic ergo potest dici aliquo modo eadem potentia organica scꝫ ⁊ nō organica: licet non penitus eadem: vt iam dixi. ¶ Aliter tamen dicitur ab aliȷ̄s: ꝙ potentia motiua organice ⁊ non organice non est vna potentia: sed simpliciter sunt diuerse. nec vna includit aliam sicut etiam appetitiua organica que est appetitus sensitiuus: ⁊ appetitiua non organica que est volūtas: sunt simpliciter alie: nec vna includit aliā: nec vna potest dici potentia remota vel ꝓxima respectu alterius: nec est aliquod incōueniens vt videtur eis. ¶ Quarto dico: ꝙ licet homines viatores non possint vti predicta potentia motiua nō organice: qꝛ tantum mouetur organice loquendo de motu locali animali: cuiꝰ principium est anima. nō de naturali: cuius principium est natura: vel saltē pro certo non experiamur: ꝙ vtatur illa potentia beatus tamē vti poterit predicta potentia mouēdo corpꝰ nō organice sed etiā totū simul: ⁊ poterit etiā seipsum mouere organice: sicut ⁊ potest viator: quo modo sibi placuerit. Ita ꝙ anima mouebit corpꝰ: quādo sibi placuerit et erit vere motor: ⁊ vna pars corporis aliam mouebit.

¶ Ad primum aliorum contra dicta in hoc articulo dico: ꝙ illa Ad rōes 1. opi.
propositio est falsa: scilicet ꝙ nihil moueat aliud nisi distinctum subiecto ab ipso. Aliquid enim subiecto indistinctum potest mouere seipsum vel aliud indistinctum ab eo subiectiue: sicut pluries dictum est et probatum precipue in secundo. ¶ Ad secundum dicendum: ꝙ illa vt est potentia proxima ad motum non organicum non est orgnica sed habet actum suum: vel habere potest separata: licet vt cōcurrit includitur in potentia ꝓxima mouendi organice: vel potius ipsa potentia motiua organice sit organica: nec sit separabilis potens habere actum suum separata. Aliter diceretur ꝙ simpliciter ipsa est non organica ⁊ diuersa penitus a potentia motiua organica vel organice. nec est inconueniens. qꝛ neutra superfluit. et de aliqua potentia in communi inuenitur: ꝙ est duplex in homine scilicet organica et non organica scilicet de appetitu vt patet tertio de anima. Nec alter superfluit. licet eñ vnus sit nobilior alio tamen vnus non potest in illud: in quod potest alius. ¶ Ad tertium dici potest: ꝙ nō est inconueniens ponere in anima aliquam potentiam: que careat actu suo pro statu presentis coniunctionis. sicut etiā nec frustra poneretur in beatis potentia generatiua: que tamen perpetuo carebit actu suo: et nunꝗ̄ habebit ipsum pro statu future resurrectionis: que est multo perfectior. Sed dices: quare non habet ista potentia suum actum in statu vie? Dico ꝙ nescio quare habere nō possit nisi forte ex ordinatione diuina suspendatur actus suus pro statu vie. et hoc forte in penam hominis viatoris pro peccato primi hominis est inflictum sicut etiam videtur seutire Augusti. de recursu necessario ad fantasma pro statu vie nostre. Vel forte diceretur: ꝙ aliquando potentia ista habet vel habere potest actum suum etiam in via licet minime a motu organico destruatur.

¶ Ad quartum dico: ꝙ simpliciter loquendo illa non est eiusdem rationis penitus cum potentia organica: sicut nec penitus eadem sibi vel penitus diuersa vel aliquo mō eadē sibi ⁊ nō penitus. Et ita nullo mō seqtur: ꝙ aliqua supfluat: nec ꝙ sit organica. Qñ dicis ꝙ si est alterius rōnis et nobilior: pōt in quicqd pōt organica. Dico: ꝙ non sequitur

sed bene sequit ꝙ pōt nobilius ⁊ ꝑfectius mouere ꝙ̄ organica. Ideo nō valet. Ad cōfirmationē dico: ꝙ nō oportet: si pōt totum mouere nō organice: ꝙ possit mouere partē post partē organice. q2 ad primum modū mouēdi tantum est determinata. bn̄ tn̄ posset mouere partē post partē nō organice: si essēt diuise. sicut angel⁹ partes ligni vel lapidis. ¶ Ad quintū dico: ꝙ vel illa potētia est eadē potētia cum volūtate: sicut puto. vel si nō est eadē sibi nō tātum sunt ille tres potētie separabiles verū etiā ista. Nec oꝫ ꝓpter hoc: ꝙ ad imaginē ꝑtineat. sicut nec pertinet ad ꝓductionē verbi vel amoris nec ad rationē parentis. Hec de primo articulo principali.

Agilitas quid.

¶ Quantum ad secundū articulum

dr: ꝙ nomine agilitatis significat habilitas quedā animalis ad prompte ⁊ faciliter mouēdū se motu locali: nō eo motu qui est naturalis cui⁹ principiū ē natura ad similitudinē alicui⁹ elemēti: q̄ dr ab alijs mot⁹ elemēti predominātis: sꝫ motu aīali: cuius ꝑncipiū est aīa. ¶ Sed de ista agilitate quō et per quē modū ponēda est in beatis: sūt opiones.

Quō agilitas ponēda est ĩ btĩs 1 opinio. Quidā eñ dicū: ꝙ corꝑa btōrum per hoc erūt agilia ⁊ habilia ad motū s̄m aīe imperiū: q2 ab eis auferet grauitas eorum ita ꝙ nō erunt actu grauia.

August. ¶ Qd videt cōfirmare per Aug. dicētē: ꝙ grauitas q̄ ē modo ꝯditio corꝑis: auferet. Et ꝓbat per rōnem. q2 nisi aufferret grauitas corꝑa beatoꝝ violenter essent in celo empireo sursum ⁊ ꝯtra inclinationē ꝓprie grauitatis: ⁊ sic nō quietarētur ibi: sed poti⁹ fatigarētur: nec essent ibi nisi ad malū ⁊ imperfectionē suā. nec essēt ibi ꝑpetuo. vel si ꝑpetuo: tūc violētū eēt ꝑpetuū ꝯtra aristotelē ꝑmo de celo.

ꝯ.1.opi. ¶ Sed non puto: ꝙ ista positio sit vera. Primo q2 nō auferet grauitas a corꝑe glorioso. inest eñ sibi ex sua ꝯditiōe vel cumplexione naturali proprie mixtionis. Et ita sicut non aufferentur qualitates mixti actiue ⁊ passiue: ita etiam nec grauitas auffertur. ¶ Scdo etiā: quia si aufferretur grauitas: aut induceret leuitas: aut remaneret corpus nec graue nec leue: sicut celum. sed nō potest dici primum. q2 leuitas tali mixtioni repugnat: sicut etiam repugnat lapidi. Nec scdm: vt videtur. primo quia tunc corpus gloriosū naturaliter nō inclinaretur ad aliquē situm vel locum determinatum sursum vel deorsum. Et ita nō haberet aliquē motum naturalem: nec habere posset nisi in circulo: nec posset etiam violēter moueri sursum vel deorsum: que nō videt vera. quare ⁊c̄.

Ad aug. ¶ Ad Augustinū vero dico: ꝙ nō intendit: ꝙ grauitas que est qualitas cōsequens talem mixtionē: debeat tolli a corpore glorioso. sed intendit: ꝙ ponderositas vel ineptitudo corporis ad motum: q̄ habet esse hic in via per multas superfluitates humorum vel per debilitatem organorum aufferet. Talis enim ponderositas vel ineptitudo ad motū non est homini naturalis.

Ad rōnē 1.opinio. ¶ Ad rationem dico: ꝙ non habeo pro incōuenienti ponere violentum perpetuum: sicut nec hominē perpetuum virtute diuina. nec oportet: ꝙ corpus hominis licet sit violēter sursum: fatigetur: vel sit ibi ad malum ⁊ imperfectionem suā. q2 quiescēdo fatigari nō potest. ⁊ ibidem quiescit. Similiter etiā ibidem virtute propria nō detinetur: sed virtute diuina locante ipsum ibi qd̄ et patet. Nam sic locatur ibi: ꝙ corpus eius simul est cum corpore celesti. ⁊ sic duo corpora simul: qd̄ non potest fieri a virtute creata. nec est imperfectū simpliciter tale corpus: immo perfectum magis ꝙ̄ esset in terra: licet ad illum locum naturaliter non inclinetur: nec in illo ponatur vel perficiatur naturaliter. sed magis supernaturaliter.

2.opinio ¶ Alia opinio ponit: ꝙ corꝑa beatorū erunt agilia vel ipsi beati agiles per hoc: ꝙ vigorabitur in eis potētia motiua: et perficietur. Et sic anima erit prestantior ꝙ̄ ante respectu corporis ad mouendum siue organice siue non organice. Aufferentur etiam grossi humores ⁊ inepti similiter: ⁊ dabuntur puri humores ⁊ multitudo purorum spirituū in corpore. Ita ꝙ ⁊ vis motiua perficietur: ⁊ quodāmodo intendetur: et impedimenta amouebuntur siue impedimēta motus organici siue non organici. Ibi enim non erunt sordes intestinorum: nec ineptitudo neruorum ⁊ iuncturarum: nec ponderositas corporis supradicta. sed ibi multitudo purorum spirituum et humorum: et peccabilitas: et dispositio conueniēs seu habilitas neruorum ⁊ iuncturarum. Et sic erit homo agilis ad motum non per aliquam qualitatem additam que sit dos impassibilitatis s̄m eos. nam talis qualitas poni non potest: sicut dicunt ⁊ probant quasi vniformiter sicut de illa qualitate: que dicitur impassibilitas. quia vel esset elementaris vel mixti vel celestis. Et similiter etiā: q2 oporteret: ꝙ inclinaret corpus ad quodcunqꝫ vbi indeterminate. quod non conuenit alicui qualitati determinate: vt videtur. Sed beati erunt sic agiles: ꝙ faciliter possint se mouere s̄m imperium voluntatis per augmentum vel intensionem virtutis motiue et amotiones impedimentorum modo dicto.

ꝯ.2.opi. ¶ Sed istam positionem non intelligo q̄ꝫtum ad intensionem vel ꝑfectionē ꝑfate potētie motiue si eñ sit potētia motiua nō organice: planū est: ꝙ nō pōt intēdi: sicut nec substantia aīe cui ipsa est cōsubstātialis s̄m me et s̄m eos. sicut etiam nec potentia intellectiua seu volitiua intenditur in beatis: licet ad actū supernaturalem visionis vel fruitionis eleuetur. Similit etiā si sit potentia remota mouendi organice: idem iudiciū est de ipsa. q2 et ipsa cōsubstantialis est anime: que nō intenditur nec augetur. Similiter etiā dato ꝙ essent accidētia: adhuc tamen nō concederetur a ponentibus hoc: ꝙ possent intendi vel remitti. quia sub determinata perfectione fluunt ab anima: que nec remittitur nec augetur. vnde dico: ꝙ potentia motiua talis non erit in se perfectior in beatis ꝙ̄ sit modo.

3.opinio. ¶ Tertio ponitur aliter: ꝙ agilitas in corpore glorioso erit qualitas quedam supnaturalis creata in corpore vel in toto cōposito dispositiua ad hoc vt beatus faciliter moueatur scdm imperiū ⁊ beneplacitum volūtatis in tēpore. Tum q2 impossibile est: ꝙ verus motus sit in instanti: vt dictum est in scdo ⁊ probatū. Et ponit ista qualitas dos agilitatis suo mō: sicut ponebat in q̄stione ꝑcedēte qualitas quedā supernaturalis esse dos impassibilitatis. Et quasi vniformiter ꝙ̄tum ad multa potest sustineri vel etiam impugnari: sicut patet intuenti. Et cum predicta qualitate necessaria est amotio impedimentorum: sicut dicebant illi de opinione precedenti.

4. opi. **Quarta opinio est cuiusdam** doctoris quē non teneo q ab anima glorificata effluit in corpus q̄dam perfectio: qua corpus pfecte subijcitur ipsi anime: sm q ipsa comparatur ad corpus vt motor. Et illa pfectio dicitur dos agilitatis sicut dicit. licet eñ ponatur talis pfectio vel qualitas quedam dispositiua ad facultatē motus: tñ non intelligo: q fluat: vel causetur ab aīa in corpore sʒ a deo tantum creatur īmediate: sicut dicebat supra sm ponentes dotē ipassibilitatis esse cōsimilē qualitatem. Teneatur q̄cūqʒ opinio videtur melior de secunda ꝛ tertia: sicut etiam in precedenti questione dicebatur.

An btī vtenē tali agilitate ꝛ possint vti. **¶ Quantum ad tertium articulum** an scʒ beati possit vti tali agilitate mouēdo se ꝛ an aliqñ defacto mouebuntur. Dico q positis necessarijs ad motum beati poterūt vti tali agilitate. si sint in loco conuenienti. sʒ non videtur mihi: q celum sit locus cōueniēs: in quo possint se mouere pro tanto q2 celum nō est diuisibile a virtute creata nec per cōsequens cessibile alicui corpori. Et ita si virtute ꝑpria posset beatus se mouere in celo empireo: ꝛ ita duo corpora: simul: hoc autem non video quare. ꝛc. scʒ si deus diuideret celum ꝛ faceret ipm̄ cedere. sicut de mari rubro corā israel: bene puto: q beatus per celum empireum posset seipsum mouere in alio aūt loco cessibili dico: q beatus tali agilitate posset vti ꝛ seipsum mouere libere. sed in celo empireo ꝛ infra ipsum manēs nō puto: q possit moueri a seipso nec ab angelo: sed tñ a deo ꝑpter cāʒ ꝑdictam. similiter nec credo q possit seipsum inducere in celum empireū: vel q angel9 etiā possit ipm̄ inducere vel intromittere. ¶ An vero beati aliqñ defacto debeant moueri recedēdo de celo empireo vel etiā infra celum empireum quasi spaciando huc vel illuc: nescio tñ nō est impossibile: sicut patet. vñ etiam dicunt aliqui: q aliquādo huc inferius quasi ad spaciandum sint descēsuri. nec minuetur eis aliquid de gloria sua principali nec etiā de p̄mio accidētali forte. q2 semp possunt videre etiā christū corporaliter sicut vidit Stephan9: qñ exclamauit. Ecce video celos apertos ꝛc. et dato q celi essēt clausi adhuc visio talis posset in eis miraculose conseruari. ¶ De statu vero vel positione siue situ dicit cōmuniter q stabunt: ꝛ nō sedebunt: vel iacebunt. stare eñ dicit situm magis ꝑmptū ad operationē aīalē: sʒ iacere magis aptum a qetē naturalē plusq̄ sedere. q2 partes magis equaliter se habēt ad cētrum Hec de. 3° articulo principali.

ad argumēta principalia. **¶ Ad primum principale dico** q beatis poterit conuenire motus localis. Qñ dicis q nō. q2 nō indigebunt alio loco quasi loc9 eoꝝ non sit eis conueniens. sʒ carebunt alio loco: ad quē poterūt moueri. q2 erunt in potentia ad alium locū vel ad vbi circa aliū locū. Ad illud quod dicis: q motus est actus imperfecti: Dico: q verum est. q2 ē actus existentis in potētia ad aliqd sm q huiusmodi: ꝛ sic impfecti aliquo°. ꝛ licet nō simpliciter loqn do vniuersaliter saltē sm quid. Et isto modo dico: q licet corpora beatoꝝ sint pfecta pfectione cōuenienter: sunt tñ aliquo° imperfecta ꝑ quanto sūt in potentia ad aliū locū vel aliud vbi in alio loco: quē ñ habent. Ad illud quod additur: q celū empireū nō diuidetur: nec cedet corporib9 beatorū: ꝛ sic nō poterunt moueri. Dico sicut dixi supra: q virtute propria non poterunt moueri beati ipsi infra celū: sʒ bene alibi in loco eis cedente. Vñ ꝛ ad moueri infra celū ipō non sedente non indigent forte: q sint agilia nisi loquendo de potentia dei ordinata. sed bene ad moueri alibi ita velociter sicut poterunt moueri indigent agilitate: vt videtur. ¶ Ad secundum dico q a corpore nō oportet tolli grauitatē: licet fiat agile: eo modo quo dictum est supra in corpore q̄stionis. ¶ Ad tertiuʒ dico: q forte corpora agilia poterunt moueri velocius vel citius ab anima: q̄ corpus quodcūqʒ naturaliter moueatur: etiam celum: cuius tamen motus secundum Aristotelē est velocissimus ꝛ mensura aliorum. Nec est inconueniens nec sequitur ex hoc q possit moueri in instanti. hoc eñ repugnat vero motui: sicut dictum est in secundo. Quando dicis: q immo. q2 nulla erit resistētia ibi: sicut nec si motus fieret in vacuo: qui tamen fieret in instanti. vt hec habentur in quarto. Phisicorum. Dico: q Aristoteles verum dicit: q̄rū eēt ex carentia resistentie medij. Et si motus solum haberet successionem ex resistentia medij ad mobile vt etiam ad motorem: sed dico q aliūde habet successionem: sicut patet in motu celi. Et dico: q ex ratione sua habet: ꝛ impossibile est q fiat in instanti: sm q motus a simplici mutatione distinguitur.

¶ Ad quartum dico: q corpora beatoꝝ non deferentur vel rapientur ab angelis ex indigentia: quasi beati non possint velociter mouere semetipsos. sʒ magis hoc fiet ex reuerentia et diuina beniuolētia quam volet deus ostendere circa beatos

Distin. xlix. De beatitudine corporis Questio tertia.

Tertio q̄ro: Utrū corpora beatorum erūt clara. ¶ Uī q ñ. corpa btoꝝ erunt colorata. color eñ dicens ad pulchritudinē corpis ꝑtinet sm Aug. xxii°. de ciuitate di. ca. xix°. ꝛ per consequēs erūt corpora terminata. sed lux vel August.
claritas ꝛ color non compatiuntur se adinuicem in eodē subiecto repugnante cōtradictione. quia vnū est corporis terminati. sed aliud ē corporis pspicui ꝛ per consequens non terminati. g ꝛc. ¶ Secundo sic. corp9 claꝝ vel lucidū occultat naturaliter aliud corpus: quod est post se. patet de vno luminari: qd occultat aliud: ꝛ de flamma: similiter ꝛ huiusmodi. sed corpus beati nō occultabit aliud corpus post se quia sm Grego. xviij. Moraliū supe illud Job: nō Grego.
adequabitur ei aurum vitrum ꝛc. corpora beatorū erunt peruia. vnde dicit ibidē: in celesti patria vniuscuiusqʒ mentem ab alterius oculis membrorum corpulenta non abscondet patebitqʒ corporalibus oculis ipsa etiam corporis armonia. hoc autem nō esset nisi corpora beatorum essent peruia. g ꝛc.

¶ Tertio sic. si corpora beatorum essēt clara: sicut dicitur: q sunt futura: videtur q ipsa p̄sentata oculis siue glorificatis siue nō necessario ꝛ naturaliter immutarent visum sed hoc est falsum. Tū quia corp9 christi post resurrectionem nō imutauit oculos

discipulorū ſm aliquā talē claritatē. Tum quia talis claritas esset simpliciter improportionata cuilȝ oculo siue glorificato siue nō multofortius ꝙ claritas solis ī rota. qa ponit̄ futura multo maior. & c.

math. 13. ¶ **Contra** dicitur Mathei. 13. Fulgebunt iusti sicut sol ī regno patris eorū. ¶ Et similiter. 1. ad chorin. 15. Seminatur in igno-

1. ad corinth. 15. bilitate. surget in gloria. i. ī claritate. ¶ Similiter etiam ad Philip. 3. dicit̄: ꝙ saluatorē expectamus qui reformabit corpus humilitatis nostre cōfiguratum corpori claritatis sue. & c.

¶ In ista questione sic ꝓcedā

¶ Primo inquirā vtrū corpora beatoꝝ erūt clara vel lucida simul & colorata. ¶ Secūdo inqrā: vtrū claritas corporū beatorum erit equalis. ¶ Tertio vtrū poterit naturaliter videri ab oculis verificatis vel etiam non glorificatis. ¶ Ultimo ad rationes principales.

corpa beatorū an erūt clara & colorata. ¶ **Quātum ad primum arti.** dicitur ab omnibus: ꝙ corpora beatoꝝ erunt clara. Et hoc patet plane ex auctoritate scripture & sanctoꝝ. Et planum est etiam: ꝙ erunt colorata ſm cōplexiones corporū ipsorū coloribus decentib⁹ & ad pulchritudinem eorum pertinentibus.

quō erūt clara. 1. opinio. ¶ **Sed** de mō ꝑ quē corpora beatoꝝ erūt clara: dicitur ab vno doctore: ꝙ claritas illa corpori causabitur ex redundātia glorie ipsius anime in corpus. quod enim recipitur in aliquo. nō recipit̄ per modū influentis sed recipientis. Et ita claritas q̄ est in anima beata spiritualis recipitur ī corpore vt corporalis & ſm ꝙ anima ē maioris meriti & spiritualiter magis clara: ſm hoc etiā corpus est maioris claritatis. Et cognoscet̄ gloria anime ī corporis claritete. et anima erit domina talis claritatis: sicut dicit.

ꝯ ꝓcedētē opini. ¶ **Sed** dico ꝙ ista dicta sunt truphatica. et nescio q̄ ꝑabolica dicta. Primo quia nō video quō tāta claritas in corpore possit cāliter redundare in corpus ex gloria ipsi⁹ anime. nec eīm aīa nec aliquid quod sit vel ponatur formaliter in ipsa habet vel continet virtualiter tantam claritatem. ¶ Secundo. q2 nihil valet illud quod adducitur: ꝙ receptū recipitur ꝑ modum recipientis non ꝑ modū influentis. hoc enim si valet ad propositū: valet ad probādum: ꝙ anima est corporalis et non spiritualis. quia recipitur in corpore. ¶ Similiter etiā de claritate sprituali ꝙ ipsa recipiatur in corpore: & fiat corpalis vel vt corpalis recipiatur: est vnū nihil dictu: quia nec in corpore vt in subiecto per se recipitur. nec etiam possibile est ꝙ corporalis fiat vł vt corporalis recipiat̄. ¶ Similiter etiā sequeretur ꝑ hoc: ꝙ eadem esset claritas spiritualis anime & claritas ipsius corporis. Tunc enim lumē glorie esset qualitas corporalis. ¶ Similiter etiaȝ vltra: ꝙ anima sit dn̄a illius claritatis: nescio quid est dictu quia nec talem claritatem causat: nec eam habet in sua potestate siue ꝙ̄tum ad esse siue ꝙ̄tum ad non esse siue etiam ꝙ̄tum ad operationem & iō nullomodo.

2 opinio ¶ **Alius** doctor dicit ꝙ claritas ista nihil aliud est ꝙ̄ q̄dā refulgentia manifestatiua coloris in corpore beato. vnde & color dicetur & erit clarus ſm gradum complexionis subiecti suo modo. sicut veritas dicit̄ clara vel huiusmodi & color statim ꝙ̄tū erit ex se erit manifestatiuus sui apud sensum. & causabitur talis claritas manifestatiua coloris in corpore beato vel in corporib⁹ maior vel minor secundum exigentiam meritorum. ¶ Et dicit sicut iam sequitur ex predictis: ꝙ simul in corpe beati erit lux vel claritas et color ipse tāꝙ̄ diuerse qualitates. sicut etiaȝ inueniūtur simul ista in noctilucis. nam noctiluca de die videtur ſm colorem: sed de nocte ſm lucē. Et patet ex hoc ꝙ sint distincte qualitates. sicut etiam Auicenna dicit sexto naturalium: ꝙ ista distinguntur lux color & lumē. Color enim terminat visum. & nunꝙ̄ est ſm Auicēnā & aristotelē nisi in corpore terminato. sed lux vel claritas dicitur esse in fonte vel in sole: in quib⁹ frequenter non est color. lumē vero dicitur proprie in medio vt in perspicuo vel preuio nō terminātē visū.

¶ **Sed in** istis dictis sunt etiam aliqua dubia. Primo. quia si sic sit simul color & lux in corporibus beati: videtur ꝙ lux occultet: & non manifestet colorē. nec simul possint ista videri. sicut etiam in noctiluca de qua ponitur exēplū. ꝯ. 2. opi. obiectiones vł dubia. ¶ Secundo. ꝙ si lux manifestat colorē aut hoc est quia est in eodem subiecto cū colore: aut quia est in ipso colore sicut in subiecto: eomodo quo albedo in superficie. non primo modo. quia nec lux noctiluce manifestat colorē: licet sint in eodē subiecto. quia nō videntur simul lux & color: Nec secūdo modo quia magis videtur lux esse subiectum coloris ꝙ̄ ecōuerso nā lux habet rationem prioris: vt videtur ita qd vel neutrum est subiectum alterius: vel lux magis est subiectum coloris. ¶ Tertio. quia ī aliis ad manifestationem coloris non oportet: ꝙ aliqua lux vł claritas sibi vel suo subiecto īhereat: sed sufficit: ꝙ aliquod corp⁹ luminosum sibi assistat. ¶ Quarto. quia dictum illud ſm Auicennā: ꝙ color nō est nisi in corpore terminato: & nō in corpore ꝑuio vel dyaphano: videtur esse contra mentem et dictum Grego. in auctoritate superius allegata: vbi dicit ꝙ corpora beatorum peruia erūt: & patebit etiam corporalibus oculis armonia corporis & complexio interior. & tamen planum est: ꝙ erunt corpora colorata quare. & c.

Mens doctoris ¶ **Sustinendo tamen biā istā** & aliqualiter declarando eam. Dico. ꝙ corpora beatorum erunt clara claritate magna & intensa: quaȝ non puto posse causari in corpe ab aliquo naturali agente & creato: sed tantum a deo. Nec puto ꝙ corpus humanū sit in potentia naturali ad tantam claritatem vel lucem: sȝ in potentia obedientiali tātū respectu dei agētis. vnde & forte talis claritas non educetur de potentia corporis humani: sȝ in corpe ipso creabit̄ a deo. vel si de potentia corporis educetur non tamen educibilis est ab agente naturali. et talis claritas erit dos ipsa claritatis. ¶ Secūdo dico: ꝙ corpora beatoꝝ erunt colorata decenter & cōuenienter secundum exigētiā sue ꝓportionis. Et dico: ꝙ color non est eadē qualitas cum ipsa claritate vel luce: sȝ alia simpliciter diuersa: sicut etiam dicit Auicenna: & posset probari per multa: sed nō est vis modo. ¶ Tertio dico: ꝙ non video esse dicendum necessario: ꝙ claritas vel lux informet colores nec econuerso: sed ambo informant corpus & ordine quodā. q2 color ꝑus sicut qualitas magis gene-

alis ⁊ cōueniēs corpi naturaliter ex sua cōplexiōe claritas vero vel lux posterius. forte tamen nō eēt magnum inconueniēs ponere: ꝙ lux informaret colorem suo modo: informat sicut color superficiem nec de hoc multuz curo. ¶ Ultimo dico: ꝙ non est impossibile: ꝙ simul stent ista duo simul in eodē corpore scz color ⁊ claritas vel lux: qr nullā habent repugnantiā formalē vel etiā virtualē: quare non possiut simul stare.

ad istantias ꝯ.2. opinio.

¶ Ad primam instantiam di/

co. ꝙ in corporibus beatis neutrum occultabit reliquū: nec scz color lucē seu claritatē nec ecōurso. sed magis claritas ipsa ⁊ lux erit manifestatia coloris nec est silē de noctiluca: cuius color ⁊ lux non simul percipiuntur. Nam lux ipsius modica est ⁊ imperfecta. ⁊ ideo nec est manifestatiua coloris ipsius noctiluce: sed requiritur alia lux nec est etiā sui manifestatiua presente maiori vel fortiori seu intensiori luce. Et ideo de die non videtur: sed tantum color noctiluce. similiter etiam tantū videtur lux vel claritas eius de nocte. ¶ Ad secundam instantiā pōt dici ꝙ lux vel claritas manifestat colorē: sic qđ est ī eodē subiecto cū colore: vt dictū est supra. nec est simile de claritate noctiluce ꝓpter rationē dictā imediate. Aliter etiā dici potest: ꝙ lux vel claritas illa inest colori suo mō sicut albedo vel color supficiei. Nec oportet ꝙ lux ipsa vel claritas sit prior q̄a nō sic est de colore: sicut aliqui imaginātur scz ꝙ ex luce cōponatur. ⁊ vltra ipsam aliquid addat. sic enim lux vel claritas esset ṗor: ⁊ tñ neutrū esset subiectū alterius. ¶ Ad tertiam dico. ꝙ ad manifestationē coloris beatoꝝ nō esset necessaria absolute loq̄ndo claritas vel lux illa inherens. sed congruentius est ⁊ perfectius est magis vt insit corpori. ⁊ corpus ex suis intrinsescis habeat: vnde color suus manifestetur. ¶ Ad quartam. quod est difficilius: rñdet ille doctor: qui ponit illam positionem: ꝙ difficiliꝰ sibi videtur: ꝙ corpora beatoꝝ sint peruia simul ⁊ colorata multo q̄ꝫ ꝙ sint colorata ⁊ lucida vel clara. Colorata enim non sunt perspicua nec peruia: sꝫ sunt terminatiua visū ⁊ terminata ⁊ multomagis oporter hoc q̄ꝫ de aliquibus corporibus in quibꝰ tantuz inuenitur lux vel claritas: non autem color: ⁊ tamē sūt determinata ⁊ nō ꝑuia vel ꝑspicua: sicut patet de sole ⁊ luna ⁊ stellis. color enim esse nō potest nisi ī corpore terminato: sicut dicit. Et ideo dicit vltra ad auctoritatem Grego. ꝙ corpora beatoꝝ nō erūt ꝑuia quasi dyaphana: vt vitrū vel aer vel aqua. sed pro tanto quia in eis erunt pori subtiles: quibꝰ mediantibus poterit videri armonia interior sensibiliter vel non videbitur sensibiliter sed mentaliter ita perfecte sicut si sensibiliter videreṫ: q̄re ⁊c̄.

¶ Dico tñ ad hoc aliter qr ṗdicta solutio nō videtur saluare mentem nec intentionem Gregorij. immo nec verba: ꝙ corpora beatoꝝ simul erūt ꝑuia ⁊ densa quēadmodum. et vitrum suo modo: nihilominus tamen erunt colorata ⁊ lucida vel clara. Nec ē hoc impossibile virtute diuina licet virtute nature ⁊ de lege communi non sit color nisi in corpore terminato non ꝑuio vel dyaphano: ita ꝙ deus dabit corpori dyaphanitatem ⁊ ꝑuietatem non obstante colore et ratone coloris terminabit visum: rōne tñ dyaphanitatis vel peruietatis et lucis poterit esse medium visus vel videndi. Hec de primo articulo principali.

¶ Quātum ad secundū arti.

claritas corpꝛum btōꝝ an erit equalis.

expedio me breuiter: ⁊ dico ꝙ non erit claritas eq̄lis in omnibus beatis. immo erit maior vel minor ꝫm exigentiam meritoꝝ ⁊ diuersā ꝓportionem glorie in ipsis animabus. Unde ⁊ anima q̄ clarius ⁊ ꝑfectius videbit deum ⁊ cōsequenter intensius ⁊ ꝑfectius fruetur eo habebit clarius ⁊ lucidius corpꝰ. Similiter etiā dico ꝙ nec partes corporis eiusdem erunt equaliter omnes clare: sꝫ ille magis q̄ ad claritatē sunt magis disposite ex sua cōplexione vł naturali dispositione: sicut oculus magis q̄ꝫ pes vł manus. Nisi forte diceretur ꝙ ad illam claritatem q̄ supnaturaliter dabitur: omnes partes equaliter sūt disposite: ⁊ distribuetur eis claritas ꝫm ꝙ magis vel minus fuerunt organa aīe in merendo. ⁊ sic etiam de alijs dotibus diceret: si ponātur q̄litates supernaturales: sicut superius de impassibilitate ⁊ agilitate tāgebaṫ. Tñ posset dici ꝙ nō oportet etiā ꝙ attendatur q̄liter iste partes fuerunt organa diuersimode in merendo: licet bene attendatur q̄ntitas meritorum comparando beatum ad beatum. et ita vel equaliter datur ꝑtibus de claritate: sicut de alijs dotibꝰ dicitur: vel inequaliter ꝫm maiorē vel minorē dispositionē: sicut superius tangebatur. Hec de secundo articulo principali.

¶ Quātum ad tertium arti.

claritas btōrū an poterit videri nāliter a glorificatis ⁊ non glorificatis.

an. s. claritas corporis beati poterit videri naturaliter ab oculo glorificato vel nō glorificato. Primo de oculo glorificato diciṫ ꝙ sic sicut multi dicunt. ⁊ dicitur ꝙ cōuenienter ⁊ sufficienter erit claritas illa oculo beato ꝓportionata: nec offendet ipsum in aliquo. sed potius demulcebit ⁊ delectabit ipsum non enim concomitabitur aliqua immutatio realis vel naturalis dissoluens oculum vel humores eius et ledens ipsū: sicut concomitaṫ: qñ respicimus solē in rota: sꝫ tm̄ erit intētionalis immutatio. vñ ⁊ oculus gloriosus impassibilis est passione corruptiua: ⁊ abiectiua. nō autē passiōe ꝑfectiua: sicut superiꝰ dicebatur. vnde ⁊ beati mutuo videbunt suorū corporū claritates. ¶ De oculo aūt nō glorificato vivideṫur etiam ꝓbabile: ꝙ aliquo modo imperfecte ⁊ raptim vel transitorie saltem poterit ꝑcipere beatorū corporū claritatem. vnde ⁊ in iudicio ad maiorem eoꝝ cōfusionē ipsā ꝑcipient: sꝫ diu ⁊ permanēter nō possent eā percipere vel videre nec perfecte. qr simul naturaliter in ipsis concomitatur immutatio realis cū intētionali dissolutiua oculi ⁊ lesiua. Nisi diceretur etiam ꝙ posset immutari sēsibiliter licet nō realiter. Nō curo ꝓpter qđ ⁊ oculi discipulorum nō glorificati raptim ⁊ ad horā aliquomodo perceperunt claritatem corporis christi in trāsfiguratione: licet diu ⁊ permanēter ⁊ ꝑfecte eam nō potuissent aspexisse nisi miraculose. Et forte etiā dicerent aliqui similiter de oculo glorificato: sꝫ non sic dicatur communiter: sicut superius dictū est de dote impassibilitatis. Hec de tertio arti. principali.

ad rōnes ṗncipa.

¶ Ad primum argumentum

principale dicēdū: ꝙ lux ⁊ color cōpatiūtur se ī eodē: sicut dictū est in corpe q̄stionis. Qñ vero diciṫ in minori: ꝙ lux nō hꝫ esse in corpore terminato. pꝫ hoc esse falsū in sole ⁊ stellis: q̄ sunt corpora lucida

et terminata vel visum terminantia. Ad secundum dico ꝙ corpꝰ lucidũ terminatũ ⁊ densũ occultat naturaliter illud qđ est post se: sꝫ diuina virtute cõferẽte corpori glorioso ꝑuietatẽ manẽte sua densitate aliter fiet vt corpus gloriosũ. s. nõ occultet illud quod erit post se: imo sit ꝑuiũ ⁊ possit esse medium vidẽdi suo modo sicut vitrũ ſm verba illa et intentionẽ Grego. vt sit ciuitas similis vitro mũdo. Ad tertiũ dicit vnꝰ doctor ꝙ claritas corporis beati ẽ in potestate voluntatis ipsiꝰ beati: vt imutet vel nõ immutet oculũ non glorificatũ saltẽ. Et ideo licet ꝑñtetur oculo nõ glorificato: põt tñ non immutare ipsum ex iperio volũtatis. et sic fuit factũ de claritate corporis christi in oculis discipulorũ non glorificatis. Sed istud non intelligo esse verum. Non eñ video ꝙ actiuis ⁊ passiuis naturaliter totalibꝰ sufficienter dispositis ⁊ approximatis: in potestate volũtatis create: sic ꝙ nõ sequatur actio vel passio Et iđ puto esse dicendũ ꝙ quãtũ est ex naturis reꝝ sibi relictis: claritas talis ꝑñtata oculis q̇buscunqꝫ dispositis videretur siue glorificatis siue non: saltẽ aliqualiter. sꝫ si nõ videtur vel videretur q̃tũcunqꝫ ꝑñtata ſm libitũ voluntatis: hoc non est essentialiter: sꝫ cõcomitante ordinatione diuine voluntatis q̄ sic ordinauit non influere ad actum visionis talis claritatis ab oculo nõ glorificato nisi placeat volũtati: vel saltem si displiceat voluntati bti hñtis talẽ claritatẽ. ⁊ sic fuit factuꝫ de claritate corporis christi post resurrectionẽ: q̄ non videbatur a discipulis euntibus in emaus. Ad illud vero qđ dicit illa claritas esse simpliciter iꝓportionata oculo corporali multofortius q̃ꝫ claritas solis in rota. Dico ꝙ nõ est simpliciter iꝓportionata: sꝫ proportionata vt possit videri. ⁊ hoc permanenter sine imutatione reali: sicut in oculis beatoꝝ: vel trãseunter saltem ab oculis non glorificatis. sicut etiã ⁊ claritas solis in rota ad horã videri põt: sꝫ non ꝑmaneret. ⁊ diu. naturaliter dico ꝓpter imutationẽ realẽ ⁊ corruptiuã cõcomitãtẽ: que non cõcomitabitur in oculis beatorum sicut superius dicebatur.

Distin. xlix. De beatitudine corporis. Questio quarta.

Quero quarto vtrũ ꝑ dotem subtilitatis duo corpora possint esse simul in eodẽ loco. Videtur ꝙ nõ. Illud qđ est simpliciter impossibile: ꝑ nullã dotẽ ẽ possibile. sꝫ simpliciter ipossibile est duo corpora simul esse i eodẽ loco ſm Boetium de trinita. Vbi dicit ꝙ eundem locũ duobus corporibꝰ fingere nullo modo possumus. ꝙ ⁊c. Secundo sic per illud qđ nihil est in corpe: non põt esse corpus cũ alio simul. sꝫ subtilitas nulla est i corpe: nec ponit aliq̇d. Subtilitas. n. iuenitur in corporibꝰ queadmodũ ⁊ raritas ꝓpter paucitatem materie sub dimensionibus magnis. sꝫ in corporibus beatis non erit paucitas materie. vnde nec erunt rara: sed in eis erit tãtũ de materia: q̃tũ erit necessarium ad bonã cõsistentiaꝫ nature. ꝙ ⁊c. Tertio. sic si hoc eẽ possibile. seq̄ret maxime de corpore glorioso ⁊ glorioso ꝙ posset eẽ simul: vt videtur: qꝛ ambo habent subtilitatẽ ⁊ ma

Boetiꝰ.

gis conuueniũt vel ꝓportionãt adinuicẽ: vt videt sꝫ hoc non conceditur. ergo de nullis aliis est concedendum.

Contra subtile dicitur a vi penetrãdi et subintrandi aliud. sꝫ corpora beatorũ erunt subtilia. 1. ad corinthi. xv. dicit de corpore: ꝙ seminatur animale sꝫ surget spirituale: idẽ subtile. ꝙ ⁊c. 1. ad corinthi. 15.

In ista questione sic ꝓcedã

Primo inquirã de subtilitate corporis gloriosi an scꝫ corpora gloriosa erunt subtilia: ⁊ ꝑ quẽ modum. Secundo inquirã vtrũ duo corpora possit esse simul in eodem loco. Tertio dato ꝙ sic: vtrũ hoc sit possibile per dotem subtilitatis. Ultimo ad rationes.

Quãtum ad primum arti. oportet oẽs cõcedere dotẽ subtiltatis beatorũ. sꝫ diuersimode ponitur hoc a diuersis. Dixerũt enim quidã: ꝙ corpꝰ beati sic erit in potestate anime: vt possit ad impiũ anime subtiliari quasi stilus vl' acꝰ ⁊ sic transire ꝑ poros minutissimos alterius corporis. ⁊ sic erit subtile corpus ⁊ habẽs dotẽ subtilitatis. Sed istud nihil est. Tum quia anima non sic põt habere corpus in sua potestate. Tũ qꝛ corpus si sic disponeretur: sicut acus vel hmõi nõ esset anime ꝓportionatum nec debito modo organicũ: nec firmatum q̃re ⁊c. Alii dixerunt ꝙ corpora beatoꝝ in resurrectione fient spiritualis nature vel spiritualia: ⁊ per cõsequens subtilia: sicut angelus vel aĩa sicut videntur sonare verba Apostoli. Surget inquit corpus spũale. Sed istud falsũ est ⁊ hereticum. Tum quia nõ essent eadẽ corpa nec eiusdem nature q̄ prius. Et ita non resurgeret idẽ hõ q̇ ꝑus Tũ qꝛ iã nõ essent corpa nec ꝑ cõsequẽs iformabilia ab aĩabus resurgentiũ. Tũ qꝛ dicit scriptura in Job. In nouissimo die de terra surrecturus sum: ⁊ in carne mea videbo deum. Caro aũt dicit aliquid corporale non spirituale. Tum quia dicebat saluator discipulis post resurrectionem: Palpate ⁊ videte. qꝛ spiritꝰ carnem ⁊ ossa nõ habet sicut me cernitis habere. vñ ⁊ beatus Grego. dicit ꝙ caro christi surrexit eiusdem nature. sꝫ alterius glorie. Eiusdem nature. s. corpore. quare ⁊c. Alii dixerunt ꝙ corpora beatoꝝ in resurretione fiẽt rara: ⁊ modicũ habebunt de materia quasi aer vel ignis cũ dimensionibus magnis. vñ ⁊ beati habebunt corpora sub subtilia: sicut aer. dicitur. Sed istud etiam ẽ simpliciter falsum. Tum quia tale corpus non esset ad animã dispositũ. Tum qꝛ caro ⁊ os nominãt: ⁊ dicunt corpora dẽsa non rara. Tum quia talis subtilitas ad bonã corporis cõsistentiã nõ pertinet. Tũ quia corpus si sic esset rarũ: vel esset corpus simplex vt aer ⁊ sic non esset informabile ab anima. vel eẽt aliquod aliud corpus mixtũ: ⁊ nõ est dare q̃le iđ ⁊c. Alii dicunt ꝙ dos subtilitatis nihil positiuum absolutum dicit in corpore beati: sed tantum dicit ius quoddam ꝑ modum meriti in beato vt ſm ordinationem diuinam. ⁊ hoc ipsum deo faciẽte vel influentiam suam suspendente a corporibus: ne resistant sibi vel mutuo se expellant: corpus beati possit coexistere corpori non glorioso in eodem loco simul non expellendo ipsuꝫ: nec econuerso sine diuisione vel subintratione seu penetratione talis corpo

Corpa btoru an erũt subtilia.
1. modus
ꝯ primos
2. modus
Aplus. ꝯ. 2. mo.
Tertiꝰ.
ꝯ tertios
4. modꝰ

ris. ꝛ hoc vocatur dos subtilitatis. ¶ Istud posset inpugnari vel etiam sustinari: sicut illud supius de
5. modus. dote impassibilitatis. ¶ Alij dicũt ꝙ dos subtilitatis dicit in corpore aliquã qualitatẽ absolutã: sꝫ diuersimode. Dicunt eñ quidaꝫ ꝙ cãtur in corpore ex radundantia glorie ipsius aĩe in ipsum corpus. Et dicitur corpus beatũ spũale ꝫ talẽ q̃litatẽ. qꝛ totalit̃ spiritui subiectũ inq̃tũ spũs vł aĩa ẽ forma corpis Agilitate vero magis subijcit̃ corpus spiritui inquã tũ spũs est motor. ¶ Sed istud non video bene dictum sicut alias dixi supra ꝙ ex redundãtia causet̃ talis q̃litas in corpus. Preterea non video aliam subiectionẽ corporis respectu anime ĩquãtũ forma est in patria ꝙ̃ in via. vtrobiq; enim corpus ab aĩa ꝛ vniuoce informatur: ꝛ corpus sibi subicit̃ vt ma-
Ultimus modus ꝓbabilior. teria sue forme. ¶ Ideo dicit̃ ab alijs ꝙ qualitas ista supernaturalis est simpliciter creata a deo ĩmediate in corpe. ꝛ est dispositio quedã corporis: qua posita in ipso diuina virtus presto est assistẽdo corpori: vt ẽm anime imperiũ vel volũtatẽ possit corpus btĩ ꝛ gloriosũ simul coexistere corpori non glorioso in eodem loco nõ expellendo ipsum nec resistẽdo iuicẽ ꝑ suas dimensiones nec diuidẽdo. Corpus ergo beati subtile est non propter paucitatem materie sub magnis dimensionibus sicut corpora rara dicuntur subtilia ꝛ penetratiua. nec ꝓpter puitatẽ dimensionis in latum: sicut acus vel stilus dicit̃ subtilis. sed ꝓpter virtutem penetrandi ꝛ subintrandi suo mõ sicut vinũ pro tanto videlicet. quia habens illã qualitatem superetnaturalẽ supradictã. potest coexistere corpori glorioso in eodẽ loco nõ expellẽdo ipsum nec econuerso. Et hoc vocat̃ penetratio: licet non ꝓprie. quia penetratio ꝓprie importat diuisionem penetrati ꝛ distantiam laterũ: q̃ in ꝓposito nõ inuenitur. ¶ Dicatur quõcunq; melius videtur saluãdo rationem dotis ꝛ dicta scripture ꝛ sanctorum. Et hec de primo articulo principali.

Duo corpora an possint eẽ ĩ eodẽ loco. 1. opinio

¶ Quãtum ad secundũ arti.

dicunt aliqui ꝛ plures dixerũt: ꝙ̃ dicãt mõ: ꝙ impossibile est simpliciter quacunq; virtute duo corpora esse in eodem loco repugnante contradictione. Tũ qꝛ dimensio loci ꝛ locati est eadẽ iiij. Phisicoꝝ. Si ergo ponantur plura corpora sequitur: ꝙ dimensiones eoꝝ sint eedẽ cum dimẽsione loci vnica: ꝛ ꝑ ꝯsequens ꝙ eadẽ dimensio inter se: ꝛ ꝑ cõns corpora si sunt distincta: ꝛ tñ ponunt̃ plura. Tũ qꝛ manẽte dimensione vtriusq; corporis manet repugnantia corporũ circa eundẽ locum. Nam dimensiones sunt rationes talis repugnãtie. 4. Phisicoꝝ ca. de vacuo vbi Aristo. dicit ꝙ si esset vacuũ puta dimensiones separate: non posset ibi poni cubus. i. corpus cubicũ. manẽte aũt cã manet effectus. Tum qꝛ duo contra nõ possunt esse in eodem subiecto: nec due forme eiusdẽ rationis simul ꝑ tanto. qꝛ expellit aliud. ꝛ repugnat sibi formaliter circa idem subiectum. ergo similiter de duobus corporibus circa eundem locũ Tum qꝛ vnum corpus non põt esse in pluribus locis localiter. ergo nec plura in eodẽ loco. Tũ qꝛ sequeretur eundem locum simul esse plenum ꝛ vacuũ vel non plenum. qꝛ impleretur per vnum corpus. et cum hoc esset vacuus. q̃a simul posset recipere aliud corpus: vacuum autem est spacium in quo natum ẽ esse corpus: ꝛ non est. Tum qꝛ punctus simul positus cum pũcto non distinguitur ab eo. vij. Phisicorũꝫ.

Alioquin se haberent: sicut cõtigua vel consequenter se habentia. ergo similiter nec linea a linea: nec superficies a supficie: nec corpus a corpore. Tũ qꝛ impossibile ꝓtrahi ab eodem puncto: ad idem. nisi vnã lineã rectaꝫ. sed oppositum seq̃ret ur. Possent enim tot protrahi a puncto loci ad aliud punctum: quot corpora essent simul locabilia in loco. Tum qꝛ duo spiritus non possunt esse simul in eodẽ loco diffinitiue ꝑ se igit̃ nec duo corpa in eodem loco dimẽsiue. Tũ qꝛ impossibile est ꝙ idem vbi vel idẽ situs sit in duobus subiectis simul: quod tamen esset verꝫ si duo corpa essent simul in eodem loco. Tum quia impossibile est ꝙ diuerse partes eiusdem locati sit dimẽsiue in eadẽ parte loci: sicut ꝙ habeant eundẽ situm in toto: qꝺ enim est dimensiue in loco: sic est ꝙ totum est in toto loco ꝛ pars in parte loci. ꝛ alia ps in alia parte. ꝙ̃ similiter impossibile est de duobus corporibus ꝙ dimensiue sint in eodem loco. Tũ qꝛ si duo corpa essent in eodeꝫ loco sequitur ꝙ possint esse infinita in eodem loco pari ratione. Quarto Phisicorũ. Hoc aũt est impossibile. Tum qꝛ potẽtia loci susceptiua corporis vel etiam capacitas totaliter terminatur: sicut et ĩpletur ꝑ vnum corpus occupãs ipsam. ꝛ per consequens itãte illo non potest aliud suscipere. ¶ Dicũt ergo isti ꝙ nec est pos resolutio 1. opinio.
sibile: nec vnq̃ fuit factũ. ꝙ duo corpa simul essent in eodem loco: vnde q̃n christus natus fuit clauso virginis vtero: q̃n resurrexit clauso sepulchro: ꝛ sic de alijs q̃ adducuntur: dicunt ꝙ tunc nõ fuerũt duo corpora in eodẽ loco. sꝫ vir tute diuina fuit translatum corpus christi de loco ad locum sine hoc ꝙ esset vł fieret in loco medio: sicut etiã dicũt aliqui de motu angeli ꝙ potest moueri vel trasire de loco ad locum sine medio. Et quicquid possit angelus planum est ꝙ deus hoc potest. q̃re. ꝛc̃.

¶ Sed quantum

ad presentem artic. dico ꝙ absolute lo- opi. doc. quõ duo corpora possint eẽ ĩ eodẽ loco.
quendo virtute diuina. saltẽ possibile est duo vł plura corpora simul esse realiter ꝛ veraciter presentia ĩ eodem loco. nec implicat hoc aliquã contradictionem. ¶ Ed hoc ꝓbandũ adduco aliquas rationes Prima est hec. si esset impossibile ꝛ repugnaret absolute duo corpa esse in eodem loco simul: aut repugnaret hoc ex parte corporũ: aut ex parte loci eiusdem. sed non repugnat hoc ex parte corporum: nec aliquorum q̃ sint formaliter in ipsis: puta nec ex parte dimensionum: nec ex parte substantiarum: nec ex parte qualitatum: nec ex parte ipsorum vbi vel situum. Ex parte substantiarum patet qꝛ substãtia substantie non repugnat. nec dimensio dimensioni. q̃a dimẽsioni vel q̃titati nihil est cõtrariũ. Et dato ꝙ dimẽsiones essẽt cõtrarie ꝛ ꝙ ꝯria repugnarẽt. adhuc ĩ ꝓposito dimensiones non repugnarent. qꝛ ponuntur ꝛ diuersis subiectis non in eodeꝫ: puta in diuersis coloribus locatis. Nec ex parte qualitatum eodem mõ: dato ꝙ q̃litates corpoꝝ essent contrarie Nec ex parte ipsoꝝ vbi vel situum seu respectuum ad vnum locum. qꝛ nihil repugnat diuersos respectus extrĩsecos fundari in diuersis subiectis vel fũdamentis ad eundem terminum. sicut etiam nec de duobus respectibus intrinsecis non obstante adequatione q̃titatis extremi ad extremum. vt patet de duabus equalitabus duarum vlnarum ad tertiam. sic in ꝓposito de duobus vbiatis vel locatis ad vnum locum vtriq; adequatum vel equalem. Nec

repugnat hoc ex parte loci vnius ꝓpter rationem
iam dictā immediate. potest enim nō obstāte ꝙ sit
vnꝰ terminare tales plures respectus ⁊ adeq̄ri plu
ribus locatis corporibus nec terminatio vnius vel
adequatio ad vnum includit negationē adequatio
nis ad equationē negationis vel terminationis al
terius. nec ipsā cōcomitat̄ necessario absolute loq̄n
do. ꝗ ⁊c̄. ¶ Dices ꝙ lȝ dimēsio dimensioni forma=
liter non repugnet. q̄ɀ nō cōtrariantur: nec in eodē
subiecto sȝ ī diuersis ponūtur: tn̄ virtualiter ⁊ quo
ad effectus repugnant. Nā vna dimēsio necessario
aliā expellit a loco in quē suꝑuenit. Et ita non pos=
sunt simul stare. Dico ꝙ istud non valet. Nā primo
assumit̄ falsum. q̄ɀ dimēsio dimēsioni non repugnat
nec virtualiter: nec formaliter. Qꝺ nō formaliter:
pȝ. Qꝺ non virtualiter etiā pȝ: q̄ɀ dimensio non est
forma actiua. iiij. Phisicoꝝ ca. de vacuo. ⁊ ita nul=
lum habet effectum. Vn̄ dico ꝙ expellere aliam di
mensionem vel resistere sibi: nō ē effectꝰ dimēsionis
sȝ magis est effectus mouētis vel locantis effecti=
ue ipsā dimensionē. Secūdo dato ꝙ assumptū esset
verum: adhuc dico ꝙ aliqua virtute posset suspēdi
talis effectus dimensionis. s. expellēdi aliud corpꝰ
ab illo loco: in quo poneretur. sicut suspēsus fuit ef
fectus ignis in camino babilonis ne corꝑa pueroꝝ
cremarent̄. ⁊ sic dimensio in aliquo loco poneretur
⁊ tn̄ ab eodē loco corpꝰ p̄existens nō expelleretur.
q̄re ⁊c̄. ¶ Secunda ratio est ista. Nō est īpossibile
2. ratio. nec implicat contradictionē ꝙ vna actio vel passio
distincta essentialit̄ ab alia ⁊ pōt naturaliter ea po
nat̄ in re ⁊ in effectu ab aliquo agente sine illa. pȝ.
sȝ positio alicuiꝰ corporis in aliquo loco ⁊ expulsio
alterius ab eodē sic se habent ꝙ essentialiter distin
gūtur: patet: q̄ɀ sunt in diuersis subiectis essentiali
ter distīctis. quia vna in corpore posito de nouo: ⁊
alia ī corꝑe expulso. ⁊ vna est prior naturaliter alia
q̄ɀ prius naturaliter ponitur suꝑueniēs corpus in
loco: ꝗ̄ aliud expellat̄: lȝ simul tꝑe fiat vtrūqȝ. vl̄ da
to ꝙ nullū ordinē habeāt: adhuc vna pōt poni sine
alia. q̄ɀ vna in nullo depēdet ab alia essentialiter ⁊
necessario nec est respectꝰ ad ipam: sed solū ab agē
te ⁊ subiecto disposito. ꝗ ⁊c̄. pōt igitur vnū corpus
poni in aliquo loco ⁊ aliud nō expelli. ⁊ sic duo cor
corpora in eodem loco. ¶ Tertia rō est ista nō ma
3 gis repugnant duo corꝑa simul esse in eodom loco
ꝗ̄ duo cōtraria etiā ī suis excellentijs in eodē sub=
iecto: sed scd̄m non repugnat: sȝ est simpliciter pos=
sibile sicut ꝓbatum est in .3°. ergo ⁊c̄.
¶ Qarta rō quorūcūqȝ distīctio ⁊ pluralitas por
4. est distinctione ⁊ pluralitate loci: nec dependet ex
ea: illa possūt poni manere distīcta ⁊ plura in eodē
loco: vt videtur: sȝ distinctio ⁊ pluralitas corporū
locabilium est prior distinctione locoꝝ locantium
nec dependet ab ea. prius enim naturaliter hoc cor
pus est hoc ⁊ non aliud: ⁊ per cōsequens distinctuȝ
ab alio ꝗ̄ locet̄. vnde ⁊ si fieret aliqꝺ corpus extra
celum: sicut posset fieri: ⁊ per consequēs extra locū
non minus esset distinctum a quocūqȝ alio: ꝗ̄ si fie=
